EXCELL.mi ET ILL.mi D. D. PETRI

CARRILLO DE ACVÑA,

ARCHIEPISCOPI

COMPOSTELLANI,

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

EXCELLENT. D.D. PETRVS CARRILLO DE ACVÑA REGNI ET EXERCITVS GALLECIÆ GVBERNATOR, ET GENER. DVX. ARCHIEPISC. ET DOMIN.ꝰ VRBIS COMPOSTELLANÆ. ÆTATIS 67

J. Caro fec. lugduni



EXCELL.mi ET ILL.mi D.D. PETRI

CARRILLO DE ACVÑA,

TORDOMARENSIS,

OLIM PRO CORONA CASTELLÆ

Auditoris Rotæ Romanæ, postea Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ Præsidis, & Episcopi Salmanticensis; nunc Archipræsulis Compostellani, & Regni Galleciæ Gubernatoris, ipsiúsque exercitus Ducis Generalis,

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

CVM SVIS ARGVMENTIS ET SVMMARIIS nec non Indicibus necessariis Summa cura & labore exornatæ.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

LVGDVNI,

Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXV.

CVM APPROB. ET PERMISSV SVPERIOR.

EXCELL.^{mi} ET ILL.^{mi} D. D. PETRI CARRILLO DE ACVÑA, ARCHIEPISCOPI COMPOSTELLANI,

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

EXCELLENT. D. D. PETRVS CARRILLO DE ACVÑA REGNI ET EXERCITVS GALLECIÆ GVBERNATOR, ET GENER. DVX. ARCHIEPISC. ET DOMIN.⁹ VRBIS COMPOSTELLANÆ. ÆTATIS 67

J. Cars fecit *lugduni*



EXCELL.^mi ET ILL.^mi D.D. PETRI

CARRILLO DE ACVÑA,

TORDOMARENSIS,

OLIM PRO CORONA CASTELLÆ

Auditoris Rotæ Romanæ, postea Regiæ Vallisoletanæ Cancellariæ Præsidis, & Episcopi Salmanticensis; nunc Archipræsulis Compostellani, & Regni Galleciæ Gubernatoris, ipsiúsque exercitus Ducis Generalis,

DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ.

CVM SVIS ARGVMENTIS ET SVMMARIIS
nec non Indicibus necessariis Summa cura & labore exornata.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT.

LVGDVNI,
Sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, PETRI BORDE, ET GVILL. BARBIER.

M. DC. LXV.

CVM APPROB. ET PERMISSV SVPERIOR.

Gen. cap. 3. 24. Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim et flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitae
EXCELL.mi ET ILLVSTR.mi D. D. PETRI
CARRILLO DE ACVÑA, Archiepiscopi
Compostellani ac Regni Gallaciæ Gubernator. & Duc. Gener.
DECISIONES SACR. ROT. ROMANÆ
Lugduni Sumpt. Phil Borde, Laur. Arnaud, Pet. Borde & Guill. Barbier M.DC.LXV. cum Approb. & Permissu.

ALTERI POST DEVM NVMINI

OPTIMÆ MAXIMÆ DEIPARÆ

VIRGINI MARIÆ,

IN SVÆ ANIMATIONIS

PRIMO INSTANTI

IMMACVLATE CONCEPTÆ,

ſupplex adſternit & conſecrat

ILluſtriſſimus & Excellentiſſimus D.D. *Petrus Carrillo de Acuña*, Tordomarenſis in Caſtella Veteri, ex clariſſima iuxta ac antiquiſſima familia *de los Carrillos* oriundus, in Maiori Sanctæ Crucis collegio Togatus, in Valliſoletana Academia Iuris Cæſarei Veſpertinus & Primarius Anteceſſor, Eccleſiæ Pintianæ & Conchenſis Canonicus, Archidiaconus de Briuieſca in Burgenſi, in Placentina Scholaſticus Magiſter: Primus qui è toga ad Sacram Romanam Rotam pro Caſtellæ regnis Auditor eſt creatus, Regiæ Valliſoletanæ Cancellariæ Præſes, Salmantinus Antiſtes, Archipræſul Compoſtellanus, electus Valentinus, Hiſpaniarum Regi Philippo IV. à Conſiliis, Regni tandem Galleciæ Gubernator, atque ipſius exercitus ſummo cum imperio Dux Generalis, labenti hoc anno M. DC. LXIII.

D. PETRVS

D. PETRVS CARRILLO ET MANVEL ALCANTARENSIS ORDINIS EQVES, ET MAIORIS COLLEGII

Conchensis Salmantinæ Academiæ Togatus emeritus;

AD DECISIONVM VOLVMINA GENTILITII sui Patrui Excellentissimi Ecclesiæ Principis, & colendissimi Domini sui D. Petri Carrillo de Acuña, *Compostellani Archi-Præsulis, Regni Gallecię, armorumque contra Lusitanos Proregis, & Generalis Gubernatoris, Panegyricè proludebat.*

IN Excellentissimi Dynastæ Panegyricum anteloquium vicissim me insolidum, & propinquitas sanguinis,& commune acclamationum votum obnoxium reddunt; illa vt gentilitium virtutum testem; hoc vt famæ publicæ æuiterni creditrici, priuata exiguáque saltem satisfactione repensum-tam. O animum dignamque materiam nacto par & facundia suppeteret! Quid ergo de tanto viro fas erit præloqui, imminenti periculo, quam plurima silendi,quæ alios singula bearent? Quid vbi Oratori non animi decora,sed paginæ, vel potius facultas impar cesserit oratoria, vbi non dicenda quæruntur, sed quæ sine labe taceri queant? vbi hæsitans genius nil nisi vereri panegyrim, & reuereri virtutes audet? *Hic est enim probatæ conscientiæ gratissimus fructus, vt quamuis summa potuerit adipisci, videatur tamen ab hominibus plus mereri.* Suffragabitur ergo mihi ad tantum Heroëm extollendum, vel potius,vtcumque demonstrandum editio horum duorum corporum,anima sophica pollentium, quorum compagine requiem victoriæ iustè agentibus, experimentum ne ambiant malè petentibus, criminosis pœnam, erga clientulos causidicis clypeum, magistratibus iustam iudicandi normam,omnibus eruditionem, vniuersis disciplinam coadunauit? *Atqui non præclarissima tantum in numero, serieque virtutum iustitia est: nam cùm dicatur*

Cassiod. lib. 1. variar. ep. 4.

C Rodig. lib. 13. cap. 15.

multipli

multipliciter,& sit aliquo modo tota virtus,& quasi, aggregatum quiddam ex virtutibus cunctis, quæ à moribus appellationem ducunt, meritò consentaneum videtur ad scientiam eius percipiendam nosse prius virtutes alias. Aliquantulum me hercule suffragabitur, non plenè,quia in iustitia quasi agmine facto cæteræ virtutes,in nostro verò Heroe ita vnaquæque vigent,vt mutuo inter se de primatu certare comperiantur. Sic autem virtus iustitiæ his paginis perfecta,*vt discerent profectò noua Philosophi,Consulti si viderēt,& minora libris suis faterentur condita; quam huic cognoscerent attributa.* Cæteræ virtutes quarum decora longa ætatum serie indigerent,vnius curriculo ad commendationem omnem constant,non aliquo tempore imbecilles,marcidævè,sed ab incunabulis vegeræ, & eximiæ. *Nam hic quoque, vt illic, primum capit esse,quod maximum est.* Ergo nihil merendo auxit? auxit profectò, dum exercuit, *habuerunt enim virtutes spatium exemplorum.* In Pintiana Academia indutus rubea,& insigni toga maioris Collegij,cognomine Sanctæ Crucis,quis subtilior? quis doctior? quis agonista strenuior? Cathedras Vespertinam iuris Pontificij, institutionum, Codicis vespertinam, & primarium iuris Cæsarei non ambiuit,sed ipsæ eum Magistrum,moderatorem, & decus Iurisprudentiæ ambierunt; atque eodem meriti & felicitatis cursu Præbenda Pœnitentiaria Pintianæ Ecclesię,& eiusdem Diœcesis tribunal Ordinarium sub ipsius sinum conuolare gestierunt. Vtrumque obtinuit,& vtroque excelluit.Sed O Collegium! O Vniuersitas! O Ecclesia! O Diœcesis! vt quid vestris maximis muniis auarè amplectimini, quem maiora vocant? sat bene vobiscum egit fortuna, dum tenuit; Non vltra Vestris distinebitur Ornamentis vir tantus,cui nec maxima paria.

M.A Cassiod.lib.10. variar.c.4.
C.Plin. lib 1.Ep.4.
C.Tacitus in vita Agricolæ.

Hinc,monstrum (vt cum Plinio loquar) non enim occulta potestate fatorum, sed à Ioue ipso coram ac palam repertus,electus est. Primus,& sine exemplari, qui in consessum Senatorum Sacræ Rotæ pro Regnis Castellæ adscriberetur. At Dij, Deæque! vt quid adscriptus? merita supra præmium erant,fortassis vt remuneraretur Magistratus ministro, vt deprehenderetur, quanti res Romanæ & religionis apud Hispanos habentur, quod eis pignus opulentissimum in fiduciam tradant? vt in florilego sapientissimorum hominum sertò Rotam Romanam componentium, comparationis demonstratione cæteris excellentior assurgeret? vt dignosceretur tantū vnicuique excellere, quantum melior omnibus? vt in cætu conquisitorum ex toto orbe Iudicū, & nostratibus decus,& sui desiderium faceret extraneis? Ea omnia impleuit, & plus vltra emicuit: *ita vt virtute in obsequendo, verecundia in prædicando extra inuidiam,non extra gloriam erat:* extra æmulationem, non extra gratiam Pontificis,& Procerum,extra ambitionem,non extra votorū felices aleas; nam beneuolo Pontificis suffragio,potius quèm propria solicitudine Archidiaconatum de Bribiesca in Ecclesia Burgensi,& in Placentina Magisterium scholasticum,& Canonicatum in Conchensi obtinuit.

C Plinio in Pang. Trajan.
C.Tacitus in vita Agric.

Tanti Viri absentia viduata Hispania eum quonam Magistratu ad se reuocaret,inter se euoluebat. Consilium Ordinum militarium,Indiarum,Italiæque occurrerat; Sed verò inferius alterum atque alterum ad tanti viri

iacebat magnitudinem, cui ægrè pro meritis supremus Castellæ Senatus contigisset. Huic in Præsidem acciri in votis erat; at autem deturbandus, qui moderabatur, propudijque, & dedecoris loco ponebat Vir egregius, alterius ruinis inædificari. Præsidis munus in Pintiana Chancellaria vltrò se dedit, quod & si meritis adhuc non instruatur, ab personæ tamen amplitudine grandius, nouo splendore eminuit, qui in partem iusti præmij, ipsum conformaret. Sic ipse, & bene merendi, & debitæ remunerationis sibi author euasit; & quod necdum retroactis seculis nostra viderat Hispania, ipse primus ad tantum muneris apicem è Sacra Rota euocatus est. Sed proh Vallisoletanum conuentum! felicem dum præstolaris, feliciorem longè dum experiris; quis iura, querimoniasve agentium intentior auscultauit? Quis prudentior, dum seligeret? quis dum decideret sapientior? quis nouit negotiorum mole indefessus, eisque dirimendis æquè properus labores, vt requiem amicabili fœdere amplecti? quis nisi noster Præsul, non remoratis sententiis ab instaurabili dierum impendio, tam reum quàm actorem absoluere docuit? quem duriorem expalluerunt crimina? quem addictiorem coluere virtutes? quis malis iniucundior? quis bonis comior? eliminato proditoriæ dissimulationis artificio, rebus politicis, quis eruditior?

C.Tacitus in vita Agric. *Secretum & silentium eius non timeres; honestius putabat offendere, quàm odisse.*

Sed iam iam Vallisoletana Ciuitas antiquam faustitatem tuam renouasse contenta, aurea honorum vincla, quibus tantum tibi Heroa adstringis, laxari permitte. Ecce non nisi afflante arcano numine, tuus Præses electus emicat Salmantinæ Ecclesiæ Episcopus: Proh Deum immortalem! an non Salmantica Academiarum Domina? An non Salmantica sapientior ictus Pegasi? an non ibi surgunt Collegia maiora, quæ quantum eum non habuisse alumnum dolent, tantum Ecclesiastica ipsius moderatione lætantur! Fatebere: si fateris te non maiorem luge; ne incusa à maiore præcedi: Nec in tuum solatium Granatensis Chancellaria veniet, extrahens eum è Salmantica, communique omnium plausu, aduocans sibi Visitatorem: Etiam Compostellana Ecclesia solicitat Archipræsulem, illa vt componat, & dirigat Magistratus, hæc vt vtrumque præstet, & tantæ sedi præsideat; illa refractaria succumbere nescit: hæc vinci impatiens triumphum affectat: altera, & altera inuicem se lacessunt, certaminis cupidinis madescunt, prælium ineunt; Sed quando Iacobus Compostellanus non victor? vicit, & in spolia ampla victoriæ nostrum Heroem Archiepiscopum reportat, quem modò possidet ciuitas in exemplum, pauperes in ærarium, inualidi, & afflicti in solatium, effrenati in lupatum, boni in refugium, Metropolis tota in ornamentum: *Gemma Archiepiscoporum*, nimirum rutilat; egregiè in partem solicitudinis illius Catholicæ petræ, penes quam est plenitudo potestatis, vocata. Sed quare geminam principem virtutem conticesco, quibus (si dictu est) supra cæteras excelluit. In compescendis nempe reatibus, medelam, non cladem satagebat, *atque adeò rarissima moderatione maluit videri inuenisse bonos, quam fecisse.* In largitionibus verò in pauperes impendendis, dum puer, dum vesticeps, dum maturæ ætatis,

Frequens phrasis Sodoni in Epist.

C.Tacitus in vita Agric.

procul

procul à cæterorum æmulatione, nihil habuit proprium, nisi vt alienum faceret, & quòd plus mireris, in prouecta ætate, in qua quantum ipsa graditur, tantum in dies auaritia serpit; vt in nostro Antistite videre sit, senescere ætatem, liberalitatem repuerascere, atque ea iucunditate in egenorum leuamen effundi, quasi adquireret?

Placido huic virtutum cursui obstrepuere Martialia, tantûmque Virum ad sua signa rapere conantia, præstantiores se litteras emicuisse erubescunt, se ergo vel in litteras noua metamorphosi florescere, vel saltem non infeliciora litteris videri satagunt. O vtinam (inclamant) baculus in sceptrum desinat, vel diuiso saltim imperio, & baculus, & sceptrum vtantur! Sed exultate vexillares Gallecię cateruæ, adeptæ iam estis summam: Quem communi plausu petebaris, Dux, Generalisque Gubernator adest. *Iam profectò constabit eum Principem declaratum, qui ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus.* L.Pacatus in Paneg. Theodosij. Iam sceptrum possidet, iam lorica animum, non corpus induit, tentoriis diuersatur, iam nouo delectu, & suppetiis indigenarum Belgarumque equitum, peditumque copias duplicat, iam expeditum exercitum in Lusitaniam rapit, Minyum amnem tranat, munitiones obuias vastat, villam delos Arcos depopulatur, Castrum de Laboreyro subactum opportuna militum manu munit, se vltra Limiam flumen confert, Castrum de Lindoso custodientes ad deditionem cogit, viribusque nostratum instruit, Campum Bracharensis ciuitatis prædis cladibusque conterret. Lusitana agmina in pugnam lacessit, & detractantia in fugam abigit. Castellum de la Pela postea obsidentia cæde strageque perculsa intra sua castra repellit. Arcem Santiago Cartillo ad muniendas limitaneas excubias extruit. Quænam maiora, cum ægrè extent æqualia! meruitne dudum bello, & militaribus aquilis Heros noster? Non opus stipendiis Principi, qui illustri sua gentilitia serie inspecta brachium, pectus, & experimentum hæreditario Marte à maioribus accepit. Vndequaque magnus surgit Præsul noster: nec tantum gestorum orbe sua merita concluduntur, ad maiora transiliunt, quis ambigat ab sublimiores capessitis, si qui sunt honorum apices, imo & ad sacram purpuram adlegi debuisse? *Nonne is omnium suffragiis hominum tributim, centuriatimque legeretur, cui domus clara, cui forma diuina, cui ætas integra, cui militarium ciuiliumque rerum vsus contigisset?* L.Pacatus in Paneg. Theodosij. Adlegi quidem deberet, pręsertim, si mentis aciem intorqueas ad ea, quibus sedulò incumbit, quando crebris suis precibus Gubernatore alio Generali tandem aliquando exorato, ad Palatij requiem se confert, Decisiones à se elucubratas, rimatur, typis destinandas componit, expolit, compaginat, *cumque ò Præsul, plurimum scias, quotidiè tamen aliquid addiscere ambis. Ita senescere oportet virum, qui magistratus amplissimos gesserit, exercitus rexerit, totumque se Reipublicæ, quamdiu decebat, obtulerit.* C.Plin. lib.4. Ep. 23. Ita vt qui profuit & præfuit præteritis, & præsentibus: vtrumque in antecessum & futuris promat temporibus, ita vt non breui intercapedine vitæ ingenium, quod nec æuum amplecteretur, contineat. Ita vt vltra mor-

ã 2 tem

C. Rodig. lib. 23. cap. 15. tem egregius viuat, & alios faciat viuere egregiè. *Illa vtique virtus perfecta imprimis censenda est, qua vti vir bonus potest, non in se modo, sed in alium*; vt doceat eo tempore, quod etsi impugnari argumentis nequeat, laudibus tamen eximiis, grates rependi valeant; vt eum nasciturí videant, & nobis inuideant: Sed verò nouercam hanc suam sortem grandiori præoccupabunt felicitate, dum discent verba Pontificum, Conciliorum, Sanctorum Patrum, Imperatorum, & Consultorum, flectere in vim, potestatemque ministrandi magistratus, componendi proprios mores, satisfaciendi publicis, moderandi priuata, & perficiendi Iuris consultum, qui norit perité forensia agere, macte politica, dum imperare gnarus, parere docet, & non minore sedulitate, & siler, & fatur, meritoque suo laudetur omnium iudicio ornatus. M.A.Cassiod. lib. 3. variar. cap. 23. *Gloriosa est denique scientia litterarum; quia quod primum est in homine, mores purgat, quod secundum, verborum gratiam subministrat. Ita vtroque beneficio mirabiliter ornat & tacitos & loquentes.* Tantus nimirum cumulus ex sapientia: sed aurem eò ditior his in voluminibus congeritur, quò Minerua dissertiori exhibetur: mira enim subtilitate, multiplicique disputatione è visceribus actæ quæstiones, expositæ sententiæ, & textus amicati, non aliorum quanrumuis grauiorum sectato opinamento, sed vero amplexo, controuerso per conspicuas intelligentias sedato; noua mirificè expedita, antiqua nouiter. O quantum requiei studiosis paratur, nam si inter diuersas sectas Doctorum sollicitus plura euoluens seligere satagit, hîc omne selectum inueniet, vno ingenij ictu adipiscetur, quod nec quamplurimis lucubrationibus obtineret: O quam beatum est sicuti alienis meritis coronari, ita alienis in sudoribus doctus emergere, nec defatigationem pati legendi, dum opus dulcedine perspicuitatis lenitur. An non lepida oratio percurrentis oculos, & animum demulcet? An non concisus stylus, & acutus, sensibus diues, & rebus? An non pulchra difficultas, quæ pacata intellectum recreat? An non audentior dicendi modus, vbi intumescit, & supra se assurgit animus? An non dilucida Methodus interpretandi, vbi disertè prehenditur ratio, quæ quamplurimas iurium plicas, replicas que expedit? Discant doctiores hîc exercendo, & docti doctiores fiant, dum exercent. Seneca ep. 109. *Numquid armatus miles quantum in aciem exituro satis est? amplius arma desiderat, ergo nec sapiens, satis enim vita instructus, satis armatus est.* Hîc validiora sapientibus Iuris peritis offeruntur arma, vel potius in procinctu inermi securitas decora. In Academicis expeditionibus victoria, & in forensibus controuersiis, pacata decisio. Maximum profectò opus; quid mirum, si ex tanto artifice, & par Artifici? quem vt dignitas Decisionum dignosceretur in aliqualem dedi lucem: queis item quicumque impalluerit & fortunam, & encomiastem citra merita stetisse comperiet.

ILLVSTRI

ILLVST.mo ET EXCELL.mo

COMPOSTELLANÆ

Ecclesiæ Præsuli Gallæci Regni, Armorumque pro expeditione Lusitanica summo cum imperio Gubernatori, D. D. PETRO CARRILLO DE ACVÑA Patruo suo Colendissimo.

DE SVARVM DECISIONVM

editione hoc sistit & adornat gratulatorium carmen,

D. DIDACVS CARRILLO DE VARAONA,

in maiori Sanctæ Crucis Collegio Togatus, atque in Apostolica Compostellana Ecclesia Archidiaconus de Nendos.

PLAVDITE Romulidum septem sacra culmina montum,
Plaudite io: mediam felici sidere lucem
En subis, & fama centum simul ora mouere
Pergit Iberiacæ faustissima gloria gentis,
Romanæque Rotæ tonitru CARRILLIVS, vltra
Non plus est, quo vota cadant, quo gaudia surgant:
Fotus adest scriptis, aderat qui plurimus olim
Pontificum responsa ferens, & pollice dextro,
Quæ sacra voce dedit, libris oracula mandat.
Proh Superi! Proh quanta Themis, quam diuite cornu
Sparsa voluminibus se infudit! largius vsquam
Non vlli affulsisse datum; Sic Numine toto
Non Dea, Pompilium, Tripodas, non augur Apollo,
Nec sic Fatidicos impleuit Iupiter Ammon.
Nempe suo acceptas quas leges ampla Licurgo
Sparta refert, quæ iura Solon præscripsit Athenis,
Quæque Orbis domitrix fraterno è Consule Roma,
Hausit, amicato sub fœdere pagina condit
Iam Charites, quæ alapsæ animum locuplete bearant
Munere, Pieridum chorus, & Tritonia Pallas
Mela loquens, dansque ore fauos facundia Suada,

ã 3 *Grandia*

Grandia multifida calamis modo fundere plenis
Semina doctrinæ gaudent, modo florea vocum
Lumina sollicitant doctis intexere chartis.
Cultibus his, reliquas inter pucherrima Diuas,
Comptior assueto, cœlestia concaua linquens,
Et nostros dignata domos, Astræa decorem
Ostentat Regina suum: rectæque bilancis
Iusta coæquali penset seu pondera libra,
Seu dirum auersata nefas, mage plectere sontes
Fulmineo mucrone velit, seu fronte remissa
Annuat, & miseris viridem prætendat Oliuam;
Omnia sic constans numeris attemperat æquis,
Vt castigato rectique pijque tenore,
Aurea Saturni reuehant noua Secula mundo:
Scilicet à tanto nequijt minor ire Dynasta.
Huc animum, huc curas retulit, studijque labores;
Acria dum ternis Academica prælia lustris
Victor agit; dum Sacra Rotæ penetralia Censor
Luce noua impartit; dum maiestate verenda
Vallis Oletanos Præses moderatur habenas.
Atque Ouibus Præsul dum peruigil assidet Argos.
Quin & Lusiadas modo dum Mauortius vrget
Quâ vexilla manu rapit in discrimine belli,
Hac mouet & celeres pacata per otia stylos,
Vt vitæ pars nulla vacet, melioreque cultu
Digna sui sedis tradat monumenta futuris.
Viue ergo felix Excellentissime Princeps,
Hispani Orbis honos, Iacobæi fulminis hæres,
Et cari generis, clarum nimis Ornamentum,
Viue diu prosper, Phrygeo è vellere triplex
Stamina Parca trahat, cedri tibi & edera laborent,
Et qua Plebæis micat ignibus Orbis vterque,
Ampla tuum maneat per secula gloria Nomen.

Remitese

Emitese vn Libro de *Decisiones de Rota en dos Tomos* al Señor D.r Don Iuan de Grijota Protonotario y Iuez Apostolico, compuesto por *el Excellentissimo Señor Don Pedro Carrillo de Acuña, Arçobispo de Santiago, Gobernador y Capitan General del Reyno de Galicia*, del tiempo que fue Auditor *de la Sacra Rota*; para que le vea, y con su Censura y parecer nos le remita. En Madrid a treinta de Agosto, año de mil y seis cientos y sessenta y tres.

Licenciado GARCIA DE VELASCO.

Por su Mandado. IUAN BATTISTA SANCHEZ BRAVO.

APPROBACION.

DE Commission del Señor Licenciado Don Garcia de Velasco Vicario d'esta Villa, hemos visto dos tomos *de Decisiones de la Sacra Rota*, que siendo Auditor en ella *El Excellentiss. Señor Don Pedro Carrillo de Acuña Arçobispo de Santiago, Gouernador y Capitan del General Reyno de Galicia hizo*. No hallamos coza contraria a nuestra Santa Feé Catholica, y buenas costumbres, todas las que contienen si dignas de estimarse, y venerarse, por enseñança de tan gran Maestro; importancia y conueniencia de los professores de la Iurisprudencia; vtilidad y prouecho publico, y porque juzgamos se puede y deue dar la licencia para su impression. De nuestro Estudio, y Madrid 22. de Setiembre de 1663. años.

D.r DON IVAN DE GRIJOTA.

APPROBATIO.

HAsce Rotæ Romanæ Decisiones quas nuper edidit *Illustrissimus ac Reuerendissimus DD. Petrus Carrillo de Acuña eiusdem Rota primus Auditor, postea Regia Pinciana Chancellaria Præses & Episcopus Salmanticensis, nunc Archiepiscopus Compostellanus & Regni Gallecia Gubernator*, ex decreto Supremi Senatus perlegi, nihilque in eis offendi quod Orthodoxæ fidei vel Christianis moribus sit aduersum; imò plura quæ ad rectam iustitiæ administrationem spectant ex purissimis & interdum peritissimis Iurisprudentiæ Sacræ Theologiæ & bonarum literarum fontibus hausta, omniaque ita solidè, grauiter, & ex vsu forensi & Ecclesiastico tractat, vt cuncta scientiarum monumenta penetrasse appareat. Opus itaque censeo pulcrum & prælo & omnium Doctorum hominum oculis valde dignum. Ita sentio Matriti die vigesima quarta mensis Nouembris, anni millesimi sexcentesimi sexagesimi tertij.

DON ANT. DE MONSALVE.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

TIene Priuilegio *El Excellentissimo Señor Don Pedro Carrillo de Acuña Arçobispo de Santiago, del Consejo de su Mag.d Gouernador y Capitan General del Reyno de Galicia*, o quien su poder huuiere, por tiempo de diez años para poder imprimir *dos Tomos de Decisiones de la Sacra Rota*, que compuso siendo Auditor en ella, como consta del original del Priuilegio dicho despachado en el officio de Iuan de Subiça Escriuano de Camara de su Mag.d a 7. de Diziembre de 1663. años.

APPRO

Approbatio Doctoris Sorbonicori Regularis.

EXPENSIS & accuratissimè examinatis *Romanæ Rotæ Decisionibus* coram *R.P.D.Petro Carrillo de Acuña*, nihil quod vel minimum præbeat offendiculum repertum est. Eam obrem legitimè possunt imprimi & publicari, cuius rei facio fidem ego infrascriptus Doctor Theologus Parisiensis. Lugduni hac die 2.Iunij 1665.

Fr. IOANNES ROBE' Doct. Theol.

Approbatio Doctoris Sorbonici secularis.

EGo Doctor Sorbonicus & Ecclesiæ Lugdunensis Theologus, testificor me librum, cuius titulus est *Decisiones Rotæ Romanæ DD. Petri Carrillo* attentè perlegisse, ipsiusque materias diligentia examinasse quâ potui, in quibus nihil agnoui quod iuri diuino aduersetur nec humano; sed quæ in Sanctissimæ Themidis templo tum de rebus Ecclesiasticis, tum de ciuilibus ratione tui & mei exagitari possunt difficultates, tanta æquitate tantâque iuris sapientia esse decisas, vt & Ecclesiæ & ciuilis regiminis Reipublicæ maxima fieret iniuria, nisi Decisiones ipsæ prodirent publicè. Sic sentiebam Lugduni die septima mensis Iunij 1665.

ARROY.

Consensus Procuratoris Regij.

VIsis Approbationibus supradictis non impedio pro Rege, quin hic liber à PHILIPPO BORDE, LAVRENTIO ARNAVD, & Sociis Bibliopolis Lugdunensibus excusus in lucem prodeat, cum inhibitionibus in tali casu requisitis & solitis. Datum Lugduni die 2. Iunij 1665.

VIDAVD.

PERMISSIO.

FIat conformiter Conclusionibus Procuratoris Regij. Datum Lugduni die 12. Iunij 1665.

DE SEVE.

INDEX



INDEX DECISIONVM

quæ in hoc Volumine SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

A

B

ẽ *Bono*

Comostellana

Placen

Index Decisionum,

Romana

Vola

Index Decisionum.



INDEX

INDEX ARGVMENTORVM

quæ in hoc volumine Decisionum SACRÆ ROTÆ ROMANÆ in duas partes diuiso continentur.

PARS PRIMA

1 recupe

Index Argumentorum.

an

DEC.

DEC.

DEC.

PARS SECVNDA.

ō 2 DEC.

EXCEL

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

Coram R. P. D. Petro Carrillo de Acuña.

Camerinen. Parochialis.

Mercurij 7. Februarij 1629.

ARGVMENTVM.

Resignatio facta à Parochô cuiusdam Ecclesiæ in fauorem alterius post obtentas litteras prouisionis valet, non obstante priuilegio Pontificis eandem per cessum, vel ex causa permutationis, aut decessum vacantem, Monasterio cuidam vnientis.

SVMMARIVM.

1 *Vnio non comprehendit vacationem ob non publicationem resignationis.*

2 *Vacatio licet detur ipso iure ob non publicationem resignationis, non tamen semper comprehenditur sub quibuscumque clausulis nisi specialiter exprimatur.*

3 *Monasterio dicenti vnionem habere locum ob non factam publicationem incumbit probare negatiuam non facta publicationis.*

4 *Vnire est quid facti & odiosum, nec præsumitur nisi probatur.*

5 *Vnio non intrat nisi beneficio vacante.*

6 *Beneficium non vacat facta resignatione ad fauorem certæ personæ, nisi ad effectum, vt illa conferatur.*

7 *Resignatione beneficij viuentis vniti per Sedem Apostolicam admissa, vnio pro illa vice suspenditur.*

8 *Resignatio an sit nulla ob non factam mentionem vnionis.*

DECISIO PRIMA.

Extensa per R. P. D. M. Carrillum vti subrogatum Eminentissimi Vbaldi tunc temporis Rotæ Auditoris.

De anno 1612. Paulus V. fel. record. ad petitionem Eminentiss. Cardinalis Burghesij, cui Monasterium Sanctæ Crucis de Saxoferrato S. Benedicti Ordinis Camandulensium erat commendatum, vniuit dicto Monasterio nonnullas Ecclesias Parochiales, inter quas extat Parochialis Sancti Clementis, de qua agitur his verbis: *Cum primum illæ vel singula earum per cessum, vel ex causa permutationis aut decessum vacauerint*, vt constat ex *breui vnionis summario Monachorum*, num. 1.

De tempore dictæ vnionis, Parochialis ista regebatur à quodam Hieronymo Bruno, qui illam postea resignauit ad fauorem Nicolai sui Nepotis, qui ex causa resignationis huiusmodi obtinuit de Anno 1621. à Sanc. mem. Gregorio XV. literas suæ prouisionis, in quibus legitur suspensio quarumcunque vnionum sub his verbis amplissima. *Quascumque speciales, vel generales, etiam mentales reseruationes, ac perpetuas, & temporales vniones, annexiones, incorporationes &c. specialiter, & nominatim de dicta Ecclesia, & cum prouisionibus vel aliis depositionibus etiam ex tunc, prout ex die vacationis illius per cessum, vel decessum eiusdem Hieronymi, quauis etiam Apostolica auctoritate sub quibuscunque verborum formis, & expressionibus, ac quibuscunque clausulis, & decretis concessas, hactenus eorum vim & effectum ad effectum validitatis præsentis resignationis suspendendo &c* vt latius in *litteris prouisionis Summario Nicolai n.* 1.

Quarum literarum vigore dictus Nicolaus accepit possessionem dictæ Parochialis, & postmodum defuncto Hieronymo Bruno, qui prædictam Parochialem resignauerat, Abbas & Prior Monasterij S. Crucis

præten

prætendentes, fuisse locum prædictæ vnioni, egerunt coram Ordinario Camerinen. à quo obtinuerunt sententiam & mandatum de immittendo; quod postea causa appellationis deuoluta ad Rotam fuit reuocatum, coram bon. mem. Manzanedo, & prædictus Nicolaus manutentus in sua possessione.

His stantibus tria dubia proposita fuerunt coram Eminentissimo Cardinali Vbaldo tunc Sacræ Rotæ Auditore. Primum an sit factus locus vnioni Ecclesiæ, de qua agitur ad fauorem Monasterij S. Crucis, super quo non capta resolutione DD. dixerunt, vt informaretur, an Nicolaus teneatur docere de publicatione, & hoc fuit secundum Dubium, quo disputato, & non resolu-
1 to, tertiò dubitatum fuit; an vnio comprehendat vacationem ob non publicationem, & negatiuè DD. responderunt coram D. Cardinali Vbaldo, tunc Rotæ Auditore, in cuius locum subrogatus hanc decisionem extendi.

2 Et moti fuerunt ea ratione, quia licet vacatio detur ipso Iure ob non publicationem resignationis, iuxta formam Constitutionis Gregorij XIII. quæ est Constitutio 87. *de publ. resignat.* Garz. *de benef. 2. part. cap. 3. §. 4. num.* 273. *cum seqq.* & certum sit, quòd cæteræ omnes vacationes comprehendantur sub clausula, *vel alio quouis modo*, verificata vacatione expressa saltim de facto, Gomez *in reg. de infirm. quæstion.* 54. Paris *de resignat. lib.* 8. *quæstion. 7. num.* 127. Cassand. *decision. 5. de Preb.* Rota *decision.* 305. *numero* 1. *part. 3. diuers.* tamen vacatio ista ob non factam publicationem nullatenus comprehenditur sub quibuscunque clausulis etiam amplissimis, nisi specialiter exprimatur, vt constat ex *dict. const.* §. 5. *vers. illorum verò impetrationes*, & tradit Gonzal. *in reg.* 8. Glossa 5. *numer.* 85. *&* 87. vnde cùm hæc specialis expressio non sit in prædicta vnione, meritò quamuis in ea adsint prædicta clausula *aliquouis modo*, & aliæ clausulæ amplissimæ, tamen in illa non erit comprehensus talis modus vacationis.

3 Præterea, quia Monasterio dicenti, vnionem habere locum, & vacationem intrare ob non factam publicationem, incumbebat probare concludenter negatiuam non factæ publicationis, quia in ea se fundat ex *l. in illa*, vbi Bartol. & Ias *ff. de verborum obligation.* Paris *de resig. lib. 11. quæstion. 6. num.* 71. Garz. *de benef. 11. part. cap. 5. §. 4. numer.* 308. & eodem modo incumbebat onus probandi ipsam vnio-
4 nem in casu non factæ publicationis, cùm vnire sit quid facti, & odiosum, nec præsumatur, nisi probetur. Mand. *reg. 12. quæst. 7. lib. 6.* Garz. *de benef. part.* 11. *cap. 2. de vnion. §. 1. n.* 224. Rot. *decis.* 157. *n. 3. part 3. diuers.*

5 Facit etiam, quia vnio non intrat nisi beneficio
6 vacante, & beneficium nunquam vacat facta resignatione ad fauorem certæ personæ, nisi ad effectum vt illa conferatur, nec comprehenditur in iuribus & priuilegiis loquentibus de beneficiis vacantibus, Flam. Par. *de resig. lib. 2. q. 4. n.* 24. Garz. *p. 11. cap. 4. n.* 39. *& p. 9. cap. 2. §. 1. n.* 138. & in puncto Greg. *decis.* 159. *n. 5.* vbi Addent. *n.* 9.

Denique quia in hac resignatione datur suspensio vnionum & aliarum gratiarum, qua stante, suspenditur prædicta vnio, Mant. *de sig. Grat. tit. de res. vers. datur suspensio*, Paris. *de resignat. l. 18. q. 7. n.* 21. Garz. *dict. p. 11. n. 31. c.* 4 qui dicunt quod si beneficium viuentis
7 vnitum contingat resignari, & resignationem per Sedem Apostolicam admitti, vnionem pro illa vice suspẽdi: & ratio est quia Pontifex propter frequentes suspensiones, quas in similibus resignationibus concedere solet, censetur ab initio concessisse prædictam vnionem sub ista tacita conditione, vt locum non habeat in euentum resignationis in fauorẽ certæ personę, Put. *decis.* 347. *n. 5. lib* 1. Rot. *decis.* 35. *p. 1. recent.* præsertim, quia tunc non agitur de tollenda vnione in totum, sed tantum de eius suspensione ad tempus incertum, & sic de modico præiudicio, cùm possibile sit, vt resignatarius præmoriatur, vt considerat Put. *vbi supra*, Rot. *d. decis.* 38. *n. 5. p. 1. recent.* Paris *lib. 9. q. 9. n.* 9.

Nec obstat dicere, resignationem fuisse nullam 8
ob non factam mentionem vnionis, Rot. *decis. 3. de rer. perm. in antiq.* quia cessat hæc difficultas stante prædicta suspensione quarumcunque vnionum, ex cuius vigore potuit Pontifex saltim in genere cogitare de ista vnione, quod sufficit ad vitandam subreptionẽ, *l. qui iure ff. de testam. militari*, Cassand. *decis* 12. *nu. de præb. &* *decis.* 1. *de priuileg.* Felin. *in c. nonnulli n.* 18. *de rescript.* Rot. *d. decis.* 38. *n.* 3. & ad hoc vt non dicatur tollere ius quæsitum, nec facere præiudicium considerabile vnioni concessæ, Put. *decis.* 347 *lib.* 1. Rot. *d. decis.* 38. *p. recent.* Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana Casalis.

Ven. 1. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Testamentum in forma probanti inducens fideicommissum successiuum & perpetuum per institutionem filiorum & descendentium in infinitum, est validum.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas relinquendi fideicommissum perpetuum successiuum & absolutum inter omnes vocatos, à vulgari consuetudine recedit.*
2 *Conditio* si sine filiis, *ad quos se extendat.*
3 *Verba* in infinitum, in perpetuum, *&* ex prohibitine alienationis, *includit fideicommissum successiuum & perpetuum.*
4 *Substitutio facta tantùm vulgariter, an exspiret per aditionem hæreditatis.*
5 *Grauamina portandi arma aut insignia testatoris, habent vim modi non conditionis, adeòque ante lucrum quæsitum non adimplenda.*

DECISIO II.

Dix 29. Martij 1632. resolutum fuit coram Reuerend. D. M. Vrgellen. constare de fideicommisso purificato ad fauorem D. Oleriæ Marchionissæ de Maximis, ex testamento Francisci de Salamonibus eius proaui, quia in eo apertissima sunt verba, quæ inducunt fideicommissum successiuum, & perpetuum per institutionem filiorum & Descendentium in infinitum, & per substitutionem vulgarem pupillarem, & fideicommissarium circa omnes factam; & constat dictam D. Oleriam esse vocatam tanquam proneptem ipsius testatoris, vt bene Dominus

meus

mensVrgellen.postea die 28.Maij,eiusdem anni causa
reproposita, Domini steterunt in decisis, resoluentes
etiam testamentum esse in forma probanti, & cum
præsupposito quòd D.Olesia suam personam in actis
legitimauerit, & probauerit suam descendentiam ex
prædicto Francisco de Salamonibus.

Hodie verò tertiò, reproposita causa, iterum Domini in decisis steterunt ex fundamentis deductis
1 in vtraque decisione; & præcipuè, quia satis constat
de voluntate relinquendi fideicommissum perpetuum successiuum, & absolutum inter omnes vocatos, quo casu receditur a vulgari consuetudine;
2 Oldrad. 21. & conditio *si sine filiis* extenditur ad
omnes filios vocatos in perpetuum, adeò vt vnus
alteri restituere teneatur, donec hæreditas ad vltimum vocatum pertineat, Fusar. *q. 480, num. 2.* Rot.
decis. 486. num. 2 p. 1. recent. & id clarissimè constat ex
vocationibus, & substitutionibus factis per verbum
3 *in institutum*, & *in perpetuum*, & *ex prohibitione alienationis*, ex quibus omnibus resultat fideicommissum successiuum, & perpetuum, Molinus *de Hisp. primog. l. 1. c. 4. n. 24. & 25.* Castillo *tom. 6. contr. c. 137. per totum*, & *n. 29.* Paris *consil. 37. n. 24. n. 2.* Roland. *cons. 23. n. 28. lib. 4.* Rot *decis. 121. num. 4. p. 2. diuers.* Seraph. *decis. 409 num. 5.*

4 Nec obstat obiectio, quod substitutio facta fuerit tantùm vulgariter, & sic spirauerit per aditionem hæreditatis, ex *l. post aditam*, vbi Iason, *C. de impub. & aliis subst. cum vulg.* quia contrarium patet ex verbis ipsius testamenti, nam ex illis constat, filias, & descendentes esse institutas, ab inuicemque substitutas reciprocè per fideicommissum *in perpetuum*, & *in infinitum*, & ita semper habere locum successiuè prædictas substitutiones, *leg. nam hoc iure 4. l. Lucius Titius 45 ff. de vulg. l. precib. C. de imp. sub.* Bart *in l. Centurio ff. de vulg.* Couarruu. *in C. Raynutius §. 9.* & alij relati per Peregrinum *de fid. art. 24 n. 2.* Mant. *de coniect. lib. 7 tit. 4. n. 6.*

5 Minus obstat quod dicta Marchionissa non portet arma, nec insignia testatoris, quia hæc gramamina, & similia in dubio censentur apposita in vim modi non conditionis, Bart. *in l. cum mota, num. 2. Cod de transact.* & ideo non sunt adimplenda ante lucrum quæsitum, Molin. *de Hisp. primog. lib. 2. c. 12. n. 9. & 41. & cap. 14 n. 12.*

Et ita vtraque parte informante decisum.

Lucana Exemptionis

Veneris 12. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Ordinarius in sua iurisdictione etiam quoad Capellas, Ecclesias Collegiatas, & alia pia loca priuilegia exemptionis quomodocumque prætendentia est manutenendus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus de iure communi habet fundatam intentionem exercendi iurisdictionem quoad omnes subditos in sua Diœcesi.*

2 *Exemptio Ecclesiæ collegiatæ in quantum se extendat.*

3 *Exemptio datur alicui ratione vnius qualitatis, non alterius.*

4 *Administratores quorumcunque locorum piorum, ex Concil. Trid. tenentur reddere rationem administrationis Episcopo, etiam tanquam sedis Apostolicæ Delegato.*

DECISIO III.

DVBITAVI an D. Episcopo Lucanæ Ciuitatis danda sit manutentio in quasi possessionem visitandi Capellam sitam in Ecclesia Sancti Saluatoris, & petendi rationem administrationis bonorum hospitalis S. Ansani, quorum administrator est Vincentius Meriochus Canonicus Ecclesiæ collegiatæ S. Michaelis eiusdem Ciuitatis, quæ Ecclesia per Leonem X. vt prætenditur, exempta est à iurisdictione Ordinarij;
& Domini affirmatiuè resoluerunt, quia Episcopus 1
de iure communi habet fundatam intentionem exercendi iurisdictionem, quoad omnes subditos etiam inuitos in tota sua diœcesi, *cap. conquerenti de off. ordinan. C. Episcopus eodem tit. in 6. cap. omnes Basilicæ 16. q. 7.* ex qua sola assistentia iuris ei debetur manutentio, etiam non probata quasi possessione, *C. cum persona, in fin. de priuileg. in 6.* Mares. *var. rer. lib. 1. cap. 11 n. 3. & 4.* Caputaq. *dec. 306 p. 1. Rot. dec. 491. n. 1. p. 1. recent.*

Nec obstat exemptio dictæ Ecclesiæ Collegiatæ 2
opposita per dictum Vincentium, quia respicit tantum Canonicos vt Canonicos, & loquitur in rebus pertinentibus ad eandem Ecclesiam exemptam, & nô eximit ita illos, vt non teneantur reddere rationem dicto Episcopo de administratione suscepta, ratione Capellæ dicti hospitalis, quia in his exemptio non habet locum, vt probat expressus textus *in cap. Cum Capella de priuileg.* & in terminis Couarru *prac. cap. 2. n. 5. vers. quòd cum Roman. Pontifex*, Nauar. *consil. 19. n. 9. de cleric.*

Et ratio est, quia in eadem persona possunt con- 3
currere diuersæ qualitates, ita vt ratione vnius, & non alterius detur exemptio, *c. per exempt. de priuil. in 6.* vbi Gem *n. 4.* Seraph. *decis. 1038. n. 8.* & faciunt tradita per Bald. *in l. acceptam. n. 4. C. de vsur.* Maranta *de ordine iudiciorum 4. parte, distinct. 11. num. 4.* Afflict. *dec. 24 n. 1.*

Et cessat difficultas ex Concil. Tridentino *sess. 22.* 4
c. 8. & 9. de reform. vbi administratores omnes Ecclesiastici, & laici fabricæ cuiusuis Ecclesiæ, & quorumcunque piorum locorum, singulis annis tenentur reddere rationem administrationis Episcopo, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegato, non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, & priuilegiis in contrarium, vt tradunt Gutier *l. 1. can. c. 35. n. 19. cum seqq.* Flores de Men. *Var. l. 1. c. 21. n. 179 & lib. 3. q. 21. n. 180.* Grat *discept. 393.* Garz. *de benef. 5. parte c. 1. n. 601.* Et ita decisum Episcopo tantum informante.

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 15. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

De Antianitate Equitis Religionis Hierosolymitanæ. Vid. infrà Decis. 8. & 9.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus per tres sententias ad dimmerandam antianitatem suam potest appellare ad Rotam.*

2 *Condemnatus, ad dinumerandam antianitatem à tempore expresso in sententiis paratus, an teneatur soluere expensas?*

8 *Acta facta ad instantiam vnius partis an suffragentur alteri colliganti.*

DECISIO IV.

ORTA lite coram Ven Consilio magni Magistri Religionis Hierosolymitanæ, inter Ludouicum Caninum de Mendoza militem eiusdem religionis ex vna parte, & ex alia Ferdinandum Torres, & Consortes Milites etiam eiusdem Religionis, super numeratione antianitatis; dictus Miles Ludouicus condemnatus fuit per tres sententias
1 ad dinumerandam suam antianitatem, non ab anno 1608. vt prætendebat, sed ab anno 1612. à quibus appellauit, & deuoluta causa in quarta instantia ad Rotam, mihique commissa cum clausula, *parito iudicato*, duplex dubium proposui. Primum, an constet de sufficienti paritione? Secundum, an acta sint integre transportata? quo secundo non resoluto in primo Domini affirmatiuè responderunt.

Fundamentum fuit, quia ad satisfaciendum dictæ clausulæ sufficit patientia, & verbalis paritio facta in actis, nempè quod paratus sit condemnatus prout in
2 præsenti, ad dinumerandam antianitatem à tempore expresso in sententiis, cùm per eas non condemnetur ad dandum, vel faciendum alium actum positiuum, Put *decis.* 244 *lib.* 1. *in correct.* Moet. *decis.* 9 *de re indic.* Seraph *decis.* 754. *n.* 1. Marescot. *lib.* 1. *var. c.* 56. *n.* 26. non tamen tenetur soluere expensas vigore dictæ clausulæ, quia requiritur, vt condemnatus fuerit tribus sententiis conformibus; nec sufficit condemnatio in vna, vel altera de tribus: Marescot. *dict. cap.* 86. *n.* 27. qui plures decisiones, allegat. Mart. *de claus.* 1. *part. claus.* 92. *n.* 2. Greg. *decis.* 361. Reuerendissimus D. meus Decanus *decis.* 357.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Aretina Capellaniæ, &c.

Veneris 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

De Clerico immittendo in possessionem cuiusdam Capellaniæ vigore subrogationis in forma *dignum* alteri commissæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex commissione Rotali & citatione cum inhibitione contra aduersarium personaliter exequuta est valida.*

2 *Citatio emanata vigore commissionis Rotalis, an tollatur ex facto si intra annum non fuerit reproducta in actis.*

3 *Transportandi obligatio cessat stante diuersitate causæ.*

4 *Allegatio suspicionis non releuat, cùm ab vlteriori processu fuerit appellatum.*

5 *Lite per mensem cum dimidio durante nulla adest præcipitantia.*

6 *Mandatum de immittendo vi subrogationis probatis omnibus necessariis requisitis exequtioni est mandandum.*

7 *Subrogationis aliquod requisitum an cesset lite inter partes super titulo beneficij non existente.*

DECISIO V.

DOMINI responderunt, sententiam R. P. D. mei Pirouani confirmandam esse, in qua pronunciatum fuit, sententias latas contra Grazinium esse infirmandas, & mandatum de immittendo in possessionem Capellaniæ de qua agitur, dandum esse eidem Grazinio vigore subrogationis in forma *dignum* commissæ Vicario Aretino, & obtentæ in iuribus, & possessione dicti Comitis Rotilli colligantis, qui decesserat pendente lite in Rota, non obstantibus nullitatibus, & iniustitia contra dictam sententiam Rotalem oppositis.

Fundamentum fuit, quia prædicta sententia est valida, & iusta. De validitate constat ex commissione 1
Rotali, & ex citatione cum inhibitione contra Franciscum Rotillum personaliter exequuta. Vnde dicto Rotillo per se aut per eius Procuratorem non comparente, meritò fuit processum per contradictas iuxta stylum, de quo Caputaq. *decis.* 261. *p.* 2. Vant. *de nullitate ex defectu iurisd. deleg. n.* 1. & 2.

Nec obstant nullitates oppositæ contra validitatem. Non prima quòd citatio emanata vigore com- 2
missionis Rotalis non fuerit intra annum reproducta in actis, quia tollitur ex facto, cùm præsentata fuerit in partibus de mense Martij 1632. & reproducta in actis de mense Ianu. 1633. & de iure potest intra annum quandocunque reproduci, nec dicitur circumducta, Vant *de nullit. ex defectu cit. p.* 111. Vestr. *in praxi lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 1. Rot. *decis.* 14. *de dolo, & contum. in nou. & decis.* 21. *de appell.*

Non obstat secunda ex defectu transportationis actorum præcedentis causæ inter Comitem Rotillū, & Grazinium; quoniā sufficit integrè transportata esse acta facta super subrogatione in iuribus dicti Comitis, nec erat necesse transportare acta præcedentia cū dicto Comite, persona diuersa, & super diuerso titulo
3 agitata, quia stante diuersitate causæ cessat obligatio transportandi, tam ex dispensatione iuris communis, quàm Concil. Trid. Seraph. *dec.* 1305. Greg XV *decis.* 55. *per totum.*

Minus subsistit tertia nullitas deducta ex eo, quòd sententia Rotalis confirmet sententiam Decani Aretini, quæ dicitur nulla ex duplici capite, & quia lata fuit post recusationem Iudicis causa suspicionis, & quia lata fuit præcipitanter: nam allegatio suspicionis 4
non releuat, cùm fuerit appellatum ab vlteriori processu, prout de iure requiritur, Ruin. *cons.* 61. *n.* 36 *lib.* 4. Curt. Iun. *cons.* 175. *n.* Lancellot *de attent c* 4. *limit.* 2. *n.* 71. Rot. *decis.* 563. *n.* 8. *p* 1. *diuers.* Greg. *decis.* 466 *n.* 7. vbi Add. imò cum fuerit consensum in iurisdictionem dicti Decani per plures actus, non potuit allegari suspectus sine expressione causæ superuenientis post illos actus nata, *cons.* 532. *n.* 9 Beron. *cons.* 16. *n.* 27. Grat *discept.* 100. *n.* 31 & *seq.* Rot. *diuers. decis.* 2. *n.* 2. *p.* 1. & coram Caual. 158. *n.* 2. nec adest vlla præcipitantia, cum lis durauerit coram Domino Iudice 5
per mensem cum dimidio, & ad istum effectum tempus attenditur à die deputationis, vt in specie tenet Rota *decis.* 743. *n.* 5 *p.* 2 *recent.* vbi defenditur sententia lata intra 30. dies à die deputationis. Iustitia verò sententiæ patet, quia in subrogatione probata fuerunt omnia necessaria requisita, nempe Clericatus, lis, & obitus in possessione, quibus concurrentibus mandatum

mandatum de immittẽdo concedendum est,& exequutioni mandandum, *c. Si quando de re indic.* Garz. *de benef.p.2.c.4.in pr. n.4. & 16.cum seqq.*Greg *decis.* 32. *& decision.* 103. vbi Add. Seraph. *decision.* 199. *per totum.*

Præterea, quia narrata in literis sobrogationis fuerunt verificata, nempè Capellaniam esse beneficium simplex, & dè iurepatronatus, & solitam obtineri per clericos seculares, & valorem beneficij non excedere 24.ducatos, & idoneitatem dicti Grazinij, vt latè constat ex decisione in hac causa facta coram Domino meo Pirouano.

Neque obstat obiectum factum contra iustitiam dictæ sententiæ Rotalis, nempe quòd lis, quæ verte-
7 batur intra Grazinium, & Comitem, non fuerit super titulo beneficij, & ideo cessate vnum requisitum dictæ subrogationis, quia cùm dictus Grazinius, & Comes essent ambo præsentati ad dictum beneficium, & vterque instaret coram Ordinario super institutione obtinenda. & latæ fuerint desuper sententiæ, sufficit, vt dicatur beneficium litigiosum ad effectum obtinendi subrogationem, Sarm. *in reg de subrog collit.quæst.*13.*sub n.*1. Garz. *de benef. p.11.cap.*3.§.1.*n.*82.*&* 85.Seraph.*dict decis.*990.*n.*3.

Nec releuat, quod citatio vigore commissionis obtenta pro Grazinio, & Monachis assertis patronis contra D. Comitem, fuerit tantum præsentata ad instantiam Grazinij; nam vltra quod ex attestatione
8 Nuntij, constat de contrario, tollitur difficultas, quia cùm lis fuerit in partibus per Monachos, & Grazinium cœpta, & prosequuta, euenit vt acta postea facta ad instantiam vnius partis suffragentur etiam alteri collitiganti, vt latè probat Crauet *cons* 45 *nu.* 2.Rot.*decis.*579.*n.*1.*&* 3 *p.*1.*diuers.& decis.*191.*n.*1. *in fine p.*2.Put.*decis.*459.*lib.*2.*in correct.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Meleuitana Antianitatis.

Lunæ 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Transportatio cum actis necessariis & ad causam pertinentibus integra est & valida: vbi plura de modo & actis transportandis.

SVMMARIVM.

1 *Transportatio actorum quando præsumitur integrè facta alleganti contrarium incumbit onus probandi.*

2 *Acta solum illius causæ quæ tractanda est, debent transportari, etsi acta facta in alia causa multum conferant ad eam quæ tractanda est.*

3 *Acta sine citatione, vel verbaliter producta non sunt transportanda.*

4 *Productio realis iurium seù iudiciarius ordo non requiritur in religione Hierosolymitana iuxta dispositionem eius statuti.*

DECISIO VI.

DOMINI dixerunt constare de integra transportatione actorum facta per Dominũ Equitem Ludouicum Canzinum: nam ipse transportauit omnia acta necessaria, & pertinentia ad causam antianitatis de qua agitur, quibus etiam fauet præsumptio integræ transportationis, quæ 1
transfert onus probandi in allegantem contrarium, Maresc.*lib.*2.*var rer.cap* 43 *n.*6.Grat.*discept.*121.*num.*29.Greg.*decision.*55.*&* 59.*n.*1.Rot.*decis* 188.*num.* 2. Post.2.*volum.cons.* Farin.

Non obstat quod non fuerint transportata acta processus, in quo agebatur de nobilitate dicti Equitis, quia cùm fuerint duò iudicia separata; vnum super receptione, & nobilitate, de quibus non agitur: alterum super antianitate à quo tempore sit numeranda, in quo iudicio lata fuerunt tres sententiæ contra Dominum Equitem, à quibus ipse appellauit, & causa appellationis coram me pendet; consequenter dicendum est, non teneri transportare acta primi processus tanquam diuersa, & non necessaria ad hanc causam, quia acta solum illius causæ, quæ tractanda est, debent transportari, Marescot. *vbi supra* 2
*n.*8.Rot.*decis.*11 *& decision* 884 *p.*4 *recen* quod procedit etiamsi acta alterius causæ multum conferant ad ea quæ tractanda est; non enim sequitur quod sint de actis illius causæ, quæ examinanda venit, Grat. *vbi moner.* 16. Rot. *in Romana depositi quinta Iulij* 1600 coram R.D.meo Decano.

Minus obstat quod in sententia, quæ datur in summario Ferdinandi *num.*4. adsint illa verba *multis allegatis iuribus, & productis exemplaribus*; ex quibus inferri videtur ad productionem aliorum actorum, ex adductis per Rotam *in Pistorien.beneficij* 13.*Ianuarij* 1617. *coram bon.mem.* Buratto, Add ad Greg. *decis. dicta.*

Quia respondetur, quod licet Iudex pronunciando dixerit dicta verba, non indè sequitur, quod acta fuerint producta realiter parte citata prout requiritur ad effectum, vt transportari debeant: nam potuit esse productio realis sine citatione partis, vel 3
productio verbalis tantùm, in qua non requiritur transportatio, Bart. *in extrauag ad reprimendum n* 3. Roman. *cons.*319.*n* 3. Rot. *decis* 445.*n.*1 *p.*1.*diuers.*
præcipuè in Religione Hierosolymitana, in qua non 4
est necessaria productio realis parte citata, nec ordo iudiciarius seruatur, sed solo verbo *extraiudicialiter*, & ostensis iuribus proceditur, secundum statutum expressum dictæ Religionis datum in Summ. Ludouici *n* 7. & in his terminis fuit resolutum *in Meliten. conserua, decima Iunij* 1610.coram Buratto, & *in Nerione hab.* 24 *Aprilis* 1617. coram Eminentissimo Cardinali Verospio. Sed ex abundanti constitit, etiam de transportatione dictorum exemplarium, de quibus in prædicta sententia fit mentio.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana Casalis.

Mercurij 7. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem heredi est concedenda, concurrentibus omnibus ad immissionem necessariò requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Tria sunt requisita vero heredi necessaria, legitima descendentia, mors vocatorum, & identitas rei.*

 2 *Nomi*

2 *Nominatio filialis facta in institutio e testamenti, an probet filiationem.*

3 *Diuidere vsumfructum bonorum hæreditariorum, pensiones illius percipere, & contrahere nuptias in facie Ecclesiæ, tanquam filias aut descendentes Testatoris, an probent filiationem.*

4 *Probatio tanquam super statu & legitimatione personæ afficit omnes.*

5 *Vbi plures sunt descendentes non acceptantes fidei commissum pro eorum portione purificatum, alter fidei commissarius agnoscens totum consequitur iure accrescendi.*

6 *Identitas rei an probetur, re à Testatore fideicommisso subiecta.*

7 *An per diuisiones inter hæredes factas aperiatur locus successionis alteri in casu alienationis vocato.*

8 *Derogatio in quantum operatur.*

DECISIO VII.

POSTQVAM resolutum fuit constare
de fideicommisso Francisci de Salamonibus
purificato ad fauorem Oleriæ
Marchionissæ de Maximis, dubitaui,
an ei danda sit immissio in possessionem
Casalis Auguzzani, de quo agitur: & Domini
affirmatiuè responderunt, quia constat de legitima
1 descendentia d. D. Oleriæ, de morte omnium vocatorum,
& de identitate dicti Casalis, quibus concurrentibus
immissio necessariò concedenda venit, Rot.
decis.276.n.2.p.2.recen.& decis.471.in posth. Farinac.
part.1. Descendentiã Oleriæ, ex Francisco de Salamonibus
probatur, nam iste habuit duas filias Oleriam
Seniorem, & Vincentiam, & in testamento,
cum quo decessit, eas vti filias legitimas, & naturales
hæredes instituit, *summario n.1.* quæ nominatio
2 facta in institutione probat filiationem, Barth. *in l.
quidam, cum filium ff.de verbo oblig.* & *in l.3. § Iulianus,
n.3 ff.de liberis, & posthum.* Mascard *de probat conclus.393.n.1.*
Rot.*decis.218 p.1. diuers.* & *decis.641.
n.5.p.3.*& *decis.578 n.1.ad fin p.4 recent.*

Et ex prædicta Oleria seniori constat natas fuisse
3 Victoriam, & Isiphilem; quæ inter se diuiserunt
vsumfructum bonorum hæreditariorum Francisci
earum Aui, vti filiæ Oleriæ *summ.n 5.* & quia D.Victoria
vti filia Oleriæ locauit Domino Casale & &
pensiones illius percepit *summ n.5.& 7.* Et prætereà,
quia vti filia D.Oleriæ contraxit nuptias solemniter
in facie Ecclesiæ præsente bonæ memor. Card. de
Pisis, & aliis Illustribus consanguineis cum Ascanio
Rebiba de anno 1581.*sum.n.4.* vt in terminis, Bald.
in cap series n.4 de test. Socin.*cons.68.num 7. arte fin.
lib. 4.* ex quibus resultat plena probatio filiationis,
Barth.*in l.2 § planè de lib agn.* Alex.*cons.90. column.5.
in fin.volum.6.*Ceph.*cons.137 num.44 lib.1.* Mascard.
conclus.794.n.1.& 11. Seraph.*decis 489.n.1.* Rot.*decis.176.n.1.&
12 part.1.recent.*

Et quod ex dicta Victoria, & Ascanio Rebiba
nati fuerint D.Oleria iunior Marchionissa, & Ioannes
Baptista, probatur ex testibus examinatis in Curia
Capitolina, contra Alexandam aduersariam cum
eiusdem interrogatoriis, quæ probatio tanquam su-
4 per statu, & legitimatione personæ afficit omnes,
Bart.*in l.2.n.4 ff de iudic.* Felin.*in c.causam, quæ il.1.de
testib.*Caual.*decis.575.n.8.* & *decis.524. n.3.* Obitus
Francisci fideicommittentis proaui Oleriæ Iunioris,
& obitus Oleriæ eius Auiæ, & Victoriæ eius
matris, & aliorum vocatorum ad fideicommissum,
probatur ex instrumentis diuisionum, *dicto summ.n.2.*
& 4.& ex partitis extractis ex libro mortuorum *sum.
n.12.* Immol.*cons.110.in fin.* Greg. XV.*decis.78.n.2.*
Rot.*decis.321.n.3 p.1.recent.*& ex Confessione Ioannis
Baptistæ *summ.n.7.* à qua causam habet prædicta
Alexandra.

Nec obstat prætensa existentia aliorum descendentium
ex dicta Isiphide filia Oleriæ senioris, quia
quicquid sit de existentia prędicta in omnem casum, 5
donec ipsi non acceptant fideicommissum pro eorum
portione purificatum, potest alter fidei-commissarius
agnoscens totum consequi iure accrescendi,
Simon de Præt *de interp.vlt.volunt fol.201.n.19.* Rot.
in Tiburtina castri S.Angeli 26.Nouembris 1616.coram
Andrea.

Identitas autem d.Casalis probatur ex supradictis 6
instrumentis diuisionum inter filias, & hæredes Oleriæ
senioris, quæ tanquam de bonis hæreditariis fideicommittentis
probant Casale, de quo agitur, fuisse
fideicommisso subiectum, Barbat.*cons.14.col.6.lib.3.*
Natta.*cons.235.*Peregr.*de fideic. art.44.n.5.* Fusat. *de
subst. q.110. n.11.* Rot. *decis.706. n.1 p.2. recent.* &
constat etiam prædictum Casale fuisse repertum in
hæreditate ipsius Francisci, quia Societas Sanctissimæ
Annunciatæ ex causa legati annui sibi relicti ab
eodem Francisco, obtinuit sententiam in Saluiano
contra dictam Alexandram tanquam possidentem
dictum Casale vti hæreditariom dicti Francisci, *sum.
n.9.* Peregr. *de fideicom. d.art 44.n.6.* & ex testibus
examinatis ad perpetuam rei memoriam *summ. n. 8.*
& ex Confessione D. Ioannis Baptistæ facta in instrumento
locationis, *sum.n.7.* & in commissione
causæ *summ.n.11.*

Neque obstat, quod videatur per diuisiones factas 7
inter hæredes Oleriæ, fuisse apertum locum successiuni
Societatis Sanctissimæ Annunciatæ vocatæ in
casu alienationis, nam respondetur, quòd prohibitio
testatoris non aperuit in hoc casu fideicommissum
ad illius fauorem, quia diuisio præcessit præuia auctoritate
Apostolica, cum expressa derogatione cuicunque
caducitati prouenienti ex testamento: derogatio 8
namque operatur ac si dispositio, cui derogatur non
adesset, Rota *decis.86 n.9.p.1.recent.*

Ex quibus rationibus moti Domini, immissionem
esse dandam prædictæ Oleriæ Marchionissæ, nisi
obstent detractiones oppositæ per Alexandram, de
quibus videbitur si opus foerit. Et ita decisum vtraque
parte informante.

Melenitana Antianitatis.

Lun. 12. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Antianitas Equitis Hierosolymitani à quo tempore sit numeranda?

SVMMARIVM.

1 *Antianitas currit à tempore quo soluitur passagium commum thesauro Religionis Hierosolymitanæ secundum eiusdem Religionis stabilimenta.*

2 *Statutum Religionis Hierosolymitanæ confirmatum à Sede Apostolica omnino est seruandum.*

3 *Solutio passagij ex libris dictæ Religionis ad hunc effectum à deputatis scriptis plenè probatur.*

4 *Antianitas numeranda est à die solutionis, non à tempore factarum probationum.*

5 *Primis*

5 *Primis probationibus non totaliter reprobatis, secundæ ex iuris interpretatione ad tempus primarum interpretationum retrotrahuntur.*
6 *Probationes secundæ in corroborationem priorum probationum factæ censentur.*
7 *Primis probationibus à litigante oblatis, si impediatur quominus transmittas, haberi debet pro admisso & venit excusandus.*
8 *Antianitas regulariter currit à die antiquioris ingressus.*

DECISIO VIII.

FVIT resolutum antianitatem D. Equitis Ludouici informantis numerandam esse à die 14. Nouembris 1608. in quo
1 soluit pecunias vulgò *passagium* communi thesauro religionis Hierosolymitanæ, à quo tempore secundum stabilimenta eiusdem Religionis, vt *in stat. 15. tit. 5 de commend.* incipit currere antianitas, & ita firmauit Rota coram Greg. *decis. 341. circa finem*, & *decis. 49. n. 23.* & *in Neritonen. antianitatis 15. Aprilis de 1622.* coram Remboldo, & *in Melevitana Antianitatis 24. Martij* 1634. coram Reuerendiss. D. meo Vigellено: quæ decisiones fundantur in clara dispositione dicti statuti, quod cùm sit confirmatum a Sede Apostolica,
2 omninò seruandum est. Abb *in cap. dilecti n. 14. de prebend.* Felin. *in cap cum accessissent n. 4. & 7.* vbi Decius *n. 19 de const.* Gabr. *conclus. 5. n. 20 de claus.* Solu-
3 tio verò dicti passagij probatur ex libris dictæ religionis, qui tanquam scripti à deputatis ad hunc effectum plene probant, Bart. *in l. argentum in principio*, & *in c quamvis ff de eden.* Felicet. *in l. 3 col. 3. vers. quaro C. eodem tit.* Barb. *cons. 53. lib. 3.* Seraph. *decis. 431. n. 6.* & *decis. 1088.*

Neque obstat quòd contradictis primis probationibus de anno 1608 D. Ludouicus fuerit admissus ex nouis probationibus factis de anno 161[illegible] & ideo quod ab hoc tempore numeranda sit antianitas, quia vltra quòd non probatur, quòd D Ludouicus fuerit admissus vigore secundarum probationum, cùm imò constet indistinctè admissum fuisse vigore tam primarum, quàm secundarum probationum, & præterea appareat secundas probationes fuisse factas, ex quo primæ contradictæ fuerint, & solùm quia primæ fuerunt deperditæ; ex abundanti respondetur, quod ad effectum de quo agitur non attenditur tempus probationum; sed tempus solutionis passagij iuxta dispositionem supradicti statuti 15. dicentis; *antiani-*
4 *tatem numerandam esse & currere à die solutionis, & non à tempore factarum probationum*, & in his terminis resolutum fuit *in dicta Neritonen.* coram Remboldo.

Nec etiam obstat obiectum factum pro parte Domini Ferdinandi, & litis consortium prætendentium primas probationes nobilitatis fuisse reprobatas in Capitulo Prouinciali nemine discrepante, in quo casu reprobatus ab ingressu huius ordinis, omninò, & penitus excludendus est, ita vt posteà admitti non possit ad nouas probationes, vt disponitur *in statuto 14 del conf.* nam fuit responsum id non probari, cùm tamen tanquam fundamentum dicti Ferdinandi concludenter ab eo probandum esset, *l. actor. C de prob. l. ei qui dicit ff. eodem*, Surd. *cons. 34. n. 11.* imò constat de contrario; nam ex eo quod prædictæ probationes fuerunt desumptæ ex archiuio Prioratus Castellæ, & ad Conuentum transmissæ, clarè colligitur non fuisse reprobatas nemine discrepante, nam si fuissent sic reprobatæ, non potuissent transmitti contrà formam dicti statuti 14. nec dictus Ludouicus admissus fuisset à tribunalibus Religionis ad nouas probationes, habitum, & professionem; vt fuit posteà admissus; ex quo sequitur necessariò, primas probationes non fuisse reprobatas nemine discrepante, ad *text. in l ad rem mobilem ff. de procurat. l. illud ff de acquir. rerum dominio.* Aret. *consil. 110 n. 21.* Alex. *consil. 110 lib. 5.* Anton. Gomez. *lib. 1. var c. 3. n. 23.* Rot. *decision. 44. numer. 2.* & *decision. 105. part. 1. recent.* Vnde cùm primæ probationes non fuerint totaliter reprobatæ, secundæ, quæ posteà factæ fue- 5
runt ex iuris interpretatione retrotrahuntur ad tempus primarum probationum, Bald. *in cap. 1. post principium de fide instr.* Dec. *in auth. si quis in aliquo numer. 3. C. de edend.* & ideo secundæ probationes non dicuntur nouæ, sed factæ censentur in corroborationem priorum probationum, Cæs. de Grassis *decision. 20 numer. 11. de prebend.* Rot. *diuers. decis. 455. numer. 4. part. 1.* & *in Cæsar. Augustana portionis coram Iusto impressa penes Marcell. de commiss. p. 1. fol. 340.*

Quæ eò faciliùs procedunt in hoc casu, cùm 6
non steterit per Ludouicum, quominus transmitterentur primæ probationes, quinimò constat, sæpissimè ipsum instasse pro illarum transmissione, & impeditum fuisse à Priore Castellæ, in quo casu haberi debet pro admisso, & venit excusandus, *l. si me herede 3. idem iuris ff. ad l. Rod. de iact. l. non exigimus, §. 1. ff. si quis caut. l. Celsus §. primo ff de arb.* Bald. *in l. diffamari numer. 5. C. de ingen.* Gonz. *super reg. 8. § 3. numer. 58. in proæm.* Surd. *consil. 374. numer. 7.* & in his terminis Gregor. *d. decision. 341. numer. 1.* & tantò magis quando impedimentum, vt in proposito casu, præstitum fuit ab eo qui partes aduersarij sustinebat; *l. si cum ipse*, vbi Bart. *ff de excus. tut. l. intra vtile*, vbi Bald. *ff. de minor.* Surd. *cons. 96 n. 6.* Greg. *vbi proximè.*

Quibus omnibus accedit pro D. Ludouico iuris 7
assistentia, iuxta quam antianitas regulariter currit à die antiquioris ingressus, *cap. 1.* vbi Abb. *num. 1. & 3. de maior. & obedient.* Aret. *consil. 13. numer. 3.* Roc. de curt. *de consuetud. sect. 4 in 3. regul. numer. 11.* Cassan *in cat. glor. mund. part. 12. consil. 99.* & *in puncto de Milite Hierosolymitano*, Rot. *apud Greg. dict. decision. 341. numer. 1.* & Seraph. *decisione 326. num. 5.*

Et ita resolutum D. Equite Ludouico tantùm informante.

Melevitana Antianitatis.

Lunæ 5. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Pete suprà ex Decisione 8. cuius materia hîc latiùs examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Reus in probanda exceptione fit actor.*
2 *Actore fundante suam intentionem, nisi concludenter suam exceptionem probauerit reus succumbit.*
3 *Commissarij ad faciendas probationes deputati, an habeant facultatem approbandi aut reprobandi.*
4 *Verba* currat antianitas à die præsentationis *quomodo sint intelligenda.*
5 *Verba* de su presentacion, *in quo sensu propriè accipiuntur.*

6 *Verba*

6 *Verba quando sunt ambigua, ad personam cui magis adaptantur sunt referenda.*

7 *Commissarij non habentes facultatem approbandi aut reprobandi non possunt imponere conditionem nec praeiudicare statuto.*

8 *Renuncians statuto acquiescendo decreto reprobationis & conditioni numerandæ antianitatis à tempore præsentationis, an sibi ipsi praeiudicet.*

DECISIO IX.

DOMINI steterunt in decisis, sub die 12. Februarij præteriti, nempe antianitatem D. Equitis Ludouici numerandam esse à die solutionis passagij secundum statutum religionis Hierosolymitanæ 15. *de commun. thes.* ex rationibus, & fundamentis adductis in decisione, & quia hodie D. Ferdinandus, & consortes concludenter non probant suas exceptiones, in quibus se fundant, prout probare tenentur; nam postquam actor suam fundauit intentionem, vt fecit D. Ludouicus 1 in hoc casu, tunc reus, qui in probanda exceptione fit actor, ex *l.1* vbi Bart. *ff. de except.* debet quoque concludenter probare suam exceptionem, alias suc- 2 cumbit ita vt non sufficiat illam reddere turbidam, Seraph. *decis.* 524. *num.* 1. Rot. *decis.* 190. *n.* 2. *p.* 2. *diuers.* Mantic. *decis.* 274. *n.* 4.

In præsenti autem prædictus Ferdinandus duas exceptiones, in quibus se fundat non probat. Prima enim exceptio, quod primæ probationes fuerint ab omnibus reprobatæ, diluitur ex rationibus adductis in dicta decisione, & etiam, quia prædicta reprobatio nunquam fuit in rerum natura, cùm deficiat decretum reprobationis, quia benè aduertunt, locus, in quo fieri debebat decretum reprobationis, fuit relictus in albo, vt *in processu fol.* & ideo si ex oculari inspectione non constat de tali decreto, non est verum dicere, quod adsit reprobatio, dum illa 3 aliunde non probatur, & cum Commissarij seu deputati ad faciendas probationes non habent facultatem approbandi nec reprobandi; quia talis facultas conceditur Capitulo Prouinciali ex ordinatione *cap. de const. lib. 7. n.* 14. & postea Prioratui vt *in ordin. capit.* 17. *del conf. n.* 17. & in casu contradictionis Concilio ordinario, cui præest magnus Magister, vt *in stat.* 26. *del conf.* tantummodo potuerunt contradicere, prout fecerunt, & relationem facere de prædictis probationibus ex *eadem const.* 14.

Secunda autem exceptio, quod secundæ probationes fuerint admissæ ea conditione, vt antianitas curreret à die illarum præsentationis in Conuentu factæ de anno 1612. omnino tollitur ex verbis decreti admissionis, ibi; *quod currat ei eius antianitas à die illius præsentationis.* Vnde constat quod illa ver- 4 ba, *currat antianitas à die præsentationis*, non dicunt cum probationibus; & ideo cùm possint intelligi à die præsentationis suæ personæ in Conuentu sine probationibus, quæ fuit de anno 1608. quo tempore ei tabulæ fuerunt assignatæ, & soluit passagiũ, consequenter dicendum est intelligẽda esse de præsentatione personæ in Conuentu, non autem de præsentatione probationum.

Quod apertius explicatur ex verbis Hispanicis *desde el dia de su presentacion*, quibus dictum decretum conceptum fuit, licet postea in Latino sermone 5 traductum fuerit; quæ verba *de su presentacion* propriè intelliguntur de præsentatione suæ personæ, cùm verbum *suum* sit personale, denotans propriam personam ipsius Equitis, Crauet. *cons.* 929. *n.* 10. Menoch. *cons.* 328. *n.* 14. Seraph. *dec.* 1337. *n.* 4. & quando verba essent ambigua referri debeant ad personam D. Ludouici cui magis adaptantur, Natt. *cons.* 6 508. *num.* 24. *lib.* 2. Gabr. *cons.* 56. *n.* 11. *lib.* 1. & interpretanda essent secundum ius commune & statuta eiusdem Religionis, Bart. *in l. omnes populi ff. de iust. & iure* Morl. *tit.* 5. *q.* 5. *n.* 17. quæ disponunt antianitatem numerandam esse à die solutionis passagij, & sic à tempore suæ præsentationis in Conuentu, non autem à tempore præsentationis suarum probationũ in Prioratu, de quibus verbum *suum* non potest intelligi ex nuper allegatis.

Et cessat difficultas, quia licet Dominus Ludouicus admissus fuisset ea conditione vt curreret antianitas à die præsentationis suarum probationum, tamen ei non obstaret prædicta conditio, quia fuit apposita à Commissarijs & Deputatis, qui cùm non 7 haberent facultatem approbandi, nec reprobandi, vt supra dictum, non poterant imponere dictam conditionem, nec præiudicare statuto dictæ Religionis, numerante antianitatem à die solutionis dicti passagij.

Nec obstat quod Dominus Ludouicus visus fuisset renuntiasse dicto statuto, ex eo quod acquieuit 8 decreto reprobationis, & conditioni numerandæ antianitatis à tempore præsentationis, quia primum obiectum tollitur ex supradictis, cùm dictum Decretum nunquam fuerit in rerum natura, vnde dari non poterit illius approbatio, & licet adesset non valeret ex defectu potestatis approbandi vel reprobandi. Secundum verò obiectum cessat etiam, tum quia dicta conditio numerandi antianitatem à tempore præsentationis potest intelligi de præsentatione suæ personæ in Conuentu, quæ fuit de anno 1608. vt supra dictum est, & sic acceptatio dictæ conditionis in hoc casu D. Ludouico non noceret, sed potius prodesset; tum etiam, quia quando dicta conditio esset intelligenda de præsentatione probationum de anno 1612. tamen non constaret, dictam conditionem fuisse per D. Ludouicum expressè acceptatam, prout requireretur ad hoc, vt possit dici renunciatum dicto statuto, cùm eius renunciatio in dubio non præsumatur, Alex. *cons.* 53. *col.* 4. *vol.* 5. Decius *cons.* 452. *num.* 24. Surd. 4. *cons.* 431. *num.* 1. & tollitur omnis difficultas, cùm postea prædictus Ludouicus fuerit admissus in Prioratu, *Summ. num.* 3. & deinde sine vlla conditione vnanimiter, & distinctè vigore primarum & secundarum probationum in Concilio ordinario *Summ. num.* 4. & Illustrissimus & Reuerendissimus magnus Magister, & Venerab. Concilium in contumaciam contradicentium cum scrutinio ballottarum nemine discrepante, dictas probationes admiserunt pro bonis, & validis, ac pro talibus haberi, & admitti mandauerunt.

Denique non obstat quòd quando solutum fuit passagium post motam litem super antianitate, illa non currit à die solutionis ex dicto statuto 15. quia cessat difficultas in præsenti, cùm lis non fuerit mota ante solutionem passagij, sed longè postea, in quo casu non intrat statutum, vt constat ex verbis ibi: *Mouen gli giuera, se pagara dopo che la lite sara cominciata.*

Et ita decisum fuit vtraque parte informante.

Recanaten.

Recanaten. Prædij.

Lunæ 14. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

De Prædio subhastato: An plus offerens & pecuniâ penes montem Pietatis iuxta formam mandati A. C. depositâ in possessionem realiter immissus, de iure sit manutenendus?

SVMMARIVM.

1 *Possessor verus ante & de tempore motæ litis existens de iure est manutenendus.*
2 *Possessio Iudicis authoritate assequuta est valida.*
3 *Possessio defuncti ad hæredes non transmittitur deficiente statuto continuante possessionem in hæredes, nisi de nouo ab ipsis hæredibus capiatur.*
4 *Possessionem quam quis non habet tempore obitus non potest transmittere.*
5 *Possessio sine actuali apprehensione nunquam transfertur*
6 *Iudicium super manutentione, & instantia per hæredem cœpta, an transeat ad cæteros hæredes descendentes, deficiente Monitorio super manutentione in tali casu requisito.*
7 *Monitorium an valeat, cum constet non fuisse reproductum.*
8 *Mandato legitimo obtinentis deficiente, lis non habetur pro introducta siue de iure, siue de facto.*
9 *Iudex iustè & validè procedendo, dum alium in possessionem immittit, possessione hæredes priuat.*
10 *Rescriptum quando dicitur adimpletum.*
11 *Depositum factum penes Montem pietatis, & in pecunia numerata coram Notario & testibus, est reale, non fictum aut simulatum.*
12 *Officialibus publicis loci plena fides est adhibenda cùm attestentur de materia ad eorum officium pertinente.*
13 *Attestationes priuatæ extraiudicialiter obtentæ non præiudicant publicis instrumentis, nec releuant.*
14 *Consignatio pecuniarum à Iudice facta non simpliciter sed conditionaliter an valeat.*
15 *Rescriptum Pontificis recipit interpretationem à iure communi.*
16 *Iudex potest mandare dotem inuestiri, & non solui marito qui desierat esse soluendo.*

DECISIO X.

D. Piera Ioanna Massutia creditrix Petri Moroni primi viri Angelæ Ferrabo, obtinuit ab A. C. mandatum contra bona dicti Petri, quorum retentionem prætendebat dicta Angela, & Dominicus eius secundus maritus, pro credito dotali eiusdem Angelæ, & pro faciliori mandati executione dicta Piera Ioanna adiuit Signaturam Sanctissimi, qui rescripsit A.C. vt ad executionem bonorum Petri procederet, & ex illorum pretio solui mandaret prædictum creditum dotale, & quod de residuo satisfieret dictæ Pieræ Ioannæ Massutiæ, ita tamen quod Angela, & Dominicus Coniuges ab eorum possessione non amouerentur nisi prius fuerit eis de credito dotali in pecunia numerata satisfactum. Vnde A. C. mandauit exequi dictum mandatum ad effectum pretium deponendi penes Montem Pietatis Ciuitatis Recanatensis, & satisfaciendi de dote prædictæ Angelæ.

Executo postea mandato super prædio Petri de quo agitur, illoque subhastato D. Tullius Robertus obtulit scuta 1600. quibus depositis penes dictum Montem Pietatis iuxta formam mandati A. C. Prætor Recanatensis dictum Tullium tanquam maiorem oblatorem in possessionem supradicti prædij immitti mandauit, prout realiter immissus fuit.

Defuncta verò Angela, Alexander, & Catherina eius filij asserentes se reperiri in pacifica possessione dicti prædij, obtinuerunt ab A.C. mandatum de manutenendo, à quo interposita appellatione pro parte Tullij, & causa mihi commissa dubitaui hodie, an mandatum A. C. super manutentione concessum sit confirmandum, vel infirmandum? &
fuit pro infirmatione resolutum. Quia D. Tullius 1
manutenendus erat de iure, cùm ante & de tempore motæ litis existeret verus possessor, *vulgat. §. retinendæ instit. de interdict.* Menoch. *de retin. remed. 3. num.* 566. Seraphin. *decis.* 1106. *num* 1. &
tantò magis cùm prædictam possessionem assecutus 2
fuerit auctoritate Iudicis, *l. iustè possidet l. qui vniuersas §. idem cum Prætor ff de acq. poss.* Greg. *decis* 582. *num.* 2. Rot. *decis.* 173. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*

Neque obstat prætensa possessio opposita ex parte Alexandri, & Catherinæ filiorum Petri, & Angelæ, quia vel illam prætendunt tanquam hæredes Petri patris, vel ex persona Angelæ matris. Si tanquam hæredes Patris, dicta possessio eis non suffragatur, quia defuncti possessio ad hæredes non trans-
mittitur deficiente Statuto continuato possessionem 3
in hæredes, nisi de nouo ab ipsis hæredibus capiatur, *l. cum heredes ff. de acq. possess.* Rota *decis.* 633. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Gregor. *decis.* 212. *num.* 6. *vbi* Addent. *num.* 12. Minus iuuari possunt possessione ex persona Angelæ matris; Tum quia nullibi constat dictam Angelam possedisse de tempore eius obitus: Ideoque non potuit transmittere possessio-
nem quam non habebat, *ad not. in l. ventre ff. de acq.* 4
hæredit. & in l cum in antiquioribus C de Iur. deliber. & post alios per Surd. *decis.* 138. *num.* 19. *ad fin cum seq* & per Rotam *decis.* 165. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Tum etiam quia caso quo possedisset, non poterant
ex eius persona manuteneri in possessione, cùm 5
possessio sine actuali apprehensione nonquam transferatur, ex Iuribus supra allegatis.

Nec etiam releuat, ab eadem Angela introductum fuisse Iudicium super manutentione, & ideo
quod Instantia per eam cœpta transierit ad heredes, 6
& illa mediante potuerint manuteneri, Rot. *post Pacific. de Salu interd. decis.* 141. *num.* 3. Quia nullum adest Monitorium super tali manutentione, quod necessarium est in Tribunali A. C. etiam in Iudicio retinendæ, Tiber *in praxi lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 1. *& seqq.* & Monitorium quod dicitur obtentum nullam mentionem facit de ipsa Angela, sed emanauit
ad instantiam aliarum personarum, & ideo in vim 7
illius nulla lis dicitur introducta, præsertim cùm non constet reproductum fuisse, Lancell. *de attent.* 2. *part cap* 4. *in præfat. num.* 27. & 45. Rot *decis.* 44.
num. 2. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers* nec appareat de aliquo 8
legitimo mandato obtinentis, quo deficiente non habetur lis pro introducta siue de Iure, siue de facto, Lancellot *de attent. part.* 2. *d cap* 4. *in præfat. num.* 63. Caputaq. *decis.* 164. *num.* 1. *part.* 2. & *decis.* 14. *num.* 2. *part.* 3. Caualer. *decis.* 483. *num.* 4. Et casu quo constaret de aliqua possessione Angelæ, & eius

9 filiorum, non poterat ex ea concedi manutentio, quia cum Iudex iustè, & valide processerit immittendo Tullium, priuauit eos dicta possessione, Angel. *in l. clam possidere §. qui ad nundinas*, *vbi* Rom. *n.3. ff de acq. poss.* Rot. *decis.802. n.7. p.1. diuers. & decis.173. n.1. par 1. recent.*

Nec dicatur quod non fuit seruata forma Rescripti, ex quo Angela non fuit integrè satisfacta de suo Credito dotali in pecunia numerata, prout in dicto rescripto cauetur: ideoque Iudex nulliter procedendo non priuauerit Angelam sua possessione, Gregor. *decis.46. n.5. cum vulg.* Quia cùm dictum rescriptum
10 emanauerit ad effectum vt dicta mulier in concursu aliorum creditorum redderetur cauta de sua dote, ac de pretio bonorum ab ea possessorum, vt sibi de suo credito prius satisfieri posset, satis videtur adimpletum rescriptum, eo ipso quod Tullius licitator realiter deposuit pecunias per eum oblatas, ad effectum soluendi creditum dotale iuxta formam mandari, & Iudex mandauit pecunias tradi dictæ mulieri, Rom. *cons 431. n.1. vers.7. Considero*, Ruin. *cons.137. n.9. lib.1.* Castr. *cons.99. n.1. lib.1.* plene Rot *decis.577. n.9. p.1. recent.* Et tantò magis cùm dicto deposito Coniuges consenserint. & instauerint pro immissione Tullij, vt *in eius summ n.4.* Surd. *cons.60. n.13. lib.1. ex l. si fundum ff. delegat. 1.*

11 Nec est verum quod depositum non fuerit reale, sed fictum & simulatum, quia cùm illud fuerit factum penes Montem Pietatis, & in pecunia numerata coram Notario, & testibus, vt apparet ex Instrumento publico ipsius depositi, in quo etiam narratur quod dictum prædium fuit adiudicatum Tullio tanquam plus offerenti, inde probatur realitas vera & numerario pecuniarum, Bart. *in l ex cautione n.1. C. de non num. pec.* Surd. *decis.284 n.1.* Cenc. *de Cens 2. p. c.1. q.1. act.8. n.1.* Rot *apud ipsum decis.102. n.1. & 3.*

Concurrente etiam alio Instrumento, ex quo constat de hodierna existentia pecuniarum depositarum penes publicum depositarium, quia facta fuit nume-
12 ratio coram publicis Officialibus loci, Notario, & Cancellario, quibus plena fides adhibenda est, cùm attestentur de materia pertinēte ad eorum officium, *l. apparitores C. de extr. tribut. lib.12. cap. post cessionem de prob* Ruin. *cons.56. n.5. lib.1.* Seraph *decis.780. n.1.* Rot. *decis.515. n.5. p.2. recent.*

13 Nec prædicta probario euacuatur ex attestationibus priuatis extraiudicialiter obtentis, quibus contrarium probari prætenditur, quia illæ non releuant, *Auth. si quis C. de eden. cum vulg.* præcipuè aduersus prædicta Instrumenta publica, contra quæ requiruntur plenæ, & concludentes probationes, Bero. *Cons. 147. n.14. lib.2. & in puncto* Greg. *decis.375. n.2. & 3.*

14 Tandem non obstat quod Iudex mandauerit consignari pecunias non simpliciter sed conditionaliter, nempè vt pecuniæ inuestitentur pro securitate dotis; quia cùm fecerit duplex decretum, & in primo nullam apposuerit conditionem, non potuit deinde facere secundum conditionale, cùm iam functus fuisset officio suo, *l. Iudex ff de re Iud. c. in literis, c. significantibus de offic. deleg.* & in puncto Iudicis executoris, Rot. *decis. 631. n 8. par.2. recent.* Præsertim in præiudicium ipsius Tullij, cui iam fuerat ius quæsitum ex primo decreto libero, Tiraq. *de retract. §.1. gloss.7. n.21.* Rot. coram Greg *decis.375 num.4.* vbi Addent. *n.10.* Et casu quo non fuisset functus, cùm
15 rescriptum Pontificis recipiat interpretationem à iure communi, *l rescripta C. de precib Imper. offer.* potuit facere ea quæ secundum ius commune virtualiter, & ex verisimili mentè Papæ in rescripto continebantur, iuxta tradita per Bald. *in l. ad probationem 21. ad fin. C. de prob.* Suar. *in repet. l post rem. iudicatam ex sent. n.2. & 3.* Gom. *in l.45. Taur. n.139. vers. item etiam*, Parlad. *lib.2. rer. quot. cap. fin. 1 par. §.11 ampl.4. n.19.* Rot. *decis.450. par.1. diuers.* Et ita potuit man-
dare dotem inuestiri, & non solui marito qui desierat esse soluendo, cùm mediante dicto Inuestimento cautiùs prospiceretur de iure securitati dictæ dotis, vt notant DD. *in l.3 §.1. vers. quid ergo ff. de cont. tut. act.* Grat. *discept. forens. c.943. n.13. & 18.* vbi plures adducit *lib.5.* 16

Et ita decisum vtraque parte sæpiùs informante, &c.

Parmen. Separationis Thori.

Veneris 18. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Matrimonium sub prætextu sæuitiæ non est dirimendum nisi ea ad effectum separationis concludenter probetur?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio contracto vxor de iure naturali & diuino tenetur habitare cum viro & ei omnia obsequia maritalia præstare.*

2 *Uxor tenetur sequi virum quocumque ierit.*

3 *Vxor per contractum matrimonium quodammodo alienat suam personam & à viri potestate regitur.*

4 *Matrimonij immediatus effectus est mutua corporum traditio.*

5 *Mulier non potest propria auctoritate & sine iudicio Ecclesiæ à marito diuertere.*

6 *Marito competunt remedia restitutoria aduersus vxorem à se diuertentem.*

7 *Iudex Ecclesiasticus potest compellere coniuges vt cohabitent, sub censuris & aliis remediis.*

8 *Seuitia nihil facit ad effectum separationis nisi concludenter probetur.*

9 *Obligatio transportandi acta cessat, vbi ea verbaliter tantùm non realiter fuerunt producta.*

DECISIO XI.

VM D. Maria de Sacchis existens in domo patris recusaret prætextu sæuitiæ ire & cohabitare cum D. Iacobo Marito, Vicarius Parmensis eiusdem mariti præcepit dictæ Mariæ, vt cohabitaret cum marito, & obsequia maritalia ei redderet.

Et crescente vxoris contumacia confirmauit dictum præceptum per viam decreti, à quo interposita appellatione, & causa deuoluta ad Rotam, dubitaui an Maria teneatur cohabitare cum marito, & Domini affirmatinè responderunt.

Nam cùm non controuertatur, matrimonium fuisse contractum, quod probatur ex *partita libri parochi iuxta Concil Tridem. sess.14. cap.1. de reform.*
Sanc. *de matrim. lib. . disp.15. num. 22.* certum est 1
Mariam teneri de iure naturali, & diuino habitare cum viro, & ei omnia obsequia maritalia præstare, *c. ex transmissa, c. literas, §. si verò, de restit. spoliat. cap.1. vt lit. non contest.* & sequi virum quocumque ierit, *c. vnaquaque 13. q.2.* Et ratio est, quia per contractum

3 contractum matrimonium vxor quodammodo dicitur alienare suam personam, nec habet amplius sui ipsius potestatem, sed à viri potestate regitur;
4 ac etiam, quia per matrimonium fit mutua corporum traditio, quæ est immediatus illius effectus, D. Thom. *in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 2.* & ratione indiuiduæ coniunctionis dicuntur duo in carne vna, & vnum corpus efficitur, Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 4. per tot.* Guttier. *in eodem tract. cap. 23. num. 1.* Couar. *in 4. 2. par cap. 7 in princ. n. 5.*

5 Hinc est, quod ex causa huius indiuiduæ coniunctionis non potest mulier propria auctoritate, & sine iudicio Ecclesiæ à marito diuertere, *c. porrò, c. significasti de diuort.* Rot. *decis. 39. num. 1. post 2. vol. cons.* Farin & casu quo diuertat competunt Marito remedia restitutoria aduersus vxorem, &
7 econtra pro simultanea cohabitatione, & Iudex Ecclesiasticus eos compellere potest ad cohabitandum sub censuris, & aliis remediis, prout fecit Vicarius Parmensis *d. c. literas in fin.* ibi, *ad restitutionem plenariam debet Ecclesiastica censura compelli,* Sanch *supra num. 6.* & Couar. *n. 1.*

8 Nec obstat exceptio sæuitiæ per vxorem opposita contra maritum, quia illam nunquam probauit prout concludenter probare debebat ad effectum separationis, Sanch. *de matrim. lib. 10 disp. 18. num. 1. & seq.* Guttier. *in eodem tract. c. 129 num. 18.* Farin. *4. tom. quæst. crimin. q 143. §. probatio sæuitiæ*, Rot. *decis 264. p. 4. diuers.* & *decis. 441. n. 2. p. 2. recent.*

9 Nec obstat seu releuat obiectio Mariæ de non integra transportatione actorum, quia ex inspectione processus constat fuisse transportata, & semper stat præsumptio pro integra transportatione, & si aliqua acta deficiunt, non fuerunt realiter producta sed tantum verbaliter, in quo casu cessat obligatio transportandi, Rot. *decis. 561. n 10. p. 1. recent* Addent ad Greg *decis. 59. n. 10.*

Et ita decisum Iacobo tantum informante.

Camerinen. Parochialis.

Veneris 25. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Vide suprà Decis 1.

SVMMARIVM.

1 *Resignans beneficium in fauorem alterius, ius suum omne per resignationem effectuatam renunciat.*
2 *Excipiens de resignatione an & in quantum teneatur suam exceptionem probare.*
3 *Excludere volens possessorem à beneficio ob non publicatam & iustificatam resignationem, tenetur negatiuam tanquam fundamentum suæ intentionis concludenter probare.*
4 *Vnio habet locum in resignatione simpliciter facta non autem ad fauorem certæ personæ.*
5 *Suspensio vnionis à Papa in fauorē alterius facta remanet pro ea vice, etiāsi facta fuerit ex causa onerosa.*

DECISIO XII.

DOMINI steterunt in decisis sub die 7. Februar. 1629. coram Eminentissimo Cardin. Vbaldo, iterum firmantes non esse locum vnioni Parochialis de qua agitur, ex eisdem rationibus, & fundamentis in decisione deductis, & præcipuè quia monasterium prætendens, vnionem intrare ob vacationem per obitum Hieronymi iuxta formam literarum dictæ vnionis, huiusmodi vacationem non probat, prout tenetur. Etenim Hieronymus, qui dictam parochialem de tempore vnionis obtinebat, illam postmodum resignauit ad fauorem Nicolai, qui ex causa dictæ resignationis literas suæ prouisionis à Papa obtinuit, illarumque vigore fuit quoque possessionem adeptus, vnde dicta Parochialis vacare non potuit per obitum eiusdem Hieronymi resignantis, cùm per eius resignationem effectuatam omne ius fuerit ab eo ab- 1
dicatum, *cap. ex transmissa, c. super hoc de renunciat.* Cresc. *decis. 6. de iud.* Cassad *decis. 4. n. 10. de restit. spoliat.* Rot. *decis. 18. n. 1. p. 1. recent.*

Nec obstat, quòd Monasterium habeat intentionem fundatam in literis dictæ vnionis, ac propterea
Nicolaus, qui excipit de resignatione, teneatur 2
probare suam exceptionem, & cōsequenter, dictam resignationem fuisse validam, & publicatam, & iustificare alia in ea narrata; quia cùm dictus Nicolaus sit reus, & possessor, sufficit ei solùm docere de resignatione effectuata, & quod illius vigore adeptus fuit auctoritate Iudicis possessionē dictæ parochialis, cùm hodie ipse non agat ad canonizationem dictæ resignationis, sed solùm ad sui iuris defensionem. Garz. *de benef. 11. part. c. 3. n 105. in Abulen. beneficij coram Blanchetto impress. ibid. n. 302.* Quapro-
pter monasterium volens excludere dictum Nico- 3
laum possessorem, ex eo quòd dicta resignatio non fuerit publicata, aut non iustificata, tenetur dictam negatiuam tanquam fundamentum suæ intentionis concludenter probare, vt fuit firmatum *in dicta decisione § præterea.*

Nec obstat, quod literæ dictæ vnionis comprehendant vacationem dictæ parochialis, non solùm per decessum, sed etiam per cessum, aut ex causa permutationis, seu per quamvis aliam dimissionem illam obtinentis, ne propterea euenerit casus vnionis,
saltem per resignationem eiusdem Hieronymi; quia 4
fuit responsum, huiusmodi vnionem habere locum in resignatione simpliciter facta, non autē ad fauorem certæ personæ, Garz. *de benef. p. 11. c 4. n. 39. & seqq.* Paris. *de resign. lib. 1. q. 4. n. 24.* Cassad. *decis. 3. de renunc* Put *decis. 3 eodem tit.* Rot. *decis. 38. p. 1. recent.*

Et cessat difficultas stante suspensione omnium,
& quarumcumque vnionum facta à Papa in gratiam 5
Nicolai, per quam dicta vnio remanet pro hac vice suspēsa, etiamsi facta fuerit ex causa onerosa, Cresc. *decis. 5. de priuil* Rot *decis. 18. n. 4. p. 1. in recent.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Romana Casalis Auguzzani.

Mercurij 13. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

In quibus causis legitima detrahi non potest ex bonis fideicommisso subiectis.

SVMMARIVM.

1 *Detractio legitimæ in quibus causis cessat.*
2 *Dos & bona in testamento filiabus relicta in legitimam imputantur.*
3 *Dotis detractioni an faueat remedium* auth. res quæ C. com. de leg.
4 *Priuilegium* auth res quæ, *in dote vera & reali non autem in confessata constante matrimonio ex veriori & magis communi opinione procedit.*

5 *Promissio dotis facta per apocam priuatam non munitam tribus testibus & adminiculis destitutam ob suspicionem antidata non probat.*

6 *Possidenti per aliquos annos Casale potest ex fructibus illius perceptis de factis detractionibus satisfieri.*

DECISIO XIII.

POSTQVAM resolutum constare de fideicommisso quondã Francisci de Salamonibus purificato, ad fauorem D. Oleriæ Marchionissæ de Maximis, necnõ de idoneitate Casalis, de quo agitur ex diuisionibus, & aliis instrumentis relatis in decisione in hac causa facta 7. Februarij præteriti; defuncta dicta Marchionissa, dubitaui ad instantiam D. Marchionis, & Fratrum de Maximis eius filiorum, qui vocati sunt ordine successiuo ad dictum fideicommissum ex testamento eiusdem Francisci, an obstent detractiones oppositæ per Alexandram de Blanchis, & Domini negatiuè responderunt; nam quoad legitimam prætensam ex persona Oleriæ filiæ fideicommittentis, à qua
1 descendit Ioannes Baptista, cuius est heres Alexandra, illa non erat debita, dum fideicommittens prohibita expresse omnimoda bonorum suorum alienatione, in euentum contrauentionis, disposuit eius filios, & heredes nihil aliud ex bonis ipsius testatoris consequi posse, ac debere, quàm solam legitimam, quatenus eis de iure auferri non potest; & paulò inferius mandauit, ne aliquo modo detrahi debeat ex Casalibus suis, & aliis bonis aliqua legitima Falcidia, aut etiam Trebellianica, quam expresse prohibuit adiecta etiam conditione, quod nisi onus vniuersalis fideicommissi, & vniuersalis prohibitionis, alienationis acceptarent, instituti censeantur in sola legitima; quam dispositionem filiæ fideicommittentis acceptarunt, & præuia acceptatione paternam hæreditatem adiuerunt, vnde cessat ex supradictis omnis detractio legitimæ. Inat. *in l. quoniam in priorib. lim.* 1. *c. de inoff. testam.* Fusar *de subst. quæst.* 531. *n.* 67. *cum seqq.* communiter DD. *in auth. res qua C. commun. de leg.* Rot. *decis.* 653. *num.* 13. *& decis* 47. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* cum aliis per Add. Greg. *decis.* 489. *n.* 77.

2 Præterquam quod etiamsi legitima fuisset debita, filiæ non poterant illam consequi in hoc casu, quia illam iam consequutæ fuerunt in dote & prælegatis eis in testamento relictis, quæ in legitimam imputantur, *l. omnimodo, l. scimus, C. de inoff. testam.* Bart. *in l. in 4. ff. ad leg. falcid.* Peregr *de fid. art.* 36. *num.* 121. Surd. *cons.* 25. *num.* 50. *lib.* 1. Merl. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 20. *n.* 30.

Nec etiam est locus detractioni dotis q. Camillæ vxoris dicti Ioannis Baptistæ olim dicti Casalis possessoris, ex remed. *auth. res qua C. com. de leg.* quia
3 non constat dictum Ioannem Baptistam, alia bona non reliquisse, prout probare oporteret, cùm dictum remedium sit subsidiarium tantum; Fusar. *de substan. quæst.* 531. Seraph. *decis.* 1481. *num.* 50. Rot. *decis.* 66.
4 *num.* 3. *part.* 1. *Recent.* Gregor. *decis.* 543. *num.* 3. & etiam quia priuilegium *dicta auth res qua*, procedit ex veriori, & magis communi opinione solùm in dote vera, & reali, non autem in confessata constante matrimonio, qualis est dos, de qua agitur, Fusar. *de subst. quæst.* 532. *num.* 14.

5 Nec obstat, quod præcesserit promissio dotis, in quo casu confessio de dote recepta probat; quia dicta promissio antecedens non probatur, nisi per apocam priuatam, non munitam tribus testibus & destitutam adminiculis, quæ non probat ob suspicionem antidatæ, *l scripturis. C. qui potior.* Gabriel. *conclus. quæst num.* 1. *& quæst. de prob.*

Quæ quidem detractiones tantò magis cessant, 6
cùm dictum Casale fuerit tot annis possessum per dictam Alexandram, & potuerit ex fructibus illius perceptis de istis detractionibus satisfieri, ex *l. mulier, §. cum proponeretur, ff de Trebel.* Molin. *de hisp. prim cap.* 6. *num.* 15. *lib.* 4. Fusar. *quæst.* 531. *num.* 119. *&* 121.

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Cæsenaten. Pensionis.

Lunæ 18. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

De Pensione super successoris in beneficio reditibus reseruata. An pensionarius ob non solutam integram pensionem à prædecessore, à manutentione in quasi possessione exigendi pensionem sit excludendus.

SVMMARIVM.

1 *Verba* actualiter dare, soluere, numerare & exbursare coram Notario & testibus, *veram & realem numerationem probant.*

2 *An pensio sit nulla ob prædecessoris reseruationi pensionis consentientis defectum in soluendo integram pensionem.*

3 *Sententia à qua fuerit appellatum causa appellationis adhuc pendente nullam habet pro se præsumptionem.*

DECISIO XIV.

DOMINI responderunt D. Francisco Berto dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem, de qua agitur contra Christophorum titularem Ecclesiæ Sancti Zenonis, super cuius reditibus fuit dicta pensio reseruata, quia de illis quasi possessione constat ex duabus realibus, & effectuatis solutionibus datis, in *summario n.* 2. ibi, *actualiter, manualiter, & cum effectu, coram me Notario, & testibus soluit, exbursauit, & numerauit dicto Francisco præsenti, & recipienti:* & 1
ibi: *qui Christophorus præsens dicta scuta ..... actualiter dedit, soluit, numerauit, & exbursauit eidem Francisco ad se trahenti in tot monetis argenteis, &c.* Quæ verba vtriusque quietãtiæ probant veram, & realem numerationem: Bald. *cons.* 28. *num.* 1. *lib.* 1. Socin. *cons.* 143. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 1. Felin. *in cap. si cautio, num.* 52. *de fid. Instr.* Grat. *lib.* 4. *discept.* 628. Rot *coram Reuerendiss. D. meo Decano decis.* 208. *& decis.* 202.

Neque obstat quod pensio prætendatur nulla, 2
ex eo quod Rector Prædecessor huius Parochialis, qui consensit reseruationi dictæ pensionis non soluerit integram pensionem, & quòd ideo interueniret decretum annullatiuum in dicta reseruatione appositum, quia cùm hæc exceptio respiciat petitorium;

& pendeat ex probationibus extrinsecis, an ista pensio verè, & actualiter fuerit soluta, vel non, viuente Prædecessore, interim non impeditur manutentio, vt *in puncto de manutentione* resoluit Rot. *in Fauentina Pensionis 25. Ian. 1619. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, & *in Spoletana pensionis 21. Ian. 1619.* & *1. Iulij 1620. coram bon. mem. Vbaldo*, & tantò magis dum ipse Christophorus in reductione pensionis, se obligauit illam soluere in forma Cameræ, *summ. num. 2.* & de facto soluit, constituendo Pensionarium in hac quasi possessione exigendi.

3 Nec obstat sententia A. C. lata super nullitate dictæ pensionis, quia cum ab ea fuerit appellatum, & adhuc pendeat causa appellationis, interim sententia nullam habet pro se præsumptionem, Surd. *cons. 61. num. 44.* & hinc datur manutentio quasi possidenti per appellationem suspensam, Greg. XV. *decis. 313. n. 4. & decis. 275. n. 3.*

Et ita decisum, &c.

Comen. Canonicatus.

Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

De Canonicatu vacante in Ecclesia Collegiata: An ad Canonicos pertinet ius conferendi Canonicatum vacantem; an verò ad Episcopum alternatiua gaudentem?

SVMMARIVM.

1 *Processus in quo seruantur omnia tam de iure quàm de stylo necessaria est validus.*

2 *Literæ in quibus omnia contenta sunt iustificata executioni sunt demandanda.*

3 *Obitus Canonici in suo Canonicatu quomodo probatur.*

4 *Fides ex libris Dataria extracta sola ad probandam acceptationem alternatiuæ sufficit.*

5 *Beneficia quædam non habere residentiam ex generali consuetudine procedit.*

6 *Valor beneficij an per testes de publica voce & fama possit probari.*

7 *Clericatus per testes de certa scientia deponentes debet iustificari.*

8 *Collationes quando non sunt in forma probanti nec effectuatæ prout requiritur non probant ius beneficia conferendi.*

9 *Collationes factæ per Episcopum spatio 72. annorum & vltra, cum effectuatione subsequuta & possessione per Capitulum tradita pro iure Episcopi easdem toties quoties conferentis sufficiunt.*

10 *Simultanea donec discutitur vtrum competat Episcopo & Capitulo in Collegiatis exclusâ alternatiuâ vltimus status est attendendus.*

DECISIO XV.

VACANTE Canonicatu de quo agitur in Ecclesia Collegiata S. Fidelis de mense Septembris, qui Episcopo gaudente alternatiua, est reseruatus Eminentissimo Cardinali Scalia, vigore indulti conferendi beneficia vacantia in mensibus reseruatis, illud contulit Io. Petro de Clericis, qui expeditis literis Apostolicis, illisque præsentatis R. P. D. Bichio Executori, sententiam fauorabilem pro executione dictarum literarum reportauit, à qua interposita apellatione pro parte Odescalci prouisi à Capitulo eiusdem Ecclesiæ; & causa mihi commissa dubitatum, an sententia dicti Bichij sit confirmanda, & fuit affirmatiuè resolutum, cùm illa visa fuerit valida, & iusta.

Validitas patet eo ipso, quod ex reuolutione 1
processus apparet seruata fuisse omnia tam de iure quàm de stilo necessaria, Caputaq. *decis. 260. par. 2.* Rot. *decis. 545. num. 1. part. 1. recent.*

De iustitia pariter constat, quia cùm omnia 2
narrata in litteris sint iustificata, illæ sunt executioni demandandæ *c. si Capitulo in verb. exequatur de concess. præbend. in 6.* Mohedan. *decis. 13. vt lit. pendeat.*

In primis enim quod Marcus Antonius, per
cuius obitum vacauit hic Canonicatus, obierit de
mense Septembris 1632. in possessione d. Cano- 3
nicatus, probatur tam ex eo quod vtraque pars
venit ex eadem vacatione, Ægid. *decis. 595.* Put. *decis. 171. lib. 3.* Caput. *decis. 110. num. 4. parte 3.* quàm etiam ex testibus deponentibus eum possedisse vsque ad obitum, & vidisse illum mortuum, Bart. *in l. si quid num. 2. C. solut. matr.* Rot *decis. 49. num. 2.* & *decis. 116. num. 3.* & *decis. 736. n. 4. part. 2. recent.*

Quòd autem D. Episcopus acceptauerit alterna- 4
tiuam, eaque gauderet, & esset in sua Diœcesi de dicto mense Septembris 1632. probatur ex iisdem testibus, iuncta etiam fide extracta ex libris Dataria, quæ sola sufficeret ad probandum acceptionem alternatiuæ, Gonzal *super reg. 8. glos. 62. num. 28.* Garz. *de benef. cap. 1. num. 499.* Scraph. *decis. 149. num. 1.*

Prout etiam iisdem testibus patet, quod Io. Pe-
trus est oriundus ex ciuitate Comen. & obtinet
simplex beneficium in Ecclesia S. Fidelis, & aliud 5
in Parochiali de Mandello, & quod illa residentiam non requirunt, quod etiam procedit ex generali consuetudine, Rot. *decis. 10. num. 2. part. 2. recent.*

Valor dd. beneficiorum simplicium quod non 6
excedat decem ducatos, & quod Canonicatus non excedat 24. probatur ex iisdem testibus de publica voce, & fama, Gregor. *decis. 35. num. 2.* & *decis. 78. num. 3.*

Clericatus Io. Petri de tempore prouisionis Co-
mensis iustificatur ex dd. testibus de certa scientia 7
deponentibus, Rot *decis. 252. num. 6.* & *decis. 509. num. 2. part. 2. recent.*

Nec obstat prætensio Capituli, quod ad illud
spectet ius conferendi Canonicatus eiusdem Eccle-
siæ, quia vltra quod collationes quæ ab eo allegan-
tur non sunt in forma probanti, nec probantur 8
effectuatæ prout requiritur, Calderin. *cons. 6. de caus. possess.* & *cons. 12. de Iurepatron.* Rot. *decis. 311. n. 6. part. 2.* tollitur difficultas ex posterioribus collatio-
nibus factis per Episcopum spatio 72. annorum 9
& vltra, & in specie respectu huius Canonicatus tanquam liberæ collationis cum effectuatione subsecuta, & possessione tradita per Capitulum, ita vt constet de vltimo statu liberè conferendi, qui sufficit in hoc casu, in quo non agitur principaliter de pertinentia collationis, sed illa deducitur incidenter ad effectum validitatis prouisionis, *c. cum olim, c. cum Ecclesia.* Sutrina *de caus. possess & propr.* Gonzal. *super reg. 8. gloss. 48. §. 2. num. 4.* etiam præ-

settim ad effectum, vt intret alternatiua, idem Gonzal. *vbi proximè num. 49.* Gatz *de benefic. parte 5. cap. 1 num. 477. & seqq.*

10 Nec releuat si dicatur quod in Collegiatis competit simultanea Episcopo, & Capitulo, & quod ideo non intret alternatiua; quia quicquid sit de hoc, donec super tali pertinentia discutitur, vltimus status attendi debet, ex Gatz. & aliis *supra relatis.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Lucana exemptionis.

Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

De Iurisdictione Episcopi in sua Diœcesi. Vide suprà Decis. 3.

SVMMARIVM.

1 *Administratores quorumcunque locorum piorum ex dispositione Concilij Tridentini rationem administrationis Episcopo singulis annis reddere tenentur.*

2 *Priuilegium Leonis X. de exemptione Canonicorum Ecclesia Collegiata à iurisdictione Ordinarij in quantum se extendat.*

3 *Administrare bona Hospitalis & Capella à Canonicatu & Ecclesia Collegiata sunt omninò distincta.*

4 *Gerens vices duarum personarum potest esse exemptus ratione vnius iuris & non alterius.*

5 *Exemptus seu priuilegiatus potest iudicari ab Episcopo super rebus in quibus non est exemptus.*

6 *Priuilegium exemptionis vti odiosum strictè vsurpatum nihil Iurisdictioni Ordinarij detrahit.*

7 *Priuilegium concessum alicui ratione dignitatis aut officij durat in illa persona donec ipsa dignitas seu officium durat.*

DECISIO XVI.

DOMINI censuerunt confirmandam esse decisionem in hac causa factam sub die 12. Ian. 1635. in qua fuit resolutum, Episcopo Lucanæ Ciuitatis dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione visitandi Capellam & Hospitale de quibus agitur, ac petendi rationem de illorum bonis, ac reditibus à Vincentio Menochio Canonico Ecclesiæ Sancti Michaëlis, qui dicta bona administrat; & moti sunt ex eisdem rationibus & fundamentis in dicta decisione deductis, videlicet ex assistentia Iuris, quam habet Episcopus exercendi Iurisdictionem in omnes subditos suæ diœcesis, & ex dispositione Concil. Trident. *sess. 22. c. 8.*
1 *& 9. de reformat.* vbi disponitur quod administratores teneantur singulis annis Episcopo rationem reddere.

Neque obstat quod dicta Ecclesia S. Michaëlis sit exempta à Iurisdictione Ordinarij, ex priuilegio
2 Leonis X. sub amplissimis verbis & clausulis concepto, quia placuit responsio data in dicta decisione, nempe quod illud respicit Canonicos vt Canonicos, & loquitur in rebus pertinentibus ad eandem Ecclesiam, & ideo non habet locum, quando Canonici non repræsentant personas Canonicorum diuersas, & immiscent se in rebus, quæ ad dictam Ecclesiam non pertinent; prout facit Vincentius in hoc casu, qui administrat bona Hospi- 3
talis, & Capellæ, quæ sunt omnino distincta à Canonicatu, & Ecclesia, in qua ille existit, vt probat *tex. express. in c. cum Capella de priu.* Caput. *decisione 59. num. 2.* & quia dum quis gerit vices dua- 4
rum personarum, vt *in l. si Consul. 3.* vbi Gloss. celebris *ff. de adopt. l. accipientis 15 ff. de aut. tut.* potest esse exemptus ratione vnius Iuris, & non alterius, vt firmat Glos. *dict. c. cum Capella verb. in quantum, vers. sed non obstat, de priu.* & ita exemptus seu priui- 5
legiatus poterit iudicari ab Episcopo super rebus in quibus non est exemptus, *c. ex ore sedentis 17. in fin. eod. tit. c. per suas de maior. & obedient.* maxime cum
per priuilegium exemptionis vti odiosum, strictè 6
interpretatur, ita vt nihil detrahatur Iurisdictioni Ordinarij, vt disponit Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 11.* & in puncto visitationis cauetur *in eod. Concil. dict. session. 24 cap 9 de reformat.* Paril. *de resign lib. 3. cap. 11. num 6. & 14.* Roder. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 108. art 3.*

Nec obstat quod priuilegium censeatur concessum ratione personæ, non autem ratione Ecclesiæ, ac propterea personæ dictæ Ecclesiæ sint etiam exemptæ ratione beneficij extra dictam Ecclesiam existentis, quia adhuc intrat eadem responsio; nempe præfatos Canonicos aliosque beneficiatos eiusdem Ecclesiæ fuisse quidem exemptos à Iurisdictione Ordinaria, sed ratione ipsius Ecclesiæ Sancti Michaëlis; cuius intuitu eis priuilegium concessum fuit, & ideo eosdem vti beneficiatos alterius Ecclesiæ non eximere.

Et comprobatur ex eo, quòd si prædicti Canonici, Capellani vel Clerici dictæ Ecclesiæ amplius non inseruirent, aut eorum dignitas, seu officium expiraret, sine dubio priuilegium exemptionis eis non suffragaretur; quia priuilegium concessum ali- 7
cui ratione dignitatis, aut officij, durat in illa persona donec in ea durat ipsa dignitas, seu officium, *c. quoniam*, & ibi Abb. *de offic. deleg.* Seraph. *decis. 1059. num. 3.*

Romana Domus, & fideicommissi.

Lunæ 25. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

An fideicommissaria domo fideicommisso non supposita possit agere ad illius recuperationem contra dictæ domus possessorem?

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis duabus sententiis conformibus inter Romanos ciues & Incolas executionem concedit.*

2 *Conformitas sententiarum dicitur quando secunda confirmat primam, & vtraque in effectu qualitate & substantia concordat.*

3 *Ciuis est qui natus est in vrbe.*

4 *Natiuitas ex fide Baptismatis constat.*

5 *Incolatus stante animo permanendi vnde probatur.*

6 Ciuem

6 *Ciuem in publicis instrumentis nominari, an ad probandum Incolatum sufficiat.*
7 *Causa restitutionis in integrum Iudici commissa an impedit executionem sententiarum.*
8 *Restitutio in integrum non impedit executionem quando in petenda executione sententiarum pro parte aduersarij fuerit preuentum.*

D E C I S I O   X V I I.

PER duas sententias, quarum vna lata fuit per A. C. altera verò in Rota per R.P.D.meum Ghislerium, fuit pronunciatum domum de qoa agitur, non esse suppositam fideicommisso Antonij Bandinucci, & ideo Olimpiam Carttagattam fideicommissariam non potuisse agere ad illius recuperationem contra Ioan. Baptistam Mattioom dictæ domus possessorem. Postea causa
1 per appellationem ad me deuoluta dedi dubium,
An sit locus statuto Vrb *c.178 lib 1.* concedenti executionem duabus sententijs conformibus inter Romanos Ciues & Incolas ? quo hodie proposito fuit affirmatiuè resolutum.

2 Nam conformitas dictarum sententiarum patet eo ipso, quod secunda confirmat primam, & vtraque in effectu, qualitate, & substantia concordet, Glos. *in Clem. 1. in verbo alicuius de sent. & re iudic.* Thesaur.*decis.228.num.1.& 2.* Rot. *in Roman. fideicommissi 28. Iunij 1632. coram Reuerendiss. Vrgellen.* & alibi sæpius.

3 Quod antem Mattinus sit Ciuis probatur ex quo
natus est in Vrbe, *l.1.& l. assumptio, §. filius, ff ad
municip l.in Vrbe Romana, ff.de stat. homin.* vbi Ans.
*in ration.*Donel.*lib.2.comm.17.* Ciryac. *lib.4 obseruat.
cap.5.* Parlad.*in sesquicent.differ.103.num.1.& 2.*Ger.
4 *lib.16. cap. 13.* De natiuitate verò constat ex fide
Baptismatis, Bald. *in Auth. sed omnino num.34.vers.
Iudic. C. ne fil. pro patre.* Menoch. *cons. 80. num.12.*
quibus accedunt enunciatiuæ plurium Instrumentorum in quibus vocatur Romanos, & etiam ex
abundanti constat ex testibus illum continuò habi-
5 tasse in Vrbe, & vxorem ibi duxisse, & bona emisse; ex quibus probatur Incolatus stante animo permanendi, *l.Ciues,cap.de Incol. l.10. l.Pupillus,§. Incola de verbor. signif. l. domicilium, ff. ad municipalem*, Gratian. *discept. 569. num.2. & seqq.* Rot. *diu. decis.413. num.2.part.4.* Gregor. *decis. 279. num. 6. & 12.*

6 Quod autem Olimpia sit etiam Ciuis, probatur pariter ex enunciatiuis Instrumentorum in quibus se ciuem nominat. Bald. *in l. fin. in fin. vers. part in Instrum. C. si à non compet. à Iudice.* Felin. *in c. cum causam, num.6. de probat.* Surd. *decis. 104. num. 13. & 14.*

7 Nec obstat, quod pro parte Olimpiæ fuerit præuentum in committenda mibi causa restitutionis in integrum, quæ impedit executionem dictarum sententiarum ex *l.defendente,* vbi Comm. *voto ff. de adm.tut.* cum alijs relatis per Parlad. *lib.2.quotid.cap. fin.5 part §.11. num.53.*

8 Quia non subsistit in facto, cùm imò præuentum fuerit pro parte Ioan. Baptistæ in petenda executione sententiarum, in quo casu restitutio in Integrum non impedit executionem, Mares. *lib.2.var. cap.121 num.14.* Caualer.281 *num.* 2.Rot *decis 826. num. 3. part. 4. diuers.* Et qood fuerit præuentum in petenda executione, patet ex quo post latam sententiam à D. Ghislerio Olimpia citata fuit ad dicendum contra Articulos 31. Martij 1634. & dati fuerunt articuli pro executione duarum conformium, continentes Ioan. Baptistam & Olimpiam esse Ciues, & Incolas, & dicti articuli fuerunt admissi, & mandatum examinari; commissio aotem restitutionis in integruın emanauit 27. Octobris eiosdem anni, & sic post quinque menses. Vnde de præuentione noo potest dubitari.

Recanaten. Pradij.

Mercurij 22. Iunij 1635.

A R G V M E N T V M.

Remissoria ad elidenda fundamenta semel factæ decisionis pro obtinenda possessione Iudicis auctoritate rectè procedentis alteri acquisita, an sit concedenda?

Vide suprà *Decis.10.* & infrà *Decis.35.*

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria non est concedenda stante irrelevantia articulorum quæ pro denegatione remissoriæ sufficit*
2 *Possessio iudicis auctoritate ritè & rectè procedentis obtenta non releuat possessione priuatum.*
3 *Remissoria non conceditur ad probandum per testes contra ea de quibus constat per scripturas.*
4 *Documentis publicis in concursu magis est credendum quam testibus.*
5 *Simulatio non præsumitur contra publicum instrumentum.*
6 *Simulatio cùm sapiat delictum nisi detur magnus fumus remissoria non conceditur.*
7 *Deposito in debito tempore verè & realiter facto si postea pecuniæ fuerint sublata vel diminuta, quibusnam est imputandum.*

D E C I S I O   X V I I I.

IN decisione in hac causa facta 14. Maij præteriti fuit resolutum, mandatum de manutenendo A. C. concessum Alexandro & Catherinæ de Moronis in possessionem Prædij de quo agitur, esse iofirmandum. Qui cùm dictæ resolutioni non acquiescerent, petierunt remissoriam ad elidenda fundamenta quibus decisio innititur: Vnde hodie proposui dubium, An dicta remissoria sit
concedenda? & fuit negatiuè resolutum, stante 1
irrelevantia articulorum quæ sufficit pro denegatione remissoriæ, *l.ad probationem, C.de probat.* Oldrad. *cons.316.num.1.* Rot. *decis.271. num.1.& decis.406. num.3.in fin. parte 1. recent.* Irrelevantia clarè patet: nam primi duo articuli tendont ad probandum possessionem Angelæ post obitum eius Mariti, quam
D. Tullius altera pars negat: sed dicit, qood illa 2
etiam probata non releuaret, quia postea Angela dicta possessione priuata fuit auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis, Angel. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas num.3. ante fin.* vbi etiam Roman. *num.3. ff. de acquir. possess.* Rot. *decis. 802. num.7. part.1. diuers. & decis. 173. num. 2. part. 2. recent.*

Cæterũ

Cæteri autem articuli tendunt ad probandum depositum factum per Tullium de mandato Iudicis, non fuisse integrum, & reale; sed cùm de integritate, & realitate depositi constet ex publicis Instrumentis, apertè inde resultat eorum irrelevan-
3 tia, cùm remissoria non concedatur ad probandum per testes contra ea de quibus constat per scriptu-
4 ras, quia in concursu magis credendum est publicis documentis, quàm testibus, *l. censu. ff. de probat.* Ægid. *decis.* 9. Seraph. *decis.* 1460. *num.* 3. Rot. *in recent. decis.* 589. *n.* 1.

Neque obstat quod primum Instrumentum de-
5 positi sit simulatum, quia vltra quod simulatio contra Instrumentum publicum non præsumitur, Bald. *in c. illud num.* 6 *ante fin. vers. & ideo de præsumpt.* Ias. *in l.* 1. *post diuisionem num.* 2. *ad fin. C. de Iur. & fact.*
6 *ignor.* cùm illa sapiat delictum, Rot. *decis.* 677. *part.* 2. *recent.* nisi detur magnus fumus remissoria non conceditur, Caputaq. *decis.* 62. *num.* 1. *part.* 3. Rot. *decis.* 503. *num.* 4. *part.* 2. Canal. *decis.* 512. In proposito autem casu sufficiens fumus Dominis deficere visus fuit.

Nec releuat quod intendatur probari, quod die 11. Aprilis præteriti non extiterint pecuniæ in
7 Monte; quia cùm depositum fuerit verè, & realiter factum, nempe sub die 19. Maij 1631. & sic in debito tempore; si postea pecuniæ fuerunt sublatæ, vel diminutæ, dum hoc non contigit culpa Tullij, ei non est imputandum, sed Montistæ qui illam custodire tenebatur, vel imputari posset ipsi Angelæ, qui de tempore, quo illas exigere potuit non exegit, *l. pupillus, §. si vero, ff. qua in fraud. credit. l. qui decem, ff. de solut.* Rot. *decis.* 253. *n.* 2. *part.* 1. *recent.* Et ita decisum vtraque parte informante.

Arboren. seu Sanctæ Iustæ dotis.

Mercurij 27. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

De dote publico Instrumento constituta. An extra formam & tenorem Instrumenti aliqua ex mente dotantis interpretatio sit recipienda?

SVMMARIVM.

1 *In instrumento promissionis dotis quicquid non reperitur appositum habetur pro omisso, nec aliquid addi debet obligationi.*
2 *Contractus cum matura discussione celebratus & iuramento partium firmatus cum clausula* non aliter, *formam & consensum limitatum importat.*
3 *Instrumentum non recipit aliquam modificationem seu interpretationem à verbis extrinsecis.*
4 *Testes qui multas patiuntur exceptiones sufficienter non probant.*
5 *In omni contractu actum de tempore celebrati contractus solùm est attendendum.*

DECISIO XIX.

Reverendissimus D. D. Antonius Canopolus Archiepiscopus Arboren. & S. Iustæ, nuptui tradidit Antoniam eius neptem D. Michaeli de Ceruellon cum dote scutorum 20000. pacto adiecto quod ea moriente sine filiis bona reuerterentur ad ipsum dotantem; sin autem decederet cum filiis, posset liberè disponere de bonis in dotem datis. Decessit postea Antonia superstite Didaco communi filio, quo postea defuncto in infantili ætate, Archiepiscopus cœpit prætendere fuisse locum reuersioni dotis ex duplici capite.

Primò ex statuto locali disponente, quod decedente muliere sine filijs dos & antiphatum redeant ad dotantem; decedente autem cum filijs, & his morientibus ante ætatem legitimam, remaneant proximioribus dotantis.

Secundò ex pacto, quod D. Archiepiscopus prætendebat conuentum fuisse inter partes, licet in instrumento omissum fuerit, videlicet quod moriente D. Antonia sine filiis, vel eius filiis sine filiis, bona reuerterentur ad ipsum Archiepiscopum.

Vnde orta desuper lite in partibus, & causa ad Rotam deuoluta, fuit dubitatum coram bon. mem. Vbaldo, An dictum statutum intraret, & fuit resolutum illud non intrare in hoc casu, vt *in decis.* 600. *part.* 1. *recent.*

Postea verò examinatis pro Reuerendiss. Archiepiscopo nonnullis testibus super prætenso pacto reuersiuo, fuit coram eodem Vbaldo disputatum, An de illo constaret, & fuit dictum non constare, vt *in decis.* 17. Aprilis 1617. quæ postea fuit confirmata die 31. Martij 1623.

Reproposita autem per me hodie causa super eisdem, Domini censuerunt standum esse in decisis ex rationibus & fundamentis deductis in dd. decisionibus: nam quoad statutum præfatum illud non applicatur casui nostro, cùm loquatur quando prædefuncto viro Mulier decedit cum filiis, vel sine filiis; vnde cùm in præsenti vir non prædecesserit vxori, sed vxor marito; vtique cessat dispositum per dictum statutum, vt plenè habetur *in dict. decis.* 600. *part.* 1. *recent.*

Quo verò ad prætensum pactum reuersiuum fuit
1 responsum illud non obstare, quia cùm in Instrumento promissionis dotis non reperiatur appositum, habetur pro omisso, nec aliquid addi debet obligationi, *l. si extraneus ff. de cond. ob caus. l. quicquid astringenda*, vbi Donl. *ff. de verb. oblig.* Surd *cons.* 127. *num.* 34. *lib.* 1.

Et tantò magis quia contractus fuit celebratus 2
cum matura discussione, & firmatus iuramento partium, & cum clausula, *non aliter*, quæ importat formam, & consensum limitatum, ita vt Instrumentum non recipiat aliquam modificationem seu in- 3
terpretationem à verbis extrinsecis, Alex. *cons.* 3. *num.* 4 *part.* 1. Socin. *cons.* 25 *num.* 4. *lib.* 2. Ias. *cons.* 86. *num.* 16. *lib.* 3. Guttier. *de Iuram. in* 1. *part. cap.* 34. *& cap.* 62.

Nec releuant testes desuper examinati, quia placuerunt responsiones datæ in dicta decisione 17. Aprilis 1617. nempe quod patiuntur multas exceptiones, & non fuerunt præsentes cum fuit celebra- 4
tum dictum Instrumentum: & licet deponant de tractatu & conclusione inter partes circa dictum pactum, tamen cùm hoc fuerit ante celebratum Instrumentum, eorum depositiones non concludunt perneccesse, cùm potuerit esse quòd postea recesserint à dicto contractu & conclusione, & solùm at- 5
tendi debet quod fuit actum de tempore celebrati contractus, *l. pacta nouissima, C. de pact.* Dec. *cons.* 463. *num.* 1.

Cætera obiecta plenè tolluntur in dd. decisionibus, & ideo opus non est ea repetere.

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Romana

Romana prætensi Salarij.

Merc. 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

De causis restitutionis in integrum ex nullitate & iniustitia sententiæ resultantibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia seu decreti nullitate & iniustitia stante resultat læsio contra quam datur restitutio.*

2 *Procurator citatus cum verè non habeat mandatum procedendi nullitas sententia resultat.*

3 *Solutio inducta ex libris rationis stante contrapositione partitarum debitum salarij prætensi extinguit.*

4 *Debitorem se declarans pro residuo & finali solutione computorum & prætensionum inter partes vergentium non potest aliquid plus petere.*

5 *Executio an detur quando de certo salario conuento non constat.*

6 *Salarium conuentum cum credito liquido personæ habentis viam executiuam, non potest compensari stante obligatione Camerali.*

7 *Salarium debitum nomine sociali cum credito particulari vnius ex sociis non potest compensari.*

DECISIO XX.

LEXANDER fundatus dum inseruiret in ratione Drogariæ Oliuerio, & Laurentio Sociis, in libris rationis se constituit debitorem in nonnullis partitis, prout etiam se creditorem fecit pro salario ei debito ex causa sui seruitij. De anno verò 1623. solidatis computis inter Alexandrum & Oliuerium de omnibus prætensionibus inter eos vertentibus, vsque ad diem celebrati instrumenti: Idem Alexander se constituit debitorem Oliuerij in scut. 606. pro quibus cùm ipse Oliuerius obtinuisset mandatum contra Alexandrum, qui etiam debitum agnouit, dictus Alexander cœpit prætendere salarium sibi debitum ex causa dicti seruitij, non obstante quod in solidatione computorum omnia credita & debita fuerint ad inuicem computata, & solidata: & introducto iudicio coram Locumtenente Vicarij vrbis, non citato legitimo Procuratore Oliuerij, sententiam fauorabilem reportauit, & deinde ab A. C. obtinuit decretum super compensatione d. sui debiti scutorum 606. cum credito salarij; à qua sententia & decreto, interposita appellatione pro parte Oliuerij à die habitæ notitiæ, & mihi causâ commissâ dubitaui, An constet de causis restitutionis in integrum? Et fuit affirmatiuè resolutum, stante
1 nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ & decreti, ex quibus resultat læsio contra quam datur restitutio, *l. minor.* l 2. *& ibi* Gloss. *l. in causa* 13. §. *fin. de min. l.* 1. *cum sequentibus*, *C. si aduersus rem iudicatam*, Morl. *in empor. tit. de integr. restit. quæst.* 3. *num.* 11. *&* 18. Rot. *decis.* 1. *eod. tit. in nou.* Seraph. *decis.* 1238 *n.* 1.

Nullitas resultat ex defectu mandati Procuræ 2
Æmilij, qui fuit citatus tanquam Procurator Oliuerij, cum verè non haberet mandatum, *c. licet*, *c. in nostra in fin. de proc.* Gregor. *decisione* 264. *num.* 1.

Iniustitia verò patet ex eo, quod Alexander iterum petiit dictum salarium, de quo iam erat satisfactus mediante solidatione, computatione facta super dd. partitis librorum rationis, in quibus libris stante contrapositione partitarum fuit inducta so- 3
lutio & extinctio debiti dicti salarij, Socin. *cons.* 65. *num.* 5. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 121. *num.* 45. Rot. Iannen. *decis.* 60. *num.* 8. Caualer. *decis.* 165. *num.* 1. Gregor. *decis.* 366. *num.* 3. vbi Add. *num.* 8.

Quod eò magis procedit, cùm Alexander in dicta solidatione se declarauerit debitorem Oliuerij in scutis 606. pro residuo & finali solutione com- 4
putorum & prætensionum inter eos vsque tunc vertentium: quæ verba important, quod Alexander non potuerit aliquid plus petere, *l. si ex pluribus in principio*, vbi Gloss. *in verb. reliquum*, *ff. de solut.* Ias. *cons.* 10. *num.* 3. *lib.* 4. & in terminis calculi Rot. *diuers. decis.* 113. *num.* 2. *part.* 1. Gratian. *discept. for. cap.* 3. *num.* 2. Sord *cons.* 52. *num.* 45.

Accedit quod cùm non constet de certo salario 5
conuento, non dabatur via executiua, Rot. *in Anconitana Mercedis* 20. *Decembris* 1602. *coram Sacrato impress. apud Marches. part.* 1. *fol.* 1199.
Vnde non potuit illud compensari cum credito 6
liquido Oliuerij habente viam executiuam, stante obligatione Camerali, Bartol. *in l. aufertur*, §. *qui compensatione*, *ff. de iure fisci* Grat. *discept.* 734. *num.* 14.

Tandem iniustitia sententiæ, & decreti A. C.
comprobatur; quia cùm salarium deberetur Ale- 7
xandro nomine sociali, non poterat compensari cum credito particulari Oliuerij vnius ex sociis, Cuman. *cons.* 172. *ante num.* 1. *vers. consultum fuit*, Rot. Ian. *decis.* 26. *num.* 30. Rot. penes Zacch. *de oblig. Cameral. decis.* 35. Gregor. *dict. decis.* 366. vbi Add. *num.* 7.

Et ita decisum Oliuerio solùm informante.

Romana seu Perusina Census.

Merc. 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Solemnitates Ægidianæ in contractibus minorum 25. requisitæ, non derogant statuta particularia locorum, maiores 20. annis ad quoscumque contractus habilitantia.

SVMMARIVM.

1 *Actum vigore obligationis Cameralis apposita in publico instrumento habet executionem paratam.*

2 *Fides minoris ætatis extracta lite pendente sine compulsoria, & in actis producta sine partis citatione nec vllo modo recognita, minoritatem non probat.*

3 *Dispositio Ægidiana ex constitutione Pauli III.*

ad vniuersam ditionem Ecclesiasticam extendatur.

4 *Statuta particularia locorum super contractibus minorum solùm attendi debent, non autem statuta generalia Prouinciæ.*

5 *Statutum Perusiæ habilitans maiores 20. annorum ad contrahendum vnde colligitur.*

6 *Ægidiana non habet locum quando in contractu vinculum duorum iuramentorum concurrit.*

7 *Constitutio Cardinalis Carpensis annullans contractus duplici iuramento vallatos vltra Prouinciam Marchiæ non extenditur.*

DECISIO XXI.

DOMINI dixerunt mandatum relaxatum pro solutione fructuum census, de quo agitur ad fauorem D. Comitis, Annibalis de Sommalia, contra D. Sfortiam Oddum fid. iussorem esse exequendum, stante illius Iustitia, & validitate.

Validitas patet ex reuolutione actorum. Iustitia
1 verò apparet, ex quo actum fuit vigore obligationis Cameralis appositæ in Instrumento d. census quæ habet executionem paratam, Parlad. *tom. 5. quæst. quotid. cap. fin. 1. part. §. 12. ampliat. 7. n. 29.* Rot. *decis. 741. num. 1. part. 1. diuers.* & *decis. 686. part. 5. recent.*

Non obstat qood Sfortia de tempore obligationis esset minor 25. annorum, & ideo quod seruari debebant solemnitates Ægidianæ requisitæ in contractibus minorum 25. Quæ cùm non seruatæ fuerint, obligatio remansit nulla. Quia vltra qood
2 fides minoris ætatis fuit extracta lite pendente sine compulsoria, & fuit in actis producta sine partis citatione, nec fuit vllo modo recognita, & sic non probat, Cæs. de Grass. *decis. 3. num. 3. de restitut. spoliat.* Gregor. *decis. 159. num 3. & decis. 508. n. 6.* fuit responsum, quod cùm Sfortia de tempore quo fideiussit esset maior 20. annis, haberi debet pro maiori 25. siue attendatur statutum loci contractus, qui fuit in vrbe celebratus, siue statutum originis Sfortiæ quæ est Perusia, ita vt potuerit validè contrahere absque dd. solemnitatibus, cùm vtrumque statutum disponat, quod maiores 20. annis ha-
3 beantur pro maioribus quoad omnes contractus, illósque habilitet ad contrahendum. Vnde quamvis dispositio Ægidianæ extensa sit ad vniuersam ditionem Ecclesiasticam ex constitutione Pauli III. tamen non procedit, quando, vt in hoc casu, adsunt particularia statuta locorum super contracti-
4 bus minorum, qoia tunc illa solùm attendi debent, non autem statuta generalia Prouinciæ, vt tradunt Baldus *cons. 101. num. 2. vers. in contrarium lib. 1.* Gabr. *cons. 89. num. 47. lib. 2.* Seraph. *decis. 343. num. 1. & 2.* & in punct. Rot. *decis. 57. num. 5. post Pic. ad statut. vrb.* & *decision. 385. part. 2. recent.*

5 Quod autem statutum Perusiæ, in quo Domini præcipuè insistebant, habilitet maiores 20. annorum ad contrahendum, videtur colligi ex illius lectura, dum exigit certas solemnitates in contractibus minorum 20. annis, illosque solùm aliter factos annullat. Vnde à contrario sensu ex eo infertur, quod dictæ solemnitates in maioribus 20. annorum non exigantur, vt in specie aduertit Castrens. *cons. 106. num. 1. vol. 2.* & de eodem statuto tradunt Hond. *cons. 59. sub num. 4. vers. nam si ex illis*, & *num. 23. 24 & 26. lib. 2.* Eugen. *cons. 3. n. 23. lib. 1.*

Ex quo fit, vt ex dicto statuto originis Sfortia censeatur habilitatus ad liberè, & absque vllis solemnitatibus contrahendum, etiam extra territorium statuentium, Bald. *in l. 1. quæst. 23. C. de sum. Trinit.* Put. *decis. 365 lib. 3.* Seraph. *decis. 746. num. 2. & 3.*

Et cessat difficultas, quia Ægidiana non habet 6
locum, quando in contractu concurrit vinculum duorum iuramentorum, prout in hoc casu, vt post Ruin. Paris. & alios tradit in terminis Boccac. ad eandem constitutionem, Gloss. 2. *num. 65.* & licet constitutio Cardinalis Carpensis annullet
etiam contractus vallatos duplici iuramento, ta- 7
men illa non extenditur vltra Prouinciam Marchiæ, Boccac. *vbi suprà*, Rot. *decis. 12. num. 3. post Pic.* Adden. ad Gregor. *decis. 260. num. 17.*

Et ita decisum vna tantum parte informante.

Cæsenaten. Pensionis.

Mercur. 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

De Pensionario in quasi possessione exigendi pensionem manutenendo. An teneatur præstare cautionem de restituendis pensionibus exactis in casu quo succumbat?

SVMMARIVM.

1 *Referuntur casus in quibus non est locus cautionis nec de iure nec de stylo.*

2 *Conuentus vel reconuentus nomine proprio non tenetur præstare cautionem.*

3 *Possidens in loco suæ originis bona immobilia non modici valoris eximitur ab onere satisdandi.*

DECISIO XXII.

POSTQVAM die 18. Iunij præteriti resolutum fuit, Francisco Berto dandum esse mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi pensionem de qua agitur, dubitaui, an dictus Franciscus Pensionarius teneatur præstare cautionem de restituendis pensionibus exactis, in casu quo succumbat; & Domini negatiuè responderunt.

Primò, quia cùm titularis sit obligatus soluere 1
in forma Cameræ, & Pensionarius non fecerit suam conditionem deteriorem, nec probetur dilapidatio bonorum, nec minus quod conuertat fructus pensionis in alios vsus quàm proprios, prout anteà consueuit, non est locus cautionis nec de iure nec de stylo, Rot. *decis. 13. part. 2. diuers.* & in terminis sequestri, Put. *decis. 162. num. 3. lib. 2.*

Secundò, quia quoties quis conuenitur vel re- 2
conuenitur nomine proprio, non tenetur præstare cautionem, *§. sed hodie instit. de satisdat.* Gloss. celebris *in l. sciendum 25 ff. qui satisdar. cogant.* Alex. *cons. 150. n. 1. vers. si autem lib. 5.*

Tertiò,

3 Tertiò quia pensionarius possidet in loco suæ originis bona immobilia non modici valoris, vt ex testibus *summ. num.* 4. Vnde eximitur ab onere satisdandi, vt est text. expressus *in dict. l. sciendum*, vbi Ias. *num.* 1. & Gloss. *ff. qui satisdar. cogant*. Dec. *cons.* 71. *col. fin.* Natt. *cons.* 340. *num.* 5. Rot. *in Venetiarum pecuniaria* 17. *Iunij* 1605. *coram Penia.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Donationis.

Veneris 16. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

De donatione facta alicui sub expressa conditione, & cum clausula non aliàs. An possit rettahi ad diem primæ donationis in præiudicium alterius, cui medio tempote ius fuerat quæsitum.

Vide infrà *Decis.* 26 *&* 29.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum adepta possessionis sufficit ad effectum manutentionis.*

Præcipuè cùm capta fuerit auctoritate iudicis mediante mandato de associando, ibid.

2 *Donatione sub expressa conditione & cum clausula* non aliàs *facta, constitutum vti accessorium sub eadem conditione dicitur conceptum.*

3 *Conditione purificata non potest retrahi possessio ad diem primæ donationis in præiudicium alterius cui medio tempore ius fuerat quæsitum.*

4 *Religiosus emissa professione ex voto paupertatis possessionem suorum bonorum amittit.*

5 *Possessionem quam quis non habet impossibile est transferre.*

DECISIO XXIII.

DOMINVS Manginellus ingressus religionem S. Francisci de Obseruantia donauit Hieronymo Ioannono Auunculo, & Curatori suo eius bona, sub expressa conditione, vt donatio ita demum haberet effectum, quatenus ipse verè profiteretur & non aliàs, & cum clausula constituti. Deinde suscepto habitu, & antequam professionem fecisset, intra tempus à Concilio Tridentino præfixum *session.* 25. *cap.* 26. *de reg.* fecit alteram donationem suorum bonorum ad fauorem Virginiæ, & Angelæ eius sororum, vigore cuius possessionem acceperunt, & orta lite inter partes super manutentione, dubitaui cui sit concedenda; & Domini ad fauorem dd. sororum responderunt.

1 Nam de earum possessione constat ex publico Instrumento adeptionis illius, quod alio de eo tempore non possidente sufficit ad effectum manutentionis, *l. Prædia*, vbi Bart. *num.* 1. *ff. de acquir. possess.* Caputaq. *decis.* 334. *num.* 5. *par.... cum vulg.* præcipuè cùm capta fuerit auctoritate Iudicis mediante mandato de associando, *l. inftè possidet*, *ff. de acquir. possess.* Rot. *decis.* 513. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

Decis. Rot. Rom. DD. Petr. Carrillo *Pars I.*

Nec obstat anterior donatio facta ad fauorem Hieronymi cum clausula constituti, per quam videtur fuisse in eum translata possessio, vigore cuius sit manutenendus: quia fuit responsum quod eùm donatio fuerit sub expressa conditione, quatenus ipse donans habitum susciperet & professionem emitteret, & cum clausula *non aliàs*, ita 2
etiam & constitutum vti accessorium dicitur conceptum sub eadem conditione, qua pendente non potuit possessio interim ipsi Hieronymo donatario acquiri, Menoch. *cons.* 388. *num.* 35. Hond *cons.* 18. *num.* 13. *lib.* 2. Dec. *cons.* 146. *num.* 1. & in puncto Rot. *decis.* 471. *num.* 4. *part.* 2. *post Farinac.* nec purificata conditione potuit illa retrahi ad diem pri- 3
mæ donationis in præiudicium dd. sororum quibus medio tempore fuerat ius quæsitum, Honded. *dict. cons.* 18. *num.* 66. *lib.* 2. Menoch. *dict. cons.* 388. *num.* 34. *&* 53. Rot. *dict. decis.* 471. *num.* 6. & quia constituens de tempore purificatæ conditionis non possidebat, cùm emissa professione Religiosus ex 4
voto paupertatis amittat possessionem suorum bonorum, Sanch. *super decalog. lib.* 7. *cap.* 12. *num* 23. Vnde impossibile erat tunc possessionem transferre, 5
quam non habebat, vt latè Dec. *cons.* 247. *num.* 3. *ante fin.* Mandel. Abb. *cons.* 103. *num.* 1. Thesaur. *decis.* 38. *num.* 1.

Quæ autem deducta fuerunt super nullitate primæ donationis, Domini considerarunt pertinere ad petitorium, & ideo non esse discutienda in hoc Iudicio manutentionis, cùm prædicta fundamenta sufficiant ad illam concedendam.

Et ita decisum, &c.

Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Veneris 16. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

De actis transportandis. An præfixo per edictum termino elapso procedendum sit prout in prima etiam non transportatis actis, & fides documentis etiam informibus adhibenda?

SVMMARIVM.

1 *Impedimentis partis aduersæ ad transportandum acta stantibus etiam in gradu appellationis procedi potest prout in prima.*

2 *Actis propter impedimentum partis aduersæ deficientibus quibuscumque scripturis etiam informibus fides adhibetur.*

In quo casu probationes qualescumque etiam minus solemnes & legitimæ de iure admittuntur, ibidem.

3 *Contumaciâ partis aduersæ in producendis actis attenta procedi potest.*

DECISIO XXIV.

PENDENTE lite in partibus super nullitate professionis inter Franciscam Cofonclian Monialem in Monasterio Sancti Dominici Odinellas Diœcesis Vlixbonen. ex vna parte, & d. Monasterium, & fratres Franciscæ ex alia,

& deuoluta causa per appellationem ad Rotam,& mihi commissa fuit expedita citatio ad comparendum, & compulsoria ad transportandum acta in forma; sed cum citatio non potuerit exequi, nec acta compulsari, & transportari ob varia impedimenta præstita in partibus, de quibus *in summario num. 1. & seqq.* dicta Francisca recursum habuit ad Sanctissimom, & impetrauit rescriptum mihi directom eum clausula, vt præfixo per edictum termino ad traosportandom acta, quibus non transportatis procederem provt in prima, & quod adhibeatur fides documentis etiam informibos: cuius rescripti vigore facta citatione per edictum, & præfixo termino trium mensium ad transportandum, & eo elapso dubitaui an sit procedendum provt in prima, etiam non transportatis a is, & adhibenda fides documentis etiam informibus; & DD. quoad vtramque partem dobij affirmatioè responderunt.

1 Et primæ partis fundamentum fuit, quia stantibus impedimentis sopradictis partis aduersæ ad transportandum acta, etiam in grado appellationis procedi poteſt provt in prima, Gabr. *de appellat. conclus.5 num 5. & 9.* Seraph. *decis.1305. n.7.* Rot. *decis.751.n.2 p.2. recent.*

2 Secondæ verò partis ratio fuit, quia deficientibus actis propter impedimentum partis aduersæ, fides datur quibuscumque scripturis etiam informibus, & probationes qualescumque etiam minus solemnes,& legitimæ admittuntur de Iore, Doctor. *in c peruenit il primo de test. cog.* cum aliis per Ferrett. *cons.160 lib.1.* & in punct. Rot. *decis.124.n.3. part.t.diuers* & coram Seraph. *decis.1154. num.1.& decis.348.num 3.post 2. vol.cons.Farinac.*& *decis.686. n.1. part.1. recent.* Impedimenta autem visa fuerunt Dominis clara, cùm vel ob Potentiam, & varias tergiuersationes partis aduersæ nunquam potuerit
3 exequi citatio, nec acta compulsari & transportari; in quo casu attenta eius contumacia procedi potest, *cap.2.* vbi Abb. *de dol.& contum lib.6.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Meliten. attentatorum.

Lunæ 26. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio bonorum pendente appellatione facta cùm sit manifestè attentata, appellans in statu primæuo est conseruandus.

SVMMARIVM.

1 *Possessione an potest priuari qui se pro spoliato non habet.*
2 *Sententia est nulla parte non citatâ.*
3 *Stipulatio non censetur commissa liquidatione crediti post obitum debitoris contra fideiussorem facta.*
4 *Appellatio conseruat appellantem in statu primæuo.*
5 *Appellatione pendente si fit adiudicatio dicitur manifestè attentata.*
6 *Cautio* Iudicio sisti aliàs indicatum solui, *extincta per sententiam in prima instantia latam est valida, si coram certo Iudice fiat.*

DECISIO XXV.

Orta lite in Curia Meleuitana inter Simonem Callech & Brach Monses Hebræos, super redditione computorum occasione societatis inter eos initæ, Bartholomæus Modica fecit cautionem de iudicio sisti, aliàs iudicatum solui pro dicto Brach, *summ. num.1.* & latis duabus conformibus ad fauorem d. Brach. Simon appellauit, & obtinuit sententiam fauorabilem super liquidatione sui prætensi crediti, à qua interposita appellatione intra decendium pro parte Bartholomæi, ea non obstante fuerunt eius bona adiudicata d. Simoni, & tandem causa ad Rotam deuoluta, dubitaui cui sit dandum mandatum de manutenendo; & Domini pro Bartholomæo informante responderunt. Quia de eius possessione de tempore motæ litis constat ex Instrumento captæ possessionis per Simonem, & ex adiudicatione bonorum inde sequuta, ex quibus apparet Simonem fuisse immissum in possessionem dd. bonorum vti possessorum per eundem Bartholomæum, *sum. n.5.*

Nec obstat sententia lata ad fauorem Simonis,
cuius vigore ipse fuit immissus in possessionem bonorum Bartholomei: quia cùm dicta sententia fuerit nolla, & iniusta, & Bartholomeus non se ha- 1
buerit pro spoliato, non fuit priuatus sua possessione, Rot. *decis.390. part.1. diuers.* Add. *ad decis.1.n.4. de restitut. spoliat in nou & decis.661. num.3. part.1. recent.*

Nullitas patet: Primò ex defectu citationis 2
ad sententiam, *l.1. §.Item, ff. qua sent. sine appellat. l de vnoquoque, ff.de re iudic.* Secundò quia liqoidatio crediti fuit facta contra fideiussorem post obi-
tum Brach. debitoris, in quo casu non censetur 3
commissa stipulatio, *l.2.ff.iud.solu.l.qui Romæ, §.Augerius, ff. de verb. obligat.* Castrens. *cons. 63. num. 2. vers. quantum ad secundum, lib. 2.* Barz. *decision. 90. num.....*

Iustitia quoque apparet, quia cùm appellatio 4
conseruet appellantem in statu primæuo, *l.1. §.propter eandem, ff. nihil in nou. appellat. interposit.* non
potuit fieri adiudicatio appellatione pendente, sed 5
fuit manifestè attentata, Rot. *decis.307.num.5.& 6. & decis.58. in fin.* coram Gregor. XV. tantò magis
cùm cautio Iudicio sisti aliàs iudicatum solui, fuerit 6
extincta per sententiam latam in prima instantia, cùm facta fuerit coram certo Iudice, *l. cum apud Sempronium*, & ibi Bart. *sub num.11. & 12. ff. iud. solu.l.grege, §. & post litem, ff. de fideiuss.* Osuald. ad Donnel. *lib. 18. Comment. cap. 14. lit. I.* Thesaur. *decis.202. num.7. & seq. & num.15.* Barz. *cons.68. num.13.* Mant. *de fid. part.2.cap.2. num. 33. & 34.* Maximè cum à dicta prima sententia fuerit appellatum iuxta textum expressum, *in §. si verò instit. de satisd.* ibi: *Omnia dabit fideiussor, quæ in condemnatione continentur, si non fuerit prouocatum:* & tradit Facchin. *lib.8. controuers.cap.57.vers. & denique.*

Et ita decisum, &c.

Romana

Romana Donationis.

Lunæ 3. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

De manutentione in possessione bonorum resultante tam ex clausula constituti apposita in secunda donatione de dictis bonis facta, quàm ex Instrumento possessionis Iudicis authoritate adeptæ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio & reseruatio ad testandum cùm differant conditio donationis adiecta in vna clausula ad aliam non refertur.*
2 *Inhibitione Rotali non factâ personaliter vel aliàs legitimè executa prout requiritur ad effectum attentatorum possessio non dicitur attentata.*
3 *Citatio per affixionem ad valuas si est in vrbe nec latitat citatus non releuat, nec ex ea causantur attentata.*
4 *Citationes per edictum nequeunt fieri sine speciali Principis rescripto.*
5 *Inhibitionis scientia & notitia debet apparere vt constet de spreta Iudicis auctoritate exinde secuta.*
6 *Exactio pensionum à Curatore in quo casu administratorio potius nomine quàm proprio facta censetur.*

DECISIO XXVI.

SVB die 16. Decembris proximè præteriti fuit resolutum manutentionem in possessione bonorum, de quibus agitur, dandam esse Virginiæ & Angelæ sororibus de Mugillinis, cùm de earum possessione constaret, tam ex clausula constituti apposita in secunda donatione facta de dictis bonis per Dominicum, quàm ex Instrumento adeptæ possessionis authoritate Iudicis; & hodie reproposita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, moti ex eisdem rationibus & fundamentis in decisione deductis.

Neque obstat quod dicta secunda donatio fuerit conditionalis provt prima, & ideo quod non potuerit dd. Sororibus acquiri possessio pendente conditione; quia fuit responsum, quod verba ex quibus prætenditur conditionem resultare, non fuerint apposita in substantia donationis, sed in reseruatione scutorum mille ad testandum facta in eadem donatione: & cùm aliud sit donatio, aliud
1 reseruatio ad testandum, quæ sit in donatione conditio adiecta in vna clausula non refertur ad aliam, *l. sub conditione 71. ff. de hered. instit. l. conditio 39. ff. de condit. & demonstr.*

Minus obstat, quod possessio dd. Sororum fuerit attentata, cùm capta fuerit post inhibitionem Rota-
2 lem. Quia cessat obiectum, nam inhibitio non fuit personaliter vel aliàs legitimè contra eas executa, provt requiritur ad effectum attentatorum, ex traditis per Lancelot. *de attent. cap. 4. ampliat. 1. num. 23.* Canal. *decis. 499. num. 1.*

Nec sufficit quod fuerint personaliter citati earum mariti, quia ipsi Donatarij non erant; & licet fuerint citatæ dd. Sorores per affixionem ad valuas, 3
attamen cùm ipsæ essent in Vrbe, nec latitarent, huiusmodi citatio non releuat, nec ex ea causantur attentata, vt latè per Lancelot. *vbi suprà*, & post
Pret. *declarat. 1. num. 1. & seqq.* tantò magis cum ci- 4
tationes per edictum nequeant fieri sine speciali Principis rescripto, Clem. *dudum de iud. extrauag. vnic. de dol. & contum.* & ibi gloss. *in verb. Papa*, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 115.* & cùm simus in materia odiosa & valde præiudiciali, vt sunt attentata ad effectum vt appareat spreta Iudicis au-
ctoritas, debet apparere de scientia ac notitia in- 5
hibitionis, de qua hic non constat, Matthesil. *singul. 132 num. 6. & seqq.*

Nec releuat prætensa possessio Hieronymi Curatoris d. Dominici, ex eo quod locauerit domos, & bona de quibus agitur, & fecerit quietantias de pen-
sionibus exactis; quia cùm eius prima donatio non 6
esset adhuc sortita effectum, cùm pupillus nondum emisisset professionem, provt requirebatur iuxta formam donationis, exactio dd. pensionum censetur potius facta administratorio nomine quàm proprio, *l. Lucius § tutorem, ff. de administr. tut.* Bart. *in l. Titium § alterum, num. 2. ff. si cert. pet.* Gutier. *de tutor. 2. part. cap. 10. n. 2.* & ita in dicta possessione nullum potest fieri fundamentum.

Et ita decisum vtraque, &c.

Casenaten. Pensionis.

Lunæ 12. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

De nullitate pensionis super fructibus cuiusdam Ecclesiæ reseruatæ: vbi plura de simulata solutione contra verba decreti Pontificis realem numerationem mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex reuolutione actorum est valida cùm interuenerint omnia requisita.*
2 *Pensionario de vera & reali solutione omnium terminorum non docente pensionis decretum annullatiuum intrat.*
3 *Solutio simulata vnde probatur.*
4 *Instrumentis deficientibus quibus solutio pensionis erat probanda præsumptio intrat in contrarium.*
5 *Pensio an videatur soluta per titularem ex eo quod per plures annos aluit Pensionarum, & an intrare debeat compensatio.*
6 *Verba decreti* realiter & cum effectu, *veram & actualem solutionem important.*
Quibus stantibus excluditur omnis compensatio ibid.
7 *Compensatio non datur de specie ad quantitatem.*
8 *Possidens diuersa bona Pensionarij, de bonis Pensionarij potius quàm de propriis alimenta præstare præsumitur.*

DECISIO XXVII.

DE Anno 1625. auctoritate Apostolica fuit reseruata pensio sine causa in ducatis 60. auri de Camera ad fauorem Francisci Berti super fructibus Parochialis S. Zenonis tunc possessæ per Santem d. Francisci patruum, cum decre-

& deuoluta caosa per appellationem ad Rotam, & mihi commissa fuit expedita citatio ad comparendum, & cumpulsoria ad transportandum acta in forma; sed cùm citatio non potuerit exequi, nec acta compulsari, & transportari ob varia impedimenta præstita in partibus, de quibus *in summario num. 1. & seqq.* dicta Francisca recursom habuit ad Sanctissimum, & impetrauit rescriptum mihi directum cum clausula, vt præfixo per edictum termino ad transportandum acta, quibus non transportatis procederem prout in prima, & quod adhibeatur fides documentis etiam informibus: cuius rescripti vigore facta citatione per edictum, & præfixo terminu trium mensium ad transportandum, & eo elapso dubitaui an sit procedendum prout io prima, etiam non transportatis a is, & adhibenda fides documentis etiam ioformibus; & DD. quoad vtramque partem dubij affirmatiuè responderunt.

1 Et primæ partis fundamentum fuit, quia stantibus impedimentis sopradictis partis aduersæ ad transportandum acta, etiam in gradu appellationis procedi potest prout io prima, Gabr. *de appellat. conclus. 5 num 5. & 9.* Seraph. *decis. 1305. n. 7.* Rot. *decis. 751. n. 2 p. 2. recent.*

2 Secundæ verò partis ratio fuit, quia deficientibus actis propter impedimentum partis aduersæ; fides datur quibuscumque scripturis etiam informibus, & probationes qualescumque etiam minus solemnes, & legitimæ admittuntur de Iure, Doctor. *in c peruenit il primo de test. cog.* cum aliis per Ferrett. *cons. 160 lib. 1.* & in punct. Rot. *decis. 124. n. 3. part. 2. diuers* & coram Seraph. *decis. 1154. num. 2. & decis. 348. num 3. post 2. vol. cons. Farinac.* & *decis. 686. n. 2. part. 1. recent.* Impedimenta autem visa fuerunt Dumiois clara, cùm vel ob Potentiam, & varias tergiuersationes partis aduersæ nunquam potuerit
3 exequi citatio, nec acta compulsari & transportari; in quo casu attenta eius contumacia procedi potest, *cap. 2.* vbi Abb. *de dol. & contum. lib. 6.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Meliten. attentatorum.

Lunæ 26. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio bonorum pendente appellatione facta cùm sit manifestè attentata, appellans in statu primæuo est conseruandus.

SVMMARIVM.

1 *Possessione an potest priuari qui se pro spoliato non habet.*

2 *Sententia est nulla parte non citatâ.*

3 *Stipulatio non censetur commissa liquidatione crediti post obitum debitoris contra fideiussorem facta.*

4 *Appellatio conseruat appellantem in statu primæuo.*

5 *Appellatione pendente si fit adiudicatio dicitur manifestè attentata.*

6 *Cautio* Iudicio sisti aliàs iudicatum sului, *extincta per sententiam in prima instantia latam est valida, si coram certo Iudice fiat.*

DECISIO XXV.

Orta lite in Curia Meleuitana inter Simunem Callech & Brach Monses Hebræos, super redditione cumputorum uccasione societatis inter eos initæ, Bartholomæus Modica fecit cautionem de iudicio sisti, aliàs iudicatum soloi pru dicto Brach. *summ. num. 1.* & latis duabus conformibus ad fauorem d. Brach. Simon appellaoit, & obtinuit sententiam fanorabilem super liquidatione sui prætensi crediti, à qua interposita appellatione intra decendium pro parte Bartholomæi, ea non obstante fuerunt eius bona adiudicata d. Simoni, & tandem causa ad Rotam deuoluta, dubitaui cui sit dandum mandatum de manutenendu; & Domini pru Barthelomæo informante responderunt. Quia de eius possessione de tempore motæ litis constat ex Instrumento captæ possessiunis per Simonem, & ex adiudicatione bonorum inde sequuta, ex quibus apparet Simonem fuisse immissum in possessionem dd. bonorum vti possessorum per eundem Bartholomæum, *sum. n. 5.*

Nec obstat sententia lata ad fauorem Simonis, cuius vigore ipse fuit immissus in possessionem bonorum Bartholomei: quia cùm dicta sententia fuerit nulla, & iniusta, & Bartholomeus non se ha- 1
buerit pru spoliato, non fuit priuatus sua possessiune, Rot. *decis. 390. part. 1. diuers.* Add. *ad decis. 3. n. 4. de restitut. spoliat in nou. & decis. 661. num. 3. part. 1. recent.*

Nullitas patet: Primò ex defectu citationis 2
ad seotentiam, *l. 1. § Item, ff. quæ sent. sine appellat. l de vnoquoque, ff. de re iudic.* Secundò quia liquidatio crediti fuit facta contra fideiussorem post obi-
tum Brach. debitoris, in quo casu non censetur 3
commissa stipulatio, *l. 2. ff. iud. solu. l. qui Romæ, § Angerius, ff. de verb. obligat.* Castrens. *cons. 63. num. 2. vers. quantum ad secundum, lib. 1.* Barz. *decision. 90. num....*

Iustitia quoque apparet, quia cùm appellatio 4
conseruet appellantem in statu primæuo, *l. 1. § propter eandem, ff. nihil in nou. appellat. interposit.* non
potuit fieri adiudicatio appellatione pendente, sed 5
fuit manifestè attentata, Rot. *decis. 307. num. 5. & 6. & decis. 58. in fin.* coram Gregor. XV. tantò magis
cùm cautio Iudicio sisti aliàs iudicatum solui, fuerit 6
extincta per sententiam latam in prima instantia, cùm facta fuerit coram certo Iudice, *l. cum apud Sempronium*, & ibi Bart. *sub num. 11. & 12. ff. iud. solu. l. grege, §. & post litem, ff. de fideiuss.* Osuald. ad Donnel. *lib. 18. Comment. cap. 14. lit. I.* Thesaur. *decis. 202. num. 7. & seq. & num. 15.* Barz. *cons. 68. num. 13.* Mant. *de fid. part. 2. cap. 2. num. 33. & 34.* Maximè cum à dicta prima sententia fuerit appellatum ioxta textum expressum, *in §. si verò instit. de satisd.* ibi: *Omnia dabit fideiussor, quæ in condemnatione continentur, si non fuerit prouocatum:* & tradit Facchin. *lib. 8. controuers. cap. 57. vers. & denique.*

Et ita decisum, &c.

Romana Donationis.

Lunæ 3. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

De manutentione in possessione bonorum resultante tam ex clausula constituti apposita in secunda donatione de dictis bonis facta, quàm ex Instrumento possessionis Iudicis authoritate adeptæ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio & reseruatio ad testandum cùm differant conditio donationis adiecta in vna clausula ad aliam non refertur.*

2 *Inhibitione Rotali non factâ personaliter vel aliàs legitimè executa prout requiritur ad effectum attentatorum possessio non dicitur attentata.*

3 *Citatio per affixionem ad valuas si est in vrbe nec latitat citatus non releuat, nec ex ea causantur attentata.*

4 *Citationes per edictum nequeunt fieri sine speciali Principis rescripto.*

5 *Inhibitionis scientia & notitia debet apparere vt constet de spreta Iudicis auctoritate exinde secuta.*

6 *Exactio pensionum à Curatore in quo casu administratorio potius nomine quàm proprio facta censetur.*

DECISIO XXVI.

SVB die 16. Decembris proximè præteriti fuit resolutum manutentionem in possessione bonorum, de quibus agitur, dandam esse Virginiæ & Angelæ sororibus de Mugillinis, cùm de earum possessione constaret, tam ex clausula constituti apposita in secunda donatione facta de dictis bonis per Dominicum, quàm ex Instrumento adeptæ possessionis authoritate Iudicis; & hodie reproposita causa super eisdem, Domini steterunt in decisis, moti ex eisdem rationibus & fundamentis in decisione deductis.

Neque obstat quod dicta secunda donatio fuerit conditionalis prout prima, & ideo quod non potuerit dd. Sororibus acquiri possessio pendente conditione; quia fuit responsum, quod verba ex quibus prætenditur conditionem resultare, non fuerint apposita in substantia donationis, sed in reseruatione scutorum mille ad testandum facta in eadem donatione: & cùm aliud sit donatio, aliud
1 reseruatio ad testandum, quæ sit in donatione conditio adiecta in vna clausula non refertur ad aliam, *l. sub conditione 72. ff. de hered. instit. l. conditio 39. ff. de condit. & demonstr.*

Minus obstat, quod possessio dd. Sororum fuerit attentata, cùm capta fuerit post inhibitionem Rota-
2 lem. Quia cessat obiectum, nam inhibitio non fuit personaliter vel aliàs legitimè contra eas executa, prout requiritur ad effectum attentatorum ex traditis per Lancelot. *de attent. cap. 4. ampliat. 1. num. 23.* Caual. *decis. 499. num. 1.*

Nec sufficit quod fuerint personaliter citati earum mariti, quia ipsi Donatarij non erant; & licèt fuerint citatæ dd. Sorores per affixionem ad valuas, 3
attamen cùm ipsæ essent in Vrbe, nec latitarent, huiusmodi citatio non releuat, nec ex ea causantur attentata, vt latè per Lancelot. *vbi suprà*, & post Pret. *declarat. 1. num. 1. & seqq.* tantò magis cum ci-
4 tationes per edictum nequeant fieri sine speciali Principis rescripto, Clem. *dudum de iud. extrauag. vnic. de dol. & contum.* & ibi gloss. *in verb. Papa*, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 125.* & cùm simus in materia odiosa & valde præiudiciali, vt sunt attentata ad effectum vt appareat spreta Iudicis auctoritas, debet apparere de scientia ac notitia in- 5
hibitionis, de qua hic non constat, Mathesil. *singul. 132 num. 6. & seqq.*

Nec releuat prætensa possessio Hieronymi Curatoris d. Dominici, ex eo quod locauerit domos, & bona de quibus agitur, & fecerit quietantias de pen-
sionibus exactis; quia cùm eius prima donatio non 6
esset adhuc sortita effectum, cùm pupillus nondum emisisset professionem, prout requirebatur iuxta formam donationis, exactio dd. pensionum censetur potius facta administratorio nomine quàm proprio, *l. Lucius § tutorem ff. de administr tut.* Bart. *in l. Titium §. alterum, num. 2. ff. si cert. pet.* Gutier. *de tutor. 2. part. cap. 10. n. 2.* & ita in dicta possessione nullum potest fieri fundamentum.

Et ita decisum vtraque, &c.

Casenaten. Pensionis.

Lunæ 12. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

De nullitate pensionis super fructibus cuiusdam Ecclesiæ reseruatæ: vbi plura de simulata solutione contra verba decreti Pontificis realem numerationem mandantis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ex reuolutione actorum est valida cùm interuenerint omnia requisita.*

2 *Pensionario de vera & reali solutione omnium terminorum non docente pensionis decretum annullatiuum intrat.*

3 *Solutio simulata vnde probatur.*

4 *Instrumentis deficientibus quibus solutio pensionis erat probanda præsumptio intrat in contrarium.*

5 *Pensio an videatur soluta per titularem ex eo quod per plures annos aluit Pensionarium, & an intrare debeat compensatio.*

6 *Verba decreti realiter & cum effectu, veram & actualem solutionem important.*

Quibus stantibus excluditur omnis compensatio ibid.

7 *Compensatio non datur de specie ad quantitatem.*

8 *Possidens diuersa bona Pensionarii, de bonis Pensionarij potius quàm de propriis alimenta præstare præsumitur.*

DECISIO XXVII.

DE Anno 1625. auctoritate Apostolica fuit reseruata pensio sine causa in ducatis 60. auri de Camera ad fauorem Francisci Berti super fructibus Parochialis S. Zenonis tunc possessæ per Santem d. Francisci patruum, cum decre-

to, dummodo vita ſua durante & quamdiu d. Parochialem obtinuerit, huiuſmodi penſionem perſoluerit realiter, & cum effectu. Qui Santes titularis durante eius vita vnum tantùm terminum perſoluit, & eo defuncto fuit de dicta Parochiali prouiſus Christophorus Verdonus, qui cùm egiſſet coram A.C. pro nullitate dictæ reſeruationis, ſententiam fauorabilem obtinuit, à qua interpoſitâ appellatione pro parte Franciſci penſionarij, & cauſa mihi commiſſa dubitaui; An d. ſententia eſſet confirmanda, & Domini affirmatiuè reſponderunt cùm illa ſit valida, & iuſta.

1 De validitate conſtat ex reuolutione actorum, cum interuenerint omnia requiſita, quæ recenſet Caputaq *deciſ.* 262. *part.* 2. Rot. *deciſ.* 204. *n.* 1. *part.* 1. *recent.*

Iuſtitia etiam patet, quia cùm penſio fuerit reſeruata ad fauorem Nepotis de conſenſu Patrui Rectoris cum decreto irritanti, tenebatur Fran-
2 ciſcus docere de vera & reali ſolutione omnium terminorum, aliter enim intrat decretum annullatiuum penſionis, Caualer. *deciſ.* 569. & fuit reſolutum *in Lucana penſionis* 11. *Aprilis &* 17. *Nouembris* 1617. coram *R. P. D. meo Pirouano*, & in aliis paſſim; de qua tamen integra ſolutione hic non docetur.

Nec obſtat vnicum Inſtrumentum ſolutionis pro parte Penſionarij productum; quia vltra quod
3 teſtes deponunt ſolutionem fuiſſe ſimulatam, ex quo Patruus ſoluens ſtatim repetiit, cùm pecuniæ fuerint ſtatim in eius Arca repoſitæ, *l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.* Rot. *apud Cene. de cenſ. deciſ.* 131. *num.* 9. inde conſtat quod tantum fuit vnica ſolutio, & ſic obiectum retorquetur contra Penſionatium: quia
4 ſi plura Inſtrumenta habuiſſet, illa produxiſſet, & ideo intrat præſumptio quoad aliam non habuerit, Crauett. *conſ.* 136. *num.* 44. Ægid. *conſil.* 10. *col.* 10. Rot. *deciſ.* 731. *num.* 18. *&* 19. *part.* 1. *diuerſ.*

5 Minus obſtat quod penſio videatur ſoluta per titularem, ex eo quod plures annos aluit Penſionarium, & ſic quod intrare debeat compenſatio. Quia tollitur obiectum ex eo, quod Papa noluit ſolutionem fieri alio modo, quàm per realem nu-
6 merationem, vt patet ex illis verbis decreti *realiter & cum effectu*, quæ important veram & actualem ſolutionem, Socin. *conſ.* 143. *num.* 4. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 60. *num.* 3. *&* 4. & ideo excluditur omnis compenſatio, Surd. *conſ.* 246. *n.* 18. Craſſ. *de except. except.* 16. *num.* 77. & in puncto Gig *de penſ. quæſt.* 92. *num.* 12.
7 Vltra quod illa non datur de ſpecie ad quantitatem *l. quod debitor, ff. eod.* Surd. *d. conſil.* 246. *num.* 11. *conſil.* 112. *num.* 33.

8 Et ceſſat difficultas ex eo, quod titularis poſſideret diuerſa bona penſionarij, nempe domos, prædium, & Vineam: vnde intrat præſumptio quod potius præſtanerit alimenta de bonis penſionarij quàm de propriis ipſius titularis, Bart. *in l. Herennius num.* 5. *ff. de negot. geſt.* Alex. *conſil.* 110. *lib.* 7. Munoy *de ratioc. cap.* 32. *num.* 25. *cum ſeqq.* Surd. *de alim. titul.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 247. *num.* 3. *&* 4. *part.* 1. *diuerſ.*

Et ita deciſum vna tantùm parte informante.

Vlixbonen. Profeſſionis.

Lunæ 7. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Audientia noua ſuper reuiſione factæ deciſionis an & in quo caſu ſit deneganda?

SVMMARIVM.

1 *Citatio per Edictum Auditoris Rotæ rectè poteſt fieri ſecundum formam Reſcripti Pontificis.*
2 *Comparitio ſupplet & ſanat omnem defectum citationis.*
3 *Excommunicatus ob recurſus habitos ad tribunalia ſecularia non debet audiri in Rota, niſi prius ab excommunicatione incurſa fuerit abſolutus.*

DECISIO XXVIII.

IN relationibus cauſarum hodie habitis factum fuit verbum ſuper remiſſione deciſionis factæ 16. Nouembris proximè præteriti; & Domini negatiuè reſponderunt, quia citatio 1
per edictum quæ prætendebatur nulla, rectè potuit fieri ſecundùm formam reſcripti, ibi: *Qui præfigat etiam per edictum* &c. vt fuit etiam comprobatum *in d. deciſ.* & *in punct.* Rot. *deciſ.* 8. *de dol. & contum in nou.* & caſu quo nulliter fuiſſet facta ſuſtineretur per comparitionem rei poſteà factam in Iudi- 2
cio, quia comparitio ſupplet & ſanat omnem defectum citationis, Bald. *in l.* 1. 3. *notab. ff. de fer.* Alex. *conſ.* 123. *num.* 4. *lib.* 2. Lancellot. *de attent. in præſat. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 128. Seraph. *deciſ.* 1447. *num.* 4. Greg. *deciſ.* 27. *num.* 3. vbi Add. *num.* 9.

Ex quibus DD. reſoluerunt, denegandam eſſe nouam audientiam ſuper reuiſione deciſionis, & mandarunt vt procederetur in cauſa ad vlteriora ad 3
inſtantiam mulieris, & quod alia pars non audiatur, niſi prius obtineat abſolutionem ab excommunicatione incurſa ob recurſus habitos ad tribunalia ſecularia.

Et ita deciſum, &c.

Romana donationis de Mongellinis.

Lunæ 14. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

De duplici donatione bonorum à Religioſo ordinis S. Franciſci de obſeruantia facta; vtrum prima an ſecunda ſit attendenda? Vide ſuprà *Deciſ.* 26. cuius materia hîc latiùs extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta cum omnibus ſolemnitatibus à iure requiſitis & iuxta formam à Sacro Concilio Tridentino præſcriptam, valida eſt & ideo attendenda.*

2 Donatio

2 *Donatio facta ob ingressum Religionis dicitur donatio causa mortis.*

Effectus eiusmodi donationis pendet à professione qua dicitur mors ciuilis ; ibid.

3 *Donatio facta ob ingressum Religionis rectè & facilè potest reuocari.*

Præcipuè si facta fuerit sub conditione potestatiua à mera voluntate donantis pendente. ibid.

4 *Donatio causa mortis an transeat in donationem irreuocabilem inter viuos.*

5 *Pactum in quibus casibus non operatur irreuocabilitatem.*

6 *Donatio Iuramento confirmata an sit irreuocabilis.*

7 *Donatio cùm sit reuocabilis, iuramentum iuxta naturam donationis appositum censetur reuocabile cùm sequitur naturam actus cui adhæret.*

8 *Iuramentum minoris in causa donationis ex parte Curatoris recipientis turpitudinem continens, & iniquitatem ex parte minoris iurantis, non est seruandum.*

Quæ doctrina etiam in Curatore non confirmato & quolibet alio Administratore procedit, ibid.

9 *Donatio remuneratoria vt inter personas prohibitas sustineatur quid requiritur.*

10 *Donatio siue renunciatio à Nouitio contra mentem Sacri Concilij facta nulla est & inualida.*

Vbi quid in simili casu requirit Concilium refertur, ibid.

11 *Donationes antè ingressum Religionis ipsius tamen ingressus intuitu factas cur censetur Concilium reprobasse.*

Doctores contrarium tenentes quomodo sunt intelligendi. ibid.

12 *Donatio facta etiam absque mentione ingressus Religionis in fraudem Concilij facta censetur.*

DECISIO XXIX.

DOMINICVS Mongellinus ingressus Seraphicam Religionem Diui Francisci de Obseruantia sub die 24. Maij anni 1634. donauit Hieronymo Lucatelli Auunculo, & Curatori siue administratori suo omnia bona præsentia, & futura, ea lege & pacto, quod donatio ita demum sortiretur effectum si donator habitum D. Francisci seu alterius ordinis susciperet, & professionem emitteret. Deinde sub die 23. Aprilis 1635. ingressus iam Religionem D. Francisci, intra duos menses proximos ante professionem, fecit aliam donationem de eisdem bonis pro duabus tertiis partibus ad fauorem Angelæ, & Virginiæ de Mongellis suarum Sororum, & pro alia tertia parte ad fauorem d. Auunculi cum nonnullis pactis, & conditionibus, de quibus in ipsa donatione. Orta autem lite inter partes super validitate harum donationum, & proposito per me dubio, Quæ donatio esset attendenda? Domini pro secunda donatione responderunt.

1 Et moti fuerunt, quia facta fuit cum omnibus solemnitatibus à Iure requisitis, & iuxta formam præscriptam à Sacro Concilio Tridentino, *sessione 25. c. 16. de Regul.* & ideo attendi debet. Sanch. *super decal. lib. . cap. 5. quæst. vlt. num 64. & seqq.* Gutier. *quamuis pactum, de pact lib 6 in verb. dum nuptui tradebatur*, *num.* 2.

2 Nec obstat prima donatio, quia cùm facta fuerit ob ingressum Religionis, dicitur donatio causa mortis, cùm eius effectus pendeat à professione quæ dicitur mors Ciuilis, Io. Andr. *in cap. statuimus num. 21. ad med. de Regul.* vbi Host. *num* 4. Rot. *in Rom. de Melchioriis 16. Martij 1610. & 10. Decembris 1621. coram bon. mem. Buratto* Vnde illa re-
ctè potuit reuocari, *l mortis causa 16 l qui mortus 30. ff. de donat. caus mort.* Guttier. *de iuram confirm. cap. 12. num. 1 & seqq.* Præsertim cùm dicta donatio fuit facta sub conditione potestatiua pendente à mera voluntate donantis, nempè quatenus vellet profiteri, & non aliter: in quo casu potuit facilius reuocari, Menoch. *consil. 208 num. 4.* Rot *decis. 539. n 7 part. 4. recent.* 3

Nec releuat pactum de non reuocando appositum in prima donatione, quod operatur, vt donatio causa mortis transeat in donationem irreuocabilem inter viuos, *l vbi donatur, ff de donat caus. mort.* 4
quia quicquid sit, an tale pactum fuerit in dicta donatione appositum in substantialibus, vel in executiuis, ita vt in primo casu operetur irreuocabilitatem, in secundo verò non, vt tradunt Guttier. *d. cap. 12 num. 5. in med* Anton. Gomez *1. tom. tit. de donat. num. 22.* dixerunt Domini prædictum pactum
non operari irreuocabilitatem, quotiescumque 5
contractus, seu donatio irreuocabilitatem non patitur, prout in casu nostro, in quo constat, quod si daretur irreuocabilitas esset contra mentem donantis, volentis donationem remanere reuocabilem, dum Religionem non ingrederetur, nec in ea professionem emitteret: vt benè explicat Barbos. *in l. quia dotis 34 num. 110. vers limita igitur ff sol. matr.* Gabr. *cons. 96. num. 8. & 9. lib. 2.* Molin. *d. Hisp pr. mog lib 4. cap. 1 num. 46. & 31.* vbi ita interpretatur *Text. in dd. vbi ita donatur*, & *in puncto* Rota *Gienn. Capellania 13. Martij 1620. coram Eminentissimo Pamphilio.*

Nec fauet quod dicta donatio fuerit confirmata 6
iuramento, in quo casu pactum de non reuocando operatur irreuocabilitatem, vt firmat Guttier. *d. c. 12. num 7.* Etenim obiectum tollitur: Primò quia iuramentum censetur appositum iuxta naturam dona-
tionis, quæ cùm sit reuocabilis ex suppositis, Iu- 7
ramentum pariter reuocabile censeri debet, quia sequitur naturam actus, cui adhæret, vt benè firmatur in *d. Romana de Melchioriis coram bon. mem. Buratto* Secundò tollitur, quia cùm donatio fuerit
nulla, & fraudulenta ex eo, quod minor non po- 8
test donare Curatori, iuramentum non potuit confirmare donationem, cùm illud tanquam continens turpitudinem ex parte Curatoris recipientis, & iniquitatem ex parte minoris iurantis, seruari non debeat, Guttier. *de tutel. 2. part. cap. 5. num. 60 & cap. 15. n. 23.* & præcipuè, *n. 26. & seqq. de iuram. confirm. part. 1. cap. 40. n. 5. & in fin.* Quæ doctrina procedit etiam in Curatore non confirmato, & in quolibet alio Administratore, Rebuff *ad constit. Regn. tom. 2. tit. de donat.* Gloss. *9. num. 1. fol. 363.* Guttier. *de iuram. confir d. part. 1. cap. 40. num 5. vers. limita, & cons 14.* etiamsi Administrator renunciauerit curę, vel administrationi ante donationem, vt prætenditur in hoc casu, vel alia finita fuerit cura, dum Curator, seu administrator non petiit alium Curatorem, *l. si autem §. si tutor ff. de administr. tutel.* Guttier. *de tutel. 2. part. 19. n. 15. 16 & 18.*

Nec subsistit, quod præfata donatio fuit remu- 9
neratoria; quia ad hoc vt donatio remuneratoria sustineatur inter personas prohibitas, requiritur vt merita concludenter probentur, non verò per assertionem donantis. Guttier. *de iuram. confir part. 1. cap. 5. num. 16.* Rota *coram Seraphino 181. num. 9. & d. 1170. n. 5. coram eodem, & d. 591. n. 10. part. 3. recent.*

Præterea dixerunt Domini, dictam primam do-
nationem fuisse nullam, quia facta fuit contra 10
mentem.

mentem Sac.Concilij *d.cap.16.* quo l comprehendit
non solùm donationes & renunciationes, factas à
Nouitiis intra duos menses proximos ante profes-
sionem, sed etiam illas, quæ fiunt ante ingressum
Religionis cum narratiua, & mentione expressa
ipsius ingressus, seu cum condirione quatenus do-
nans profiteatur, ex communi sententia, de qua
latissime Sanch. licet ipse eam non sequatur, *d. lib.*
7. cap. 5. num. 4. Nauarr. *consil. 7. & 8. in princ. titul de*
Reg. lib. 3. Paris *de resignat lib. 3. quæst 13. num. 9.* Azot.
instit. moral. lib. 13. cap 9. quæst. 2. Moliu. *de iust. & iur.*
3. tom. disp. 149. col. 7. Emman. Rodr. *quæst. regul. tom.*
2. quæst. 47. art. 8. Menoch. *cons. 388. num. 7. vol 4.*
Spin. *de testam. gloss. 12. princ. num. 50* Ceuall. *com. opin.*
quæst. 11. 5. Campanil. *de Regul. rubr. 12. c. 3.* Fr. Hier.
à Sorb. *in tract de priuil. fratr. Minor. in verb. Noui-*
tius, sub titul. de disp. bon. ipf. nouit. Et sic censuit Sac.
Congregatio Cardinalium Concilij Interpretum,
vt refert Paris. *vbi supra.* Et ratio est, quia sicut
Concilium reprobauit donationes factas tempore
Nouitiatus, nisi intra duos menses proximos ante
professionem, ex eo quod donatis bonis non rema-
11 nebat Nouitiis libertas egrediendi propter timo-
rem non recuperandi bona donata; ita etiam ea-
dem ratione censetur Concilium reprobasse dona-
tiones factas ante ingressum Religionis intuitu ta-
men ipsius ingressus, cùm per illas auferatur in-
gredi volentibus libera facultas ingrediendi: nam
cùm se videant spoliatos bonis donatis, cogi vi-
dentur ad ingrediendum ipsam Religionem, vt
ponderat Sanch. *d. cap. 3. num. 3.* & Doctores contra-
rium tenentes, & adducentes etiam pro se decla-
rationes Sacræ Congregationis intelligi debent,
quando facta est donatio simpliciter sine mentio-
ne ingressus, nec intuitu ingrediendi Religio-
nem, vt distinguit Campanil. *vbi suprà, d. rubr. 12.*
cap. 3. num. 17.

Quæ eò facilius in proposito casu procedere vi-
12 dentur, cum paulò post factam donationem dictus
Dominus ingressus fuerit Religionem, quo casu
censeri factam in fraudem Concilij, etiam non fa-
cta mentione ingressus. tenent Guttier. *in d. cap.*
quamuis pactum num 5. & Emman. Rodrig. *quæst. re-*
gul. tom. 2. quæst. 47. art. 8. quem refert Sanch *d. c. 3.*
num. 2.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Perusina Societatis Officij.

Merc. 23. Ianuar. 1636.

ARGVMENTVM.

De Societate cum certis conditionibus &
pactis & ad beneplacitum dantis pecu-
nias inter partes inita. An possit quis
consequi lucrum deficiente promisso
ad quod ex vigore contractus tene-
tur?

SVMMARIVM.

1 *Lucrum non potest quis consequi ex contractu quem non obseruauit.*
2 *Promissum iuxta formam contractus non præstans non lucratur pecunias per obitum illius sub cuius vita periculo inita erat Societas.*
3 *Defectus implementi contractus impedit lucrum Societatis.*
4 *Verba* ad beneplacitum *an excludant moram ex lapsu diei certi in promissione appositi contractam.*
5 *Præstatio fideiussorum facta sine scientia creditoris ad cuius contentamentum fieri debebat præsumitur dolosa.*
6 *Præstatio fideiussorum facta in tempore quo deponens pecunias erat in statu desperatæ salutis parti non debet suffragari.*
Dolus vnde arguitur, ibid.
7 *Fructus aliquos percipiens an dationem fideiussorum & mora incursum remittere videatur.*

DECISIO XXIX.

De Anno 1634. 11. Iulij fuit inita Societas
officij scutorum 700. monetæ, inter Pe-
trum Laurentium dantem pecunias, & in-
ter duos Officiales super eorum Officiis
cum recognitione bonæ fidei D Scipionis à Cor-
neà, qui recepit pecunias, & promisit præstare fide-
iussores Ioannem Baptistam à Cornea eius fratrem, &
aliam personam idoneam, ad contentamentum d.
Petri Laurentij infrà 15. dies proximos à tempore
initæ Societatis, & deinde ad beneplacitum eius-
dem Petri Laurentij cum aliis condinonibus & pa-
ctis, de quibus in Instrumento Societatis.

Postea sub die 14. Octobris eiusdem anni d. Sci-
pio fecit accedere dictæ Societati d. Ioannem Bapti-
stam eius fratrem, & D. Hieronymum de Fabianis,
adnotando in Instrumento accessionis, quod stipu-
latio fiebat de mane, de quo tempore D. Petrus
Laurentius erat infirmus & in extremis positus,
itavt die subsequenti eiusdem mensis decesserit,
post cuius mortem prætendit d. Scipio fuisse locum
lucro pecuniarum: & introducta causa coram A.C.
fuit contra eum interpositum decretum, quo fuit
condemnatus ad restitutionem sortis principalis;
& interposita appellatione pro parte D. Scipionis,
& causa mihi commissa dubitaui, An decretum
A.C. sit exequendum? & DD. affirmatiuè respon-
derunt. stante validitate dicti decreti, quæ resultat
ex reuolutione actorum, & Iustitia quæ apparet
ex eo, quod d. Scipio non impleuit ex parte sua
præstando fideiussores intra 15. dies, vnde non po- 1
tuit consequi lucrum ex contractu quem non ob-
seruauit, *l. Iulianus §. offerri, ff. de act. empt. l. cum*
proponas l. 2. & ibi Dec. & alij, Cap. *de pact.* & in
puncto, quod is qui non præstitit, non lucretur pe- 2
cunias per obitum illius, sub cuius vitæ periculo
inita erat Societas, Rot. *apud Zacch. de Societ officij.*
decis. 5. n. 2. per tot. Seraph. *decis. 225. n. 3. decis. 673. n. 1.*

Nec obstat quod die 14. Octobris dictus Scipio
fecerit accedere d. Societati prædictos fideiussores,
quia ex eo non fuit impleta promissio habens cer-
tum diem, quo elapso fuit constitutus in mora,
itavt defectus implementi contractus ex parte 3
sua impediat lucrum Societatis, Rot. *apud Zacch. d.*
decis. 5. num 13. in fin.

Nec releuat quod promissio facta fuerit intra 15.
dies, & deinde ad beneplacitum ipsius Petri Lau-
rentij, in quo casu videbatur prorogatum tempus
ad præstandos fideiussores sine incursu moræ; quia
dicta verba *ad beneplacitum* non excludunt, quin 4
mora contrahatur ex lapsu diei certi in dicta pro-
missione appositi, non obstante adiectione tempo-
ris variabilis ad petitionem creditoris, cùm non
solùm dies certa & inuariabilis interpellet & con-
stituat in mora, sed etiam variabilis, *l. magnam C.*
de

de contrah. & committen. stipulat. l. si ex legati causa, ff. de verb. oblig. vbi Bart. *num.* 10. & Ias. *num.* 15. prædictam doctrinam vti celebrem commendat, Gabr. *lib.* 3. *com opin. tit. de solut. conclus.* 9. *n.* 3. vbi plures allegat.

5 Tantò magis cùm prædicta præstatio fideiussorum præsumatur dolosa: tum quia fuit facta sine scientia creditoris, ad cuius contentamentum debebat fieri, Ias. *in l. si fideiussor, num.* 4. *ff. qui satisdar. cogant.* Maur. *de fideiuss part.* 2 *sect.* 7 *cap.* 2. *num.*
6 17. tum etiam quia facta fuit in tempore, quo D. Petrus Laurentius erat in statu desperatæ salutis, vt constat ex fide Medicorum *summ. num.* 3. & ideo suffragari non debet, Rot. *apud Zacch. decis.* 10. *num.* 5. & *decis.* 192. *num* 6. *in fin part.* 2. *diuers* & de infirmitatis scientia dubitari non potest, stante insolita, & nimia diligentia adnotationis horæ, quam exprimi voluit in ipso Instrumento accessionis, & ex aliis circumstantiis, ex quibus arguitur dolus, Bertach. *claris.* a. *gloss.* 5. *num.* 44. Dec. *consil.* 448. *num.* 23. Rot. *decis.* 192. *num.* 3. *part.* 2. *diuers.*

Neque obstat quod Petrus Laurentius videatur
7 remisisse dationem fideiussorum, & incursum moræ, ex eo quod aliquos fructus perceperit, Gratian. *discept.* 302. *num.* 1. & 6. quia quicquid sit de hac conclusione, illa non applicatur casui nostro, cùm nullibi constet de perceptione fructuum. Vnde Domini steterunt pro incursu moræ, & sic pro non lucro Societatis.

Et ita vtraque, &c.

Romana Census.

Mercurij 5. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Instrumento census constituti in suo vigore manente mandatum de associando competit Creditori.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando stante clausula constituti in Instrumento census competit Creditori.*

Quod etiam in donatario & cessionario procedit, ibid.

2 *Inhibitio A.C. in actis exhibita quando non iustificatur non debet attendi.*

3 *Executio mandati de associando vigore Instrumenti vt retardetur exceptiones turbidas allegare non sufficit.*

DECISIO XXXI.

BARTHOLOMEVS & Petrus Paulus eius filius de anno 1611. imposuerunt super domo, de qua agitur, annuum perpetuum censum scutorum 24. monetæ, illumque sic impositum vendiderunt Barbaræ Crispioe pretio scutorum 300. cum clausula constituti, *summ. num.* 1. Hæc Barbara postea donauit omnia eius bona Margaritæ Fabronæ *summ. num.* 2. quæ vigore d. donationis egit contra d. Petrum Paulum pro consecutione fructuum d. census, & obtinuit ab A. C. mandatum de associando vigore clausulæ constituti ad probationem dictæ domus, quod non obstantibus oppositionibus factis per Faustinam filiam d. Petri Pauli sub prætextu dotis maternæ, idem A.C. mandauit exequi: à quo cùm fuerit per Faustinam appellatum, & causa mihi commissa, dubitaui an decretum de exequendo esset confirmandum, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia certum est, quod stante clausula constituti in Instrumento census, competit Creditori mandatum de associando, vt firmant Cenc. *de censib. part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 5. *art.* 5. *num.* 14. *cum seqq.* Menoch. *de adipisc. remed.* 5. *numer.* 150. Afflict. *decis.* 326. Rot. *decis.* 149. *num.* 2. & 150. apud eumdem Cenc. quod procedere etiam in donatario, & cessionario notant Parlador. *rer. quotidian. lib.* 2. *cap. fin.* § 4. *num.* 1. & § 2. *num* 5. Couarruu. *lib.* 2. *var resol. cap.* 21 *num.* 4. Cenc. *vbi suprà, art.* 6. *num.* 7. Rot. *d. decis.* 150. *num.* 4. apud eumdem Cencium. 1

Nec obstant, quæ approbantur pro parte Faustinæ, quia non iustificatur inhibitio A. C. in actis exhibita, vnde non debet attendi, *l. tutor, ff. de minor.* Henriq. *de fideiuss cap.* 19. *num.* 67. & 68. imo ex instrumento dotali pariter exhibito potius infringitur, cùm in eo assignentur pro dote bona stabilia Tagliacotij inæstimata, præsertim quia ad retardandam executionem mandati de' associando vigore Instrumenti non sufficit allegare exceptiones turbidas, Rot. *in Bonon. pænæ conuentionalis* 16. *Februarij* 1629. coram R. P. D. meo Pirouano & *in Imolen. Saluiani* 27. *Nouembris* 1634. coram R. P. D. meo Macchianello. 2 3

Et ita resolutum sola Margarita informante.

Regien. Parochial.

Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

De recepto ad percipiendos fructus & distributiones Ecclesiæ cuiusdam, non iustificatis conditionibus & requisitis consuetudinis immemorabilis in contrarium: An danda sit remissoria ad dictam consuetudinem immemorabilem probandam?

SVMMARIVM.

1 *Remissoria indistinctè conceditur stante releuantia articulorum.*

2 *Ius partis cessat non habentis qualitatem & conditionem requisitam quæ rectè de iure vel de consuetudine vel de fundatione apponi potest.*

3 *Causa censetur prophana cùm non agatur de titulo beneficij sed tantùm super fructuum participatione.*

In quo casu Remissoria facilius est concedenda.

4 *Datò fumo ex attestatione Syndicorum & Officialium Vniuersitatis & vnius testis, iidem etiamsi sint de Vniuersitate admittuntur.*

5 *Consuetudo immemorabilis & statuta decernentia beneficia esse conferenda oriundis ex certa diœcesi & loco, non aliis, iusta est & æquissima.*

6 *Consuetudo recipiendi oriundum & reiiciendi alienigenum Iure Diuino Canonico & Ciuili probatur.*

DECISIO XXXII.

NTERRA fluminis Mori Reghien. Diœcesis sita est quædam
Ecclesia Parochialis titulo immaculatæ Conceptionis, in qua extare prætenditur immemorabilis consuetudo, vt nullus Presbyter recipiatur in Capellanum,
& ad percipiendos fructus, seu distributiones quotidianas d. Ecclesiæ, nisi originem duxerit ab eadem
terra fluminis, & ibi eius Parentes sustinuerunt
onera & patrimonialiá. De anno 1635. Quidam
Franciscus Feminianus non oriundus ex dicta terra
fluminis, non iustificatis conditionibus, & requisitis d. consuetudinis immemorabilis, fuit receptus
ad percipiendos fructus, & distributiones d Ecclesiæ, vigore decreti Reghien. Vicarij, à quo interposita appellatione per Archipresbyterum, &
alios, & causa mihi commissa dubitaui; An danda
sit remissoria ad probandam d consuetudinem immemorabilem, & Domini pro remissoria responderunt.

Quia stante releuantia articulorum indistinctè re-
1 missoria conceditur, ex vulg. Greg. *decis.* 191. & 403.
Releuantia videtur clara, cùm articuletur in dicta
terra fluminis vigere prædictam consuetudinem immemorabilem, vt solùm admittantur filij patrimoniales & oriundi ex ea vniuersitate, habentes supradictas qualitates ad percipiendos fructus dictæ Ec-
clesiæ; quo probato cessat omne ius partis non ha-
2 bentis qualitatem, & conditionem requisitam, quæ
conditio, & qualitas rectè de Iure vel de consuetudine, vel ex fundatione apponi potest, Garz. *de benef. part.* 7 *cap.* 15. *n.* 1. Guttier *lib.* 2. *Canonic cap.* 11. *n.* 37.
& *cons.* 1. *num* 1 & *cons.* 2. *num.* 3. Azor. *moral.* 1. *part.
lib* 6. *cap.* 4. *quæst.* 25. & quia cùm non agatur de titulo beneficij, sed tantùm super participatione fru-
3 ctuum, censetur causa prophana, Rot. *coram D meo
Decano decis.* 20. *num* 1 & *decis.* 169. *num.* 2. & ita facilius concedenda remissoria, Greg. *d. decis.* 403. ma-
4 ximè dato fumo ex attestatione Syndicorum. & Officialium Vniuersitatis, & vnius testis, qui etiamsi sint
de Vniuersitate, admittuntur, ex *cap. insuper de testib. cap.* 3. *loco* 5. *de probat.* Couarruu. *pract. cap.* 18.
num. 4.

Nec obstat quod materia allata videatur contraria Iuris dispositioni, de qua *in c ad decorem* 5. *de in-
5 stit.* quia vltra quod bene respondet Azor. *supra loco
citat. vers. ad obiecta*, certum est consuetudinem immemorabilem, & statuta, quæ decernunt, vt beneficia, vel eorum fructus conferantur oriundis ex certa
Diœcesi, vel ex certo loco, & non aliis, esse iusta, &
æquissima, Diu. Thom. 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *ad* 4. Soto *lib.
3. de Iust. & Iur. q* 6. *art.* 2. Guttier *lib.* 2. *Canonic. c.* 11.
n. 29. Gonzal. *in reg.* 8. *gloss.* 9. §. 1. *per tot.* Spin *de te-
6 stam. gloss* 3. *princ. num.* 32. Vbi Iure Diuino, Canonico, & Ciuili præfatam consuetudinem recipiendi
oriundum, & reiiciendi alienigenum comprobat,
ex *c. hortamur*, 71. *distinct. c bone il.* 2. § *fin. de pot. Prælat.* Extrauagans execrabilis Ioannis XXII. *in prin. de
prab. l. in Ecclesiis, C. de Episcop. & Cleric.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Meleuitana Collegiata seu indultorum.

Veneris 11. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

De literis Apostolicis iustificatis & exequendis: An quando iustificatio non videtur sufficiens remissoria sit concedenda?

SVMMARIVM.

1 *Remissoria pro verificanda narratiua gratia necessariò est concedenda.*
Maximè stante releuantia articulorum quæ in prohibitione qualitatum quarundam in gratia narratarum consistit, ibid.
2 *Remissoria datur in qualibet instantia causa prophana existente.*
3 *Remissoria an sit deneganda quando adsunt contraria probationes & præsumitur calumnia.*
4 *In concursu partium circa probationem faciendam ad fauorem melius probantis est pronunciandum.*
Maximè quando versamur in probatione adminiculatiua primarum probationum, ibid.
5 *Articulis ad probandam narratiuam gratiæ circa principales qualitates accessorias admissis, præsumitur Sanctissimum fuisse motum ad executionem iuxta easdem concedendam.*

DECISIO XXXIII.

OSTQVAM resolutum fuit coram d. meo Pirouano in duabus decisionibus sub die 12. Decembris 1635. &
10. Februarij 1634. literas Apostolicas
esse iustificatas & exequendas, quoad
erectionem Parochialis Ecclesiæ de Bilcauara in
Collegiatam titulo S. Helenæ Reginæ, & quoad alia
omnia in prædictis literis contenta; postea in repropositione causæ sub die 6. Nouembris 1634. resoluit
Rota præfatas literas esse exequendas, non tamen
quoad delationem capparum, & exemptionem ex
eo, quia iustificatio narratiuæ non videbatur sufficiens: de quo fuit lata sententia, & ab ea appellatione interposita, & causâ mihi commissâ, exhibitis articulis quoad illam partem narratiuæ minus iustificatam, dubitaui an danda sit remissoria, & Domini
affirmatiuè responderunt.

Nam certum est quod pro verificanda narratiua 1
gratiæ remissoria necessariò concedenda est, Caputaq. *decis.* 57. *p* 3. Rot. *decis.* 578. *p.* 2. *diuers.* & nouissimè *in Hispalensi dimidia portionis coram D. meo Decano die* 18. *Ianuarij* 1634. maximè stante articulorum releuantia, quæ stat in eo, vt probentur nonnullæ qualitates quæ fuerunt narratæ in gratia, ex
quibus oritur magnus fumus; & quia cùm causa sit
prophana, remissoria datur in qualibet instantia, Ca- 2
putaq. *dec.* 68. *p.* 3. Rot. *dec.* 20. *n.* 1. *coram D. meo Decano.*

Nec obstat vnicum fundamentum pro neganda 3
remissoria, quod adsunt contrariæ probationes,
& præsumatur calumnia; quia cùm ista non sit
materia obiectiua in qua agatur de reprobandis
testibus, & probatio non excludat probationem,
quælibet pars admittenda est ad faciendam suam
probationem, vt ex eorum concursu videatur,
quæ pars melius probauerit, vt ad fauorem illius
pronuncie

pronuncietur, Rot. *decis. 667. num. 5. part. 1. recent.* & *decis. 785. part. 1. diuers.* maximè cum versemur in probatione adminiculatiua primarum probationum, vt nouissimè in puncto fuit decisum *in Gienen. Thesauraria die 19. Nouembris 1635. coram D. meo Verospio,* vbi eruditè & doctè hæc materia discutitur.

Quibus accedit, quod sicuti fuerunt admissis articuli ad probandam narratiuam gratiæ, circa principales qualitates accessorias, quæ sunt delatio Capparum, & exemptio, cùm verisimile sit omnibus qualitatibus, ita Sanctissimum fuisse motum ad concedendam executionem, iuxta Regul. *Accessorium, de reg. Iur.* Ias. *in l. si ita stipulatus 124. §. Chrysogonus n. 49 ff. de vtil. oblig.* Pereg. *de fideicomm. art. 43. num. 15.*

Et ita vtraque parte informante decisum.

Perusina Societatis Officij.

Ven. 18. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Lucrum in Societate acquisitum non potest quis capere, stante contractu vltrò citróque obligatorio quem ex sua parte non adimpleuit: vbi de mora ex elapsu appositi diei incursa.

Vide suprà *Decis.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum nemo potest capere ex contractu vltro citróque obligatorio quando ex sua parte illum non adimpleuit.*
2 *Dies non solùm certa & inuariabilis sed etiam variabilis interpellat.*
3 *Interpellatio quæ insurgit ex lapsu diei appositi efficacior est quàm quæ ex facto hominis.*
4 *Mora ex lapsu statuti diei incursa non potest iustificari de æquitate Canonica cùm tuæ partis effectum sit deterius, nec res amplius integra.*
5 *Præstatio fideiussorum præsumitur dolosa, cùm facta fuerit sine scientia Creditoris & in tempore illius desperatæ salutis.*
An de eius scientia possit dubitari, ibid.

DECISIO XXXIV.

POSTQVAM resolutum fuit die 23. Ianuarij 1636. D. Scipionem incursum fuisse in moram, ex quo non præstiterit fideiussores intra terminum 15. dierum assignatum, & consequenter non potuisse lucrari pecunia per obitum Petri Laurentij; hodie causa super eisdem proposita ad instantiam DD. de Rossertis, & nihil pro parte Scipionis de nouo allegato, Domini steterunt in decisis, ex rationibus & fundamentis deductis in dicta decisione: nemo
1 enim potest capere lucrum ex contractu vltro citróque obligatorio, quando ex sua parte illum non adimpleuit, Aym. *consil. 151. num. 10.* & *consil. 192. numer. 15.* Seraphin. *decis. 225. numer. 2. cum vul'g.*

Nec Dominiis visum fuit, moram contractam ex lapsu quindecim dierum fuisse purgatam ex eo, quod postea præstiterit fideiussores, ponderando verba Instrumenti ibi; *intra quindecim dies*, & deinde *ad beneplacitum*, quia vt bene in decisione, non solùm dies certa & inuariabilis inter- 2
pellat, sed etiam variabilis, ex *text. in l. cum ita stipulatus 113. ff de verbor. oblig.* cùm efficacior sit in- 3
terpellatio quæ insurgit ex lapsu diei appositi, quàm ex facto hominis, Gabriel *lib. 3. comm. tit. de solut. conclus. 9. num. 2. & 3.* Donel. *in d. l. si ita stipulatus num. 11.*

Tantò magis, cùm præfata mora iam incursa non 4
potuerit purgari, nec de æquitate Canonica cùm partis Ius sit effectum deterius, Gabr. *de transf. conclus. 1. num. 14.* Addent. ad Greg. *decis. 559. num. 10. vers. limitatur autem*, nec res amplius sit integra, Grat. *consil. 93. num. 76. lib. 1.* Roman. *consil. 104. num. 4.* & præstatio fideiussorum præsumatur dolosa 5
tanquam facta sine scientia Creditoris, & in tempore illius desperatæ salutis, de cuius scientia dubitari non potest, attenta insolita & nimia diligentia in adnotanda hora accessionis, Rot. *decis. 192. numer. 3. part. 2. diuers.* Quibus omnibus stantibus Domini persiterunt in decisis pro incursu moræ, & non lucro pecuniarum, ex *d. decis. 192. num. 4 & 6. par. 1. diuers.*

Et ita decisum vna tantum, &c.

Recanaten. Pradij.

Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Possessio Iudicis auctoritate adepta valet, nec transmittitur ad hæredes statuto continuante possessinnem deficiente.

Vide suprà, *Decis.* 10. & *Decis.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ante & de tempore mota litis valet, precipuè quando adepta fuerit authore Prætore.*
2 *Possessio defuncti non transmittitur ad hæredes, deficiente statuto continuante possessionem nisi de nouo apprehendatur.*
3 *Possessionem quam quis non habet non potest transmittere.*
4 *Manutentio an possit dari mediante instantia ante obitum partis introducta & ad hæredes deuoluta.*
5 *Monitorium quo Iudicium de Iure & de stylo introducitur habet vim libelli.*
Qui requiritur stante stylo Curiæ. ibid.
6 *Instantia vt transmittatur litem cœptam fuisse necessarium est.*
7 *Monitorij intimatio ad substantiam Iudicij seu litispendentia non sufficit.*
8 *Iudex vt sit certus de sua auctoritate reproductio in actis requiritur.*
9 *Litispendentia in quibus casibus excluditur.*
10 *Monitorium ex fide Curialium datum an in iudicio manutentionis incidenter petita requiratur.*
11 *Lite seu continuatione possessionis cessante, instantia in hæredes possessione Iudicis rectè procedentis auctoritate priuatos non transmittitur.*

DECISIO XXXV.

SVB die 14. Maij 1635. fuit resolu-
tum, mandatum de manutenendo
A. C. concessum Alexandro & Ca-
therinæ de Moronis in possessionem
Prædij de quo agitur, esse infirman-
dum, & manutentionem concedendam D. Tullio
Roberto. Hodie causa super eisdem reproposita,
Domini steterunt in decisis; constat enim de eius
1 possessione ante, & de tempore motæ litis, Mare-
scot. *lib. 2. var. cap.* 64. *num.* 1. Couarrun. *practic.* 17. &
quod prædictam possessionem adeptus fuerit au-
thore Prætore, *l. iustè possidet*, cum vulgat. *ff. de ac-
quir. possess.* Greg *decis.* 581. *n.* 2.

Nec obstat quod Alexander & Catherina vti
hæredes Petri Patris vel Angelæ matris manutene-
ri debeant, quia vti hæredes Patris non possunt
manuteneri, cùm possessio defuncti non transmit-
2 tatur ad hæredes, deficiente statuto continuante
possessionem, vel nisi de nouo apprehendatur, *l. cum
hæredes, ff. de acquir. possess.* Bonac. *de interdict. cap.* 2.
num. 25. Greg *decis* 222. *num* 6. vbi Addent. *num* 12.
nec tanquam hæredes Angelæ Matris, quia non
constat quod ipsa possederit de tempore obitus,
3 ideòque non potuit transmittere possessionem
quam non habebat, Surd. *decis.* 138. *num.* 19.

Nec etiam illis debetur manutentio sub prætex-
4 tu, quod prædicta Angela ante obitum introduxe-
rit Iudicium super manutentione, & ita quod In-
stantia per eam cœpta transiuerit ad hæredes, qua
mediante poterat dari manutentio, Rot. *post Paci-
fic. de Saluian. interd. decis.* 141. *num.* 3. quia cùm non
5 doceatur de aliquo Monitorio, quo Iudicium in-
troducitur de Iure & de stylo tribunali A. C. in hac
materia quod in effectu habet vim libelli, Gregor.
decis. 335. *num.* 16 qui requiritur stante stylo Curiæ,
Asin. *in prax Iudic. cap.* 6. §. 22. *limit.* 3. *num.* 3. non
est verum huiusmodi litem cæptam fuisse, quod
6 necessarium est vt instantia transmittatur, Menoch.
de retinen. Remed 3. *num.* 62. Boccae. *de interd. d. cap.*
2. *num.* 21. *&* 24. maximè cùm ad substantiam Iudi-
7 cij seu litis pendentiæ non sufficiat intimatio Mo-
nitorij, sed requiratur etiam reproductio in actis,
8 quæ non extat, vt Iudex certus sit de sua Iurisdictio-
ne, Gratian *discept.* 639. *num.* 1. & quod constet de
legitimo mandato Procuratoris, & quod forma de-
9 creti interpositi, *nisi infrà tres*, cum intimatione
fuerit seruata, quæ cùm deficiant excludunt litis
pendentiam, Lancellot. *de attent. part.* 2. *in præfat.*
c. 4. *n.* 63. Caualer. *decis.* 443. *num.* 4. Gratian. *discept.*
531. *num.* 76.

10 Denique non obstat, quod in hoc Iudicio manu-
tentionis incidenter petitæ, non requiratur libellus
vel monitorium ex fide Curialium data; quia res-
pondetur hoc procedere, vel quando lis fuit prius
introducta per monitorium aut libellum, & po-
stea incidenter petitur manutentio, vel quando
Iudex ex officio illam concedit: secus verò ad in-
stantiam partis, prout contigit in casu præsenti,
Menoch *de retin. d. remed.* 3. *num.* 453. Bald *cons.* 438.
11 *num.* 1. *lib.* 1. & ideo cessante lite seu continuatione
possessionis non transmittitur instantia in hæredes,
qui non habent possessionem ex prædictis: & casu
quo illam haberent, Iudex iustè, & validè proce-
dens, eas dicta possessione priuauit, Rot. *decis.* 802.
part. 1. *diuers.* vltra quod adest defectus ex non re-
productione in actis vt suprà.

Nec releuant cæteræ obiectiones, de quibus *in
decis.* quia vltra quod ex deductis in ea tolluntur, pla-
cuit Dominis sufficere superius dicta pro manuten-
tione Tullij.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Imolen. Emphyteusis.

Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

De filiabus fœminis legitimis & naturali-
bus in bonis in emphyteusin concessis
admittendis, masculis deficientibus: vbi
plura de inuestitura & ordine succe-
dendi.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina vocata deficientibus masculis in bona em-
phyteusis sunt admittenda loco vocationi facto
per adimplementum conditionis.*
2 *Stipulatio pro se filiis & descendentibus ordine suc-
cessiuo intelligitur.*
3 *Ordo succedendi vnde colligitur.*
4 *Emphyteusis quando peruenit ad filios primi Acqui-
rentis decedente filio cum filiis illi sunt admitten-
di, exclusis Patruis etiam proximiori gradu cum
primo Acquirente existentibus.*
5 *In emphyteusi ex pacto & prouidentia attenditur
proximitas primi Acquirentis non vltimi posses-
soris.*
6 *Fœmina non admissa nisi in defectum masculorum
non potest dici exclusa.*
7 *Instrumenta renouationum non releuant cùm non ap-
pareat de bonis possessis.*
8 *Inuestitura posteriores per Rectorem Ecclesiæ facta
subsecuta possessione 60. annorum debent praua-
lere.*
9 *Beneplacitum Apostolicum ex obseruantia præsumi-
tur.*
10 *Inuestitura facta personæ de diuerso genere à primis
inuestitis non recipit interpretationem ab aliis,
sed eius tenor inspicitur.*
11 *Obseruantia inductiua præsumptionis Apostolici
beneplaciti an possit ex eo excludi quod emphy-
teusis à fœminis hactenus non fuerit possessa.*
12 *Inuestiturâ admittente fœminas deficientibus mas-
culis possessio vigore illarum est certa & non æqui-
uoca.*
13 *Decisio Rauennatensis circa inuestituras quomodo est
intelligenda.*
14 *Concessio noua non intrat bonis adhuc non deuo-
lutis.*
15 *Concessio noua facta in præiudicium comprehenso-
rum in prima inuestitura non est atten-
denda.*
16 *In concessione emphyteusis per Ecclesiam fa-
cta appellatione filiorum non veniunt nepo-
tes.*
17 *Inuestitura pro certo & præfixo tempore cantan-
te eo fine renouatione elapso & defunctis perso-
nis in ea expressis emphyteusis ad Ecclesiam
redit.*
18 *In inuestituris admittuntur tam filiæ disponentis
quàm filiæ filiorum.*

DECISIO

DECISIO XXXVI.

De anno 1574. die 12. Octobris
Hippolytus Bartholinus Rector,
& Archipresbyter Ecclesiæ Sancti
Laurentij de Imola, concessit in
emphyteusim bona, de quibus
agitur pro annis 69. Alexandro
de Chissimis, & Coralio de Seraphis recipientibus *pro se, & eorum ac cuiuslibet eorum filiis masculis de legitimo matrimonio natis, & nascituris, & in defectum Masculorum pro se, & eorum, ac cuiuslibet eorum filiabus fœminis legitimis, & naturalibus*, vt latius in instrumento dato *summ.num* 1.

Deinde die 22. Iunij 1575. dict. Alexander cessit suam portionem dict Coralio accedente consensu eiusdem Rectoris cum eisdem pactis, & conditionibus, provt *in dict. primo Instrumento* 1574. Mortuo Coralio relictis tribus liberis Sebastiano, Iacobo, & Gentili fœmina de legitimo matrimonio natis, dd. bona peruenerunt ad dd. Sebastianum, & Iacobum, & cùm postea obiisset Sebastianus sine filiis, & etiam Iacobus relicta Lucretia, bona prædicta peruenerunt ad d. Lucretiam neptem d. Coralij, contra quam moto iudicio pro parte Gentilis, & causa mihi commissa dubitaui, an ad d. Gentilem spectent bona, de quibus in instrumentis renouationum, & DD. pro Gentili responderunt ea moti ratione.

1 Quia cùm fœminæ fuerint vocatæ deficientibus
masculis, & hodie sit factus locus vocationi per
adimplementum conditionis, d. Gentilis venit ad-
mittenda, Gratian. *discept.* 481. *num.* 48. stipulatio
2 enim pro se filiis, & descendentibus intelligitur
ordine successiuo primò pro se, secundò pro filiis,
& deinde pro nepotibus, Clar. *in* §. *emphyteusis*
3 *quæst.* 35. Seraph. *decis.* 89. *num.* 1. qui ordo succe-
dendi colligitur ex illis verbis, ibi: *& in defectum
masculorum pro se, & eorum ac cuiuslibet eorum filia-
bus fœminis*, Bald. *cons.* 201. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 5. Marth.
de clausul. part. 2. *claus.* 19. *n.* 3.

Nec obstat, quod quando emphyteusis perue-
nit ad filios primi Acquirentis, & filius decedit
4 cum filiis, illi debeant admitti exclusis Patruis,
existentibus etiam in proximiori gradu cum primo
Acquirente; quia Doctrina procederet si ageretur
cum masculo, & versaremur in emphyteusi hære-
ditaria; at verò quia agitur cum fœmina, & sumus
5 in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, attendi-
tur proximitas primi Acquirentis, non vltimi pos-
sessoris, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *num* 39. Gabr.
cons. 85. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 2. Couarrun. *practic.
cap.* 38. *num.* 13. quæ non potest dici exclusa ex eo,
6 quod emphyteusis peruenit primò ad fratres mascu-
los, siquidem non est admissa, nisi in defectum
eorum, & consequenter non potest dici exclusa,
Molin *de primog lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 16. Peregr. *de fi-
deicommiss. articul.* 27. *num.* 24. Gabr. *dict. cons.* 85.
num. 17.

7 Neque obstant duo instrumenta renouationum
facta de anno 1562. ad fauorem Nicolæ de Bisso-
lis, & de anno 1563. ad fauorem Vincentij de
Piro, quia præterquam quod non constat de eorum
effectuatione, cùm non appareat d. de Piro nec
eius fillos possedisse bona, quo casu non releuant,
Caputaq. *decis.* 11. *num.* 4. *&* 5. *part.* 1. posteriores
8 inuestituræ per Rectorem Ecclesiæ factæ subsequu-
ta possessione 60. annorum, præualere debent.
Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 19. *num.* 8. *& tit.* 21. *num.* 17.
Socin. Iun. *cons.* 76. *num.* 68. *cum duob. seqq. lib.* 1. ma-
ximè quia ex d. obseruantia præsumitur etiam be- 9
neplacitum Apostolicum, Gregor. *decis.* 344. *num.* 15.
Gabr. *cons.* 82. *num.* 30. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 1042.
Gonzal. *reg.* 8. *gloss.* 12. *num.* 16. & ita inuestitura
Coralij tanquam facta personæ de diuerso genere à 10
prius inuestitis, non recipit interpretationem ab
aliis, sed eius tenor inspicitur, Mantic. *de tacit.
lib.* 23. *tit.* 22. *num.* 16. Surd. *cons.* 440. *num.* 44 Rot.
in Imolen. bonorum 11. *Maij* 1615. *coram Cardin.
Sacrato, & in Romana Domorum* 21. *April.* 1617. *co-
ram R. P. D. meo Dunozet.*

Nec ex eo, quod nunquam fœminæ huc usque 11
possederint, potest excludi obseruantia inductiua
præsumptionis Apostolici beneplaciti per possessio-
nem Corallij, & filiorum spatio 60. annorum, ex
decis. Rauennaten. emphyteusis 22. *Maij* 1618. *coram
Reuerendissimo D. meo Decano.*

Quia cùm Coralius eiusque filij possidere non
potuerint, nisi vigore dd. inuestiturarum de anno
1574. & 1575. ex quo illi tanquam diuersi generis
non erant comprehensi in præcedentibus, licet
casus Vocationis fœminarum non venerit, præsu-
mitur beneplacitum interuenisse in dd. inuestituris
1574. & 1575. fœminas admittentibus deficienti- 12
bus masculis, cùm possessio vigore illarum sit certa,
& non æquiuoca, Rota *decis.* 246. *num.* 2. *part.* 2.
diuers. Decisio autem Rauennaten. loquitur in per- 13
sonis comprehensis in priori inuestitura, cuius vi-
gore possidebant; vnde meritò infert possessionem
esse æquiuocam, nec concludere obseruantiam se-
cundæ, ex Doctr. Abb. *cap.* 2. *in fin de cens.* Felin *in
c. cum Bertoldus de re iud.* cum aliis *ibi* addit.

Denique non obstat, quod Lucretia dicatur ve-
nire ex noua concessione sibi facta, quia vltra quod
de ea nulla est habenda ratio, tanquam facta du- 14
rante tempore primæ concessionis, quo casu agi-
tur de renouatione cùm adhuc bona non sint deuo-
luta, Gabr. *dict. cons.* 85. *num.* 14. Rot. *decis.* 19. *n.* 1.
part. 1. *diuers.* non est etiam attendenda, cùm sit 15
facta in præiudicium comprehensorum in prima
inuestitura, Paris. *cons.* 5. *num.* 17. *&* 26. *lib.* 1. Mantic.
decis. 375. *n.* 2. *& in Casenaten. Bonorum* 7. *Maij* 1610.
coram Ortemberga.

Ex quibus DD. dixerunt d. Gentilem habere in-
tentionem plenè fundatam ex expressa vocatione
inuestituræ Coralij Patris primi Acquirentis, &
cùm recepta sit conclusio in concessione emphy- 16
teusis per Ecclesiam facta, appellatione filiorum
non venire nepotes, vt plenè deducit Salic. *in l.* 1.
num. 32. *C. de iur. emphyt.* ibique Iason. *num.* 191.
Imol. *in l. quod dicitur num.* 12 *ff. de verb. oblig.* Caldas.
de emphyt. lib. 3. *cap.* 14. *n.* 8. Maresc. *lib.* 3. *var cap.* 17.
n. 17. 25 *&* 26 & vocatio filiarum propriè verificetur
in Gentile, non facit pro coniectura comprehensio-
nis Neptum, quod inuestitura cantet pro annis 69. 17
& ipsis finitis ad renouandum, ex quo emphyteusis
tam ex lapsu temporis, quàm ex obitu personarum
expressarum intra illud ad Ecclesiam reuerterit,
Ruin. *cons.* 167. *n.* 12. *lib.* 1. Cordub. *de caus. priuat. ob tem-
pus finit. n.* 9. *&* 10. *& in Casenaten bonorum emphy-
teuticorum* 9. *Decembr.* 1588. *coram Bubalo*; nec visum
fuit habere locum alias coniecturas, quod in simili- 18
bus inuestituris admittantur tam filiæ disponentis,
quàm filiæ filiorum, ex Paris. *cons.* 53. *n.* 22. *lib.* 2. Fusar.
post alios de subst. q. 484. *n.* 36. quia cessat omnis dif-
ficultas stante expressa vocatione filiarum.

Et ita vtraque parte, &c.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 28. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Acta quando constat de attentatis tam intra tempus appellationis quàm eadem pendente sunt reuocanda, & iuxta stylum Sacri Tribunalis sequestrum apponendum.

SVMMARIVM.

1 *Acta tam intra tempus ad appellandum quàm post interpositam appellationem reuocanda sunt tanquam attentata.*

2 *In beneficiis Calaguritan. diœcesis, declaratus inhabilis & inidoneus ad curam animarum, potest appellare ab eiusmodi declaratione ad effectum suspensiuum tanquam à grauamine damnum irreparabile inferente.*

3 *Ordinario non tanquam priuato, sed iudicialiter procedente, appellatio interposita debet attendi.*

4 *Acta quando constat de attentatis sunt reuocanda, & iuxta stylum Sacri Tribunalis sequestrum apponendum.*

DECISIO XXXVII.

VACANTE beneficio simplici per obitum Domini de Ixea in Oppido de Ceruera Calaguritan. Diœcesis, & vigente consuetudine, quod beneficia simplicia diuidantur in quatuor partes conferendas filiis naturalibus & patrimonialibus, præuio eorum examine, ita vt approbati ad Curam animarum præferantur approbatis ad simplicia, iuxta motum proprium felicis record. Clem. VIII. Et cùm Franciscus de Barrio Nueuo, Ioannes Aluarez, Gonzales, & Ioannes Franciscus Morenus oppositores fuerint examinati, & approbati per Synodales ad simplicia tantùm non ad curam animarum, *sum. n.* 2. à mala relatione examinatorum appellarunt prædictus Ioannes Gonzales & alij, ex eo quod non fuerint approbati ad curam animarum, *summ. num.* 6. & 7.

Qua appellatione non obstante, Ordinarius mandauit præcedente dd. examinatorum relatione, vt Capitulum & Beneficiati d. Oppidi de Ceruera facerent præsentationem eorum, & fuerunt prouisi ab ipso Ordinario Gregorius Tutor inter digniores non nominatus, & Franciscus de Barrio Nueuo, Gregorius Ximenes, & Ioannes Aluarez, excluso Ioanne Gonzales informante *summ. num.* 4. qui prosecutus fuit appellationem; & causa introducta in Rota coram Eminentissimo Vbaldo tunc Rotæ Auditore, in cuius locum subrogatus dubitaui, an constet de attentatis, & vnanimiter Domini affirmatiuè responderunt.

Quia cùm dict. Ioannes Gonzales prætendens se grauatum, appellauerit non solùm à mala relatione examinatorum, ex eo quod illum non declarauerit habilem & idoneum ad curam animarum, sed etiam à decreto de instituendo, & præsentando,
& Ordinarius non obstante dicta appellatione ad
vlteriora processerit, certum est præsentationem,
collationem, possessionem, & omnia gesta tàm 1
intra tempus ad appellandum, quàm post interpositam appellationem, esse reuocanda tanquam attentata, *cap. vt lit. pend. in 6. cap. non solum de appellat. eod. lib. 1. & tot. tit. ff. nihil nouetur appellat. pend.* Lancellot. *de attent. part. 1. in præfat. num.* 23. & 2. *part. cap.* 4. *num.* 295. Rot. *decis.* 6. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* Gregor. *decis.* 515. *num.* 3. & in puncto, quod
in istis beneficiis Calaguritan. diœcesis detur ap- 2
pellatio ab huiusmodi declaratione ad effectum suspensiuum, tanquam à grauamine inferente damnum irreparabile, post Garz. *de benef. part.* 9 *cap.* 2. *num.* 142. *cum seqq.* tenuit Rot. coram Gregor. *decis.* 537. *num.* 5. vbi Addent. *num.* 6. & *decis.* 515. *num.* 4. & *ibi* Addent. & *in alia Calaguritana Beneficij de Villareal* 31. *Ianuarij* 1624. *coram bon. mem. Vbaldo*, & *in alia Calaguritana beneficij de Alaxea* 9. *Februarij* 1610. *coram Eminentissimo meo Domino Card. Pamphilio*, & *in Calaguritana beneficij de Damayquia* 27. *Ianuarij* 1627. *coram R. P. meo Dunozetto.*

Tantò magis, cùm DD. placuerit, d. Ordina- 3
rium non vti priuatum, sed iudicialiter processisse ex appositione edictorum, comparitione plurium oppositorum, qui docuerunt de sua naturalitate, & aliis qualitatibus ex citatione, & conclusione in causa, ex relaxatione literarum remissorialium, & ex multis actis inter ipsos celebratis, *sum. num.* 12. Lancellot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 47. & *limit.* 5. *num.* 1. Gonzal *in regul* 8. *gloss* 9. *in adnot. contra nullit. num.* 36. & *seqq.* Rot. *in Calaguritana beneficij* 15. *Februarij* 1610. *coram Atrebaten.* & *in alia Calaguritana beneficij* 27. *Ianuarij* 1617. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, Gregor. *dict. decis.* 515. *num.* 1.

Ex quibus Domini responderunt constare de
attentatis quæ veniunt reuocanda, & iuxta stylom 4
huius Sacri Tribunalis apponendum sequestrum, Cassador. *decis.* 3. *num.* 9. *de restit. spoliat.* Caputaq. *decis.* 157. *part.* 3. Gregor. *decis.* 10. *num.* 1. & *decis.* 91. *num.* 1.

Et ita decisum Ioanne Gonzalez tantùm informante, Procuratore Ximenes sæpius citato & informare renuente.

Romana seu Theatina bonorum.

Mercur. 21. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Vxor mortuo marito vigore Instrumenti dotalis in bonis fideicommisso subiectis cum expressa prohibitione de non alienando, contra executionem Creditorum est manutenenda.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quando constat ex instrumento dotali cum expressa hypotheca omnium bonorum mariti, & clausulis* auctoritate propria & constituti, *possidenti manutentio debetur.*

2 *Mulier mortuo marito potest sibi mutare causam possessionis, & bona ratione hypotheca pro dote & iuribus dotalibus retinere.*

3 *Inhibitione*

3 *Inhibitione contra creditores mariti vigore Instrumenti dotalis obtenta & in actis producta, vxor causam possidendi Iure familiaritatis in causam crediti dotalis absque alia declaratione sibi mutasse præsumitur.*

4 *Executio facta cum bonis subhastatis parte non citata possidentem sua possessione non priuat.*

5 *Bona fideicommisso subiecta cum expressa prohibitione de non alienando obstat creditoribus, non verò vxori pro restitutione dotis.*

DECISIO XXXIII.

POST mortem Tarquinij, existente veneranda eius vxore in pacifica possessione bonorum, de quibus agitur vigore Instrumenti dotalis, continentis clausulam constituti: Nonnulli creditores vigore mandati executiui contra bona hæreditaria ipsius Tarquinij relaxati, executionem super dd. bonis facere curarunt, & ad illorum subhastationem fuit deuentum, dicta veneranda non citata: & non obstante inhibitione dotali ab A. C. impetrata, & præfatis creditoribus præsentata, propterea causa iactationis & molestationis mihi commissa dubitaui; An venerandæ sit dandum mandatum de manutenendo, & DD. affirmatiue responderunt.

1 Quia cùm possessio constet ex Instrumento do-
tali, cum expressa hypotheca omnium bonorum
mariti, & clausulis auctoritate propria, & consti-
tuti, quæ transtulerunt in venerandam omnem
possessionem, vtique & debetur hodie manutencio,
ex notatis *in l. quadam mulier 76. ff. de rei vindic. l.
quod meo 18. ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *de iur. constit.
part. 2. num. 2.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri num. 78.
cum seqq.* & quia licet mulier viuente marito possi-
2 deat Iure familiaritatis, eo tamen mortuo potest
mutare sibi causam possessionis, & retinere præ-
dicta bona ratione hypothecæ pro dote & iuribus
dotalibus, Achill. *decis. 4. de caus. possess. & propr.* Put.
decis. 441. Rot. *decis. 324. num. 2. part. 1. diuers.* & *co-
ram R. P. D. meo Decano decis. 66. num. 1. & 2. cum
seqq.* tantò magis cum dicta veneranda, mortuo
3 marito vigore Instrumenti dotalis statim obtinuerit
inhibitionem contra creditores mariti, quæ qui-
dèm in actis producta, præsumitur venerandam mu-
tasse sibi causam possidendi Iure familiaritatis in
causam sui crediti dotalis, absque alia declaratione,
vt quotidie in Rota practicatur, Socin. Sen. *cons. 31.
num. 1. lib. 1.* Bald *in l. penult. num. 1. C. de pignorat. act.*
Rot. *decis. 761. num. 1. & 2. part. 2. recent.* Achil. *dict.
decis. 4. in fin. de caus. possess. & propr.* & in puncto re-
solutum fuit, *in Recanaten. dotis 28. Februarij 1628.
coram R P D. meo Dunozetto.*

Nec obstat, quod creditores vigore mandati re-
laxati contra bona hæreditaria fecerunt executio-
4 nem & bona subhastari; quia cùm prædicta fuerint
facta veneranda non citata provt citari debebat, *l.
de vnoquoque, ff. de re iudic.* Iudex iniustè procedens
non potuit illam sua possessione priuare, *l. meminerint, C vnde vi,* Rot. coram Gregor. *decis. 9. num. 4.
5 & 5.* maximè quia prædicta bona sunt fideicommis-
so subiecta, cum expressa prohibitione de non alie-
nando. Quæ prohibitio obstat creditoribus, non au-
tem venerandæ pro restitutione dotis, Auth. *res quæ
C. com. de leg.* Molin *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6.
num 2. 3. & 4 cum seqq.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Meten. Professionis.

Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

De Moniali post decem & octo annos sub prætextu nullitatis professionis vti per vim & metum iustum factæ, ad seculum conuolante & matrimonium contrahente: vbi plura de professione tacita & expressa; & an Monialis propria auctoritate habitum dimittens & matrimonium contrahens possit de nullitate agere lite in Rota pendente?

SVMMARIVM.

1 *Professio est valida ex deliberatione & oblatione spontanea voluntatis Deo in manibus Vicarij more solito facta.*

2 *Professionis Scriptura deficiente ipsius Vicarij & aliorum testium depositionibus standum est.*

3 *Scriptura cùm non sit de substantia voti seu habitus, non potest requiri tanquam necessaria, stante probatione testium quæ fortior est viua voce facta.*

Vnde tolluntur à Gratiano in contrarium adducta, ibid.

4 *Professio tacita quomodo probatur.*

5 *Habitum in aliqua religione per annum gestans eo ipso assumptam Religionem veraciter est professus.*

6 *Actibus propriis monialium professarum sciens & prudens se ingerere sufficit ad probandam professionem.*

7 *Oblatio vnica ex consuetudine cuiusdam Religionis solis professis competit.*

8 *Professio tacita obligat Monialem Religioni in qua est professa.*

9 *Professiones tacitas non sustulit Concilium Tridentinum, sed in suo pristino valore manere permisit.*

10 *Præsumptio tacita professionis de iure dicta non admittit probationem in contrarium.*

Nec tollitur nisi exclamationibus & protestationibus, ibid.

11 *Metus reuerentialis illatus per matrem non sufficit ad tollendam professionem expressam.*

12 *Probatio illationis metus alleganti incumbit.*

13 *Metus reuerentialis solùm sine minis non annullat professionem sicuti nec matrimonium.*

14 *Professio tacita solùm exclamationibus & protestationibus in contrarium factis excluditur.*

15 *Ratificatio professionis non censetur inducta ex permanentia in Monasterio, nisi sciuerit professus nullitatem professionis præcedentis.*

16 *Doctrinam de nullitate professionis nisi cum scientia nullitatis, vti non tutam Sacra Congregatio reiicit, contrariam pluries amplectens.*

17 *Opinio Concilij in quo fundatur.*

18 *Ignorantia impedimenti non inualidat matrimonium si sequatur actus ex quo inducatur, & præsumatur matrimonium.*

19 *Professio tacita non potest elidi ex sola præsumptione ignorantia præsumpta.*

20 *Ignorantia decreti Pontificis quod in legem generalem transiuit de Iure non admittitur*

21 *Concilium Tridentinum prohibet agere de nullitate professionis post quinquennium.*

Quinquennium tam in tacita quàm in expressa professione à quo die computandum, ibid.

22 *Regulares ex decreto Vrbani VIII & Clem. VIII. de nullitate professionis post lapsum quinquennij non possunt audiri.*

23 *Habitum dimittens & matrimonium contrahens propria auctoritate pendente lite in Rota non potest agere de nullitate.*

Nec talis reclamatio non retento habitu est admittenda.

24 *Professio emissa ante decimum sextum annum completum nulla est & inualida.*

25 *Monialis ex tempore mota litis cum habitu Monialium professarum in monasterio existens, tenetur concludenter probare nullitatem professionis tanquam fundamentum sua intentionis.*

DECISIO XXXIX.

E anno 1606. soror Pepina suscepit habitum regularem in monasterio Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ordinis Sancti Augustini in ciuitate Meten. & post gestationem habitus Monalis per spatium quatuor annorum, emisit suam professionem in manibus eiusdem Magni Vicarij, & cùm permansetit in eodem monasterio per decem & octo annos, & per totum id tempus portauerit habitum susceptum, & ab aliis Monialibus gestari solitum, egit coram d.magno Vicario de nullitate suæ professionis, vti per vim & metum iustum factæ; à quo sententiâ fauorabili obtentâ, pendéteque appellatione in Rota coram R. P. D. Vrgellen. reliquit Monasterium conuolando ad seculum,& contraxit matrimonium, ex eoque liberos habuit: qua rerum serie stante, subrogatus in locum D Vrgellen. dubitaui, an constet de valida professione Pepinæ, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Constat enim, quod fuerit valida professio, tum
ex deliberatione, & ex oblatione spontaneæ voluntatis Deo facta in manibus Vicarij more solito, *cap. vnic. de vot in 6.* & *cap. 2. de regul. eod. lib.* Sanch. *in precept. Decalog. lib. 5. cap. 3. num. 1.* & *cap 4 quæst 2.*
2 *num. 74.* Quæ oblatio & professio probatur per depositionem ipsius Vicarij, & aliorum testium, quibus standum est, etiamsi deficiat scriptura professionis, *c. nuper 51.* vbi Gloss *verb. ordinis sui de testib.* & *ibid.* Abb 1. *col. vers. nota quod per professionem*, Felin. *in pr. num. 1. vers. ex quo*, Gloss. *verb. scripsit in c. vidua 20. quæst. 1.* Rot. coram Greg. XV. *decis. 385.*
3 *num. 1. & 2.* Nam cùm scriptura non sit de substantia voti vel habitus, sed ad benè esse, & ad probationem facti, si reuocetur in dubium ob defectum alterius probationis, non potest requiri tanquam necessaria, stante probatione testium quæ fortior est, cùm fiat per viuam vocem, Gloss *in cap 3 loco de probat.* Bald. *in Rubr. C. eodem tit num 5.* Alex. *cons. 3. num. 5. volum. 3.* & ita tolluntur in contrarium adducta per Gratian. *discept. 640. num. 4.* quod ad probandam professionem scriptura sit necessaria, contra quam facit etiam bonus *text. in c. prouectum 13. de regul.* vbi valida fuit professio sine scriptura.

4 Tùm quia Pepina in eodem Monasterio permansit per decem & octo annos post emissam professionem, & habitum susceptum ab aliisque Monialibus gestari solitum portauit, ex quo probatur tacita professio, quæ inducitur per dilationem habitus regularis per annum in Monasterio, *cap. 1. vers.*
qui vero, §. si per annum habitum gestauerit, ex tunc 5
religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus, de regular. in 6. Clem. *final. eod. tit. verb. si habitum in aliqua religione per annum portauerint, hoc ipso religionem illam decernimus esse professos*, Sanch. *super dict. cap. 3 num. 13.* Hond. *cons. 78. num. 18. lib. 2.* qui plures cumulat, Gratian. *discept. 640. num. 20.* Azor. *instit. moral. lib. 12. cap. 5. quæst. 3. part. 1.* Rot. coram Greg. XV. *decis. 385. num. 6.* & fuit dictum in *Meten. professionis 25. Maij 1615. coram Eminentiss. Vbaldo.*
Cui habitus delationi accedit, quod ipsa per totum 6
id tempus, se ingesserit actibus propriis Monialium professarum, sciens & prudens illas esse professas, *cap. vidua de regul.* vbi ponderatur ad tacitam cuiusdam fœminæ professionem, eam inter Moniales
professas oblationem quandam obtulisse, quia illa 7
oblatio de illius religionis consuetudine solis professis competebat, Gloss. *verb. oblationem, c. Innocentius num 5.* Abb. *in 6.* Azor *lib. 12. instit. cap. 4 quæst. 3.* Sanch. *supra dict. c. 3. n. 20.*

Ex quibus professio d. Papinæ remanet valida, &
probata; quia licet fuerit tacita, est tamen potens 8
ad obligandam Monialem Religioni in qua stetit
professa, etiam post Concil. Trident. *sess. 25. de regul.* 9
cap. 15. quod tacitas professiones non sustulit, sed in suo pristino valore manere permisit, Nauarr. *cons. 28. num. 5. de regul.* Azor. *moral. lib. 12. cap 4. quæst. 6. part. 1.* Frat. Emanuel *tom. 3. quæst. 13. art 1.* Grat. *dict. cap. 640. num. 34.* Sanch. *dict lib 5. cap. 1. num. 36.* Honded. *cons. 68. num. 22.* Rot. *decis. 529.*
num. 2. part. 1. recent. quæ præsumptio tacitæ pro- 10
fessionis dicitur Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium, Gloss. *in c. ex parte*, in verb. *per annum, de regul.* Monach. *in cap. 1. eodem tit. in 6.* in verbo illo *præsumitur num. 4 & 5.* & alij quos refert Honded. *supra num. 24.* nec excluditur nisi exclamationibus & protestationibus in contrarium, Honded. *dict. cons. 78. num. 25.* Rot. *decis. 579. num. 3. part. 1. recent.*

Nec obstat quod professio tacita ex delatione
habitus tollitur ex metu reuerentiali illato per ma- 11
trem, licet aliunde iste metus non sufficiat ad tollendam professionem expressam, Rot. *dict. decis. 579. num. 5.* & fuit dictum *in vna Vrixien. Parochialis 20. Martij 1620. coram Eminentissimo Vbaldo.*

Quia vltra quod tollitur obiectum, cùm non
constet concludenter de huius illatione metus, cu- 12
ius probatio incumbit alleganti, Rot. coram Gre-
gor. XV. *decis. 120. num. 21.* dixerunt Domini metum 13
reuerentialem solùm sine minis non annullare professionem, sicuti nec matrimonium, ex *cap. cum virum 12. de regul.* Couarruu. *de spons. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. & 8.* Gutt. *de matrim. cap. 44. num. 32.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 9. §. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disput. 6 num. 18. in precept. Decalog. lib. 4. cap. 3. n. 24. 25. & 26.* & in puncto matris Ricc. *in collect. 4. part. decis. 1176.* Rot. *decis. 175. num. 5. part. 1. recent.* Rot. coram Gregor. XV. *decis. 326. num. 12. & 13.* Et quamvis magnus Vicarius in sua depositione dicat se credidisse, quod Pepina profiteri volebat vt rem gratam matri faceret, & propter ipsius timorem, hoc tamen non annullat tacitam professionem. Quia Pepina non fuit protestata, nec declarauit se
non habere animum profitendi, & tacita professio 14
excluditur solùm ex reclamationibus, & protestationibus

tionibus in contrarium factis de quibus non constat, Rot *dec.579.n.3 part.1.recentior.* Honded *d cons. 78. num. 25.* & ita procedit dicta Vrixien. Parochialis *suprà* allegata; imò potius constat ex pluribus actibus factis per Pepinam in d. Monasterio vti professam, quibus suam professionem ratificare censetur.

Nec etiam obstat, quod ad ratificandam professionem tacitam, desumptam ex pluribus actibus per Pepinã factis in dicto Monasterio, requiritur, quod
15 ipsa sciuerit nullitatem professionis præcedentis, aliter verò ex permanentia in monasterio non cẽsetur inducta ratificatio professionis, Caiet. *2.2. q. 189. art. 5.* Nauar. *consil. 28. n. 7.* & *cons. 89. n. 3. de reg.* & *in manual c. 12. n. 71.* & in puncto de Moniali in Ciuitate Meten. quod non censeatur ratificasse professionem sine scientia d nullitatis, Rot. *decis. 179. num 6.* & *decis. 397. num 5. part 4. recent.* quia
16 prædictam doctrinam vti non tutam Sacra Congregatio Concilij non amplectitur, sed potius contrarium pluries declarauit, veluti *die 13. Ianuarij* 1583. *& die 28 August. 1621. in vna Romana professionis,* & *die 6. Nouembris 1621. in alia Romana,* inhęrendo declarationibus aliàs factis, censuit Ioannem Petrum esse tacitè professum & Religioni astrictum, etiamsi non probetur ipsum habuisse scientiam indiuiduam nullitatis professionis expressè ab eo prius emissæ; quas declarationes Sacri Concilij Sanctissimus D.N. Vrbanus VIII obseruari madauit *1. Februarij 1631. in vna Romana nullitatis professionis.*

17 Quæ opinio Sacræ Congregationis nititur auctoritati textus in *cap de regul. in 6.* in quo non obstante nullitate professionis præcedentis, disponitur induci tacitam professionem, absque eo quod requirat aliquam scientiam dictæ nullitatis, & confirmatur
18 sumpto argumento ex matrimonio carnali, in quo ignorantia impedimenti non inualidat ipsum matrimonium, si sequatur actus ex quo inducatur & præsumatur matrimonium. vt post Anchar. Sot. & alios tenet Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 36. num. 2. vers. 5. & num. 3.*

Facit etiam quia tacita professio est perseuerantia in Religione cum habitu professorum, & exercitio actuum inducentium eam præsumptionem Iuris, &
19 de Iure, quæ non potest elidi ex sola præsumptione præsumptæ ignorantiæ, Io. Monach. *in dict. cap. 1. in vers. præsumitur num. 5.* Archid. *col. 2. vers videtur* & *ibidem* Gemin. *in §. quod si num. 4.* Hostien. *num. 6.* Vitalin. post Card. *in Clem. 105. n. 38. de reg.* aliàs enim aperiretur via elidendi professionem tacitam, cùm Religio vel non posset vel nollet probare ignorantiam, tantò magis cùm de Iure non admittatur
20 ignorantia decreti Pontificis, quod in legem generalem transiuit.

21 Quibus accedit decretum Concil. Trid. *sess. 25. de regul. cap. 19.* in quo prohibetur agere de nullitate professionis post quinquennium, computandum in expressa professione à die quo quis illam emisit, in tacita verò à die quo regularis fecerit actus ex quibus inducitur tacita professio, etiam in illo qui tunc temporis habebat ignorantiam inualiditatis professionis, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. quæst. 10. vers Postremò,* & *quæst. 12.* Nauar. *de regul. comment 4. n. 24.* Sanch *de matrim. lib. 7. disput. 37. n. 5.* Mirand. *in Manuali Prælat. tom 1. q. 30. art. 1. concl. vnic.* Bonacin. *de claus. & pæn eam violantibus q. 2. punct. 10. different. 4. num. 1. 2. & 3.* & alij quos refert Barbos. *ad collectan. ad Concil n. 6. & 7.*

22 Quam doctrinam Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. confirmauit nouissimè ad auferendam facilitatem conuolandi ad seculum, dum decreuit 18. Decembris 1635. declarando decreta fel. mem. Clem. VIII. vt regulares contra eorumdem formam professi, allegantes propterea nullitatem professionis, non possent post lapsum quinquennij à die professionis super huiusmodi nullitate audiri. Quare dicta Pepina non potuit agere de nullitate, tãtò magis
quia cùm propria authoritate pendente lite in Rota 23
habitum dimiserit, & matrimonium contraxerit, vt constat ex eius *summ. num. 3.* & ex resolutis per Rot. super attentatis, eius reclamatio admittenda non est non retento habitu, ex eodem Trident. *d. c. 19.* ibi; *quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur,* Azor. *d. part. 1. lib. 12. cap. 4 quæst. 12.* Mirand. *d. quæst 30. art. 6. in princ.* & *conclus. 1.* Nouar *tom. 4. de regular. num. 77. & 78.*

Denique non obstat, quod attenta dispositione testium *in summ. Pepinæ num.* 8. præsumatur eius
professionem emissam fuisse ante 16. annum ex- 24
pletum, in quo casu professio remanet nulla, iuxta Trident. *sess. 25. de regul cap. 15.* Sanchez *dict. lib. 5. cap. 9. num. 9.* Rot. *decis. 175. num 5. part. 1. recent.* Quia vltra quod (vt dixi supra) professiones tacitas non esse sublatas per Concilium, sed in suo robore permansisse, Nauar. *consil. 35. num. 5. de regular. lib. 3.* Rot. *decis. 579. num. 2. part. 1. recent.* dixerunt Domini id non esse concludenter probatum, & semper præsumendum esse pro validitate professionis, itavt Pepina cùm reperiatur in
monasterio ex tempore motæ litis cum habitu 25
Monialium professarum, & in quasi possessione Monachatus, teneatur concludenter probare nullitatem tanquam fundamentum suæ intentionis, vt in puncto nullitatis Mascard. *de probat. concl. 1110. num. 1. & 2.* Rot. coram Greg. XV. *decis. 228. num. 1.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Pampilonen. Beneficij.

Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

De Beneficio ratione mensis in quo vacauit Sedi Apostolicæ reseruato; vbi plura de requisitis gratiæ iustificatæ.

SVMMARIVM.

1 *Testes in causa quadam examinati & bonam reddentes rationem concludenter probant.*
2 *Testes reddentes rationem de publica voce & famâ an probent obitum alicuius in mense reseruato.*
3 *Obitus probatur ex libro mortuorum, cui ratione Parochi probationem extrahentis fides est adhibenda.*
4 *Valor beneficij vt probetur qualibet leuis probatio sufficit.*
5 *Clericatus & Origo quomodo probantur.*
6 *Referuntur requisita in gratia iustificata.*

DECISIO XL.

E anno 1630 per mortem Sebaſtiani de Ederra vacauit de menſe Auguſti reſeruatum in Eccleſia parochiali de Roncal Pampilonen. Diœceſis ſimplex beneficium, de quo vti reſeruato ratione menſis, fuit prouiſus à Sede Apoſtolica D. Laurentius de Mutiloa, qui expeditis literis & in Rota productis, citato Petro Saluo intruſo in poſſeſſione d. beneficij, examinatiſque teſtibus, & productis iuribus vigore commiſſionis dubitaui, an gratia ſit iuſtificata, ita vt D. Laurentio ſit danda immiſſio; & Domini affirmatiuè reſponderunt.

Quia de iuſtificatione literarum conſtat ex copia
1 data *in ſum. n.* 1. & ex teſtibus in cauſa examinatis
ſuper primo articulo, qui concludenter deponunt,
quod d. Sebaſtianus obierit in poſſeſſione d benefi-
cij, eiuſque fructus, redditus, & prouentus exegerit,
& reddunt bonam rationem, Rot. coram Greg. XV.
decis. 78. *n.* 3. & *decis.* 103. *n.* 1. Quod autem d. Seba-
2 ſtianus obierit in menſe Auguſti reſeruato, depo-
nunt etiam teſtes ſuper articulo 2. reddentes ratio-
nem de publica voce & fama, Ægid *decis.* 665. Ca-
putaq *decis.* 677. *n.* 8 *lib.* 1. Quibus accedit fides Pa-
3 rochi extracta à libro mortuorum, ex quo probatur
obitus, Imol. *conſ.* 110. *in fin.* Rebuff. *in tract. de regeſtr.*
ſeu *libro Baptiſm.* Rot. *decis.* 121. *num* 3. *in decis.* 673.
num. 4. & *decis.* 700. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Addent. ad
Gregor. *dict. decis.* 78. Qui etiam teſtes examinati
4 ſuper articulo 3. probant valorem beneficij redden-
tes rationem de publica voce & fama, licet in hoc
ſufficiat quælibet leuis probatio, Ægid. *decis.* 684.
Rot. coram Gregor. *ſupra decis.* 78 *num.* 4. Clericatus
5 & Origo Pampilonen. probatur ex depoſitione te-
ſtium, ſuper articulo 4. & ex literis Ordinarij pro-
ductis *in ſumm. num.* 7. Rot. *decis.* 16 *de probat. in antiq.*
& coram Greg *dict. decis.* 78. *n.* 6.
6 Ex quibus omnibus dixerunt Domini, gratiam
eſſe iuſtificatam quoad poſſeſſionem Sebaſtiani, eius
obitum in menſe reſeruato, valorem beneficij &
Clericatum d. Laurentij; quæ omnia fuerunt narrata
in ſua gratia, Rot. *decis.* 14. *de probat. in antiq.* Ægid.
decis. 114. Mohedan. *decis.* 21. *num.* 4. *de renunc.* Qua
ſtante iuſtificatione D. Laurentio dandam eſſe im-
miſſionem reſponderunt.

Et ita vna tantùm parte informante deciſum, &c.

Venuſina Archipresbyteratus.

Ven 6. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

De Archipresbyteratu cuiuſdam Eccleſiæ Parochialis in præiudicium Ordinarij & ab eo prouiſi, ab alio ſub prætextu reſeruationis ex capite primæ dignitatis in Collegiata, literis Apoſtolicis expeditis & executioni mandatis, obtento: vbi plura de requiſitis ad Collegialitatem; an conſtet de reſeruatione, & an prouiſio Apoſtolica mutet ſtatum præcedentem beneficij?

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio plenè & concludenter debet probari maximè quando agitur de præiudicio Ordinarij & ab eo prouiſi.*
2 *Reſeruatio vt excludatur à capite Collegialitatis & vt præſumatur parochialis, ſtatus vltimus eſt attendendus.*
3 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum ad probandam parochialitatem ſufficit.*
4 *Status parochialis per legitimas ſucceſſiones vti de parochialitate ſucceſſiuè effectum ſortitas probatur.*
5 *Parochialitas concluditur ex literis Apoſtolicis & Synodis ab Epiſcopo pro tempore & factis viſitationibus celebratis.*
6 *Epiſcopi præſumuntur instructi de qualitate beneficiorum in eorum diœceſi exiſtentium.*
7 *In dubio ſemper præſumendum eſt pro parochialitate cùm Collegiata non præſumatur.*
8 *Requiſita ad Collegialitatem neceſſaria.*
9 *Teſtibus pro vtraque parte examinatis ſtantibus plenè reſultat probatio.*
10 *Æquiuoca & valde remota non probant.*
11 *Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum præcedentem beneficij.*
Niſi conſtet de voluntate Papæ conferentis tollendi antiquum ſtatum & nouum inducendi, ibid.
12 *Archipresbyteratus non ſemper ſignificat nomen dignitatis in Collegiata, cùm poſſit eſſe Archipresbyteratus ruralis & ſine collegio.*
13 *Enunciatiua cùm ſint de recenti & infra centum annos non ſuffragantur.*
14 *Dignitates erigi in Eccleſia quæ non ſit Collegiata nouum non eſt.*
15 *Collegialitas non poteſt argui ex ſignis quibuſdam communibus quæ poſſunt ſpectare ad omnes vti ſingulos non vti vniuerſos.*
Maximè cùm ſigna ſint æquiuoca & ſimplici confraternitati & Congregationi Presbyterorum conueniant. ibid
16 *Reſeruatio non intrat cùm probatio ſit æquiuoca.*
17 *Teſtes de Collegialitate deponentes non ſufficiunt, niſi de ſignis illam neceſſariò inducentibus deponant.*
18 *Teſtes melius deponentes & adminiculati pluribus coniecturis & vltimo ſtatu debent tanquam ſoli ſufficientes attendi.*

DECISIO XLI.

E r obitum Leonardi Antonij
Molfeſij die 4. Aprilis 1633. vacauit
Archipresbyteratus Eccleſiæ Paro-
chialis ſancti Petri, curam animarum
annexã habentis in Terra Spinatiolæ
Venuſinæ Diœceſis, quam Epiſcopus ſub die 18. eiuſ-
dẽ menſis contulit Nuntio de Iudice per Synodales
Examinatores in concurſu approbato, & idoneo re-
perto, qui pacificã poſſeſſionem illius fuit adeptus.
Deinde anno 1635. Ioannes Gaſparrinus impetrauit
d. Archipresbyteratum vti reſeruatum ex capite 2
primæ dignitatis in Collegiata, & literis Apoſtolicis
expeditis, & executioni mandatis, ſententiã fauorabi-
lẽ obtinuit, & poſſeſſionem accepit; à qua ſententia
appellatione interpoſita, & cauſa mihi commiſſa,
dubitaui An conſtet de reſeruatione, & Domini ne-
gatiuè reſponderunt,
Quia reſeruatio non fuit plenè & concludenter 1
probata, prout requiritur, maximè quando agitur de
præiudicio Ordinarij, & ab eo prouiſi, Caual. *decis.*
266. *n.* 6. Put. *dec.* 265. *n.* 3. Rot *decis.* 46. *n.* 3. & 4. *p.* 2.
diu. & coram Greg. XV. *dec.* 46. & *dec.* 53. *n.* 5. potius
autem conſtat de parochialitate incipiendo ab anno
1564. vſq; ad annũ 1633. quo vacauit hęc parochialis,
qui ſtatus vltimus ſufficit vt excludatur reſeruatio ex
capite

capite Collegialitatis, & vt præſumatur parochialis; Caual. *d dec.266.num.1. & 4.*Rot.coram Greg. XV.*deciſ.95 nu.3.* tanto magis cum d.ſtatus ſit præſcriptus ſpatio 70. annorum pro parochialitate, ad
3 quem effectum ſolum ſufficiebat præſcriptio 30. vel 40.annorum, *c. cum.de beneficio de praben. in 6.* Seraphin.*deciſ.1129.num 3.* Rot.*dec.489. num.4. in fin.par.3.recent.* Rot.*deciſ.91.num.1.p.1. recent.*& ita
4 conſtat de ſtatu parochialitatis, & legitimè præſcripto per continuatas prouiſiones, vti de parochiali ſucceſſiuè effectum ſortitas, iuxta *conſ.Oldrad.* 129.toties à Rota canonizatum vt *in deciſ.266. coram Caual* Seraph.*deciſ.291.num.1.* Greg.*deciſ.711. num 1.& ibi* Addent.
5 Concurrunt etiam adminicula deſumpta ex literis Apoſtolicis prouiſionis Cantoriæ eiuſdem Eccleſiæ, vbi nuncupatur matrix, & Parochialis reſpectiuè, & vti talis appellatur in Synodis celebratis ab Epiſcopo pro tempore, & viſitationibus factis, Rot.*coram Caual d deciſ 266.num.5.*& ex aliis enunciatiuis Epiſcoporum, quæ omnia ſimul iuncta plenè probant non eſſe Collegiatam, cùm in illis ſolum
6 nuncupetur Eccleſia Matrix per Epiſcopos, qui præſumuntur inſtructi de qualitate beneficiorum exiſtentium in eorum Diœceſibus, *Greg deciſ.407. num.6.in fin.vbi* Addent.Mantic.*deciſ.87.num.2.* Seraphin.*deciſ.1026 num.3.*& in dubio ſemper præſu-
7 mendum eſt pro parochialitate cùm collegiata non præſumatur, Rot.*deciſ.3.num.13.de prabend. in antiq.* quando non probantur neceſſaria requiſita ad Col-
8 legialitatem, ſcilicet ſigillum, Archa communis,& deſcriptio in cataſto Epiſcopi vti de collegiata, & alia de quibus Abb.*in c.nobis num.8.* Rot. *coram Caual.d.deciſ.266.n.5.* Greg.XV.*deciſ.504.num.1. & 2.* & his accedunt teſtes ab vtraque parte examinati,
9 qui ſolùm probant Eccleſiam eſſe receptitiam, & Archipresbyteratum fuiſſe ſemper collatum ab Ordinario, quibus ſtantibus reſultat plena probatio, Gabr.*concl.1.n.1 de probat.* Greg.*dec.245.n.3.& 4.*

Non obſtant quæ ex aduerſo ponderantur ad pro-
10 bandam prætenſam Collegialitatem, quia cùm omnia ſint æquiuoca, & valde remota non probant, Rot.*dict.deciſ.46 n 3.& 4.par.2. diuerſ.* Primò enim prouiſio facta à Sanctiſſimo de huiuſmodi Archipresbyteratu non obſtat, quia non fuit mutatus ſtatus parochialis, ex regula vulgari quod prouiſio
11 Apoſtolica non mutat ſtatum præcedentem beneficij, Achil.*deciſ.13.de iurepatron.* Caputaq.*deciſ.189. in princ.par.3.*Rot.*dec.788.num.5. part.3. recent.* niſi conſtet de voluntate Papæ conferentis, tollendi antiquum ſtatum & nouum inducendi, Abb. & Felin. *in dict.c.cum de beneficio de prabend. in 6.* Nec ex eo
12 quod Archipresbyteratus videatur ſignificare nomen dignitatis in collegiata, inferri ad ſubſtantiam dignitatis qualificatæ, quæ probari debet, cùm poſſit eſſe Archipresbyteratus ruralis, & ſine collegio, Federic.de Sen.*conſ.86.num.1.* Rot. *in Placen.Plebis 5.Nouembris 1622. coram Dameo Pirouano,* nec hu-
13 iuſmodi prouiſio coadiuuatur ex aliis enonciatiuis ex aduerſo datis, quia vti inueriſimiles, & de recenti cum ſint infra centum annos non ſuffragantur, Iaſ. *conſ 81.n.10.lib.1.* Rot.coram Greg. *dec.187.n.14 & dec 91.n.2.p 3 recent & dec.673.n.1.p.2.diuerſ.*

Secundò non obſtat, quod in eadem Eccleſia adſint Dignitates, Cantoratus & Primiceriatus, quæ ſunt inferiores dignitates, quia ex eo non infertur
14 quod ſit prima Dignitas in collegiata, & non eſt nouum quod dignitates erigantur in Eccleſia quæ non ſit collegiata, Feder. de Sen *dict.conſ.86.num.1.* Nec releuat quod in eadem Eccleſia continuò celebretur Miſſa conuentualis, & adſint Punctatores,& ceremoniarum Magiſter,& alij Clerici, ſigillum, & Archiuium iuxta depoſitiones Teſtium, & alia ſignificantia communionem; quia cùm hæc omnia 15
poſſint ſpectare ad omnes vti ſingulos non vti vniuerſos, ex eis non poteſt argui ad Collegialitatem, vt in puncto Abb.*in d.c.nobis n.8. in fin. de iurepatr. & in cap. dilecta in princ. de exceſſ. prælat.* cum aliis quos refert, & ſequitur *Achil. dec. 10. de prabend.* Maximè cùm ſigna ſint valdè æquiuoca, & conueniant etiam ſimplici confraternitati, & congregationi Presbyterorum in quibus deputantur dd. Officiales, & tamen non ſunt Eccleſiæ collegiatæ, Rot. *deciſ.13.num.3.de praben. in antiq.* Gonzal *ſuper regul.8. Gloſſ.15. & 16.* & reſeruatio non intrat.
cùm probatio ſit æquiuoca.Caual *dict.dec 266.n.6.* 16

Denique non obſtant teſtes ex aduerſo examinati, quia vltra quod patiuntur plures exceptiones ex deductis in facto, & deficiunt ratione ſui dicti, nihil probant, cùm non ſufficiat deponere de collegialitate, ſed requiritur deponere de ſignis neceſſa- 17
riò illam inducentibus, Achil. *dict. deciſ.10. num.3. de prabend.* conquaſſantur etiam ex depoſitionibus teſtium pro prouiſo ab Ordinario, qui meliùs de- 18
ponunt,& ſunt adminiculati ex pluribus coniecturis,& ex vltimo ſtatu qui ſolus ſufficeret, Soc. Iun. *conſ.3 n.30.lib.2.*Rot.coram Gregor. *deciſ.35 n.10.*

Et ita deciſum vtraque, &c.

Dertuſen. Vicariæ.

Lunæ 9. Iunij 1636.

A R G V M E N T V M.

Collatio beneficij Monaſterio cuidam authoritate Pontificia vniti, non ad concurſum [illegible] ad ſolam præſentationem & nominationem Monaſterij eſt facienda.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia non interpoſitâ appellatione tranſit in rem iudicatam.*
2 *Sententia eſt valida ex reuolutione actorum in quibus omnia pro validitate neceſſaria reperiuntur.*
3 *Confirmatio Pontificum habet vim nouæ conceſſionis quando id quod inualidum eſt confirmat.*
4 *Actum nullum confirmans nouam conceſſionem & ampliationem facit.*
5 *Titulus ſufficiens ad præſcribendum etiam in his quæ ſunt contra ius ex longi temporis curſu reſultat.*
6 *Titulus etiam inualidus & putatiuus ad præſcribendum ſufficit.*
7 *Bona fides vt allegetur ſufficit quando præſumitur.*
8 *Ius præſentandi & decimas recipiendi concurrentibus aliis adminiculis effectuationem vnionis plenè probant.*
9 *Cura quoad habitum penes Monaſterium cui vnita eſt Eccleſia reſidet, exercitio tantùm in Vicarium tranſlato.*
10 *Regula reuocatoria Cancellariæ circa vniones non habet locum in vnionibus effectum ſortitis.*
Vnio quando dicitur effectum ſortita, ibid.
11 *Reſeruata omnia cauſæ examinandæ cùm poſſint in dubio generico comprehendi non opus eſt graduatim illa diſcutere.*

DECISIO XLII.

DE mense Februarij 1613. vacauit Vicaria Parochialis Ecclesiæ loci de Castellione de Plana Dertusen. Diœcesis, olim vnitæ monasterio Vallis Christi Ordinis Chartusien. Ordinarius Dertusen. eam contulit per concursum, vti beneficium liberæ collationis, Vincentio Turlo. Vnde Prior, & Monasterium prætendens esse conferendum ad solam ipsorum præsentationem & nominationem, causa fuit commissa in Rota bon. mem. Vbaldo, & fuit decisum die 18. Nouembr. 1616. collationem esse faciendam ad præsentationem, non autem ad concursum, & successiuè die
1 24. eiusdem mensis iuxta tenorem decisionis lata fuit sententia (quæ appellatione non interposita) transiuit in rem iudicatam.

Deinde causa fuit denuò bon. mem. Cardinali Sacrato commissa nullitatis, & restitutionis in integrum, prout de Iure, parito iudicato arbitrio Rotæ, disputatóque dubio an esset locus arbitrio Rotæ, nonnullis articulis resolutis pro confirmatione dictæ sententiæ, vt *in decis.* 17. *Nouemb* 1619. Denique causa mihi commissâ subrogatus in locum Reuerendissimi D. Vrgellen. dubitaui sub die 16. Nouembr. proximè præteriti, an esset locus executioni sententiæ, & pro parte Domini Episcopi petitâ dilatione fuit dilata resolutio, & mandatum, vt informaretur super re iudicatâ. Hodie autem repropositâ causâ, proposui dubium, an constet de causis restitutionis in integrum, & Domini negatiuè responderunt.

2 Quia validitas sententiæ apparet ex reuolutione actorum, in quibus reperiuntur omnia necessaria pro validitate, Caputaq. *decis.* 262. *part.* 2. Iustitia verò patet, quia licet vnio ab initio facta fuerit à Clem VII. Pontif. Schismatico aduersus Vrban. VI. postea tamen confirmata fuit per Martinum V. & Calistum III. vt *in decis.* 352. *num.* 2. *part.* 4. *recent.*
3 quæ Confirmatio habet vim nouæ concessionis, quando confirmat id quod inualidum est, *cap.* 1. *in fin. de transact.* vbi Gloss. verbo *auctoritate*, Abb. *in cap.* 1. *de Confirmat. vtil. vel inutil.* Felin. *in cap. inter dilectos num.* 14. *de fide Instrum.* Paris. *cons.* 19. *num* 15. *lib.* 1. Rota *decis.* 513. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* Satis enim
4 notum est, quod confirmans actum nullum, facit nouam concessionem & ampliationem, iuxta text. *in cap. si Apostolica*, & ibi Gloss. verbo *Confirmans*, *de prabend. in* 6. Bart. *in l. more num.* 5. *ff. de Iurisd. omn. Iud.* Decius *in cap.* 1. *num.* 46. *de confirm. vtil. vel inutil.* Ruin *cons.* 31. *n.* 5. *lib.* 1. Rota *decis.* 192. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* & *decis.* 60. *n.* 4. *p* 4. *recent.*

5 Accedit etiam cursus tanti temporis cum bona fide, ex quo resultat titulus sufficiens ad præscribendum, etiam in his, quæ sunt contra Ius, *cap.* 1. iuncta Gloss. in verbo *legitimè de prascript. in* 6. & in puncto Rot. *coram R. P. D meo Decano decis.* 295. *num.* 2. cùm
6 titulus etiam inualidus, & putatiuus sufficiat ad hunc effectum, *l. censu*, vbi Gloss. & Doct. *ff. de vsucap.* Gloss. *in cap.* 4. *de prascrips.* Rot. *decis.* 91. *num.* 3. *in princip.* & *decis.* 324. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* in quibus
7 etiam firmatur sufficere vt bona fides allegetur, quia præsumitur, Rota *coram Domino meo Decano, vbi proximè num.* 3.

Effectuatio autem dictæ vnionis satis constat, stante cessione Rectoris Beneficij tunc temporis ad fauorem vnionis, *dicta decis.* 352. *num.* 4. maximè iunctis multis enunciatiuis antiquissimis literarum Martini & Calixti, in quibus referuntur huiusmodi effectuatio & possessio, vel quasi Ecclesiæ vnitæ ad
ius præsentandi, & recipiendi decimas, quæ plenè 8
probant concurrentibus aliis adminiculis, de quibus *in dicta decis.* 352. *n.* 5. Rota *decis.* 130. *n.* 2. *p.* 2. *diuersor.* Achil. *decis.* 7. *in fin. de Iurepatr.*

Vnde cùm appareat de validitate vnionis quæ fuerit effectuata, & quod Vicario huius Vicariæ fuerit reseruata congrua portio super fructibus & reditibus Ecclesiæ vnitæ, & soluatur à dicto mona-
sterio, intrat communis conclusio, quòd cura quoad 9
habitum resideat penes monasterium, cui facta est vnio, & exercitium tantùm dicatur translatum in Vicarium, Hostien. & alij *in cap. exposuisti de preb.* Felin. *in cap. postulasti in n.* 1. *vers. sed Abb de rescript.* Rebuff. *de congr. portion. num.* 108. Mohed. *decis.* 5. *de decim.* Crescent. *decis.* 2. *eod. tit.* Verall. *decis.* 339. *p.* 3. Seraph. *decis.* 1009. *n.* 4 & 5. *p.* 2.

Non obstat quod opponitur dicta regula reuo- 10
catoria Cancellariæ similium vnionum, quia tantummodo habet locum in vnionibus non effectuatis, non autem in sortitis effectum, prout est ista, cuius vigore præsentatus per Priorem & monasterium, facta collatione ab Episcopo, cœpit possessionem, & percepit fructus, Calder. *cons. vlt. num.* 1. *de reb. Eccles. alien. vel non*, Boher. *decis.* 446. *n.* 2. Mandos. *super regul.* 12. *reseruat. q.* 5. *n.* 3.

Nec minus visum fuit DD. releuare, quicquid dedocebatur in memoriali dato pro Episcopo, scilicet quod deberet disiunctim, & particulariter disputari super reseruatis in dictâ decisione bon. mem.
Cardinalis Sacrati; quia cùm in præsenti dubio ge- 11
nerico possent omnia reseruata comprehendi, non opus fuit graduatim illa discutere, tantò magis quod eademmet fuerunt optimè ponderata, & satis discussa *in dicta decis.* 352. *part.* 4. *recent. coram bon. mem. Vbaldo.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, alterâ pluries citatâ, & informare renuente.

Romana Census.

Ven 13. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

De mandato ex capite nullitatis & iniustitiæ non exequendo: vbi plura de dote materna cæteris bonis à viro distractis filiæ tanquam anteriori creditrici reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Causa per appellationem ad Rotam deuolutâ, executio mandati ad fauorem appellantis relaxati si postea ab A.C. petatur, nulla est & inualida ex defectu iurisdictionis.*
2 *Apoca restitutionis bonorum dotalium testibus munita probat anterioritatem.*
3 *Creditrix anterior à sua possessione non est amouenda per posteriorem nisi soluto sibi credito.*
4 *Filia tenetur agere super dote matri ab initio in bonis inæstimatis constituta.*
5 *Hypotheca generalis super omnibus bonis viri ex Instrumento dotis quando & in quantum procedit.*
6 *Pactum inter coniuges de recuperatis bonis conuentum*

vt

vt in casu restitutionis illorum valor restitueretur, vxori tanquam vtile sustinetur.

7 *Dotis commutatio, de pecunia in fundum vel econtra matrimonio constante de iure permittitur, si vxoris consensus & vtilitas concurrat.*

8 *Filia creditrix quoad vsumfructum aliis est præferenda, eo præsertim vix pro alimentis ipsius sufficiente,*

DECISIO XLIII.

MARGARITA tantùm informante resolutum fuit 5. Martij præteriti mandatum de associando A. C. esse exequendum contra Petrum Paulum & Faustinam eius filiam & hæredem, pro consecutione fructuum census impositi super domo de qua agitur. Hodie causa super eisdem reproposita, Domini recesserunt à decisis, & mandatum non esse exequendum responderunt, tam ex capite nullitatis quàm iniustitiæ.

Nullitatem deduxerunt Domini ex eo, quia cùm
Margarita Fabrona Domina istius census, obtinuisset
immissionem in possessionem domus censuatæ
vigore claosulæ constituti, contra Petrum Paulum
venditorem d.census; Francisca ob vergentiam ad
inopiam d.Petri Pauli eius viri, obtinuit etiam à
R. P. D. Bilio A. C. immissionem eiusdem domus,
à quo decreto cùm Margarita appellasset, &
causam in Rotam commisisset, post obtentam inhibitionem
Rotalem, illamque Franciscæ præsentatam
executioni demandatam, non potuit postea
1 iterum A. C. adire, ab eoque petere executionem
mandati ad eius fauorem relaxati, quia per appellationem
tota causa ad Rotam erat deuoluta, ex
quo oritur nullitas clara ex defectu iurisdictionis,
l. Iudex posteaquam, ff. de re iudic. Surd. *consil.* 462.
num. 4. *lib.* 4. Rot. *decis.* 164. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Greg.
decis. 243 *per tot.*

Iniustitiam verò deduxerunt etiam ex eo, quia
Faustina vti creditrix anterior dotis maternæ, vt
constat tam ex Instrumento dotali cum hypotheca
omnium bonorum de anno 1593. Greg. *decis.* 180.
2 *num.* 1. quàm ex apoca restitutionis bonorum dotalium
de anno 1609. quæ testibus munita probat
etiam anterioritatem, *l. scripturas C. qui pot. in pign.*
Couarruu. *pract. cap.* 22. *num.* 5. Rot. post Pacif. *decis.*
3 43. *num.* 4. non debuit amoueri à sua possessione per
Margaritam posteriorem creditricem, cùm eius
creditum fuerit de anno 1611. nisi soluto sibi credito,
l. cum Prior 3. *ff. de distract. pign. l.* 1. *l. Prior. C.
qui pot. in pign. hab.* Negus. *de pignor. part.* 5. *memb.* 3.
num. 3. Rot. post Pacific. *decis.* 74 *num* 11.

Nec obstat, quod dos pro qua agit Faustina, fue-
4 rit ab initio constituta eius Franciscæ matri in bonis
inæstimatis, super quibus agere tenebatur, ex
l. in rebus C. de Iur. dot. Anton. Gom. *in l.* 50. *Tauri
numer.* 41. *cum seqq.* tum quia cùm eadem bona reperiantur
hodie per Petrum Paulum virum dictæ
Franciscæ distracta, succedit hypotheca generalis
5 super omnibus bonis ipsius Petri Pauli ex Instrumento
dotis, non solùm in ea parte, in qua expressè
promisit dotem restituere, verùm in alia in qua promisit
dotem non alienare, Seraphin. *decis.* 1332. *n.* 3.
6 tum etiam quia post recuperationem eorumdem bonorum
per maritum factam ex manibus creditoris,
fuit de illis facta æstimatio, & inter ipsos Coniuges
conuentum, vt in casu restitutionis illorum
valor restitueretur: Quod pactum tanquam vtile
vxori sustinetur, *l. de die* 14. *l. Attilianus* 17. *ff. de
pact. dotal.* & etiam constante Matrimonio permitti-
tur de Iure commutatio dotis de pecunia in fun- 7
dum, vel de fundo in pecuniam, si concurrat vt hic,
vxoris consensus & vtilitas, *l. ita constante* 26. *ff. de
Iur. dot. l. si mulier dotis* 21. §. *final. l. cum maritus* 29. *ff.
de pact. dotal.* ita vt res, vel fundus permutatus efficiatur
dotalis, *l. quod si fuit* 22. *ff de iur. dot.* Bald. *nouel.
in tract. de dot. part.* 7. *in princ. priuil.* 1. *col.* 3. *vers. si
autem*, Paris. *cons.* 128. *num.* 2. *lib.* 2. Honded. *cons.* 41.
n. 21. *lib.* 1. Roland. *cons.* 86. *n.* 2. *lib.* 4. Rot. *decis.* 287.
n. 4. *& decis.* 297. *n.* 4. *&* 5. *part.* 3. *recent.*

Denique non obstat quod Margaritæ potuerit
concedi immissio ratione vsus fructus, quem Petrus
Paulus illius debitor habebat in bonis Faustinæ 8
filiæ, quia cùm dictus vsusfructus vix sufficiat pro
alimentis ipsius Faustinæ, dixerunt Domini illam
præferri deberi, Pinel. *in l.* 1 *part.* 3. *n.* 75. *C. de bon. matern.*
& in puncto Rot. *in Bonon. vsusfructus* 14. *Iunij*
1619. *coram D. meo Decano.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Oritana Decimarum Oliuæ.

Ven. 13. Iulij 1636.

ARGVMENTVM.

De oliuis plantatis ac in locum vinearum subrogatis intra fines feudi cuiusdam Monasterij existentibus: An de eis Monialibus monasterij ratione feudi decima debeatur?

SVMMARIVM.

1 *Decima ex omnibus fructibus debetur.*

2 *Fructuum appellatione veniunt oliuæ.*

3 *Decimæ ex oliuis debentur etiamsi in locum aliorum fructuum fuerint subrogatæ.*

4 *Possessio in vna specie fructuum quæ procedit ab vna radice nempe iure decimandi, prodest etiam quoad alias quæ eodem iure possunt vendicari.*

5 *Præscriptio cùm sit realis, extensio præscriptionis fieri debet ad particularitatem iuris sub vnico iure vniuersali apprehensi.*

6 *Mutatio qualitatis seminis obligationem ratione prædij non mutat.*

7. *Decimas minuere vel auferre habentibus ius eas percipiendi in Colonorum non est potestate.*

8 *Regula quod de omnibus fructibus decima soluatur, etiam de fructibus arborum procedit.*

Maximè quando iure reali nempe ratione feudi debeatur, ibid.

9 *Prædium per spatium 30. annorum tanquam feudale possessum ad probandum decimas ex Iure reali debitas sufficit.*

10 *Mutatione seminis non tollitur Ius reale alicui competens in feudo decimali.*

11 *Testes non remouentes sensum ab actu cùm deponant super negatiua non releuant.*

12 *Testibus melius informatis magis est credendum.*

13 *Testes numero plures & qui non patiuntur exceptiones cæteris sunt præferendi.*

14 *Præscriptio quantumcunque longissima sine possessione vel quasi non datur.*

25 *Præscriptio inducta ex tempore cuius initij memoria non extat, sufficit in Ecclesia & vim priuilegij Apostolici habet.*

Semel completa non interrumpitur, ibid.

26 *Regula* tantum præscriptum quantum possessum locum habet in decimis ex sola consuetudine debitis

27 *Moniales ex eo quod curam animarum non habeant non dicuntur habere fundatam intentionem in Iure communi.*

DECISIO XLIV.

MONIALES Monasterij S. Barbati Ciuitatis Oritanæ, existẽtes ab immemorabili tempore in possessione vel quasi percipiendi decimas de omnibus fructibus nascentibus in terris feudi nuncupati de Potente, cuius directum dominium habebant, *summ. num* 1. *&* 3. & de anno 1536. recusantibus Capitulo Collegiatæ Conuentus S. Francisci, aliisque particularibus terræ Francauillæ solitas decimas soluere de oliuis plantatis, ac subrogatis in locum vinearum existentibus intra fines d. feudi, per cõsque possessis, commiserunt causam per speciale rescriptum Sanctissimi Archidiacono Brunderino, qui cum voto Consultoris de anno 1549 ad fauorem Monialium pronunciauit, & post varias sententias ad fauorem vtriusque partis hinc inde prolatas, coram diuersis Iudicibus à Sanctis. D.N. Delegatis Denique causa mihi commissa dubitaui, an de Oliuis debeatur decima; & Domini affirmatiuè responderunt.

1 ...ia decima debetur ex omnibus fructibus, *c. non*
extat c. nuntios c. ex parte de decim. Rebuff. *de decim.*
q. 8. *n.* 1: Monet. *de decim. cap.* 4. *lib.* 2. *&* 3. Suarez *de*
Relig tom. 1. *lib.* 1. *de diuino cultu cap.* 34. *num.* 2. fru-
2 ctuum autem appellatione veniunt oliuæ, *l. si eius*
fundi 78 ibi: *Veluti si oliua, ff de rei vendic.* Donel.
lib. 4. *comment. cap.* 25. vbi Osuald. *litt. E.* quod proce-
3 dit etiamsi oliuæ fuerint subrogatæ in locum alio-
rum fructuum, authoritate *tex. in c. commissum* 5. §. *&*
sicut. C. cum in tua 3. § *fin de decim.* Rebuff. *de decim.*
q. 14. *n.* 19. Monet. *super d. c.* 4. *num.* 9. Guttier. *lib.* 2.
can. 21. *n.* 93. *&* 94. *cum seqq.* & in puncto de Oliuis
subrogatis in locum vinearum, Rot. *decis.* 663. *n.* 3.
p. 1 *recent.* & *decis.* 666 *num.* 1. *p.* 3. *recent.* & *decis.* 552.
num. 2. *part.* 4 *recent.* & fuit dictum in *Conchen decimarum de Laxera* 12. *Decembris* 1608 *coram Iusto, & in alia Conchen decimarum dell Infantado* 5 *Decembris* 1612. *&* 10 *Maij* 1615. *coram R. P. D. meo Pirovano.*

Quæ doctrina nititur in claris, & naturalibus,
quia Presbyteris decimas ex certis agris censetur
præscripsisse, eas non tantùm quoad fructus consue-
tos colligi, & percipi, sed etiam quoad nouiter
4 plantatos, & seminatos: possessio enim in vna specie
fructuum, quæ procedit ab vna radice, nempè à Iure
decimandi, prodest etiam quoad alias qualcumque
fructuum species quæ eodem iure possint vendi-
cari, Couarru. *pract. cap.* 37. *num* 5. maximè cùm
præscriptio sit realis, vt in præsenti, in qua debet fie-
ri extensio præscriptionis ad particularitatem Iuris
apprehensi sub vnico Iure vniuersali, *d. c. cum in tua*
3. vbi Butr. & Ancharan. ne vna eademque res di-
uerso Iure censeatur, Guttier. *super d. cap.* 21.
num 96.

His accedit, quod licet Dominus fundi non habeat
possessionẽ illius rei nouiter seminatę, ex quo tamen
habet possessionẽ totius prædij, cẽsetur præscripsis-
se decimam fructuum illius fundi, etiam si solitus
fuisset habere decimam frumenti, & terra frumen-
ti mutetur in vineam, eodem modo percipiat deci-
ma de vino, ac de frumento, cùm illius Ius sit reale
6 fundatum super terris decimalibus; mutatio enim
qualitatis seminis non mutat obligationem ratione
prædij, vt probatur in *d cap. commissum* §. *sicut de decim.* ibi: *& sicut etiam de Pascuis olim olicina persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis decimas volumus absque diminutione persolui*, Rebuff *de decim. q.* 6. *num.* 37. *& q.* 14. *num* 19. Accurs. *in l.* 1 *num.* 8 *tit.* 5. *lib.* 1. *noua collect.* Guttier. *de lib.* 2. *canon cap.* 21. *num* 9. *cum seqq.* aliter enim esset in pote-
7 state Colonorum mutando semina, minuere vel au-
ferre decimas habentibus Ius eas percipiendi, Rot.
dec. 502 *num.* 2. *part.* 4. *recent.* *& d. decis.* 666 *part.* 2.
recent.

Non obstant testes pro parte Capituli examinati,
deponentes, *Che l'Oliua e franca libera, e stregina, & non paga decima*, quia ita exceptio aliquo Iure
non probatur in oliuis, potius est regula in contra-
8 rium, quod de omnibus fructibus decima soluatur,
vt *in d. cap. ex parte* 21. *de decim.* vbi Gloss. *verb. de omnibus*, notat id procedere non solùm de omnibus
fructibus prædiorum, sed etiam arborum, *cap. ad Apostolica* 20. cum concordantibus *eod tit de decim.*
maximè cùm decimæ debeantur monialibus Iure
reali, nempè ratione feudi, vt probatur ex sententia,
& testibus *summ. num.* 1. Qui deponunt addendo ra-
tionem nedum de publica voce & fama, sed etiam
quia viderunt semper soluere decimas de omnibus
in dicto feudo perceptis, adeò vt nulla sit dubitatio
quin versemur in decimis debitis ex iure reali,
quæ in casu isto vocantur decimæ, quia debentur
ratione dominij terrarum, de quo deponunt dd. Te-
9 stes, & ita sufficit fuisse possessum tanquam feudale
per spatium 30. annorum, Alex. *cons.* 136. *num* 5. *vers. vel quia lib.* 1. Gramat. *decis.* 77 *num.* 7. *&* 8. Vnde in-
10 trat conclusio receptissima quod mutatione seminis
non tollitur ius reale competens alicui in feudo de-
cimali, Anchar. *in d. c. cum in tua n.* 4. *de decim.* & alij
suprà allegati.

11 Minus relevant testes cùm deponant super nega-
tiua, non remouentes sensum ab actu, Alex. *cons.* 24.
num. 3. & *cons* 108 *num.* 10 *lib.* 2. Dec. *cons.* 101. *num.* 2.
12 Roland. *cons.* 13. *num.* 7 *lib.* 4. & testes Monialium me-
lius informati deponunt super affirmatiua, quo caso
magis credendum est, Felin. *in c in nostra de testibus*
lib. 4. Cæsar de Grassis *dec.* 18. *de preb.* Greg *dec.* 445.
num. 3. præsertim quia ex his plures deponunt de
solutione in facto, & quod oliuæ fuerunt subrogatæ
in locum vinearum de quibus decima soluebatur;
per quam subrogationem seminis Coloni non po-
terant præiudicare Monialibus, vt ponderant Rot.
in d. decis. 666. *num.* 1. *in fin part.* 3 *rec.* cum aliis suprà
13 alleg. Et dum testes Monialium sunt numero plu-
res, & non patiuntur exceptiones, quas cæteri testes
deponentes super negatiua, vt in eorum *sum. num.* 2.
3. *&* 4. deducitur, meritò præferendi sunt, Gabriel.
conclus. 4. *num.* 5. *de testibus*, Gregor. *decis.* 322.
num. 6.

Hinc etiam tollitur præscriptio pro parte Capi-
tuli opposita, quia cùm non bene probetur negati-
ua non soluendi decimam ex oliuis, cessat funda-
14 mentum præscriptionis, quæ quantumcumque lon-
gissima sine possessione vel quasi non datur, Rota
in l. certum. ff. de vsucap. Paris. *cons.* 27 *num.* 101 *lib.* 1.
dd.

dd. in cap. sine possessione de reg. Iur. tantò magis quia cùm constet ex eisdem testibus Capituli, oliuas de recenti fuisse plantatas, non potuit interrumpi præ-
15 scriptio inducta ad fauorem Monialium ex tempore, cuius initij memoria non extat, quæ præscriptio sufficit intra Ecclesiam, & habet vim priuilegij Apostolici, Card *cons. 88. num. 2. cum seqq. ad not. in cap. de qua c. ad aures de præscript.* & semel completa non interrumpitur, Mantic. *decis. 296. num. 5.* Add. ad Greg. XV. *in decis. 51. num. 8.*

Denique non obstant decisiones, quæ allegantur pro Capitulo, nempè *Sabinen. decimarum coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio*, apud March. *part. 1. fol. 681.* cum aliis adductis *in Placentina decimarum coram R. P. D. meo Merlino*, quia non applicantur, cùm ibi agatur de decimis debitis ex sola
16 consuetudine, & ita habet locum regula, *tantum præscriptum, quantum possessum*; nos autem versamur in decimis debitis ex aliquo Iure reali ratione feudi. Vnde licet Moniales non dicantur habere
17 fundatam intentionem de Iure communi, ex eo quod non habeant curam animarum ex *c. cum contingat, & cap. transmissa de decimis*, Put. *d. 361. n. 1. lib. 1.* cum aliis, satis est docere de titulo reali ratione dominij dicti, de quo deponunt testes ab annis centum, & vltra, scilicet dd. Moniales fuisse Dominas d. feudi, & per eas solitum fuisse infeudari cum annua responsione decimarum ratione dominij: vnde cùm non controuertatur huiusmodi feudum spectare ad Moniales, sed solùm an decima debeatur de oliuis, dixerunt Domini probationes factas pro probatione dominij, & vt eius vigore decimæ ex oliuis debeantur ex rationibus supra adductis.

Et ita vna parte acerrimè informante.

Barbastren. Decimarum.

Veneris 27. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

An ad literarum Apostolicarum paritionem sufficiat earundem executioni simplicem patientiam præstare?

SVMMARIVM.

1 *Parere sufficienter literis Apostolicis dicitur earundem executioni patientiam præstans.*
Nec tenetur sententiam approbare sed solùm simplicem patientiam præstare, ibid.
2 *Patientiæ præstatio operatur obedientiam & paritionem mandati Superioris.*
3 *Solutio expensarum quæ non comprehenduntur in clausula* Parito, *paritionem literarum Apostolicarum probat.*
4 *Impedimentum à Vicario Episcopi pro parte appellantis factum, non destruit paritionem cùm fuerit ante litem & sententiam A. C. præceptum.*
5 *Præceptum Vicarij de soluendis decimis contrario imperio Prætoris reuocatur.*
Multò magis per sententiam diffinitiuam cum acquiescentia & præstatione patientiæ executioni mandatam, ibid.
6 *Decimas non dicitur quis impugnare etiamsi dicat illas in literis Apostolicis non fuisse comprehensas.*

DECISIO XLV.

DE anno 1544. Paulus III. Ecclesiam Parochialem Sancti Petri Oppidi de Boltonna erexit in Collegiatam cum vno Priore, & octo Portinariis, quibus concessit animarum curam, omnes fructus, reditus, prouentus, emolumenta, & Iura quæcumque Ecclesiæ dicti Sancti Petri, & aliarum Parochialium, vt latius in literis *summario Decani num. 1.* quarum vigore prædicta erectio effectum sortita fuit. Deinde anno 1571. ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici, Pius V. fel. rec. erexit etiam in Cathedralem Ecclesiam Barbastrensem cum omnimoda iurisdictione, mense Episcopali, præeminentiis, & aliis requisitis necessariis ad Cathedralitatem, assignando Decano Barbastren. noniter erecto, & pro tempore futuro inter alios reditus scuta 150. quę Decanus Oscen. erat solitus percipere in dicto oppido de Boltonna, vt latius fuit narratum in literis *summario num. 2.*

Introducta lite pro parte Prioris, & Portinariorũ coram Auditore Cameræ, ipse vti exequutor dictarum literarũ Pauli III. pronunciauit sententiam pro earũ exequutione, & obseruantia, & excõmunicauit Dominum Decanũ Barbastren. ob non paritionem, & quia nõ permiserat liberè, & quietè frui contentis in dictis literis; à qua sententia appellauit Decanus, & causa in Rota commissa cum clausula *Parito literis Arbitrio Rotæ*, discussoque dubio coram bon. mem. Vbaldo per eius decisiones sub die 20. Nouembris 1623. & 14. Iunij 1624. & per aliam sub die 2. Martij 1635. coram D. meo Decano, fuit resolutum arbitrium non intrare, & iuxta formam decisionum fuit prolata sententia confirmatoria A. C. à qua pariter appellatum fuit, & causa mihi commissa dubitaui, an constet de sufficienti paritione, & Domini affirmatiuè responderunt.

Quia pro parte Decani fuit in actis præstita pa-
tientia executioni literarum Pauli III. in eius *summ. nono num. 2.* & ita sufficienter paritum, ex quo non est condemnatus ad aliquid præstandum, nec tenetur sententiam approbare, sed solum simplicem patientiam præstare, Put *decis. 244. lib. 1 in nou.* Mohed. 1
decis. 9. de re iud. præstatio enim patientiæ operatur 2
obedientiam, & paritionem mandati superioris, tantò magis cùm Decanus ex abundanti soluerit expensas, *d. summario num. 1.* quæ non comprehendun- 3
tur in clausula *Parito*, Garz. *de benef. part. 6. cap. 3. num. 170.* Barbos. *claus. 98.* Greg. XV. *decis. 36. num. 4.* Et cùm homines, & habitatores dicti oppidi de Boltonna se obligauerint soluere decimas Priori, & Portinariis, & in effectu soluerint, *dict. summ. num. 1.* Decanus non tenetur docere de solutione decimarum vsque ad præsens, cùm ipse non fuerit obligatus, sed tantùm præstando patientiam tollere impedimentum, ex quo resultat sufficiens paritio, maximè cùm in prosequendo litem nullam afferat molestiam Priori, & Portinariis super libera perceptione decimarum.

Nec obstat quod non sufficiat sola præstatio patiẽtiæ, cũ Decanus præstiterit impedimentũ ex præ-
cepto facto à Vicario Episcopi Barbastren. de sibi 4
soluendis decimis, quia cessat obiectum ex eo, quod tale præceptum fuit ante litem, & sententiam A. C. Vnde eius subsequuta sententia & exequutione super decimis cum obligatione Incolarum de illis soluendis in futurum, ac subsequuta etiam sententia

Rotali

Rotali, & præstatione patientiæ in actis pro parte
Decani, proculdubio prædictum preceptum euanuit
5 & spirauit, quoniam similia præcepta, & interlo-
cutiones contrario imperio Pretoris reuocantur, &
multò magis per sententiam diffinitiuam executio-
ni mandatam, cum acquiescentia, & præstatione
patientiæ, iuxta notata, in *l. quia iussit*, *ff. de re
iud.*

Quod faciliùs procedit, quia cùm decimæ non
sint comprehensæ in literis Pauli III. siquidem de
illis nulla est in literis facta mentio (vt prætenditur
pro parte Decani) ipse non dicitur illas impugnare,
6 etiamsi dicat non fuisse comprehensas, Socin. *cons.
63.num.14.vol.3.* Menoch *consil.233.num.6.* Mart.
claus.176.num.17. Gonzal *in regul 8 gloss.66 num.30.*
Rot.*decis.100. in fin part.3. diuers.* & fuit dictum *in
Sabinen. Castri Vaccunæ 13 Iunij 1619. coram D.meo
Dunozetto.*

Et ita decisum vtraque parte informante.

Camerinen. Prioratus.

Mercurij 10. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Executio Breuis Cameralis cum clausula *Constito* Rotæ arbitrio commissa, non iustificatis omnibus in Breui contentis, donec sufficienter probentur, retardatur.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* arbitrio Rotæ *semper temperat rigorem iuris.*

2 *Clausula* arbitrio Rotæ *operatur vt in Breuis executione supersedeatur quando reseruatio non est iustificata.*

3 *Reseruatione dignitatis non iustificatâ corruit gratia.*

4 *Collatio non sustinetur conditione & forma narratiua non probata.*

5 *Ordinarius in suis mensibus ordinariis habet assistentiam de iure communi.*

6 *Dignitas prima in Collegiata quomodo destruitur.*

7 *Testes de auditu deponentes nihil probant.*

8 *Status vltimus de vna persona in aliam per prouisiones effectuatas continuatus est attendendus.*

9 *Status vltimus spatio 30. vel 40. annorum præscribitur.*

10 *Prouisiones Apostolicæ licet non mutent statum tamen ad illum firmandum attenduntur.*

11 *Probatio in specie probationi generali præfertur.*

12 *Præbenda pro titulo beneficij etiam simplicis sumitur.*

13 *Canonici seu Canonicorum simplex denominatio non facit Collegiatam*

14 *In Collegiatis requiritur possessio per installationem in choro capitulariter tradita.*

15 *Enunciatiuæ cùm sint de recenti & infra centum annos non suffragantur.*

16 *Fructus quando dicuntur extare penes Priorem Collegialitas excluditur.*

17 *Signa certa & sufficientia non autem æquiuoca ad inducendam Collegialitatem sunt necessaria.*

DECISIO XLVI.

PAROCHIALIS Ecclesia Prioratus nuncupata S. Eustachij terræ Belfortis Camerinen. Diœcesis, vacauit de mense Decembris anni præteriti per mortem Seleuci: Andreas Valentinus fuit de eo tanquam de simplici Parochiali prouisus ab Ordinario, & in eius possessionem immissus. Deinde Ioannes Baptista impetrauit à Sanctissimo eundem Prioratum vti primam dignitatem in Collegiata, olim actu, & nunc habitu, & sic reseruatum virtute *regulæ 3. hodie 4. Cancellariæ*, expeditoque Breui Camerali cum clausula *Constito*, fuit etiam possessionem assecutus per sententiam A.C. amoto dicto Valentino, à quo appellatione interposita, & causa mihi commissa cum clausula *Parito Breui arbitrio Rotæ*, dubitaui an intraret arbitrium, & DD. affirmatiuè responderunt, pro retardanda vlteriori executione.

Eà moti ratione, quia licet verum sit arbitrium
non intrare post factam executionem Breuis, tamen
quia clausula *arbitrio Rotæ* semper temperat rigo- 1
rem iuris, Add. ad Gregorium XV *decis.189.num 8.
vers. veruntamen*, operatur vt in Breuis executione 2
supersedeatur, quando reseruatio non est iustifica-
ta, Rot.*decis.177.num.1.coram Reuerendissimo Domi-
no meo Decano*, Caoal *decis.287.* Gonzal *in reg 8 glos.
9. in annot. num.296.*

Quod autem reseruatio non sit iustificata, patet
ex eo, quia cùm in dicta clausula *cõstito*, contineatur
quod sit prima dignitas in Collegiata, necessarium
erat illam qualitatem plenè, & concludenter pro- 3
bare, tanquam fundamentum suæ intentionis, ne
aliàs in totum corruat gratia, vt pluries censuit Rot.
& signanter *coram Canaler. decis.166. in fin.* & *in
Placentina Parochialis 15. Ianuarij & 27. Iun. 1636. co-
ram D. meo Pãzirola*, & *in Venusina Archipresbytera-
tus coram me 6. Iunij præteriti*, cùm talis narratiua im- 4
portet conditionem & formam, qua non probata
collatio non sustinetur, Garz. *de benef. part.6. cap. 2.
num.10. & seqq.* Greg. *decis.53. in fin.* Caual *decis.
597.* maximè dum agitur contra prouisum ab Or- 5
dinario, qui habet assistentiam de Iure communi in
suis mensibus ordinariis, Rot. *decis. 70. num. 11.
part.1. diuers.* Addent. ad Greg. *decis. 411. n.5. vers.
Aduertendum est.*

Nec quod sit prima dignitas in Collegiata pro- 6
batur ex testibus, qui de dignitate vel deponunt ne-
scire, vel per actus conuenientes simplici Rectori,
& vlterius asserunt reditus semper fuisse penes Prio-
rem, & nunquam communes cum aliis Presbyteris,
ex quo resultat deficientia Massæ communis, & ar-
cæ, aliorumque signorum collegialitatem denotan-
tium, Caual. *decis.266. n.5.* Greg. *decis.504. num.1. &
2. dict. Venusina Archipresbyteratus corã me*, & multa 7
deponunt de auditu, qui ideo nihil probant, Achill.
decis.10. num. 3. de præb. & tantò magis, quia ex-
cluditur reseruatio, cùm probetur pro parte Andreæ
plenè & concludenter, Prioratum esse simplicem
parochialem, incipiendo ab anno 1586. vsque ad
præsentem vocationem, ad quem effectum atten-
ditur vltimus status, ita vt censeatur continuatus
de vna persona in aliam per prouisiones effectua-
tas, iuxta *Cons. Oldrad. 229. sæpius canoniz.* Seraph.
decis. 229. num.5. Greg. *decis.215. num.1.* & *ibi* Add.
cùm etiam minori tempore d. vltimus status præ- 9
scribatur, scilicet spacio 30. vel 40. annorum, iuxta
text. in cap. cùm de benefic. de præb. in 6. Seraphin.
decis.

decis. 1129. *num.* 3. & in *dicta Venusina coram me.*
10 Nec obstat quod prouisiones Apostolicæ non
mutent statum: quia in præsenti non agitur de mu-
tatione status, sed de illo firmando, ad quem effe-
ctum illæ etiam attenduntur, Caualer. *decis.* 234. *n.* 1.
Greg. *dec.* 77. *n.* 9 & 482. *n.* 1. & 7. & licet dicatur vl-
timum statum non suffragari, quando cõstat de statu
contrario antecedenti, hoc non applicatur casui no-
stro, quia nõ probatur quòd hic Prioratus fuerit col-
latus tanquã prima dignitas in Collegiata, & sic tan-
tò magis vltimus status attendi non debet, cùm sit
11 continuatus tanti temporis spatio, & probatio in
specie præfertur generali, Greg. *decis.* 482. *n.* 7.
Minus obstat quod sint aliquæ collationes factæ
de annis 1538. 1564. in quibus denominatur Ca-
nonicatus seu præbenda, quia cùm præbenda suma-
12 tur pro titulo beneficij etiam simplicis, vt *in rubri-
ca de præb. & dignit.* & *in rubr. de concess. præben-
dar.* Gonzal. *de reg.* 8. *Gloss.* 5. §. 1. *numer.* 3.
13 simplex denominatio Canonici seu Canonicorum
non facit Ecclesiam Collegiatam, Barbat. *cons.* 17.
num. 6 *volum* 1. Rot. *decis.* 412. *part.* 4. *diuers.* &
bene *in dicta Placentina Parochialis coram D. meo
Panzirolo.* Quibus accedit quod nullibi docetur
14 aliquam possessionem traditam fuisse per installa-
tionem in Choro capitulariter, vt requiritur in
Collegiatis, Cassador. *decis.* 8. *de caus. possess.* Ca-
ualer. *decis.* 259. *num.* 3. imo contrarium constat
ex collationibus Apostolicis & ordinariis visitatio-
nibus, aliisque actibus, in quibus enunciatur sim-
plex Ecclesia Parochialis d. Prioratus, vt *in sum. An-
drea n* 3. 4. 7. 8. & 11.
15 Nec releuant enunciatiuæ de anno 1504. 1551. &
1627. quia vti erroneæ & de recenti cùm sint in-
fra centum annos non suffragantur, Gregor. *decis.*
387. *num.* 14. & *decis.* 91. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* & *in
dicta Venusinacoram me*, maxime quia illa de anno
1508. ex Bulla Iulij II. non loquitur de Prioratu
sed Canonicatu. Et quamvis ex Canonicatibus exi-
stentibus in aliqua Ecclesia possit inferri ad Colle-
gialitatem, attamen fundamentum destruitur ex su-
pradictis aliis prouisionibus, in quibus Ecclesia ap-
pellatur Prioratus, non autẽ Collegialis, quę nec etiã
concluditur ex concordia de anno 1513. quia cùm
16 dicatur in ea fructus extare penes Priorem, exclu-
ditur collegialitas, Achill. *d. decis.* 10 *de præb.* nec mi-
nus probatur ex assertione Episcopi facta de anno
1555. in vnione d. Ecclesiæ, quia fuit erronea &
facta Romæ per Episcopum nuper electum, ante-
quam esset informatus de statu Ecclesiæ, vt appa-
ret ex consensu præstito per Capitulum Cameri-
nen. exponentem Ecclesiam S. Eustachij vti sim-
plicem Parochialem.
Ex quibus omnibus dixerunt Domini, quod licet
verum sit Collegialitatem probari posse etiam in-
diciis, & coniecturis, vbi aliunde non constet de
17 prima erectione Ecclesiæ, necessarium tamen esse,
quod illa indicia & signa sint certa & sufficientia
ad inducendam Collegialitatem, non autem æqui-
uoca, Abb. Host. & alij *in c. nobis de Iurepatr.* Rot.
decis. 584. *part.* 4. *recent.* Mantic. *decis.* 315. *num* 1 &
fuit dictum *in Cremen. Archipresbyteratus coram D.
meo Panzirolo*, quæ quidem signa, & indicia in præ-
senti non dantur, nec deducũtur ex prædictis enun-
ciatiuis ad inferendam Collegialitatem, vnde pro
retardanda vlteriori executione Breuis DD. re-
sponderunt.

Et ita decisum vtraque parte accurate infor-
mante.

Decis. Rot. Rom. DD. Petr. Carrillo Pars I.

Romana Successionis.

Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Testamentum Patris vt solemne & secundùm regulas Iuris etiam in præiudicium filiæ conditum, in suo vigore est conseruandum; residuo dotis filiæ vi Instrumenti dotalis, non obstante ademptione eiusdem in codicillis facta, reseruato.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum à Notario publico rogato in forma publici Instrumenti productum intentionem hæredis scripti plenè fundat.*
2 *Hæreditas quamdiu ex testamento potest adiri non defertur ab intestato.*
3 *Testatoris voluntas vbi de ea controuertitur per testes omni exceptione maiores ab eo probanda est qui in ea se fundat.*
4 *Formula testamenti non solemniter stipulata corruit ex defectu solemnitatis.*
5 *Filia in re certa ex testamento Patris instituta, iura institutionis dicitur agnita non præterita.*
6 *Filiam congruè & decenter dotatam potest pater excludere ab hæreditate, & prohibere ne aliquid petat ab hæredibus occasione legitimæ vel alterius cuiuscumque causæ.*
7 *Filia ex statuto vrbis non potest per querelam inofficiosi testamenti patris iudicium impugnare.*
8 *Filia potest agere ad supplementum legitimæ iure naturæ debitum.*
9 *Filia in legitimam imputare tenetur quicquid pro dote aut eius causa recepit.*
10 *Hæreditas in codicillis nec dari nec adimi potest.*
11 *Filia potest petere restantem partem dotis ab hærede patris vigore instrumenti dotalis.*
Vel agere ad supplementum legitimæ de iure communi non obstante quacumque prohibitione testatoris, ibid.
12 *Testamentum ex falsa causa conditum corruit.*
13 *Testamentum ex falsa causa vt corruat requiritur causa finalis non impulsiua.*
14 *Faciens quod licitum est non debet notari odio irrationabili motus.*
15 *Fœmina sunt finis & caput familiæ.*
16 *Fœminarum exclusio ab hæreditate substitutis viris fit semper ob conseruationem agnationis.*
17 *Causa expressa carcerationis quando non concludenter probatur fuisse finalem, non potest dici commouisse patrem ad filiam exhæredandam.*
18 *Testamentum siue contractus non corruit quando plures exprimuntur causæ etiam si omnes non verificentur, cùm sufficiat vnius tantùm verificatio.*

DECISIO XLVII.

POstquam Henricus Vicourt nuptui tradidit Cæciliam eius filiam Ioanni Thomæ Saccho, cum dote scutorum quatuor millium, ex quibus tria millia statim soluenda sequuto matrimonio, mille verò post mortem ipsius dotantis, fecit

F testamen

testamentum, in quo hæredem vniuersalem instituit Henricum iuniorem ex fratre nepotem, eiusque filios, & descendentes legitimos, & naturales, & dictæ Cæciliæ reliquit titulo institutionis solùm scuta decem, eam remouendo à sua hæreditate, ita vt nihil petere possit ex causa legitimæ, aut cuiuslis alterius detractionis ex eo, quia illa erat condecenter dotata in dictis scutis tribus millibus iam receptis, & aliter etiam satis remunerata, vt latiùs in dicto testamento.

Deinde præfatus testator codicillando confirmauit institutionem factam de dicto nepote quoad omnia sua bona, & de Cæcilia filia quoad dicta scuta decem; sed voluit quod ea decedente sine filiis legitimis, & naturalibus, succederet dictus Henricus nepos, & quod nullo modo posset ipsi petere scuta mille ipsi à testatore debita pro residuo dotis promissæ, declarando quod id faciebat ex certis causis animum suum digne mouentibus, scilicet quod ipsam condecenter dotauerat, & præcipuè propter carcerationem ipsius codicillantis passam ad instantiam, & instigationem Cæciliæ, & eius mariti.

Mortuo testatore, & orta controuersia inter Henricum iuniorem hæredem scriptum, & dictam Cæciliam succedere volentem ab intestato, quia dicebat nullum fuisse testamentum, cùm fuerit factum ex odio, & falsa causa relatis in codicillis: factis hinc inde probationibus, consultus de consensu partium dubitaui, An successio Henrici deberetur Cæciliæ filiæ, non obstante testamento per eum facto; & Domini responderunt testamentum sustineri, sed Cæciliæ deberi scuta mille pro residuo dotis, & ratio fuit.

1 Quia stante solemni testamento in actis producto non abolito, non cancellato, subscripto, & rogato à Notario publico in forma publici instrumenti, quod fundat plenè intentionem hæredis scripti, *l. cum precibus*, vbi Bald. & Doct. *C. de probat.* Gratian. *discept.* 582. *num.* 13. Rota *decis.* 1 *de fid. instrum. in nou. & decis.* 582 *num.* 2. *par.* 3. *recent.* intrat regula,
2 quod quamdiu ex testamento potest hæreditas adiri, non defertur ab intestato, *l. quamdiu*, 39. *ff. de acquir. hæred. l.* 1. *C. vnd. liber.* Paris. *cons.* 22 *num.* 67. *lib.* 3. Becc *cons.* 26. *num.* 4. Rota *in recent. decis.* 121. *num.* 1. *part.* 4. maximè cum ex aduerso non constet con-
3 cludenter de contraria testatoris voluntate per testes omni exceptione maiores, prout tenetur probare qui in ea se fundat, Bart. *in l.* 2. *num.* 2. *§ ratio, ff. quemad. testam. aper.* Menoch. *de arbitr. cas.* 105. *num.*
4 14. Surd. *cons.* 318. *num.* 15. nec probatur ex formula testamenti ad quam se referunt; quia cùm illa non fuerit solemniter stipulata corruit ex defectu solemnitatis, ex *l. si is qui testamentum* 26. & *l. ex ea scriptura* 29 *ff de testam.* Anton. Gomez. *in l.* 3. *Tauri num.* 115. & 116.

Nec prædictum testamentum paternum potest filia impugnare, seu rumpere, tam ex capite præteritionis, quàm ex odio, & falsa causa. Non ex capite
5 præteritionis, quia cùm fuerit instituta in scutis decem, & ita in re certa, sufficit, vt dicatur agnita iure institutionis, & non præterita, iuxta *text in §. tam autem, instit. de inoff. testam.* Clar. *in § testamentum, quæst.* 38. *num.* 9. Merlin. *de legit. lib.* 5 *tit* 4. *quæst.* 22. Paris. *cons.* 53. *num.* 79. & 81. *lib.* 3 tantò magis cùm
6 ipsa fuerit congruè, & decenter dotata, vt ipse testator asserit, quo casu poterit pater eam excludere ab hæreditate, & prohibere ne aliquid petat ab eius hæredibus occasione legitimæ, vel alterius cuiuslis
7 causæ, ex *Statuto Vrbis* 141. *lib.* 3. secundùm quod filia dotata non potest aliquo modo, nec etiam per querelam inofficiosi testamenti iudicium patris impugnare, & licèt ad summum quando non intraret Statutum Vrbis, possit agere ad supplementum legitimæ iure naturæ debitæ *l. omnimodo C de inoff. testam.* 8
Merlin. *de legitim lib.* 3 *quæst.* 1. Castr. *cons.* 358 *lib.* 2. Iaf. *cons.* 125 *lib.* 1. Surd. *de alim. tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 32. & *cons.* 148. *num.* 9. Rot. *decis.* 111. *num.* 10 *par.* 4. *recent.* in eam tamen imputare tenetur omnia quæ 9
receperit pro dote, aut eius causa *d. l omnimodo l. scimus C. de inoff. testam* Gratian. *discept.* 98 *num.* 6. Greg. *dec.* 186 *num.* 1. Merlin. *lib.* 1. *tit.* 22. *quæst.* 10. *num.* 3.

Non obstat quod dicatur testatorem renocasse in codicillis filiæ institutionem, quia in illis talis reuocatio non legitur, & casu quo adesset non releuaret, cùm in codicillis hæreditas nec dari, nec adimi 10
possit *l.* 2. *C. de codicill. §* 1. *inst. eodem*, Merlin. *de legit. lib.* 3 *tit* 3. *quæst.* 5. *num.* 6. & quamuis in dispositione codicillari aliquod onus, vel grauamen impositum fuerit Cæciliæ, paterque ademerit scuta mille dotalia, hoc tamen non est adimere hæreditatem, ipsa 11
enim poterit petere scuta mille vigore instrumenti dotalis. Merlin. *lib.* 2. *tit.* 3. *quæst* 2. *num* 6. Tob. Non. *cons* 13. *num* 4. Grass *in §. legitima. quæst* 3. *num.* 6. vel agere ad supplementum legitimæ de iure communi, non obstante quacumque prohibitione testatoris ex supra allegatis, & ex annotatis *in dicto Statuto cap* 241. *vers. Supplementi, numer.* 38. & 45.

Ex odio autem & falsa causa, nec etiam testamentum rumpi potest, quia vltra quod testes patiuntur plures exceptiones, de quibus in facto non concludunt de dicto odio, & falsa causa de tempore testamenti ex *l.* 2 *ff de testam. l. qui testamentum ff testam* Paris. *cons.* 67. *num.* 39 *lib* 3. & licèt verum sit quod testamentum ex falsa causa conditum corruat, 12
ex *l. fin ff de hered. instit. l. institutu*, *§. fin. cum l. sequenti, ff. de inoff. testam.* requiritur tamen quod causa fuerit finalis, non autem impulsiua, vt in puncto 13
Menoch *præsumpt.* 14. *num.* 3. *cum seqq lib.* 4. Testes autem non probant concludenter dictum odium & falsam causam fuisse finalem, & ex eo quod pater stante dicta institutione filię in scutis decem cum aliis dispositionibus ad sui fauorem factis, eam excludat ab hæreditate, & instituat vniuersalem hæredem nepotem ex fratre, notari non debet odio 14
motus irrationabili, cùm fecerit quod licitum est, ad not. per Bald. *num.* 7. & Salic. 2. *in l. in ipsius. C. famil. ercisc.* sed potius præsumendum est, nepotis institutionem fuisse causam finalem ad effectum conseruandi bona in familia, & propagandi agnationem testatoris, vt benè aduertit Menoch *supra num.* 24. *vers illa vero affectionis*, cùm exclusio fœminarum, quæ finis, & caput familiæ sunt *l. pronunciatio. §. fin. ff. de verbor. signif.* Rota *decis.* 405. *num.* 15
31. *part.* 5. *diuersor.* fiat semper ob conseruationem agnationis. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. 16
num. 35.

Minùs releuant dispositiones testium, qui deponunt testatorem dixisse odio commotum se velle exhæredare filiam, etiamsi comprobentur ex verbis codicillorum, in quibus pater filiam remouet ab hæreditate iustis de causis animum suum mouentibus, & præcipuè propter carcerationem: quia vltra quod non probatur concludenter expressam causam carcerationis fuisse finalem, & commouisse 17
patrem ad filiam exhæredandam, Becc. *cons.* 111. *num.* 27. *lib.* 1. Abb. *cons.* 74. *num.* 11. cessat ubi dictum est, quod testator in testamento nullam fecit carcera-
tionis

tionis mentionem, & in codicillis non se restrinxit ad solam dictam causam carcerationis, sed plures alias licèt in genere allegauit, vt denotant illa verba, ibi, *Iustis de causis animum suum dignè mouentibus, &c.* & ibi, *quod dicta Cæcilia eius filia condecenter ab ipso dotata*; Vndè intrat doctrina quod
18 quando plures exprimuntur causæ non corruit testamentum, siue contractus, etiamsi omnes non verificentur, sed sufficit tantùm vnius verificatio. Surd *cons.* 361. *n* 14. *lib.* 1. Cæphal. *cons.* 81. *n.* 13. Marescot. *lib.* 2. *var. c.* 20. *n.* 8. & in puncto Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 20. *n.* 39. Crass. *in §. testam. q.* 41. *n.* 6.

Ex quibus omnibus dixerunt Domini testamentum Henrici senioris sustineri, vt solemne, & secundùm regulas iuris conditum, deberi tamen Cæciliæ scuta mille pro residuo dotis, vigore instrumenti dotalis, non obstante ademptione illorum facta in codicillis. Et ita decisum vtraque, &c.

Oritana Decimarum.

Ven. 23. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

De decimis ex oliuis plantatis & in locum vinearum subrogatis ratione directi dominij Monialibus Monasterij S. Barbati Ciuitatis Oritanæ debitis.

Vide suprà *Decis.* 44.

SVMMARIVM.

1 *Confessione partis nulla datur maior in iure probatio maximè aliis iuribus adminiculata.*

2 *Decimæ ratione directi dominij quod quis habet in feudo ex oliuis plantatis debentur.*

Imò etiam ex subrogatis in locum fructuum aliorum, ibid.

3 *Testes interessati nec habentes requisita necessaria ad probandam immemorabilem integram fidem non merentur.*

4 *Testes assistentiã iuris habentes aliis sunt præferendi.*

5 *Confessio de non solutis decimis, & non solutis etiamsi requisitis, cum eadem qualitate debet acceptari.*

DECISIO XLVIII.

DECIMAS ex oliuis plantatis, & subrogatis in locum vinearum existentibus in terris intra fines feudi nuncupati de Potente, deberi Monialibus monasterij S. Barbati ciuitatis Oritanæ, responderunt Domini 13. Ianuarij anni præteriti. Hodie reproposita causa super eisdem steterunt in decisis, eadem moti ratione. Quia cùm Monasterium sit Dominus directus præteriti feudi decimabilis, vt constat ex testibus, & ex confessione partis *summ. antiquo num.* 2. qua nulla datur maior in
1 Iure probatio, maximè adminiculata aliis Iuribus *in eodem summ.* consequenter venit dicendum prædictis Monialibus in ratione dominij directi, quod
2 habent in dicto feudo, deberi decimas non solùm ex oliuis plantatis, Rebuff. *in tract. de decim. quæst.* 4. *num.* 18. sed etiam ex subrogatis in locum aliorum fructuum, *cap. cum in tua de decim.* Couar. *pract. cap.* 37. *n.* 5. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 20. *n.* 90. cum aliis allegat in decisione, quæ reuidetur in §. *Quia decima*, & §. *Vna doctrina.*

Nec obstant veteres hodie repetitæ obiectiones. Non prima quod ex oliua tanquam regina, decima non soluatur; quia vltra quod talis prærogatiua, siue imperium aliquo iure non probetur, sed potius appareat contrarium ex cumulat. *in decis.* §. *Non obstat*, testes Capituli, non merentur integram fidem cùm 3
habeant interesse vti possessores terrarum dicti feudi, & deponant super negatiua non reddentes sensum ab actu, nec habent requisita necessaria ad probandam immemorabilem relata in *Gloss. Magistrali cap.* 1. *de præscript. lib* 6. Gregor. *decis.* 252. *n* 3. & *decis.* 434. *n.* 2. Et in concursu testium deponen- 4
tium ad fauorem Monasterij, super affirmatiua habentium assistentiam Iuris, hi non sunt præferendi, Aretin. *cons.* 44. *ad fin.* Rot. *decis.* 199. *n* 2. & 536. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* etiamsi deponentes pro affirmatiua sint pauciores, Gabr. *de testib. concl.* 4. *n.* 30. Glos & DD. *in cap Nostra de testib.*

Minus obstat secunda ex confessione Monialium 5
data in positionibus, quod incolæ de Francauilla nunquam soluerint decimas ex oliuis; quia cum etiã addiderint, quod noluerunt soluere etiamsi fuerint requisiti, prædicta confessio debet acceptari cum eadem qualitate, iux. Bart. *in l. Aurelius § item quæsit ff. de liberat. legat.* quæ qualitas benè probat intentionem Monialium, quia ex recusatione soluendi decimas orta fuit lis de anno 1516. coram Archidiacono Brundusino, qui ad fauorem Monialium pronunciauit, vt firmatur in principio decisionis, quæ reuidetur. Et cùm prædicta intentio Monialium sit corroborata plusquam 80. testibus, deponentibus de perceptione decimarũ, ex oliuis ratione directi Dominij, non applicantur cætera, quæ opponuntur super præscriptione, ex regula *tantum præscriptum quantum possessum*, ex adductis in §. *fin. dict. decisionis*, licet decimæ non debeantur ratione curæ animarum, sed ratione directi dominij.

Et ita decisum vtraque, &c.

Pampilonen. Domorum.

Lunæ 26. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Testatoris suprema voluntas nullo iure ab hæredibus est impugnanda, maximè cùm de alienatione rei Ecclesiasticæ agatur: vbi plura de domibus inalienabilibus & perpetuò hypothecatis, in maiorem Ecclesiæ vtilitatẽ securitatémque loco censuum redimibilium substitutis.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio citatio & alia requisitã vbi adsunt validitas sententiæ resultat.*

2 *Supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt morituri, liber esse debet stylus dispositio & arbitrium.*

3 *Testatoris voluntatem de iure impugnare prohibentur hæredes.*

Maximè cùm agatur de alienatione rei Ecclesiasticæ sine debita solemnitate, ibid.

4 *Subrogatio facta in vtilitatem Ecclesiæ ab Ecclesia est recuperanda.*

5 *Domus libera perpetuò alienari prohibita maiorem habent securitatem & vtilitatem, quàm census extinctioni aliisque casibus fortuitis subiecti.*

6 *Ecclesiæ vtilius est habere domos quàm census.*
7 *Res Ecclesiasticæ pro vtilioribus possunt alienari.*
8 *Testatoris voluntatem pinguius adimplet, qui loco censuum redimibilium domos proprias inalienabiles & perpetuò hypothecatas supponit.*
9 *Alienatio annui reditus valet stante vtilitate.*
10 *Census non fundati collatiua authoritate Ordinarij nec per eius acceptationem Ecclesiæ acquisiti, non sunt bona spiritualisata nec in Ecclesiæ dominium translata.*
11 *Census rectè possunt alienari saluo onere Anniuersarij super illis impositi.*
12 *Qualitas apposita vno legato non censetur repetita in alio.*
13 *Electio habitandi domos aut anera soluendi spectat ad heredes liberâ ipsis à Testatore facultate relictâ.*
14 *Testatr cis voluntas tum prohibendi heredibus alienationem domorum, tum etiam liberas eas relinquendi pro habitatione Capellanorum, in eorum habitatione & prohibitione alienationis fundatur.*
15 *Affectio naturalis testatoris eur in domum paternam cadit.*

DECISIO XLIX:

MAGDALENA hæres Ioannis Iulij eius mariti, post fundationem Capellaniæ ab ipso factam in Ecclesia Sancti Vincentij Oppidi Sancti Sebastiani Pampilonen. diœcesis, cum assignatione pro dote fructuum censuum ducat. 800. ad rationem septem pro centenario, iuxta dispositionem testamentariam & codicillarem eiusdem mariti, iterum in suo testamento dict. Capellaniam fundauit, & in locum dictorum censuum assignatorum subrogauit domos principales, quas ipsa habebat in oppido Sancti Sebastiani, & nominauit in Capellanum D. Michaelem de Iance, qui per biennium à tempore eius mortis Capellaniæ deseruiret, cum potestate percipiendi fructus dictorum ducatorum 800. vnà cum aliis ducatis decem ab hæredibus præstandis casu, quo illi dictas domos habitare voluerint: elapso biennio alterum Capellanum nominauit Ioannem de Cuellar quoad vixerit, cum onere celebrandi quatuor Missas, vt latius *in decis. summ. num.* 1.

Mortua Magdalena prædictus Ioannes post lapsum biennij, egit contra Catherinam & Ioannem eius hæredes, pro relaxatione domorum sibi per testatricem assignatorum, & obtentis duabus sententiis fauorabilibus coram Ordinario, & Metropolitano, fuit per appellationem mihi causa commissa, & dubitatum: An sententiæ essent confirmandæ vel infirmandæ, & Domini pro confirmatione responderunt, quia constat de earum validitate, & iustitia.

1 Validitas resultat ex reuolutione actorum, vbi adsunt Iurisdictio, citatio, & alia requisita per Caputaq. 260. *part.* 2. Rot. *decis.* 178. *part.* 2. *recent.* Iustitia verò patet, quia voluntas Magdalenæ, quæ subrogauit domos in locum prædictorum censuum, fuit iusta, & meritò executioni demandata; nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm
2 vt supremæ voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stilus, dispositio, & arbitrium, ex *l.* 1. *C. de Sacros. Eccles. Authentica de nupt.* §. *Disponat testator, collat.* 4. *l. verbis legis* 12. *tab.* 120. *ff. de verbor. signific. cap. tua nobis* 17. *de testam.* Mantic. *de vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 1. non obstante impugnatione hæredum, qui de iure impugnare pro- 3
hibentur voluntatem testatoris, *l. cum a matre* 14. *C. de rei vindic. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* maximè cùm agatur de alienatione rei Ecclesiasticæ sine debita solemnitate, pro vt prætenditur, cuius recuperatio competebat Capellano, aut Ecclesiæ, & 4
sustinetur illis tacentibus, & existimantibus dictam subrogationem fuisse factam in vtilitatem Ecclesiæ, ex *cap. si qua* 12. *quæst.* 2. Redoan. *de reb. Eccles. rubr.* 19. *num* 174. & 193. & 197. Rebuff. *de alienat. rerum Eccles. n.* 24. & 35.

Vtilitas vero negari non potest, cùm magis expediat Ecclesiæ habere domos liberas perpetuò 5
alienari prohibitas, maioris reditus, & fructus, quàm census; qui cùm sint extinctioni, aliisque casibus fortuitis subiecti, non habent tantam securitatem, ex *reg. text. in l. plus cautionis*, vbi Petrus Pechius, *ff. de reg. iur.* Modern. *de annuis reditibus lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 4. Nauarr. *de vsur. num.* 112. prout etiam senserunt Iudices de partibus bene informati, confirmantes in suis sententiis dictam subrogationem, affirmantes *quæst.* 3. vtilius fuisse
dict. Ecclesiæ habere domos, quàm census, Redoan. 6
dict. rubr. 19. *num.* 75. *cum sequentibus*, & præcipuè 79. Seraphin. *decis.* 338. *num.* 2. & 401. *num.* 2. Rot. *decis. in term.* 479. *num.* 1. *part.* 2. *diuers.* cùm
res Ecclesiasticæ possint etiam alienari pro vtilio- 7
ribus, ex *cap. vt super*, §. *fin. de rebus Eccles.* vbi Gloss. verb. *assensu*, & ex *cap. terulas* 12. *quæst.* 1. Redoan. *vbi proximè num.* 63. & 64. Ex quo fit quod dicta Magdalena censeatur pinguius adimple-
uisse voluntatem eius mariti, supponendo loco 8
censuum domos proprias, easque inalienabiles volens & esse perpetuò hypothecatas, quod non poterat fieri in censu redimibili, Cenc. *de censib. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. *num.* 2. & in punct. quod
valeat alienatio annui reditus stante vtilitate, te- 9
statur Redoan. *in rubr.* 13. *n.* 17. & 18.

Non obstat, quod postquam census fuerunt assignati pro dote Capellaniæ, fuerit eorum dominium Ecclesiæ acquisitum, & non potuerunt alienari sine debita solemnitate, quia vltra quod ex supradictis tollitur obiectum, cùm prædicta subrogatio fuerit facta in vtilitatem Ecclesiæ, Redoan. *dict. rubr.* 13. *num.* 18. & 19. Molin. *de Hispanor. primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 3. & *cap.* 6. *num.* 27. & ex abundanti potest responderi, quod prædicti
census non erant bona Ecclesiastica, nec in illis 10
fundata Capellania collatiua authoritate Ordinarij, nec per eius acceptationem Ecclesiæ acquisita, sed tantùm anniuersarium Missarum super illis constitutum, quo casu bona non sunt spiritualizata, nec translata in dominium Ecclesiæ, sed remanent temporalia & prophana, & ita non applicatur doctrina exemplo allegata, Lara *de Capellan. lib.* 2. *cap.* 1. *per tot.* præcipuè *num.* 10. 13. & 34. Petr. Gregor. *syntagmat. iur.* 2. *part. cap.* 29. *num.* 5. Azor. *moral. lib.* 10. *cap.* 3. Rebuff. *de alienat. rer. Eccles.*
num. 51. & rectè possunt alienari saluo onere an- 11
niuersarij super illis impositi, ex *l. nihil proponi*, 125. *ff. de legat.* 1. Salazar. *de consuetud. cap.* 11. *num.* 54. Valasc. *consult.* 81. *num.* 8. idem Lara *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 1. & *c.* 4. *n.* 16.

Vnde elapso biennio cùm fecerit nominationem de dicto Ioanne quoad vixerit, sine mentione, nec repetitione facultatis habitandi hæredes dictas domos, constat manifestè quod prædicta facultas fuit temporalis & restricta ad biennium

nium circa Michaelem Capellanum, cùm repetitio facultatis, non censeatur facta quando personæ sunt diuersæ, & nominationes de Michaele, & Ioanne sunt perfectæ, Peregr. *de fideicommiss. art. 16. num. 6.* præsertim in diuersis orationibus, Fusar. *de substitut. quæst. 450. num. 15.* & in punct. de
12 qualitate apposita vni legato, quod non censeatur repetita in alio, Alex. *cons. 66. num. 6. lib. 3.* Ruin. *cons. 176. num. 8. lib. 2.* Fusar. *cons. 15. num. 34.* & fuit dictum *in Romana Legati 25. Maij 1633. coram D. meo Dunozetto.*

Nec releuat, quod dicatur Magdalenam in te-
13 stamento dedisse facultatem suis hæredibus retinendi domos si voluerint, cum onere soluendi scuta decem vltra fructus censuum, quo casu spectat electio ad hæredes, iuxta *text. in l. si ita relictum, §. fin. ff. de legat. 2.* Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 1. num. 27.* quia tollitur obiectum ex lectura testamenti, *summ. Ioannis num. 3.* ex quo apparet dictam facultatem fuisse restrictam ad fauorem Michaelis sui Capellani, & ad biennium tantùm, ibi; *quod huic Capellaniæ deseruiat duobus prioribus annis post meum obitum D. Michael de Ianc, Presbyter & incola huius oppidi, percipiendi redditus istius census 800. ducatorum, cum aliis decem ducatis, quos illi dare debeant mei hæredes, casu quo voluerint habitare in dictis domibus principalibus; & si noluerint habitare in illis, ipse illas possideat, & non percipiat dictos redditus.* Ex quibus patet facultatem habitandi ac soluendi ducatos decem esse restrictam tantùm ad Capellanum biennalem; quod quidem clarius comprobatur ex verbis subsequentibus ipsius testatricis, quæ post biennium nominauit Capellanum perpetuum simpliciter absque alia mentione, de facultate hæredibus concessa habitandi has domos per hæc verba; *Elapsis dictis duobus annis, nomino pro Capellano dictæ Capellaniæ D. Ioannem Cuellar, vt illi deseruiat, &c.*

Quæ doctrina corroboratur, quia cùm in translatione oneris de censibus ad domos Testatrix dixerit; *quas domos relinquo Michaeli Capellano liberas ab omnibus debitis, vt habitet in illis cum hoc, quod conseruetur memoria mei mariti, & mea, & quod dictæ domus sint inalienabiles, & perpetuò hypothecatæ,* manifestè apparet, quod nisi facultas habitandi restringatur ad duos primos annos, voluntas testatricis adimpleri non poterit, maximè quia postquam assignauit domos pro dote Capellaniæ, & habitatione Capellani pro tempore vt conseruetur eius memoria, & sui mariti, repugnat alia dispositio permittens hæredibus dictam habitationem:
14 nam voluntas Testatricia fuit, clara, tum prohibendi dictis hæredibus alienationem domorum, tum etiam eas relinquendi liberas; vt Capellani pro tempore illas habitarent ad conseruandam eius memoriam, cuius conseruatio stat in habitatione Capellanorum, & prohibitione alienationis, ad notat. *in l. Pater filium, §. Iulius Agrippa,* ibi, *Domum maiorem, ff. de legat. 3. l. peto, §. à fratre de legat. 2.* Molin *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. n. 30. cum seqq.* Erga domum enim paternam cadit na-
15 turalis affectio testatoris, vel quod ibi educatus fuerit, vel parentes sepulti, vel quia maiorum imagines non fixas, vel vulsas videre satis est lugubre, vt notat Caiet. *lib. 16 obseruat. cap 18. ex l. 1. ff. sed si rem ff. si quid in fraudem patroni, l. si in emptionem 35. ff. de minor.* idem Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 10. num. 6.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Larinen. Decimarum.

Mercur. 4. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

De Declaratoria Excommunicationis occasione decimarum quas prætendebat Episcopus sibi debitas, contra Incolam quendam tanquam contumacem fulminata; tam ex capite nullitatis quàm iniustitiæ omni Iure reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sine noua citatione extra diem quo proferenda erat, nulla est & inualida.*
2 *Parochus habet intentionem fundatam de Iure percipiendi decimas intra fines suæ Parochiæ, ratione administrationis Sacramentorum, non autem Episcopus.*
3 *Parocho sua persona & ministerio Sacramenta administranti debentur decimæ ab illis in quorum fauorem prædicta administratio procedit.*
4 *Episcopus exigens decimas à Parochianis de negligentia Parochi debet docere.*
5 *Episcopo decimas exigenti incumbit probatio immemorabilis consuetudinis tanquam fundamentum suæ intentionis, iuris assistentia contra se exstante.*
6 *Episcopo tanquam vniuersali Parocho ex Concilio Lateranensi non competit ius decimandi.*
7 *Parochiarum districtione facta cuilibet Rectori decimæ sui territorij assignantur.*
8 *Episcopus in casu negligentiæ Parochi nomine tantùm Parochi potest agere non autem proprio.*
9 *Declaratoria non potest pronunciari contra illum qui non percepit fructus.*
10 *Decimæ Sacramentales vel ratione administrationis diuinorum vel ratione domicilij debentur.*
11 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam parte non citatâ, nullam fidem merentur.*
12 *Sententia declaratoria manifestè iniusta non potest transire in rem iudicatam, etiamsi ab illa non fuerit appellatum.*
13 *Præcepto iniusto nemo parere tenetur, nec aliquis ob non paritionem contumacia est arguendus.*

DECISIO L.

PISCOPVS Larinen. occasione decimarum, quas ab incolis territorij Sanctæ Crucis sibi deberi de iure & immemorabili consuetudine prætendebat, excommunicatum declarauit Iacintum Cauam conductorem bonorum Abbatiæ Sanctæ Helenæ, tanquam incolam Casalis dicti territorij, per quam appellatione interposita, & causa mihi commissa dubitaui; an sit reuocanda declaratoria, & Domini pro reuocatione responderunt, tam ex
capite nullitatis, quàm iniustitiæ. Nullitas stat in 1
eo, quod sententia fuit lata sine noua citatione extra diem, quo proferenda erat, *l. de vnoquoque ff.*

de re iudicat. Clement. Pastoralis *eodem tit.* Gabr. *de*
citat concl. 1. *ampl.* 23. Rot. *decis.* 240. *num.* 2. *part.* 5.
recent.
2 Iniustitia verò patet, quia Parochus, non autem
Episcopus habet intentionem fundatam de iure
percipiendi decimas ratione administrationis Sa-
cramentorum, respectu existentium intra fines suæ
Parochiæ, *cap.* 2. *cap. vltim de Paroch. cap. ad Apo-*
stolica 20. *cap. Cum contingat de decim.* Rebuff.
de decim. quæst. 7. *num.* 3. & 4. Guttier. *pract. lib.* 1.
quæst. 17. *num* 8. Ratio est, quia sicut proprius Pa-
3 rochus sua persona, & suo ministerio Sacramen-
ta administrat, ita quoque oportet vt illi, in
quorum fauorem fit prædicta administratio, ei-
dem Parochò soluant decimas, Basil. Pont. *de matr.*
lib. 5. *cap.* 18. §. 3. *num.* 19. Fagund. *præcept.* 5.
lib. 1. *cap* 3. *num.* 1. & fuit dictum *in Larinen. de-*
cimarum 15. *Martij* 1587. *coram Orano*, & latè
etiam Card Seraphin *decis.* 802.
4 Vnde non poterat Episcopus illas exigere à di-
cto Iacinto cùm non doceat de negligentia Paro-
chi, nec de quadragenaria cum titulo, aut imme-
morabili consuetudine, ex *cap.* 1. *de præscript. lib* 6.
quam tenebatur concludenter probare tanquam
5 fundamentum suæ intentionis, extante contra se
Iuris assistentia, Rebuff. *de congr. part. num.* 10.
Maresc. 2. *variar. cap.* 11. *num.* 14. Quin vitiari
6 possit quod Episcopo tanquam vniuersali Parocho
competat Ius decimandi ex Concil. Lateranen.
lib. 6. *cap.* 7. *relat. in cap.* 1. 16. *quæst.* 7. & *in cap.*
Episcopus, cap. præcipimus 13. *quæst.* 4. quia illorum
dispositio non procedit postquam fuit facta distri-
7 ctio Parochiarum, & cuilibet Rectori assignatæ de-
cimæ sui Territorij, Rebuff *de decim quæst.* 7. *num.*
9. Monet. *de decim. cap.* 7. *num.* 9. & 10. Et quatenus
de negligentia Parochi constaret, adhuc Epis-
8 copus malè agit, cùm in casu negligentiæ nomine
tantùm Parochi non autem nomine proprio agere
possit, Hostiens. *in cap. Cum contingat num.* 2. *de de-*
cim. Rebuff. *quæst.* 7. *num.* 12. *de decim.* Rot *decis.* 64.
num. 6 & *part.* 5. *recent.*
9 Pariter iniustitia apparet, quia non probata
perceptione frumenti, & hordei per dictum I. cin-
tum, non potuit contra illum pronunciari decla-
ratoria, Vestr. *in prax. lib.* 8. *vltim. num.* 17. Rot.
decis. 398. *num.* 1. & 2. *coram D. meo Decano*,
maximè cùm decimæ Sacramentales debeantur,
10 vel ratione administrationis diuinorum, vel ratio-
ne domicilij, Monet. *d. cap.* 7. *n.* 21. & cùm neutrum
fuerit probatum pro parte Episcopi, absque dubio
remanet iniusta sententia.
Nec obstant testes examinati deponentes super
habitatione Iacinti in Parochia Sancti Antonij de
Padua, quia vltra quod non probant dictum Iacin-
tum collegisse fructus, vel possedisse prædia, quo-
rum causa decimæ prætenduntur, *ex cap. non est,*
cap de terris de decim. nullam fidem merentur, cùm
11 fuerint examinati ad perpetuam rei memoriam
parte non citata, Paris. *consil.* 83. *num.* 13. *lib.* 1.
Crescent. *decis.* 2. *num.* 6. *de testib.* Farinac. *de testib.*
quæst. 74. *num.* 2. & *quæst* 76. *num.* 41. Ex quibus re-
12 sultat manifesta iniustitia sententiæ declaratoriæ,
quæ nunquam transire potuit in rem iudicatam,
etiamsi ab ea non fuisset appellatum, ex *cap.* 1. *de*
13 *sentent. & re iudic.* Nec condemnatus potuit dici
contumax, quia præcepto iniusto parere non tene-
batur, Diu Thom. *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 2. Conar.
in cap alma mater, part. 1. §. 9. *num.* 1. *de sentent. excom.*
Alexand. *in l. de pupillo* §. *meminisse num.* 4.
vers. si vero, ff. de nou. nunc. ex l. 1. *C. commun.*
epistol.

Et ita decisum vtraque, &c.

Terulen. Canonicatus.

Lunæ 2. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

De Canonicatu & præbenda Pœnitentiarij in mense Sedi Apostolicæ reseruato vacante. An literis Apostolicis prouiso danda sit immissio vigore subrogationis gratiosæ, in præiudicium alterius per Ordinarium & Capitulum præuio concursu prouisi, iuxta formam Indulti Apostolici Gregorij XV. Ordinariis & Capitulis Ecclesiarum Cathedralium in Regnis Hispaniarum existentibus concessi.

SVMMARIVM.

1 *Canonicatus & præbenda Pœnitentiarij debet prouideri iuxta formam indulti Gregorij XV.*
2 *Reseruatione Canonicatus cessante non est locus immissioni.*
3 *Denominatio Regis Hispaniarum Philippi IV. Castellæ & Legionis & III. Aragoniæ non est restrictiua sed demonstratiua.*
4 *Philippus Rex Hispaniarum ratione maioris dignitatis & potestatis appellatur.*
5 *Hispaniarum appellatione comprehenduntur omnes Prouinciæ vlterioris & citerioris Hispaniæ quæ hodie regna nuncupantur.*
6 *Rex Hispaniarum habet imperium omnium regnorum sub Hispanica ditione nulla facta distinctione regnorum.*
7 *Indultum à diuina Pontificis indulgentia proueniens plenissimè debet interpretari.*
8 *Dictiones* huiusmodi dictis & prædictis *an restringant Indultum Pontificum ad Ecclesias Regnorum Castellæ & Legionis tantùm, non vero ad alias.*
9 *Indultum aliorum Pontificum non opus est exhibere quando illud præsumitur existere.*
Maximè stante decreto irritanti, & quod de subreptione, obreptione vel defectu intentionis dari non possit, ibid.
10 *Indultum pro regnis Hispaniarum ad regnum Aragoniæ se extendere neganti incumbit onus negatiuam probandi.*
Vbi de obseruantia in Ecclesia Cæsaraugustana ex fide Curialium data & inter partes confessa, ibid.
11 *Indultum quod videtur restrictum ad Ecclesias in quibus prouidentur per concursus Canonicatus Magistrales & Doctorales, an possit extendi ad Ecclesias in quibus præfati Canonicatus deficiunt.*
12 *Verba Indulti Gregori, XV.* iuxta formam constitutionum Sixti & Leonis *quomodo sunt interpretanda.*
13 *Vtilitas, decor, splendor Ecclesiarum & augmentum cultus diuini in quibus consistit.*

14 *Verba*

14 *Verba Induldi in plurali numero concepta vti plures Ecclesias ita plura regna de necessitate & proprietate sermonis comprehendunt.*

15 *Ius idem statuendum vbi eadem ratio interuenit.*

16 *Indultum ad instantiam Maiestatis Catholicæ concessum an possit executioni mandari narratiuâ non prius verificatâ.*

17 *Aperitio oris impetrata per Isidorum non transfert onus probandi in Passamontem.*

18 *Ecclesia Romana Regem Hispaniæ propter suam & suorum Progenitorum Religionem magno & merito prosequitur fauore.*

DECISIO LI.

PER obitum Ioannis Bonfil. de mense Februarij anni 1634. vacarunt Canonicatus, & Præbenda Pænitentiarij in Ecclesiâ Cathedrali Turolen. Regni Aragoniæ; de quibus præmio concursu per Ordinarium, & Capitulum fuit prouisus Ioannes de Passamonte iuxta formam indulti Apostolici Sanct. mem. Gregor. XV. Ordinariis & Capitulis Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum existentibus concessi, Sum. num 1. sed quia de eisdem Canonicatu, & Præbenda vti de vacantibus in mense reseruato Sedi Apostolicæ, fuit prouisus Isidorus Maza de Lizana, qui expeditis literis, impetrauit etiam subrogationem gratiosam, fuit causa mihi commissa, & dubitauit: An sit danda immissio vigore subrogationis gratiosæ, & DD vnanimiter negatiuè responderunt.

Nam quidquid sit an subrogatus probet Clericatum, & obitum vltimi possessoris; quia tamen nôn probat reseruationem, cùm agitur de Canonicatu Pænitentiario, qui debet prouideri per con-
1 cursum, præmio examine, & aliis requisitis iuxta
formam Indulti S. mem. Gregor. XV. cessat in totum
reseruatio. Gonzal. *in reg.* 8. *glos.* 9 *c.* 2 *§.* 2. quo ces-
2 sante non est locus immissioni, Greg. *decis.* 33. vbi
Adden *num* 3. Garz. *de benef. p.* 9 *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 360.
Gonzal. *glos.* 24. *num.* 96. *cum seqq.*

Non obstat si dicatur prædictum indultum non habere locum in Regno Aragoniæ, vbi sita est Ecclesia Turolensis eo, quod fuerit cõcessum Cathedralibus, & metropolitanis Ecclesiis in Regnis Hispaniarum existentibus, ad instantiam Maiestatis Catholicæ Philippi IV. & sic restrictum solùm ad Regna Castellæ, & Legionis; respectu quorum denominatur IV. & non posse extendi ad Regnum Aragoniæ, cuius respectu denominatur III. Quia cùm concessio fuerit facta verbis generalibus, ibi, *omnibus, & singulis metropolitanis Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis in regnis Hispaniarum consistentibus*, censentur in eo comprehensa tam regna Castellæ, & Legionis, quàm Aragoniæ regnum vti subiecta ditioni Maiestatis Catholicæ, & non fit restrictio ex eo, quod Rex Philippus Hispaniarum denominetur IV. Castellæ, & Legionis, & III.
3 Aragoniæ, quia illa denominatio non stat restri-
ctiuè, sed demonstratiuè, & Philippus Rex Hispa-
4 niarum appellatur ratione maioris dignitatis, & po-
testatis, vt in puncto *Mantic. decis.* 59 *num.* 10. & 11.
5 appellatione enim Hispaniarum comprehenduntur
omnes Prouinciæ antiquæ vlterioris, & citerioris
Hispaniæ, scilicet Lusitaniæ, Beticæ, & Tarraconensis, quæ Prouinciæ hodie Regna nuncupantur, Couar *pract. quæst.* 1 *num.* 1. & 9. Marian. *de reb. Hispan lib.* 1 *cap.* 4. *per tot.*

Qua extrinseca denominatione non obstante
æqualiter remanet Rex, & habet Imperium om- 6
nium Regnorum existentium sub Hispanica ditione, nulla facta distinctione Regnorum, Mart. *de iurisdict par.* 1. *cap.* 16. *per tot. præcipuè num.* 68. 96. & *final.* Couar. *supra d num.* 12 Corlett *in tractat. de potest. reg quæst.* 104. ad quæ prædictum indultum extendi debet ex natura gratiæ, & beneficij Principis,
quia proueniens à diuina eius indulgentia, quam 7
plenissime debet interpretari, *ex l. beneficium* 3 *ff. de constit. Princip.* vbi Bart. *num.* 2. Anchar. *cons.* 193. *in princip.* & *in regula, odia restringi, de reg iur.* non ob-
stantibus dictionibus *huiusmodi dictis, & prædictis*,
quibus prætenditur indultum restringi ad Ecclesias 8
Regnorum Castellæ, & Legionis tantùm, quia earum natura, & dispositio declaratur ex amplissima generalitate verborum in dispositiua eiusdem Indulti, Tusch *conclus.* 266. *num.* 16. & *conclus.* 287. *num.* 3 & 337. *num* 15. & 16. Mantic *d decis.* 59. *num.* 3. & 8. vbi in fortiori aliud indultum Greg. XIII. concessum Regnis Philippi Hispaniarum Regis extenditur ad aliud regnum non Hispanicum.

Nec etiam obstat, quod fuerit in indulto narratum, vt prouideantur Pænitentiariæ iuxta formam constitutionum Sixti IV. & Leonis X. quæ restrictæ sunt ad Doctorales, & Magistrales Canonicatus Ecclesiarum Castellæ, & Legionis, quia cùm non tantùm fiat mentio illarum constitutionum Sixti, & Leonis, sed etiam aliorum Pontificum, prædictum Indultum extendi potest etiam ad Canonica-
tus Pænitentiarios, nec opus est exhibere Indultum 9
aliorum Pontificum, quia illud præsumitur existere, vt in fortiori Rot *decis.* 36. *num.* 9. *p.* 2. *diuers.* maximè stante clausula sublatâ iuncta cum decreto irritanti, & quod de subreptione, obreptione, vel defectu intentionis dari non possit, Marescot. *lib.* 2. *var. cap.* 37. *num.* 5. *cum seqq* & neganti prædictum
Indultum in Regno Aragoniæ, quod est de Reg-
nis Hispaniarum, incumbit onus probandi negati- 10
uam, scilicet quod pro Ecclesiis Aragoniæ nunquàm fuerit concessum simile Indultum, quod est impossibile stante obseruantia in Ecclesia Cæsaraugustana ex fide Corialium, quæ datur, & est confessum inter partes. Greg *decis.* 242. Rot. *decis.* 742. *num.* 2. *par.* 2. *recen.* Paris. *cons.* 138. *num.* 1. & 2. *lib.* 4. Marescot. *vbi supra.*

Minus releuat quod prædictum indultum Gre- 11
gorij videatur restrictum ad Ecclesias, in quibus prouidentur per concursus Canonicatus Magistrales, & Doctorales, iuxta dd. constitutiones Sixti, & Leonis, & ita non possit extendi ad Ecclesiã Turolen. in qua deficiunt præfati Canonicatus, quia Gregorius non fuit motus ex illo Indulto formaliter, sed causa Indulti Sixti, Leonis, & aliorum Pontificum, quibus per concursum tales Canonicatus vtilius prouidebantur, quæ causa cùm fuerit finalis, & effectiua pro extensione ad Canonicatus Pænitentiarios, ita etiam vigere debet pro extensione ad Regna Hispaniarum, licet Indultum illa non respiceret, quia eo casu efficacia Breuis extensiui non dependet ab Indulto, Abb. *in cap. super specula num.* 6. *ne Cleric. vel Monac.* Mandos. *de priuileg. ad instar quæst.* 6.

Tantò magis quia Gregorius non fundauit suam dispositionem in d. Indulto, sed in consuetudine, quæ est verissima, & vniuersalis, etiam in Regno Aragoniæ prouidendi per concursum Canonicatus Doctorales, & Magistrales; & licet addiderit iuxta formam constitutionum Sixti, & Leonis, tamen
ea verba stant causatiuè non conditionaliter, & ideo 12
non restringunt, etiam si dd. constitutiones non
starent

ſtarent vniuerſales, vel non eſſent adeò vniuerſales,
c. *Abbate S. Siluani de verb. ſignif.* Bart. *in extrau. ad re-
primendum verb. prout, num. 2. verſ. ſi veram*, Felin. *in
cap. 2. num. 2 de reſcript.* Rot. *deciſ.* 178. *part.* 3. *rec.*
principaliter autem motus fuit ex cauſa, & ratione
Indulti, & conſuetudinis prouidendi per concurſum
illos Canonicatus, requirentes perſonas eruditas,
pollentes virtute, litteris, & doctrina, in quo ſtat
13 vtilitas, decor, ſplendor Eccleſiarum, & augmen-
tum cultus diuini; quæ cauſa fuit motiua, & vni-
uerſalis, & ſufficit, quod ea iuſtificetur aliis omiſ-
ſis, vt prædictum Indultum ſubſiſtat etiam in Reg-
no Aragoniæ. Ægid. *deciſ.* 180. *&* 415. Put. *deciſ.*
79. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 3. *num.* 90. *lib.* 4. Seraph. *deciſ.*
1431. *num* 8.

Siquidem negari non poteſt, quin vtilitas Eccle-
ſiarum, animarum ſalus, & gloria Diuini nominis
conſiderata in parte diſpoſitionis Indulti, vt Cano-
nicatus Pænitentiarij prouideantur per concurſum,
æqualiter militet in omnibus Regnis Hiſpaniarum,
14 cùm verba Indulti ſint concepta in plurali numero
de Regnis Hiſpaniarum, quæ ſicuti non reſtrin-
guntur ad vnam Eccleſiam, ſic neque ad vnum
Regnum, vel ad vnam Hiſpaniam, ſed duas Hi-
ſpanias cum ſuis Regnis de neceſſitate, & proprie-
tate ſermonis comprehendunt. Mantic. *d. deciſ.* 59.
num. 1. *&* 6. vbi enim eadem ratio interuenit, idem
15 ius ſtatuendum eſt, & valet æquitas, quæ paribus
cauſis paria iura deſiderat, & ita dicitur adeſſe ea-
dem lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, *l. his ſo-
lis, verſ. ſatis cautè putamus, C. de renoc. donat. l. illud, C.
de ſacroſ. Eccleſ.* in puncto Guttier. *lib.* 3. *pract. quæſt.*
17. *num.* 84. Gonzal. *in reg.* 8. *§.* 7. *in proœm. n.* 105. Pariſ.
conſ. 16. *num.* 24. *lib.* 3.

Denique dixerunt Domini non eſſe habendum
16 in conſideratione, quod cùm huiuſmodi Indultum
fuerit conceſſum ad inſtantiam Maieſtatis Catholicę
Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, non poſſit exe-
cutioni mandari niſi verificata prius narratiua; quia
obiectum tollitur ſtante clauſula ſublata cum decre-
to irritanti, & quod de ſubreptione, obreptione, aut
defectu intentionis dari non poſſit, per quam clau-
ditur os, atque ligantur manus Iudicis, & partis,
etiam ſi emanauerit ad ſupplicationem alicuius,
Pariſ. *conſ.* 1. *num* 38. *lib.* 4. Ruin. *conſ.* 21. *num.* 15. *lib.* 1.
Gabr. *conſ.* 83. *lib.* 2. *num.* 20. Seraph. *deciſ.* 1020. Ca-
putaq. *deciſ.* 218. *part.* 3. & ita operatur, vt non ſit
neceſſaria verificatio narratiuę, ſeu iuſtificatio, Se-
raph. *deciſ.* 1043. *num.* 5. quod procedit etiam ſi per
17 Iſidorum fuiſſet impetrata oris apertio, quia hæc
non transfert onus probandi in Paſſamontem, Ma-
reſcott. *lib.* 2. *var. cap.* 37. *num.* 69. Gratian. *diſcept.* 775.
num. 46. *part.* 4. Mart. *de clauſ. clauſ.* 113. *num.* 2. Afflict.
deciſ. 128. *n.* 13 *&* 24. Rot. *deciſ.* 181. *n.* 6. *p.* 1. *recen.*

Ex quibus omnibus attenta omnimoda poteſtate
concedentis, de qua nefas eſſet dubitare, & attento
dominio impetrantis, non ſolùm quoad omnia reg-
na vnita Hiſpaniarum, ſed etiam quoad vniuerſas
Hiſpanias, quas in Catholico Rege Philippo IV.
feliciter regnante noſtra ætas videt; quem Eccle-
18 ſia Romana magno proſequi fauore, & meritò pro-
pter ſuam, & ſuorum Progenitorum, Religionem,
teſtatur Mart. *de iuriſdict.* 4. *part. cap.* 41. *num.* 13. *&*
24. conſiderataque etiam cauſa adeò fauorabili &
vtili ad ſalutem animarum in diſpoſitiua Indulti
narrata, illud habere locum contra promiſum Apo-
ſtolicum cenſuerunt Domini, eique immiſſionem
eſſe denegandam.

Et ita deciſum vtraque parte bis acerrimè infor-
mante &c.

Romana pecuniaria ſeu retrouenditionis domus.

Merc. 18. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

An Depoſitum liberè abſque vllis conditionibus factum ſuffragetur deponenti, non obſtantibus conditionibus poſtea per eum in proteſtationibus adiectis?

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum vti conditionale & cautelatum non cenſetur poſſe liberare debitorem.*
2 *Conditiones intrinſecè & iuridicè procedentes ex lege contractus non vitiant depoſitum liberè factum, ſed ad earum adimplementum de iure tenetur Creditor.*
3 *Conditiones intrinſecas vitiantes depoſitum Creditores adimplere haudquaquam tenentur.*

DECISIO LII.

V n die 21. Aprilis anni præteriti
fuit reſolutum coram R. P. D. meo
Pirouano, retrouenditionem domus,
de qua agitur eſſe faciendam per
Taurinos creditores in ſcut ... ; co. vel
per eorum legitimum Procuratorem, confirman-
do Inſtrumenta ratificationum in actis dimiſſa,
tanquam legitimè facta, quæ reſolutio fuit poſtea
confirmata coram eodem ſub die 4. Iulij eiuſdem
anni; ſed quia fuit interpoſita appellatio à decreto
retrouenditionis, & cauſa mihi commiſſa dubita-
ui, An eſſet recedendum à deciſis.

Quo dubio bis propoſito, acerrimèque diſcuſſo
articulo, an depoſitum factum cenſeatur liberum,
itavt ſuffragaretur Deponenti, non obſtantibus
tribus conditionibus per eum poſtea adiectis in
proteſtationibus, quarum Prima fuit, vt exhiberen-
tur inſtrumenta ratificationum. Secunda quod fie-
ret legitima quietantia; Tertia vt conficeretur in-
ſtrumentum retrouenditionis domus: quibus ſtan-
tibus prædictum depoſitum, vti conditionale & 1
cautelatum cenſebatur non poſſe liberare debito-
rem; Bart. *in l. ſoluturus num.* 5. *ff. de ſolut.* ex latè de-
duct. per Cenc. de Cẽq. 8. *part cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 9.
num. 28. Rot. apud eundem *deciſ.* 296. Gregor *deciſ.*
591. vbi Adden. *num.* 11.

Nihilominus re maturius conſiderata videbatur
aliquibus ex Dominis prædictum depoſitum adhuc
poſſe ſuſtineri, ex quo vt conſtat ex cedula, factum
fuit liberè abſque vllis conditionibus, quæ licet 2
poſtea fuerint adiectæ in dictis proteſtationibus,
depoſitum non vitiant, quia reputabantur intrinſecè
& Iuridicè prouenientes ex lege contractus, ad
quarum adimplementum de Iure tenetur Creditor.
Cenc. *vbi proximè d. art.* 9. *num.* 29. Felician. *de Cen-
ſibus lib.* 4. *cap. vnic. num.* 3. Et fuit dictum *in Roma-
na cenſus 24. Ianuarij 1612. & 20. Iunij 1613 coram
R. P. D. meo Decano*: contraria verò doctrina de qua
per Seraphin. *deciſ.* 890. *num.* 4. & per relat per
Cenc. *d. deciſ.* 296. procedit in conditionibus intrin- 3
ſecis, quæ depoſitum vitiant, nec eas adimplere te-
neantur creditores, Neguſ. *de pignor* 3. *memb. p.* 1.
num. 11.

num. 12.& ex cumulatis per Adden.ad Greg.*d.decis.* 505. *num.* 11. & ita existimarunt esse locum retrouenditioni d. domus, & quod dicta scota 1300 deposita penes montem Pietatis, soluantur integrè Taurinis facta per eus quietantia, ex ratificata retrouenditione dictæ domus facta per Iudicem.

An autem pensiones dictæ domus decursæ à dicto die retrouenditionis vsque ad diem consignationis pecuniarum, debeantur Taurinis, DD. reseruarunt vt particulariter videatur.

Et ita decisum vtraque &c.

Dertusen, Vicariæ

Lunæ 23. Martij. 1637.

ARGVMENTVM.

Sublatis nullitatibus pro parte de nouo appositis contra sententiam iustè & validè latam restitutio in integrum non est concedenda.

Vide suprà *Decis.* 24. cuius materia hic latius extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio confirmata ex certa scientia Calixti III & Martini V. Pontificum, vim habet nouæ concessionis dum id quod inualidum est confirmatur.*
2 *Titulus sufficiens ad præscribendum etiam in his quæ sunt contra ius, ex cursu longi temporis cum bona fide resultat.*
3 *Literæ extractæ à propriis Originalibus in Archiuio existentibus mediante decreto Iudicis ordinarij sunt in forma probanti.*
4 *Obseruantia literarum stante etiam Scripturæ informes corroborantur.*
5 *Obiectio non iustificatæ identitatis Ecclesiæ quomodo tollitur.*
6 *Citatio facta nisi fuerit in actis reproducta non inducit litis pendentiam etiam post impetratam commissionem.*
7 *Clausula statum & in commissione Rotali apposita de introductione litis sufficienter testatur.*
8 *Processus factus coram secundo iudice sustinetur, dum de prima commissione quantumuis valida non excipitur.*
9 *Transportatio non requiritur deficientibus actis nouis Iudicialibus vel saltem non releuantibus.*
Maximè stante præsumptione pro integra transportatione, ibid.
10 *Sententia lata contra Episcopum mortuum nulla est, Episcopo successore non citato.*
11 *Iudici vt Iudice quando tempore lata sententia nec de morte Episcopi nec de promotione successoris constitit, sententia validè lata censetur.*
Secus si Iudex haberet notitiam mortis, ibid.
12 *Iudex ignorans mortem Episcopi saltem iudicialiter non obligatur citare successorem qui non præsumebatur in rerum natura.*

DECISIO LIII.

DOMINI steterunt in decisis coram me sub die 9. Iunij anni præteriti, vbi resolutum fuit non constare de causis restitutionis in integrum, non obstantibus nullitatibus, quæ de nouo opponuntur pro parte Episcopi contra sententiam bon. mem. Vbaldi, quoniam eius Iustitia optimè comprobata remanet in
decis. 352.*part.* 4.*recent.* ex quo constat de vnione &
valida confirmatione ex certa scientia Calixti III. 1
& Martini V. quæ habet vim nouæ concessionis,
dum confirmatur id, quod inualidum est, ex *cap.* 1.
in fin.de trans. Rot *decis.* 513 *num.* 6. *part.* 2. *recent.*
cum aliis cumulatis coram me, quæ reuidetur, dico, in decisione quæ reuidetur, iuncto cursu tanti 2
temporis, cum bona fide, ex quo resultat titulus
sufficiens ad præscribendum, etiam in his, quæ
sunt contra Ius. Rot. *decis.* 295.*num.* 1.*coram R.P. D.
meo Decano.*

Quæ doctrina non subuertitur, licet dicatur præ- 3
dictas literas non esse in forma probanti, quia contrarium apparet verius *in summ.* cùm fuerint extractæ à propriis Originalibus in Archiuio existentibus, mediante decreto Iudicis Ordinarij, *cap. fin de fide instrument* Greg *decis.* 431.*num.* 1. Rot.*decis.* 16.
in antiq. de probat & vlterius fuerint etiam obseruatæ, Seraphin *decis* 918 *num.* 1.& *decis.* 502.*num.* 18.
part. 1 *recent* ex qua obseruantia corroborantur etiã
scripturę informes, Rot. *decis.* 566. *num.* 1. *part* 3. 4
recent. Bocac. *cons.* 104 *num.* 26.*lib* 1. Quibus accedit
effectuatio dictæ Vnionis ex deductis in decisione
quæ reuidetur, & *in dict. decis.* 158. *part.* 1. *recent.*
Nec est in consideratione obiectio non iustificatæ
identitatis Ecclesiæ, quoniam tollitur tam ex sen- 5
tentia de anno 1471 habente incertam commissionem à qua recipit interpretationem, Glos. *in cap.
Dudum in fin. de decim.* Seraphin *decis.* 176. *num.* 1.
quàm etiam ex vnione, & confirmatione, vt in
dicta *decis.* 352.maximè quia pluralitas Ecclesiarum
non præsumitur, vt in puncto firmant Rot. *in decisione* 58.*num* 7 *part.*4.*recent.* nec appareat de alia
differentia inter Episcopum & Monasterium, ratione alterius Parochialis.

Nullitates verò benè tolluntur. Non enim obstat prima desumpta ex defectu Iurisdictionis, ex
quo in commissione Rotali nõ fuerit facta mentio
de litis pendentia coram Nuntio Hispaniarum, per
appellationem ad instantiam Monasterij, vnde prętenditur commissio nulliter obtenta: quia vltra 6
quod cessat obiectum, cùm per citationem factam
Episcopo non inducatur litis pendentia, etiam post
impetratam commissionem, nisi reproducta in actis
citatione, Clem. *vt lite pendente*, Rot. *decis.* 4. *in fin.
eodem tit. in antiq.* Gregor XV. *decis.* 97.*num.* 2.respondetur quod sufficienter fuit facta mentio de introductione litis per clausulam *Statum*, & in com- 7
missione Rotali oppositam, Gregor. *decis.* 2.*num.* 6.
latè Barbos. *claus.* 174. *num.* 2. & vlterius quia processus factus coram secundo Iudice sustinetur, dum 8
de prima commissione, quantumuis valida non excipitur, Bellamet. *dec.* 584. Afflict. *decis.* 154. *num.* 3.
& ibi Adden. *num.* 2. Gabriel *de Iudic. cond.* 1.
num. 201

Nec obstat secunda nullitas desumpta ex non
integra trãsportatione actorum, quia dum non
intercesserunt aliqua alia acta Iudicialia vel saltem 9
non releuantia, non requiritur transportatio, Rot.
decis. 206.*num.* 5.*part.* 5. *recent.* & *decis.* 564. *num.* 3.
part. 2.*recent.* maximè stante præsumptione pro integra transportatione, quia cùm incumbit Episcopo
onus probandi releuantiam actorum, quorum deficientiam allegat, Rot. *decis.* 49. *num* 4. *part.* 5.
recent.

Denique nõ obstat nullitas, super qua magis insistebant informãtes pro parte Domini Episcopi, scilicet,

10 quod ſententia fuerit nulla, tanquam lata contra Epiſcopom mortuum, *l. in ſumma 6. fin. ff. de re iudic. l. Paulus, ff. qua ſent. ſine appellat. reſcind.* Marant. *de ord. Iud. part. 6. num.* 48. & quod Epiſcopus ſucceſſor non fuerit citatus. Quia licet vera ſit prædicta obiectio, & quod ſcientia circa mortem Epiſcopi videatpr poſſe præſomi in Procuratore Monaſterij ex pluribus in facto cumulatis, tamen dum tempore latæ ſententiæ in actis non conſtabat, nec de morte Epiſcopi, nec de promo-
11 tione ſuceeſſotis, ſententia fuit validè lata, quia Iudici vti Iudici de morte non conſtitit, & ignorantia in dubio præſumitur, *l. vtrius ff. de probat.* qoa ſtante abſque dubio ſuſtinetur ſententia, quæ alioquin non valeret tanquam lata per Iudicem habentem notitiam mortis, in punct. Maſtrill. *decis.* 137. *num.* 13. *cum ſequentibus*, vbi de communiori teſtatur Giodop. *decis.* 86. *num.* 2. Gail. *obſeru.* 109. *num.* 4. Grat. *diſcept. cap.* 18 *num.* 32. Surd. *conſ.* 99. *num.* 14. *lib.* 1. Beec *conſ.* 110. *num* 2. & fuit dictum *in Reuennten. Bonorum* 24. *Aprilis* 1617. *coram Buratto*, & *in Fiorentina Parochialis* 30. *Aprilis* 1635. *coram R.P D meo Pirouano.*

12 Ex quibus cùm ſit indobitatom, quod Iudex ignorauerit mortem Epiſcopi ſaltem Iudicialiter, ſententia fuit valida mero Iore, vnde non intrat obligatio citandi ſocceſſorem, qui non præſumebatur in rerum oatura.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

Camerinen. Parochialis ſeu Prioratus.

Ven. 27. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro retardanda vlteriori executione Breuis Apoſtolici intrat, non iuſtificatis omnibus in Breui contentis: vbi plura de requiſitis ad Collegialitatem probandam.

Vide ſuprà *Decis.* 46.

SVMMARIVM.

1 *Executione iam perfecta arbitrium non intrat.*
2 *Arbitrium pro retardanda vlteriori exequutione, in quibus caſibus locum habet.*
3 *Collegialitas cum non præſumatur, in dubio pro parochialitate ſemper eſt reſpondendum.*
4 *Ordinarius habet intentionem fundatam vacatione in ſuo menſe contingente.*
5 *Status beneficij ſpatio 40. annorum firmatur.*
6 *Status vltimus ad effectum validitatis attenditur, licet non fuerit præſcriptus.*
7 *Canonici tanquam membra Collegij, non debent tractari ſicuti Capellani mercenarij pro certo ſalario conducti.*
8 *Collegialitas ex ſola denominatione non eſt attendenda, niſi ſigna ad eam probandam requiſita concurrant.*
9 *Collegialitas quomodo probatur.*
10 *Collegialitas excluditur ſolo Priore alienationem bonorum Eccleſiæ mandante.*
11 *Alienationes debent fieri Capitulariter quando agitur de re communi.*
12 *Inſtrumentum emphyteuſis per Priorem cum interuentu vnius Canonici & Syndici celebratum, non arguit Eccleſiam eſſe Collegiatam.*
13 *Syndicus idem eſt quod Prior, & interdum vnum nomen pro altero intelligitur.*
14 *Eccleſia qualibet poteſt conſtituere Syndicum maximè de conſenſu Superioris.*
15 *Memoriæ cùm non ſint ſcripturæ authenticæ nec publicæ, ſed priuatæ & à perſona intereſſe habente confectæ, nullam fidem merentur.*
16 *Enunciatiua à Notario non rogato nec ſucceſſore in officio, proprio Marte in ſuo protocollo deſcripta, non ſunt in forma probanti.*
17 *Enunciatiua Conuentualis licet ſit antiqua, cùm ſit vnica non probat.*
Et poteſt ſimplici Congregationi applicari, ibid.
18 *Enunciatiuæ mutilatæ & lite pendente extractæ plures exceptiones patiuntur.*
Nec recentes & infra centum annos ſunt attendendæ, ibid.
19 *Probationes per ſimplices denominationes ſeu famam allatæ vim enunciatiuæ habent.*
20 *Probatio pro ſtatu ſimplicis Parochialis ex viſitationibus & actibus, longa tempore ſubſequutis, tanquam plenior & magis concludens eſt attendenda.*

DECISIO LIV.

INTRARI arbitrium pro retardanda vlteriori exequotione Breuis de quo agitur, DD. ſub die 10. Decembris anoi præteriti, & hodie caoſa repropoſita ſuper eiſdem in deciſis perſiſterunt, non obſtantibus nouiter deductis pro parte Ioan. Baptiſtæ Mari prouiſi Apoſtolici. Nam licet
verum ſit arbitrium non intrare quando exequutio 1
eſt iam perfecta, Rota *decis.* 70. *alias* 64. *p.* 2 *recent.*
& *in Gerunden. beneficij* 22. *Martij* 1617. *coram bon.*
mem. Buratto, tamen cùm in præſenti adhoe ſuper-
ſint reliqoiæ d. deciſionis circa fructus, ſuper quibus 2
cadit clauſula, *parito*, & circa cenſuras fulminatas
contra Andream prooiſum ab Ordinario, negari
non poteſt quin ſit locus arbitrio pro retardanda
vlteriori exeqoutione, Rota *coràm R.D. meo Decano*
decis. 177. cum aliis allegatis in deciſ. quæ reuidetur.

Maximè cum non ſit iuſtificata narratiua gratiæ,
nec quoad Collegialitatem habitu, nec quoad pri-
mam Dignitatem in Collegiata, ad hoc vt intret
reſeruatio, quæ potius omnino excluditur, ex qoo in
dubio ſemper reſpondendum eſt pro parochialitate
cùm Collegialitas nõ præſumatur, Biſignet. *decis.* 13. 3
n. 3. *in antiq.* Hoſt. *cap. in noſtra de Iurepatr.* & fuit di-
ctum *in Venuſina Archipreſbyteratus* 6. *Iunij anni præ-*
teriti coram me, ſed debet plenè & cõcludenter pro-
bari, dum agitur contra prouiſum ab Ordinario qui 4
habet intentionem fundatam, cùm vacatio contige-
rit in ſuo menſe, Gloſ. & alij *in cap. præſenti de offic.*
legat. in 6. Gemin. *conſ.* 150. *n.* 12. Callan. *conſ.* 41. *n.* 3.
Adden. ad Greg. *decis.* 411. *n.* 5. *verſ. aduertẽdum eſt*, &
vlterius concurrit ſtatus præſcriptus tanquã de ſim-
plici Parochiali, per prouiſiones factas ſpatio 50. 5
annorum, & tamen ſpatio 40. firmatur ſtatus bene-
ficij, Seraph. *dec.* 1227. *n.* 4. qoi ſtatus vltimus atten- 6
ditur ad effectum validitatis, licet non fuerit præ-
ſcriptus, Gonz. *in reg.* 8 *gl.* 45. §. 2. *n.* 14. Rot. *in Placent.*
Parochialis 15. *Ianuar.* 1635. *corã R.P.D. meo Pãzirolo.*

Quibus accedit quod Prior tractabat Canonicos 7
vti Capellanos mercenarios aſſignando illis ſalariũ,
cum pacto de illi inſeruiẽdo in adminiſtratione Sa-
cramentorũ, & aliis, vt in conuentionibus datis *ſum.*
antiquo Io. Baptiſta n. 6. & *ſum. nouo Andrea n.* 1. quod
nullo modo cõuenit Canooicis vti mẽbris Collegij,
Gloſ. *in c. ſtatutũ*, verb. *Collegiati de elect. in* 6. Alex.
conſ. 74.

num. 4. & *conf.* 75. *num.* 2. *verf. vel quia*, *lib.* 4.
fed potius mercenariis per *text.in cap vt quifque, de*
8 *vit. & hon Cleric.* & fola denominatio Collegiatæ
& Canonicorum non releuat, nec eft attendenda,
vt bene *in d.Placent.Parochialis* 15.*Ianuarij, &* 27.
Iunij 1636. *coram R.P.D. Panzirolo*, quia debent
concurrere figna certa ad hoc vt Ecclefia verè fit
Collegiata, & Canonici tales reputentur. Hîc au-
tem nollum fignum datur per quod concludi poffit
9 Collegialitas, iuxta Achill. *decif.* 10 *de prebend.*
Rot. *decif* 675.*num.*4 *part.*1.*recent.* nec vllus actus
apparet factus ab iftis vti Canonicis Capitulariter
congregatis, & communionem inter fe habenti-
bus, iuxta tradita per Abb. *in cap. nobis*, *num.*8.*de*
Iurepatron. Felin. *in cap. in noftra de refcrips. n.* 27.
Achill. *decif.* 10. *de prebend* nec quod percipiant
fructus in Ecclefia ratione feruitij & officij diuini
tanquam membra de Collegio, Card. *in Clem fin.*
*num.*16. *de prabend.* Anchar. *in rubr de conceff. preb.*
10 cum alis: vltra quod facit pro excludenda Colle-
gialitate quod Prior folus dedit mandatum de alie-
nando bona Ecclefiæ, vt *in fumm. Valentini num* 8.
11 & tamen alienationes deberent fieri Capitulariter
cùm ageretur de re communi, Rebuff. *de alienat.*
*rer.Ecclef. num.*11. *cum fequentibus,& præcipuè n.*15.
Rodoan. *de reb. Ecclef. non alienan. rubr.* 18. *de*
cauf. props. quas fiunt alien num. 18. *& fequenti-*
bus, Io. Andr. *in addit.ad fpecul. tit. de locat.* §. *fe-*
quitur.

12 Non obftat inftrumentum emphyteufis de anno
1451.per Priorem cum interuentu vnius Canonici
& Syndici celebratum, quia Syndicus erat Laicus
folitus conftitui a Communitate,& actus non fuit
Capitulariter geftus, quo cafu Canonicus folùm
interuenit pro præftando confenfu ratione alicuius
proprij intereffe, vel ad beneplacitum emptoris,
quod non arguit Ecclefiam effe Collegiatam,
Gonzal. *fuprà*, & Rot. *in dicta Placentina coram*
R. P. D. Panzirolo. Nec facit quod de anno
1510. Prior, & vnus ex Canonicis nuncupatis
vnà cum Vicario Camerinen deputauerint Syndi-
cum Ecclefiæ, quia pariter actus non fuit factus
Capitulariter, & cenfetur æquiuocus, cùm Syn-
13 dicus idem fit, quod Prior, & non ftat vis in no-
mine fed in modo conftituendi, & qualitate rei
mandatæ; vnum enim interdum intelligitur pro
altero, Bald. *in l.*1.§ *Quibus num.*2. *ff. quod cuiuf-*
que vniu. nom. & *in l. neque tutores num.* 11. *ff. de*
14 *procur.* & quælibet Ecclefia etiam non Collegiata
poteft conftituere Syndicum, maximè de confenfu
Superioris, ex trad. per Abb. *cap. Imperator*, *n.*7. *de*
Iur. cal.

Nec minus releuant tres memoriæ repertæ pe-
nes Nicolaum Bartolom Notarium, & aliæ enun-
ciatiuæ Epifcoporum Camerini de anno 1312. &
de tempore Bonifacij VIII. *in fumm. Ioannis*
15 *Baptifta num.*1. *& feq.* quia memoriæ non funt
fcripturæ authenticæ, & publicæ, fed folùm pri-
uatæ factæ ab eo, qui affectabat, quod in hac Ec-
clefia adeffent Canonici, vt colligitur ex illis ver-
bis, ibi; *contra illos, qui cauillantur dictam Eccle-*
fiam non habere Canonicos, & habebat intereffe,
cùm eius filius effet Canonicus, *in fumm. Valentini*
*num.*4. quo cafu fidem non merentur, ad not. *in*
l. Inftrumenta, *l rationes*. *l. exemplum*, *C. de probat.*
Rot. *decif.*139 *num.*1.*part.recent.* Enunciatiuæ verò,
16 nec illæ funt in forma probanti, cùm appareant
ex quadam copia facta ab eodem Nicolao, cui non
creditur, dum non eft de illis rogatus, nec fuccef-
for in officio, fed eas fuo Marte in fuo protocollo
defcripfit, iuxta *Authentic. fi quis in aliquo C. de*
eden. & *in cap.cum Tabellio,de fide inftrument.* Afflict.
*decif.*7.Rota *decif.*1.*num.*2. & *decif.*2.*de fid.inftrum.*
in nou. & *in recent decif.*587. *num* 2. *part.*2. & qua-
tenus effent in forma probanti, non poffet fieri
vis in verbis illius enunciatiuæ Rambelti Epifco-
pi, ibi: *pro parte Priorum Canonicorum & Conuen-*
tus Ecclefia Sancti Euftachij; quia enunciatiua Con- 17
uentualis licet effet antiqua, cùm fit vnica non
probat, Rota *decif.*160.*num* 6. & *decif.*169 *num.*2.
*part.*1. & *decif.*71.*num.*5.*part* 2.*recent.* & poteft ap-
plicari fimplici Congregationi, Lotter. *de re benefic.*
*lib.*1.*quæft.*14.*num.*68 præfertim cùm ex obferuan-
tia per tot fæcula fubfequuta appareat, hanc Ec-
clefiam femper fuiffe in ftatu fæculari, non autem
Regulari.

Ex quibus refultat quoque refponfio ad enun-
ciatiuas repertas in fcripturis Laurenti Tranquilli,
quia vltra quod nec etiam funt in forma probanti,
& patiuntur plures exceptiones, cùm fint muti- 18
latæ & extractæ lite pendente, vt latius per infor-
mantes; nec minus funt attendendæ tanquam re-
centes, & infra centum annos; in hac enim ma-
teria funt afferendæ determinatæ probationes per
figna certa & concludentia, relat. per Lotter. *fu-*
pra dicta quæft. 14. *num.*70. *&* 71. non autem per
fimplices denominationes, feu famam, cuius vim 19
habent enunciatiuæ, Achill. *dict. decif.*10. *de pre-*
bend. Adden. ad Gregor. XV. *decif* 482. *fub lit-*
tera C. verf. Non etiam probatur; & *in dicta Placen-*
tina coram Reuerend. P. D. meo Panzirolo, & *in Ve-*
nufina coram me. In omnem autem euentum con-
quaffantur ex contrario ftatu fimplicis Parochialis 20
ex vifitationibus, & actibus tanto tempore fubfe-
quutis, ita vt ifta tanquam plenior, & magis con-
cludens probatio attendi debeat, in puncto Rot.
in Nolana Primiceriatus coram Eminentiffime D. Ve-
rofpio 14. *Maij* 1614. *verf. eluduntur*, Socin. Iun.
*conf.*3.*num.* 30.*lib.*2.Gregor. *decif.*351.*n.*10.& *in dict.*
Venufina coram me.

Et ita vtraque parte informante decifum, &c.

Vlixibonen. profeffionis.

Veneris 27. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro concedenda abfolutione non intrat, fufficienti renuntiatione recurfus ad Iudices laicos habiti, & integra fatisfactione expenfarum tam iudicialium quàm ratione damnorum & intereffe iuxta claufulas in Breui appofitas, deficiente.

SVMMARIVM.

1 *Claufula* Renunciato prius attentatis in vim recurfus, parito iudicato, & refectis expenfis, *conditionem importans.*

2 *Conditionibus in Breui appofitis non adimpletis fufpenfa remanet abfoluendi facultas, & perinde eft ac fi nulla fuerit tributa iurifdictio.*

3 *Renunciare recursibus ad Iudices laicos habitis & satisfacere violata iurisdictioni & libertati Ecclesiastica, in quibus consistit.*

4 *Recurrenti ad Iudices laicos nisi recursus retractauerit absolutio est deneganda, & pœna censurarum ab Ecclesiastica disciplina contra tales vsurpata infligenda.*

5 *Verba non sufficiunt vbi opus est facto.*

6 *Renunciatio verbalis non suffragatur vbi vera & effectualis requiritur.*

7 *Absolutio vt concedatur, omnia impedimenta quæ tam de iure quàm facto possunt nocere ad faciendam compulsationem sunt remouenda.*

8 *Referuntur expensæ quarum solùm rationem Rota regulariter habet.*

9 *Regula Breuis cum clausula* refectis expensis *in quantum procedit.*

10 *Cautio non sufficit nisi integra satisfactio præcedat.*

11 *Expensarum data verisimilitudine sufficiunt quæcumque probationes quæ possunt haberi.*

12 *Expensa facta pro fundanda intentione partis in negotio principali, occasione recursuum non sunt reficienda.*

13 *Verbum* occasio *in Breui apposita etiam remotissimam causam importat.*

DECISIO LV.

Roposito pluries dubio, An intrarer arbitrium pro concedenda absolutione excommunicationis Antonio, & Ioanni Gomez, ob recursus habitos ad Iudices Laicos pro impedienda Franciscæ compulsatione processus huius causæ, strictéque discusso articulo super quantitate expensarum, hodie causa reproposita Domini negatiuè responderunt, nisi prius fiant diligentiæ pro remouendis impedimentis, & reficiantur expensæ etiam ratione damnorum, & interesse, quæ vsque in præsentem diem iuxta liquidationem, & taxationem à Perito de ordine Rotæ factam, & in actis productam ascendunt ad scut. 307.35. monetæ, sine præiudicio aliarum, quæ extra Curiam in eadem causa eadem occasione factæ fuerunt.

Nam cùm à Sanctissimo Domino Nostro fuerit
mihi commissa potestas absoluendi per Breue cum
1 clausulis, *Renunciato prius per dd. Ioannem, & Antonium attentatis in vim recursus, parito iudicato, & refectis expensis*, clausulæ important conditionem, *l. à Testatore ff. de condit. & demonstr.* Paris. *cons.* 41. *n.* 14. *lib.* 4 Seraph. *decis.* 655. *num.* 4. & per dictos Ioannem, & Antonium non doceatur de purificatione,
& implemento dictarum conditionum, suspensa
2 remanet mihi data absoluendi facultas, & perinde est, ac si nulla fuerit tributa iurisdictio, Verall. *decis.* 550. *num* 5 *part.* 1. Mantic. *decis.* 343. *num.* 1. Rot. *decis.* 378. *num.* 1. *coram Gregor. XV.*

Quod autem prædictæ conditiones non fuerint adimpletæ constat, ex quo habito recursu ad Iudices Laicos, ab illis impetratum fuit præceptum contra Notarium, ne auderet processum huius causæ compulsare, *vt in Sum. antiq. Francisca, num.* 1. 2. & 3. Vnde non amoto præcepto, vel non facta
3 exactissima diligentia pro remouendis omnibus impedimentis, non dicitur sufficienter fuisse renunciatum recursibus, nec satisfactum violatæ iurisdictioni, & libertati Ecclesiasticæ, nisi retractando eosdem recursos habitos ad Iudices Laicos, & remouendo impedimenta per d. præceptum executioni mandati Rotalis præstita, & ideo absolu-
tio concedenda non est, sed potius pœna censura- 4
rum ab Ecclesiastica disciplina vsurpata contra recurrentes ad Iudices Laicos mulctari debent, iuxt. not. *in cap. si autem, cap. nihil,* 11. *quæst.* 3. & fuit dictum *in Arboren. Canonicatus* 24. *Ianuarij* 1633. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obstat renunciatio à recursibus facta per dd. Ioannem & Antonium data in eorum *Summ.*
num 2. & 3. Quia verbalis est illa renunciatio, & 5
verba non sufficiunt vbi opus est facto, *l. non omnes, § fin. de re milit. l. peculium, in princip ff. de pecul. cap.* 1. & 2. *de sequestr. poss. & fruct.* nec dicitur affirmari, quod factis negatur, ideoque simplex cessio, seu
renunciatio verbalis non suffragatur, sed requiri- 6
tur quod sit vera, & effectualis, ita vt Francisca nullum habeat impedimentum pro compulsatione processus, vt in punct. absolutionis respondit Rot. *in Regien Capellaniæ* 1. *Iulij* 1630. *coram R. P. D.*
meo Pirouano, & signanter curandum est, vt remo- 7
ueantur omnia impedimenta, adeò vt nec de iure, nec de facto nocere possint ad compulsationem faciendam, vt concedatur absolutio, Lancell. *de attent p.* 3. *cap.* 29. *n.* 41. & 14 Greg *decis* 503 *num.* 5.

Nec minus est adimpleta conditio *refectis expensis*, donec satisfecerint, & soluerint quantitatem
suprà relatam. Nam licèt regulariter Rota solùm 8
habeat rationem expensarum iudicialium, & earum, quæ liquent ex actis, vulgariter expensæ viuæ nuncupatæ, vt puta expensarum registri, interpretationis processus, examinis testium (quæ in præsenti ascendunt ad scut. 60. ba. 3. scilicet pro registro scut. 56.83. & pro interpretatione processus scut. 3. & ba. 20.) & aliquid plus pro Aduocato, & Procuratore, *l. properandum. § sin autem, C. de iudic.* Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 2 *num.* 11. Rot. *in Tulen. expensarum, coram R. P. D. meo Verospio* 18. *Martij,*
& 18. *Iunij* 1619. Tamen regula procedit in expen- 9
sis litis factis sine recursibus, in quibus non agitur adeò rigorosè, quia vnusquisque debet sua iura defendere; non autem habet locum in præsenti casu, cùm Francisca ex causa, & occasione recursuum fecerit quamplures expensas, & damna passa fuerit, à quibus D D. de Gomez non possunt excusari, ideo meritò sunt in eis condemnandi etiam ratione damnorum, & interesse, & Francisca de omnibus reficienda, *cap. fin. § pars verò.* ibi, *primò satisfaciat integraliter de expensis, de offic. de legat. cap. quoniam.* 4. *§ si quis verò, de immunit. Eccles.* vbi Glos.
verb. satisfactum, docet non sufficere cautionem 10
nisi integra satisfactio præcedat. Mart. *de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 144. *num.* 1. Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 432. Gratian. *discept.* 786. *num.* 16. Rot. *coram Gregor. XV. decis.* 492. vbi Adden. *num.* 9.

Quæ expensæ ratione damnorum, & interesse repartitæ inter Aduocatum, Procuratorem, originalia informationum facti, & Iuris, Copistam, interpretem testium, & prouisionem Francisci Viere Sollicitatoris huius causæ ascendunt ad scut. 247. 32. videlicet,

Pro Procuratore in diuersis vicibus commissionibus, & diuersis informationibus in voce, & in scriptis.	scut. 59.

Pro Substituto eiusdem Pro-

curatoris

curatoris pro originalibus plurium informationum facti.	scut.	10.	20.
Pro Aduocato pro diuersis informationibus Iuris in voce, & in scriptis.	scut.	58.	80.
Pro origioalibus informationibus Iuris eiusdem Aduocati.	scut.	4.	37.
Pro copiis informatioonm pro Ruta, & Signatura factis à Copista.	scut.	44.	95.
Pro mercede interpretis quinque testium in Curia examinatorum pro vndecim sessionibus.	scut.	10.	
Pro Franciscu Viere' non vti Agente, sed tanquam sollicitatore huius causæ post recursos habitos spatio 30. mensium ad rationem scut. 2. pro quolibet mense.	scut.	60.	
Quæ omnia computata cum supradictis expensis iudicialibus;	scut.	60.	03.
Faciunt dictam summam relatam in principio decisionis, scilicet.	scut.	307.	35.

Et cùm sint verisimiles iostificatæ ex qoietantiis, & computis in actis datis singulariter medio iuramento recognitis, & à Perito taxatæ, videntur
11 satis comprobatæ, imò data verisimilitudine sufficiunt qoæcumque probationes, quæ haberi possint. Federic.de Sen.*cons.*119.*num.*4. Rota *in Salmantina censurarum* 24. *Ianuarij* 1611. *coram Reuerendiss. Lugdunense, & in d. Tulen. expensarum* 18. *Martij coram R.P.D. meo Verospio.*

12 Nec releoat quod prædictæ expensæ sint factæ pro fundanda intentione Franciscæ in negotio priocipali, & oon occasione recursuum, quo casu reficiendæ non sont ex adnot. per Rot. *in Illerden. Priorissæ coram R. P. D. meo Roias sub die* 13. *Octobris* 1636. Quia licet respiciant negotium principale, tamen cùm nihil iuuauerint Franciscæ ad aliqoid obtinendum, nec ab ea factæ fuissent, nisi sibi fuisset impedita compulsatio processus, negari non potest quin comprehendantur sub clara dispositione Breuis, ibi; *expensis factis occasione recursus*, quod verbum *occasio* importat etiam causam re-
13 motissimam. Bald. *cons.* 119. *num.* 7 *lib.* 2. Corn. *cons.*153.*num.*5.*lib.*2. Menoch.*consil.*335. *num* 25.*&* 28. Cæsar.de Grass *decis.* 2.*num.*12.*de constit.*

Nec etiam applicatur dicta decisio *Illerden. coram R.P.D meo Roias*, vbi habitis recursibus, & non solutis expensis data fuit absolutio; versamur enim in diuerso caso, tùm quia ibi erat parua quaotitas expensarum, tum etiam, quia expeosæ fuerunt factæ ab eo, qui recursum habuerat, in præsenti autem ob præcepta facta à Iudicibus Laicis, Francisca coacta fuit adire Sanctissimum in Signatura gratiæ, & pluries in Rota, quo casu debentur etiam expensæ factæ in disputationibus de stylo huius Sacri Tribunalis.

Et ita ex defectu sufficieotis renunciationis ad recursus, & integræ satisfactionis expensarum, tam iudicialium, quam ratione damnorum, & interesse, responderunt Domini non intrare arbitrium pro concedenda absolotione.

Vtraque parte informaote.

Aprutina seu Asculana Iurisp.

Lun. 27. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

De prouisione beneficij legitimè præsentato concedenda: vbi plura de subrogatione parti oppositæ ex defectu prætensæ litis deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio non potest denegari lite coram Rota introducta.*

2 *Subrogationes gratiosas ad effectum consequendi petens debet docere de lite, illámque tanquam fundamentum suæ intentionis concludenter probare.*

3 *Commissio à Procuratore non habente mandatum procura obtenta, licet illius vigore fuerit decreta citatio, cùm non doceatur de ratificatione Principalis, litem nullam inducit.*

4 *Commissio non facta de actis per citationem ad dicendum contra, litem causare nequit, nisi in præiudicium committentis.*

5 *Citatio requiritur vltra præsentationem rescripti.*

6 *Commissio obtenta quando non continet clausulam* quam & quas, *etiam constito de appellatione potest procedi.*

7 *Appellatio remanet deserta cùm non fuerit admissa, nec causa intra annum producta.*
Maximè sententia in iudicatum transeunte, suámque executionem habente, ibid.

8 *Iuspatronatus præsentandi ad beneficium quomodo probatur.*

DECISIO LVI.

PETENTI Francisco Cimino prouisionem beneficij simplicis sub Innocatione Saocti Petri Castellarij, S. Mariæ ad Turribulom, S. Petri Veteris, S. Eremi, & S. Margaritę diœcesis Aprutinę, & Ripanę, in territorio Asculi de iure patronatus familię de Mandocchis, vigore presętationis ad sui fauorem factæ à Capitaneo Conte de Mandocchis, in locom Emigdij Pan. Vani, vltimi defuncti & possessoris ab eodem Conte præsentati, & à Vicario Aprutino instituti, vt in eius *summ. num.* 1. se opponebat Iacobus Franciscus Parisanus præsentatus à Camillo Merula taoquam prætenso filio, & hærede Mariæ Felicis de Mandocchis & Cleria de Mandocchis, & à fratribus Conuentualibus S. Francisci de Asculo tanquam hæredibus, q. Mandocchi de Mandocchis, & institutus à Vicario Episcopi Asculaoi vt in *eod summ. num.* 2. petens sibi dari gratiosas subrogationes, per mortem dicti Emigdij, cum quo prætendebat esse litem introductam coram me super hoc beneficio, qoo casu sub- 1
rogatio non poterat denegari, iuxta *regul.* 29. *ne detur nouus collitigans, cap.* 2. *vt lite pendente in* 6. Quare iuxta mentem Illustrissimi D. mei Datarij proposui dubium; An esset danda dicta subrogatio, & Domini subrogationem Iacobo Francisco denegandam, prouisionemque Ciminio concedendam esse responderunt.

2 Quoniam ad effectum consequendi sobrogatio-
nem iuxta tenorem *d.regul.19.de subrogan.* Iacobus
Franciscus debet docere de lite, Mandos.*ibi q.9.n.7.*
vers.secus verò videtur, & illa tanquam fundamen-
tum suæ intentionis est ab eo concludenter pro-
banda, *l.qui accusare C.de edendo.* Lis autem non po-
test desumi ex commissione super iactationibus, &
molestationibus impetrata pro parte Emigdij ante-
cessoris Cimini, quia fuit obtenta ab asserto Pro-
5 curatore non habente mandatum procuræ; & licet
illius vigore fuerit decreta citatio, tamen cùm non
doceatur de ratificatione ipsius Emigdij, commissio
prædicta nullam induxit litem, Ægid. *decis.* 583.
Mohed. *decis.4.de rescript.* & *in Mutinen.Canonicatus*
23.Iunij 1603.coram bon.mem.Card.Pamphil. Cassad.
decis.40.super regul in fin.

Prout nec lis resultat ex præinserta obtenta pro
parte D.Iacobi Francisci. Etenim illa non fuit facta
4 de actis per citationem ad dicendum contra, ex cu-
ius defectu commissio litem causare nequit, nisi in
præiudicium committentis, Ægid *decis.*456. Put.*de-*
cis 234.num.1.lib 2.Aretin *consil.*15.*num.* 3. asserens
5 requiri citationem vltra præsentationem rescripti,
Imol *in cap.ex conquestione num.* 9. *de restitut.spoliat.*
Franch.*in cap. Interposita §.ille num.12.vers.cum ante*
de appellat. & fuit dictum *in Romana pecuniaria de*
Guicerardinis 19. *Nouembris* 1610. *coram R. P. D.*
Pirouano.

Non obstat quod Iacobus Franciscus vigore di-
ctæ Commissionis præinsertæ possit suscitare li-
tem, seu causam prosequi appellationis à sententia
Vicarij Aprutini, qui Emigdium instituit. Quia re-
spondetur non constare de dicta appellatione, &
6 commissio obtenta non continet clausulam *quam*
& *quas*, itavt etiam constito de appellatione pro-
cedi possit, prout in prima, Rot. *decis.*399. *n.6.co-*
ram S. m. Gregor. XV. & quatenus de appellatione
7 doceretur, cùm illa non fuerit admissa, nec causa
intrà annum commissa reperiatur, remansit deser-
ta, Clem. *sicut de appellat. cap. cum sit Romana eod.*
tit. Cassad *decis.6.num.8.de appellat.* Rot.*decis.1.num.*
2.eod tit.in nou. sententiaque transiuit in Iudicatum,
ideo non est amplius locus d. Regulæ *de subrogan.*
Mandos.*ibi quæst.*12.*num.*2 ac suam habuit execu-
tionem. Emigdius enim fuit emissus in possessio-
nem, eámque vsque ad obitum continuauit.

8 Quibus additur maximus fumus pro Iustitia di-
ctæ sententiæ Aprutini, resultans ex tribus proui-
sionibus, effectum sortitis spatio 54. annorum, ex
quibus colligitur d. Iuspatronatus spectare in soli-
dum ad dictum Capitaneum Contem Mandocchiū,
cùm prouisiones fuerint factæ semper ad præsen-
tationes masculorum de familia de Mandocchis,
& vlterius datur concordia sequuta inter compa-
tronos istius Patronatus, in qua expressè legitur
conuentum, quod Iuspatronatus semper spectare
deberet ad masculos exclusis fœminis: & quod ho-
die nullus masculus alius extet de familia Man-
docchis, videtur probari ex fide publica Magistra-
tus ciuitatis Asculanæ, quæ datur, & quod autho-
res eorum, qui præsentarunt Iacobum Franciscum
interuenerint in dicta concordia, patet ex eius le-
ctura. Vnde his sic stantibus, visum fuit Dominis
nullam adesse litem, & sic prouisionem Cimino vt
suprà legitimè præsentato esse concedendam, sub-
rogationem autem Iacobo Francisco denegandam.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, al-
tera citata, & informare recusante.

Leodien. Castri de Monbech.

Mercurij 29. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Stante possessione litem in Rota super peti-
torio & possessorio introducentis, me-
diante commissione cum facultate ma-
nutenendi, hæredes & successores sine
apprehensione petunt manutentionem,
& in concursu de iure aliis sunt præfe-
rendi.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur duo capita pro possessione probanda quæ etiam separatim sufficiunt ad effectum manutentionis.*

2 *Possessionem non transire in successores sine apprehensione, non procedit quando per litem antea introductam instantia fuit continuata.*

3 *Clausula* sine præiudicio iudicij possessorij *apposita in causa commissione, non impedit quin Iudex* ad quem *possit manutentionem concedere, nullitate vel iniustitia sententiæ detecta*

Maximè superueniente particulari commissione signatura iustitia cum facultate manutenendi, ibid.

4 *In feudis Leodien. etiam fœmina ex consuetudine loci admittuntur.*

5 *Feuda Leodien. nullum requirunt seruitium personale aut tale quod à fœminis non possit præstari.*

6 *Inuestitura stante à Principe loci seu eius Curia feudali admissa, exceptio de iure tertij ad impediendam manutentionem minus admittitur.*

7 *Exceptiones turbida & altiorem indaginem requirentes in iudicio summariissimo manutentionis non sunt admittenda.*

8 *Exceptio Transportationis integra actorum cessat eorum deficientia non probata.*

9 *Expeditio immissionis in possessionem non potest sub prætextu interesse Principis tardari, ipso Principe ad causam in statu & terminis admisso, nonámque inuestituram hæredi concedente.*

10 *Successio ab intestato in proprietate vtilis dominij releuat hæredem respectu tituli superuenientis.*

11 *Possessio iudicari debet titulata tam respectu vsusfructus quàm vtilis dominij.*

12 *Castrum sub diuerso Comitatu situm non debet ad alterius consuetudinem restringi, sed in eodem loco iustificari.*

DECISIO LVII.

XPEDITO mandato de
de manutenendo ad fauorem
D. Franciscæ hæredis Cæci-
liæ in possessione Castri & bo-
norum de quibus agitur die 1.
Decembris anni præteriti coram
R. P. D. meo Buccabella, ac reuocata per eundem
sententia de partibus contra dictam Cæciliam lata,
fuit pro parte Godefridi & litis consortium inter-
posita appellatio, causáque mihi commissa cum
facultate

facultate manutenendi quem de iure, dubitant,
Cui sit dandum mandatum de manutenendo; Et
Domini pro D. Francisca hærede Cæciliæ respon-
derunt

Possessio enim d. Cæciliæ plene probatur, tam
ex confessione expressa Godefridi facta in libello,
& positionibus in quibus petit dictam Cæciliam
1 debere cogi ad euacuandam possessionem bonorum
de quibus agitur, quam ex mandato de euacuando
in executionem eiusdem petitionis, & libelli ob-
tento; quæ duo etiam separatim sufficiunt ad effe-
ctum manutentionis. Rot. *decis.* 802. *num.* 1. *par.* 1.
diuers. Caual. *decis.* 432. *num.* 1. Greg *decis.* 200. *num.*
2. & fuit dictum in hac eadem causa *coram R. P. D.
meo Buccabella sub die 9. Maij anni præteriti.*

Qua quidem possessione Cæciliæ stante, quæ
litem introduxit in Rota super petitorio & posses-
sorio, mediante commissione cum facultate manu-
tenendi, possunt eius hæredes, & successores sine
apprehensione, petere manutentionem; nam licet
2 regulariter possessio non transeat in successores si-
ne apprehensione, ex *l. cum heredes ff. de acq. poss.*
hoc tamen non procedit, quando prout hic, per
litem antea introductam, instantia continuata fuit,
Menoch *de retin. remed.* 3. *num.* 62. Rot *decis.* 315. *p.*
4. *diuers.* & apud Pacific. *decis.* 141. *num.* 3. *ac in Re-
cent. decis.* 411. *num.* 17 *par.* 6. *& in Recanaten. Præ-
dij* 14. *Maij* 1635. *coram me*, & benè firma-
tur in d. decisione R. P. D. mei Buccabellæ, quæ
optimè etiam respondet obiectioni deductæ ex
clausula sine præiudicio iudicij possessorij apposita
in commissione huius causæ per Nuntium Coloniæ,
3 quia quamuis prædicta clausula operetur quod Iu-
dex *a quo* possit procedere ad executionem suæ
sententiæ, non tamen impedit quominus Iudex *ad
quem* possit manutentionem concedere, detecta
nullitate vel iniustitia sententiæ; maximè superue-
niente particulari commissione Signaturæ Iustitiæ
cum facultate manutenendi. Rot *decis.* 91. *num.* 11.
coram Greg XV. & ibidem Adden. *num.* 13. *ad fin.* &
fuit etiam dictum in *Romana Vinea* 13. *Iunij* 1634.
coram R. P. D. meo Merlino.

Nec prædicta manutentio impediri potest ex
persona D. Episcopi & Principis Leodien. ex bene
ponderatis in d. decisione R. P. D. mei Buccabel-
læ. Quoniam in feudis Leodien. admittuntur etiam
4 fœminæ ex consuetudine loci de qua, & in specie
Castri de quo agitur, testantur Pares Curiæ feu-
dalis eiusdem Principis *Sum. num.* 10. & fuit quo-
que à Rota canonizatum coram Caual. *decis.* 172.
num. 2. *&* 3. *& decis.* 362 *num.* 2 *par.* 2. *recent.* Præser-
5 tim cùm in huiusmodi feudis nullū requiratur ser-
uitium personale, aut tale quod per fœminas præ-
stari non possit. Ruin *cons.* 18. *num.* 17. *lib.* 1. Paris *cons.*
4. *num.* 18. *lib.* 1. Corn *cons.* 28. *num.* 9. *lib.* 1. Et tollitur
difficultas stante inuestitura concessa D. Franciscæ
6 ab eodem Principe Episcopo Leodien. seu eius Cu-
ria feudali *Summ. num.* 9. quæ quoad Godefridum
operatur, vt minus possit admitti exceptio de iure
tertij ad impediendam manutentionem, Surd. *cons.*
557. *num.* 2 Rot. *dec.* 131 *num.* 10. *part.* 2. *diuers.* Tantò
7 magis cùm in hoc iudicio summariissimo manu-
tentionis non admittantur exceptiones turbidæ, &
altiorem indaginem requirentes, Rot. *coram
Greg. XV. decis.* 549 *num* 6. *&* 337. *num.* 2. *par.* 3.
recent.

Ex quibus responderunt Domini pro manuten-
tione D. Franciscæ hæredis Cæciliæ, non obstan-
tibus exceptionibus oppositis in memoriali dato
pro parte Episcopi & Godefridi ad obtinendam di-
lationem, scilicet de non integra transportatione
actorum, & de interesse eiusdem Principis. Etenim
prima cessat ex quo non probatur deficientia acto- 8
rum Secunda verò de interesse eiusdem Principis
Episcopi non potest retardare expeditionem, cùm
ipse Princeps fuerit ad causam admissus in statu &
terminis, nouámque inuestituram eidem D. Fran- 9
ciscæ hæredi concessit, vt in instrumento quod da-
tur in *dict. eius Summ. num.* 9. cuius vigore bene po-
test petere non modò manutentionem, sed etiam
immissionem pro confirmanda eius possessione, ex
doctrina Bald *in cap.* 1. *§ insuper. n.* 3. *de prohib. feud.
alienat.* Bart. *in l. vti frui. § verum ff si vsusfruct. petat.*
Menoch. *de adipisc poss. remed.* 4. *num.* 349. Tiraq.
in retract. de mort part. 6. *declarat* 1. *num.* 2. 8. *&* 9.

Præsertim cùm vt firmatur in eadem huius cau-
sæ decisione coram R. P. D. meo Buccabella, non 10
sit dubium, quod ipsa Cæcilia à qua causam ha-
bet D. Francisca, præter vsum fructum quem habe-
bat, etiam deinde successerit filiis præmortuis ab
intestato in proprietate vtilis dominij, ex disposi-
tione iuris communis, de qua in *Auth. defuncto C.
ad Tertull. & in §. si igitur defunctus, in Authen. de
hæred. ab intest.* Atque proinde ex hoc etiam super-
ueniente nouo titulo mutasse censeatur eius posses-
sionem, respectu pariter illius vtilis dominij etiam
absque alia declaratione. Dec. *cons.* 402. *num.*
5. cum aliis adductis per Rotam *decis.* 97. *num.* 4.
cum seqq. & decis. 108 *num* 2. *par* 5. *recent.* Ita vt hæc
possessio iudicari similiter debeat titulata, tam re- 11
spectu vsus, fructus quàm acquisitionis proprietatis,
seu vtilis dominij, sicque multò magis etiam in cō-
cursu manutenenda, & præferenda. Menoch. post
alios *de retin. d. remed* 3 *num.* 374. Rota *decis.* 412.
num. 1. *coram Greg XV.* & post Modern Perusin. *in
tract. mandat de manutenend. decis.* 164. *num.* 17.

Neque contrarium prætendi potest ex asserta
cōsuetudine Comitatus Lossensis, disponente præten-
dentis filios in ætate pupillari morientes non trans-
mittere hæreditatem, seu bona ad eorum hæredes
ab intestato; quia adhuc illa probata non reperitur,
& probata non releuaret, cùm Castrum de quo agi-
tur situm sit sub diuerso Comitatu, scilicet de Cor-
thesem, in quo talis non viget consuetudo quæ 12
non suffragatur de vno loco ad alium, sed iustifica-
ri debeat in eodem loco, ac in specie casus contro-
uersi, ex relatis per Rotam. d. *decis.* 172. *num.* 5. *& de-
cis.* 205 *num.* 8. *coram Cauall.* quæ est etiam *in recent.
decis.* 422. *sub num.* 13. *par* 1.

Et ita decisum D. Francisca hærede tantùm in-
formante; Altera parte pluries citata & informare
recusante,

Calciaten Iuris corrigendi.

Lunæ 21. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

De Iurisdictione Episcopi in quolibet loco suæ Diœcessos non exempto circa casus criminales ad statum Ecclesiasticum pertinentes, tam de Iure communi quàm ex dispositione Concilii Tridentini fundata.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur prærogatiuæ Episcopi circa causas criminales ad forum Ecclesiasticum spectantes, in quibus*

ranit Rota coram Seraphin, in hac eadem causa in *decis.775.per tot.*

Et ita decisum Episcopo tantùm informante, Procuratore Capituli pluries citato, &c.

Camerinen. Parochialis, seu Prioratus.

Lunæ 18. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Possessio beneficij ante motam litem capta valida est, prætertim quando de ea constat tam ex publico Instrumeoto quàm ex Iudicio à parte vigore Breuis Apostolici intentato; vbi plura de nullitate & iniustitia senteotiæ in canonizatiooe reseruatioois beneficij de qua nullatenus constat, fuodatæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum probat possessionem captam ante motam litem alio in possessione non existente.*

2 *Possessio probatur ex iudicio a parte vigore Breuis Apostolici contra possessorem intentato.*

3 *Possessione anteriori stante manutentio est concedenda etiam in concursu possessionis.*

4 *Possessio videtur manutenibilis authore Prætore capta.*

5 *Breuis narratiua non plenè & concludenter iustificata, sententia remanet nulla & notoriè iniusta, tanquam in canonizatione reseruationis beneficij de qua nullatenus constat, fundata.*

6 *Sententia notoriè iniusta non potest anteriori sua possessione possessorem priuare.*

7 *Possessor cùm nunquam se habuerit pro spoliato, contrarium à parte debet probari.*

8 *Possessionem ciuilem semper retinuisse præsumitur qui contra colonos pro consignatione fructuum continuò egit.*

9 *Orator apparens in supplicatione Sanctissimo porrecta incidit in pœnam amissionis.*

10 *Possessio facta in vim prouisionis Apostolicæ possessorem beneficio non priuat.*

11 *Prouisione Ordinarij præcedente ad eius fauorem qualibet interpretatio est facienda.*

12 *Pensionariorum nonnullorum in supplicatione facta mentione, ab iis supplicatio porrecta præsumitur.*

13 *Supplicatione non registrata nullum ex ea sumitur argumentum.*

14 *Supplicatio vt dicatur porrecta per certam personam, non sufficit præsumptio sed concludens probatio requiritur.*

15 *Absens ab vrbe de tempore porrectæ supplicationis, nec habuisse notitiam, nec illius vigore possessionem accepisse præsumitur.*

DECISIO LIX.

PRo Informante respondetunt Domini, scilicet manutentionem esse concedendam Andreæ Valentino, 1 quia cōstat de eius possessione capta ante motam litem, super beneficio,
de quo agitur, tam ex publico Instrumento *summ.*
num. 2. quod bene probat alio non existente in
possessione; ita Papinian. *in l. prædia* 48. *ff. de acquiren. possess.* Hond. *cons.*86. *num.* 30. *lib.* 2. Rot. coram Gregor. XV. *decis.* 171. & 268. vbi Adden.
num. 1. quàm ex Iudicio intentato à Ioan. Baptista 2
coram A. C. vigore Breuis Apostolici contra dict.
Andream vti possessorem, Rot. *coram Caual.*
decis. 535. *num.* 2. & *decis.* 802. *part.* 1. *diuersor* qua
possessione anteriori stante absque dubio venit 3
concedenda manutentio, etiam in concursu possessionis Ioan. Baptistæ, quæ posterior est, *cap. licet causam de probat.* Bart. *in l. vnica, num.* 8. *C. vti possid.* Boccac. *de interd. cap.* 10. *num.* 4. Rot. *coram Gregor. decis.* 9. *num.* 5. & *decis.* 40. *num.* 2. cum
aliis.

Non obstat quod Ioannes Baptista acquisiuerit
possessionem vigore mandati A.C. in executionem
d. Breuis, ex quo prædicta possessio videtur ma- 4
nutenibilis tanquam capta auctore Prætore, ex
l. iustè possidet, ff. de acquir. possess. Quia responde-
tur quod cùm A. C. iniustè processerit non iusti-
ficata plenè & concludenter narratiua Breuis, prout 5
requirebatur ex fundamentis & rationibus in dua-
bus decisionibus coram me in hac eadem causa
factis, illius sententia remansit nulla, & notoriè
iniusta, dum fundatur in canonizatione reserua-
tionis huius beneficij, de qua nullatenus constat,
Paris. *cons.* 41. *n.* 14. *lib.* 4. Matt. *de claus. claus.* 19. *n.* 5.
part. 1. Garz. *de benefic. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 10. & *seqq.*
Rota *decis.* 423. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & coram Greg.
decis. 53. vbi Adden Cauall. *decis.* 947. & ideò non
potuit Andream priuari sua anteriori possessione, 6
l. fin. vbi Gloss. *C. si per vim*, Angel *in l. clam. possidere*, §. *qui ad nundinas num.* 2. *ff. de acquir. possess.*
Gonzal. *in regul.* 8 *glos.* 9. *in annot. contra nullit. n.* 261.
Seraph. *decis.* 732. *n* 1.

Maximè cùm non se habuerit vnquam pro spo- 7
liato, prout ex aduerso probari debebat, Gregor.
decis. 307. *num.* 11. Seraphin *decis.* 1041. & 1386.
num. 2. Garz. *de benefic part.* 1. *cap.* 5. *num.* 573. &
sequentibus; imò possessionem ciuilem semper re- 8
tinuisse præsumitur, siquidem continuò egit con-
tra colonos pro consignatione fructuum, vt *in*
summ num. 7. quod procedit, etiam non obstante
clausula, *Parito*, quæ in præsenti non impedit ma-
nutentionem, Rot. *decis.* 319. *num.* 1. *vers. quæ resolutio part.* 2. *recent.* vbi plures aliæ cumulantur.

Nec obstat, quod Andreas ceperit possessionem
literis non expeditis, & quod appareat Orator in 9
supplicatione Sanctissimo porrecta, quo casu in-
cidit in pœnam amissionis, iuxta Constitutionem
Iulij III. Nam vltra quod prædicta exceptio tan-
quam requirens altiorem indaginem, non est ad-
mittenda in hoc summario Iudicio, tollitur ob-
iectum cùm possessio fuerit capta in vim prouisio- 10
nis Apostolicæ, vt apparet ex Instrumento adeptio-
nis, Rota *in Placentina Capellania* 21. *Maij* 1601.
coram Cardinali Pamphilio, & *in Aquilana Capella*
25. *Iunij* 1610. *coram Pennia*; dum autem præcessit
prouisio Ordinarij, ad eius fauorem est facienda 11
qualibet interpretatio pro euitanda pœna dictæ
Constitutionis, ita vt in vim ipsius, non autem al-
terius prouisionis possessio capta dicatur, Cresc.
decis. 1. *de caus. possess.* & *propr.* Rot. *decis.* 174. *part.* 3.
recent.

Demum videtur cessare difficultas, quoniam cùm 12
in supplicatione legantur nonnulli Pensionarij,
debet præsumi, quod ab eis supplicatio fuerit

porrecta, Card. *conf.* 25. *num.* 7. Sera h. *decif.* 560. 13 *num.* 2. & 2. & cùm non fuerit registrata nullum ex ea potest sumi argumentum, Gregor. *decif.* 61. vbi Adden. *num.* 2. Etenim ad effectum vt dicatur porrecta per Andream, non sofficit præsumptio, 14 sed requiritur concludens probatio, prout in casu dictæ Constitutionis respondit Rota coram Put. *decif.* 27. *in fin. lib.* 1. Gatz. *de benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 50. *cum sequentibus*, Gonzal. *in reg.* 8. *glof.* 15. *num.* 88. & *sequentibus*, quæ ratio optimè procedit 15 in præsenti, cùm Andreas fuerit absens ab vrbe de tempore porrectæ supplicationis, & sic præsumitur nollam habuisse notitiam, nec illius vigore possessionem accepisse, Achill. *decif.* 1. *de supplen. neglig. Prælator.* Mohed. *decif.* 4. *de probat.*

Et ita resolutum vna tantùm parte inf. rmante, altera pluries citata, & informare recusante.

Venusina Archipresbyteratus.

Lunæ 18. Maij. 1637.

ARGVMENTVM.

Prouisus ab Ordinario de Archipresbyteratu tanquam de simplici Parochiali de cuius statu per spatium 70. annorum præscripto constat, in eo est manutenendus, non obstantibus quæ de nouo ad probandam Collegialitatem inculcantur.

Vide suprà *Decif.* 41.

SVMMARIVM.

1 *Signa influentia ad Collegialitatem eam necessariò non inferunt, maximè cum ex testibus probetur Ecclesiam non esse numeratam sed receptitiam.*

2 *Signa cùm sint æquiuoca & de recenti non probant, vel ex aliis probationibus conquassantur.*

3 *Curatus non potest dici qui penes plures existit.*

4 *Presbyteri actus administrationis Sacramentorum exercentes ab Archipresbytero deputati censentur.*

5 *Presbyterorum ab Archipresbytero dependentia quomodo probatur.*

6 *Cura residentia penes Presbyteros vti Collegium quomodo destruitur.*

7 *Archipresbyter absque alia speciali approbatione & licentia, habet facultatem administrandi Sacramenta tam de iure communi quàm ex dispositione Sacri Concilij Tridentini.*

8 *Curam animarum ad Archipresbyterum spectare non autem ad Presbyteros, vnde colligitur.*

9 *Prouisus de Archipresbyteratu tanquam de simplici Parochiali consequenter tanquam de tali possessionem accipit.*

DECISIO LX.

DOMINI steterunt in decisis coram me sub die 6. iunij anni præteriti. Quia reseruatio huius Archipresbyteratus non fuit plenè, & concludenter probata, prout probari debet quando agitur contra prouisum ab Ordinario, & constat de statu Parochialitatis præscripto per spatium 70. annorum, vt latios in ipsa decisione quæ reuidetur, §. *quia*, & §. *concurrunt*.

Non obstant, quæ de nouo inculcantur ad probandam Collegialitatem, videlicet quod in hac Ecclesia adsont distributiones qootidianæ, massa communis, Missæ conuentuales, diuina officia, in commoni Choro recitata, Archiuium & sigillum, qoæ sunt signa influentia ad Collegialitatem, quia 1 ex illis non infertur necessariò ad Collegialitatem, cùm ex testibos qui dantur, probetur Ecclesiam istam non esse numeratam, sed receptitiam, & quemlibet Clericum ad illius seruitium admitti, & ob id Archipresbyteratum pro tempora vacantem fuisse ab Ordinario collatum, vt *in summ. aliàs dato num.* 10. ideòque præfata signa redduntur æquiuoca, possunt enim conuenire simplici Confraternitati, & congregationi, vt satis fuit ponderatum *in dict. decisione coram me*, §. *non obstante*, & §. *secundò*, vbi plenè prædicta obiecta tolluntur. Archiuium verò tanqnam de recenti erectum admittit eandem responsionem, & sigillum censetur primatum ipsius Ecclesiæ, non autem Collegiatæ, cùm solùm contineat imaginem Sancti Petri, & sic cùm similiter sint æquiuoca & de recenti non probant, 2 vel conqnassantur ex aliis probationibus Nuntij, Canal. *decif.* 266. *num.* 4. & 5. Gregnt. *decif.* 387. *n.* 14. Rot. *in Nolana primiceriatus* 2. *Maij* 1614. *coram Eminentiss. D. Verospio.*

Nec etiam obstat nouum obiectum, quod animatum cora exerceatur indistinctè ab ombibus Ecclesiæ Dignitatibus absque licentia Archipresbyteri, & ideo non possit ipse dici Curatus, dum exi- 3 stit penes plures, argom. *text. in cap. statutum de elect. in* 6. Oltrad. *conf.* 67. Gonzal. *glof.* 6. *num.* 158. Testes dati pro parte Gasparrini in eius *summ. n.* 3. non probant, quod exercitium Curæ sit ita commune omnibus aliis Presbyteris, vt non habeant aliquam dependentiam ab Archipresbytero, prout necesse est ad effectum vt dici possit etiam penes ipsos residere Curam animarum, quo casu haberent locum doctrinæ noper allegatæ; sed potius actos illi administrationis Sacramentorum relati 4 per dd. testes, potueruot ab ipsis Presbyteris exerceri de ordine eiusdem Archipresbyteri, ac tanquam ab eo deputati, vt in casu *text. cap. cum ob Ecclesiarum de offic. Ordin.* Rot. *decif.* 52. *num.* 26. *part.* 2. *diuers.* & latins *in Camerinen. Parochialis, seu Prioratus* 27. *Martij præteriti coram me.*

Quod autem dd. actus possint dici facti ab ipsis 5 Presbyteris tanquam dependentibus, & deputatis ab eodem Archipresbytero, constat ex datis *in sum. Nuntij num.* 4. & 6. vbi apparet collationem Baptismi factam fuisse de ordine ipsius Archipresbyteri, & recensentur nomina mortuorum, quibus administrata fuerunt Sacramenta Confessionis, & Sanctissimæ Eucharistiæ à diuersis Presbyteris huius Ecclesiæ, tanquam Coadiutoribus Archipresbyteri; nec non adsunt plures licentiæ datæ ab Episcopo audiendi confessiones, in quarum concessione Episcopus facultatem tribuit illis, vt Sacramenta administrare possint, de licentia tamen Archipresbyteri; vnde eo magis infertur ad ex- 6 cludendam residentiam curæ penes dd. Presbyteros, vti Collegium, & quod ab eis exerceatur nomine proprio, siquidem si ipsi essent Curati, non indigerent particulari approbatione ad audiendas confessiones, sed requireretur

institutio

institutio auctorizabilis Ordinarij pro eorum admissione in ista Ecclesia,'& eo ipso haberent facultatem administrandi Sacramenta, provt habet Archipresbyter absque alia speciali approbatione, &
7 licentia, tam attenta dispositione Iuris communis, vt per Socin. *in cap. Cum & plantare,n.*8. *&* 23.*de priuileg.* quàm etiam ex dispositione Sacri Concilij Trid.*sess.*23.*cap.*15. *de reformatione*, Suarez *de Sacram.panit.disp.*28.*sect.*4.*n.*21. cum aliis adduct.per Modern.*in collect.ad Trident.n.*18.

8 Quibus accedit,quod solus Archipresbyter tempore Paschatis distribuit & colligit bullectinos impressos cum suo nomine,contrahit matrimonia,describit Baptizatorum, & mortuorum nomina. Quæ omnia probant ad illum, non ad Presbyteros animarum curam spectare, Gloss. *in Clem.dudum verb. impediant de sepult.*Abb.*in cap.dudum il* 2. *num.*7.*de elect.*Rot.*decis.*52.*n.*10.*p.*2.*diuers.*

Minus releuat, quod Molphesios antecessor, & Nuntios Modernus Archipresbyteri, possessionem acceperint huius Archipresbyteratus per statum in Choro cum aliis Presbyteris. Etenim nollibi constat,quòd prædicta possessio fuerit capta Capitulariter, & tanquam de prima dignitate in Collegiata, provt erat necessarium, immò apparet prædictos
9 fuisse prouisos tanquam de simplici Parochiali, & sic consequenter tanquam de tali possessionem accepisse,Gregor.*decis.*921.*n* 5.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De cessione Societatis in alterius fauorem facta; vbi plura de mandato ab A. C. contra hæredes primi cedentis obtento, non exequendo, extinctione prætenta Societatis haudquaquam verificata.

SVMMARIVM.

1 *Actorem agentem per possibile sufficit excludere.*
2 *Bis velle soluere vel suum iactare nemo scienter præsumitur.*
3 *Fructuum solutio & crediti assignatio signum est Societatis adhuc durantis.*
4 *Solutio pro cessione Societatis quomodo & à quo facta probatur.*
5 *Debitum non præsumitur quis velle soluere absque quietantia sub periculo reiteratæ solutionis.*
6 *Extinctione Societatis præcedente superflua est obligatio cedentis.*

DECISIO LXI.

NITA Societate scut. 250. monetæ in sorte principali sub die 26. Ianuarij 1626. ad fauorem Francisci Zeccadori super officio Caroli Guzzoni, cum obligatione, & accessione Nicolai Guzzoni eius patrui, fuit illa postea cessa sub die 22. Maij 1613. ab eodem Zeccadoro ad fauorem Honorati, qui sub die 24. eiusdem declarauit in dicta cessione se non habere nisi purum nomen,sed omne commodom, & incommodom spectare ad Ioannem Dominicum Mannum,cuius cessionis vigore idem Mannus exegit fructus dictæ Societatis à Carolo Guzzono,nepote & hærede dicti Nicolai principalis debitoris, creditúmque hæreditarium in illius extinctionem recepit. Verùm quia agens ad consequutionem dicti crediti sic sibi assignati, fuit exclusus per creditores anteriores dicti Nicolai, rediit contra hæredes Zeccadori primi cedentis, & sob prætextu, quod ante cessionem Societatis fuisset extincta per Nicolaum principalem debitorem, obtinuit contra illos mandatum exequutiuum ab A. C. à quo causa mihi delata, consului Rotam super dicti mandati exequutione, & dubio pluries proposito, maturiusque discusso, tandem hodie illud non esse exequenduo Domini censuerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia de prætensa extinctione nullibi constat, & Manno eam alleganti incumbebat onos concludenter probandi, vti fundamentum suæ intentionis, ad effectum, vt sibi competeret indebitæ pecuniæ repetitio, cùm per possi- 1
bile sufficiat excludere Actorem agentem, Bart. *in l.cum in debito n.*4.*de probat.* Alex.*cons.*81. *n.*1. *lib.*1. cum aliis relatis per Rot. *in Narniensi seu Romana fructuum dotis sub die* 8.*Februarij* 1627.*coram Cardinali Verlli.*

Non obstant geminatæ adnotationes factæ per Zeccadorum in suo libro sub his verbis,ibi; *A di* 4. *di Maggio* 1613. *da Nicolo Guzzone scudi* 243. *per cassare una compagnia d'Officio di scudi* 150. ac similiter à tergo fidei dictæ Societatis eadem die, ibi; *Son sodisfatto della sorte, & frutti della retroscritta compagnia, & prometto consentire alla cassatione di quella o retrocederla ad ogni volunta de Nicolo.* Ex quibus ad prætensam extinctionem inferri prætenditur,quoniam apparet dictas adnotationes esse erroneas, qooad nomen Nicolai, cùm constet eum obiisse de mense Octobris 1611. & sic per menses 18. ante cessionem, vt *in summ. Zeccadori num.* 2. quod comprobatur ex subsequentibus vrgentissimis coniecturis.

Prima quæ est vehementissima, resultat ex solutione fructuum dictę Societatis facta per Nicolaum principalem debitorem eidemmet Zeccadoro, vsque ad vltimum semestre tempore sui obitus, vt in *summ. additionali num.*2. si autem pecunias dedisset pro extinctione,postea fructus non soluisset, provt soluit; nemo enim præsumitur scienter velle bis 2
soluere,vel suum iactare,ex adnot *in l.cum in debito, ff.de probation.*Bald.*in l.fin.C.de dot.promiss.* Decian. *consil.*78.*num.*34.*lib.*4.Rot. *decis.*134 *num.*1.*part.*2. *recent.*

Secunda coniectura prouenit ex continuatione solutionis fructuum eiusdem Societatis factæ per Carolum Guzzonum nepotem, & hæredem dicti Nicolai eidem Manno vti cessionario, qui subsequenter creditum hæreditarium in solutum ab ipso Carolo habuit,& acceptauit,vt *in summ.n.*8. signum euidês quod Societas adhuc durabat, aliàs enim nec 3
fructuum solutio nec crediti assignatio facta foret.

Tertia coniectura oritur ex deposito facto à Manno in Banco illorum de Donis ad fauorem Zeccadori sub his verbis,ibi; *A di* 30. *Aprile* 1613.*scudi* 190. *&* b.30. *moneta recó Domenico Manno contanti disse per ottener una cessione d'una compagnia d'Officio per gl'atti del Ciarrfolletta*, & sub die 4. Maij & sic post 4. dies Zeccadorus fecit adnotationem in suo libro, & subsequenter sub die 22.

eiusdem mensis fecit cessionem per confessionem de recepto ad fauorem Honorati, qui declarauit in contractu non habere nisi purum nomen, vt in *eodem summ. num.6. & 7.* Ex qua facti serie clarè
4 colligitur solutionem factam Zeccadoro pro cessione Societatis, fuisse illi factam non à Nicolao iam fere per biennium demortuo, sed à Manno mediante persona Honorati, vt benè indicant tempora suprà ponderata.

Quarta & vltima coniectura desumitur ex tacita confessione eiusdem Manni, acceptantis cessionem ad sui fauorem, mediante persona Honorati in tempore quo optimè sciebat Zeccadorum fecisse priorem confessionem ad fauorem Nicolai Guzzoni, quæ scientia benè probatur ex ipsa memoria Societatis ipsi Manno consignata, & sua manu in parte subscripta, & propterea ignorantiam prætendere minime poterat, ex *l. non est ferendus, ff. de transact.* cuius facti euidentiam clarè experientia docuit, cum idem Mannus produxerit dictam memoriam Societatis & litem contra hæredes mouit, post ipsius Zeccadori obitum, & tamen intercesserant nouem anni à die sententiæ graduatoriæ, in qua fuit exclusus Mannus de isto credito ad diem obitus Zeccadori, vt patet ex *dat. in eodem summ.* Vnde fit quod si verè Nicolaus Zeccadoro pecunias pro extinguenda societate soluisset, ipse quoque & non Mannus memoriam Societatis recepisset,
5 quia non præsumitur quis velle debitum soluere absque quietantia sub periculo reiteratæ solutionis, ex *vulgat.*

Quæ omnia clariora redduntur ex eadem adnotatione Zeccadori facta à tergo memoriæ Societatis, vbi promittit societatem cedere ad omnem vo-
6 luntatem Nicolai, quoniam si præcesserat extinctio, superflua quidem erat obligatio Zeccadori eam cedendi.

Ex his igitur visum fuit non constare de prætensa extinctione Societatis, & quia Zeccadorus in cessione non promisit creditum exigibile, sed solum esse verum, dixerunt Domini mandatum ad fauorem Manni obtentum non esse exequendum. Vtraque parte informante, &c.

Abulen. Iurispatronatus.

Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De Capella cum nouem Capellaniis à Cardinali de Espinosa dotata; cum reseruatione Iurispatronatus pro se & successoribus de familia ratione dotationis à Summo Pontifice concessi & adiudicati. An Fundatio eiusdem Capellæ ex piis eleemosynis facta excludat Iuspatronatus?

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Antiquorum Religiosa corpora filiorum in sepulchris Parentum tumulandi.*
2 *Inscriptio de dotata Capella cum nouem Capellaniis potest ab heredibus apponi in præmium liberalitatis & munificentiæ dotantis.*
3 *Armorum insignia fumosaque maiorum imagines cum statutis marmoreis erectis, in signum nobilitatis posteritati conseruanda, inque memoriam illorum qui gloriosè vixerant & honores gesserant, assignuntur.*
4 *Dotatio sufficiens pro acquisitione Iurispatronatus Capellæ, est vna causa ex assignatis à Iure acquirendi patronatus, tam de Iure communi quàm ex Concilio Tridentino.*
5 *Dotatio sufficiens includit iuspatronatus etiam in non expressa reseruatione dummodo fundans vel dotans illud non remiserit.*
6 *Fundatio ex piorum eleemosynis & oblationibus particularibus facta non transfert iuspatronatus in singulos, sed Ecclesia remanet libera.*
7 *Fundatione etiam ex piorum eleemosynis stante non excluditur iuspatronatus ratione dotationis.*
8 *Restitutio in integrum datur quando sententia est iniusta ex qua oritur læsio.*
9 *Populi cùm non sint legitimi contradictores nec ius aut interesse habeant, ad defendendum ius honorificum ratione fundationis non sunt admittendi.*

DECISIO LXII.

BONÆ memoriæ Didacus Cardinalis de Espinosa memor humanæ conditionis, sepulchrum viuens sibi elegit in Capella maiori Parochialis Ecclesiæ Beatæ Mariæ del Barco, oppidi de Martimuñoz de las possadas Abulen. Diœcesis, vbi eius maiores humati erant, imitatus religiosam 1
antiquorum consuetudinem tumulandi corpora filiorum in sepulchris Parentum, *ex cap.1. de sepultur. cap. vnaquæque 3. §. item Ioseph. 13. quæst.2.* Diu. Gregor. *l.2. Dialog. cap.34.* Zechius *de republic. Eccl. cap.18. num.17.* pro cuius Capellæ constructione dedit fabricæ scuta mille, eidemque Capellæ donauit plura ornamenta preciosa, & supellectilia aurea & argentea, pro diuino cultu necessaria, assignando pro illorum reparatione 60500. morapetinos annuos, & mandauit, vt alia duo millia scuta donarentur pro dotatione ipsius Capellæ, & quod in ea erigentur nouem Capellaniæ ad augmentum ministrorum diuini cultus, quibus proprios redditus assignare voluit, facta suppressione Rectoriæ, & duorum beneficiorum, tunc in dicta Ecclesia existentium, reseruando sibi, & successoribus de familia iuspatronatus, & Sepulchrorum iura priuatiuè quoad alios. Quæ omnia executa fuisse, constat latius ex literis S. Mem. Gregor. XIII. impetratis ad instantiam Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici *summ. num.1. & 2.*

Postea hæredes voluntate Cardinalis executioni mandata circa dotationem Capellæ, & fundationem Capellaniarum, ad conseruandam eius memoriam & magnificentiam, splendoremque familiæ, affixerunt in dicta Capella armorum insignia, fumosaque stegmata maiorum, sequenti apposita inscriptione in marmoreo lapide, iuxta sepulchrum grati animi monumentum.

Didacus de Espinosa Episcopus Seguntinus Cardinalis Præsidens Consilij Regis, & Inquisitionis, dotauit istam Capellam cum nouem Capellanijs.

Verùm cùm ex alio latere ipsius Capellæ extaret alia Inscriptio, in qua legitur illam Capellam maiorem fuisse fundatam ex piorum eleemosynis, orta

orta fuit lis pro reformanda inscriptione Cardinalis inter eius hæredes, & incolas dicti Oppidi, prætendentes dictam Inscriptionem non esse ita concipiendam, vt Cardinali attribueretur dotatio illius Capellæ, cum nouem Capellaniis, sed quod in illa Capella dotauit nouem Capellanias, supponendo Capellam maiorem non fuisse dotatam à dicto Cardinali, nec in ea habuisse iuspatronatus, super qua re post varias sententias coram diuersis Iudicibus ad fauorem vtriusque partis hinc inde prolatas, fuit causa in Rota introducta coram Domino meo Decano, qui pro reformanda inscriptione sententiam protulit, à qua interposita appellatione, & causa mihi commissa dubitaui, an constet de Causis restitutionis in integrum, & Domini affirmatiue responderunt.

Quia certum est, quod hæredes Cardinalis po-
2 tuerunt apponere dictam inscriptionem non solum in præmium suæ liberalitatis, & munificentiæ, *ex l. liberalitate ff. de oper public l. legatum 4. ff. de admin. rer. ad ciu pertin.* Anchar *cons.* 113. *num.* 3. & 4. Lam-
5 bert *de Iurepatr lib.* 2. *art.* 4 *quæst* 5. *num.* 1. Armorum insignia, gentilitia stegmata, fumosasque maiorum imagines affigere, & Triumphales, seu marmoreas statuas sculpere ad posteritatem conseruandam in familia morientium, in signum eorum nobilitatis, Sigon *de antiq. Roman. lib.* 1. *cap.* 20. Iust. Lips. *lib.* 2. *elect. cap.* 29. Plin. *lib.* 35. *cap.* 2. Plutarch. *lib.* 1. *annalium*, Tiraquell. *de nobilitate cap.* 6 *num.* 16. & in memoriam illorum qui gloriosè vixerant, & honores gesserant *l.* 1. *C. de stat. & imaginib l. Quintus* 7. §. *Pomponius ff. de ann. legat.* Sarn. *lib.* 1. *select. cap.* 15. *num.* 2. Moliu. *de Hispan. primog. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 6.

Sed etiam tanquam veri Patroni propter pecuniarum dotationem seu erogationem factam à Cardinale, tam pro iurepatronatus circa earum præsentationem, & iura sepulchrorum acquisita omnibus descendentibus ex eadem familia, ratione dotationis, & adiudicationis concessæ per Pontificem, vt clarè patet ex verbis literarum Gregorij XIII. *summ. num.* 1. & 2. *vers. Dotasse dictam Capellam maiorem*, & vers. *dotauit Capellam*, & *dedit fabrica scuta duo millia*, & clarius vers. quod *Capella dicta Ecclesia de Martmuñoz noniter ædificata maneat perpetuò adiudicata dicto Didaco Cardinali, tanquam suo fundatori, pro illius sepultura ratione duorum millia ducatorum, qui ex eisdem Didaci Cardinalis bonis pro ipsius Capella fabrica dati fuerint &c.* quæ
4 dotatio sufficit pro acquisitione Iurispatronatus Capellæ, cùm sit vna causa ex assignatis à Iure acquirendi iuspatronatus, tam de Iure communi *c. nobis de Iurepatronat. c. filij* 16. *quæst.* 7. quam ex Trid. *sess.* 25 *de reformat. cap.* 9. Lambert. *eodem tract. part.* 1. *lib.* 1 *quæst.* 3. *art.* 1. Sanchez *tom.* 1. *moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 48. *num.* 3. & 4. & *dubit.* 70. Rota *coram Caual. decis.* 265. *num.* 2. & *decis.* 106. *coram D. meo Decano.* Quæ doctrina procedit non solùm quando in dotatione adest expressa reseruatio iurispatronatus
3 prout in præsenti, sed etiam in non expressa reseruatione, dummodo fundans, vel dotans illud non remiserit, vt est communis opinio relata per Lambert. *eodem tractatu lib* 1 *quæst.* 1. *art* 4. Rota *dec.* 167. *num.* 4 *part.* 2. *diuers* & *dec.* 568. *num.* 4. & 5. *part.* 4. *recent.*

Nec obstat, quod hæc Capella fuerit fundata ex piorum eleemosynis, vt alia inscriptione in ea apposita notatur; quia licet verum sit, quod Ciuitas, Populus, seu Vniuersitas acquirat Iuspatronatus in Ecclesia, seu Capella fundata, constructa, vel dotata nomine Vniuersitatis, aut Communitatis, hoc tamen non procedit in dotatione, seu fundatione facta ex piorum eleemosynis, & oblationum particularium per singulares, de Vniuersitate; 6
quia in hoc casu patronatus non pertinet ad Vniuersitates, neque ad singulos, sed Ecclesia remaner libera, Lambert. *de Iure patronatus lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 7 *art.* 15. *num.* 8. & 9. Sanchez. *moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 70. *num.* 6. Rot. *coram D. meo Decano decis.* 106. *num* 2. & 7. Crescent. *dec.* 1 *de Iurepatr. num.* 3. ex quo rectè potuit Cardinalis mediante dotatione seu erogatione ducatorum 2000. pro constructione fabricæ, & mediantibus dictis 60500. marapetinis annuis pro illius reparatione assignatis, & concessione Pontificis ei facta de huiusmodi Patronatu acquirere illud in dicta Capella maiori, maxime 7
quia fundatione ex piorum eleemosynis etiam stante, non excluditur iuspatronatus ratione dotationis. Viuian 1 *parte lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 18. *num.* 8. Greg Lopez. *in l.* 1 *tit.* 15. *parte* 1. Spino *de testam glos.* 4. *princip num.* 28.

Ex quibus corruit fundamentum decisionis, quæ reuidetur, & Sententia Rotalis remanet notorie iniusta, quia negauit Cardinali dotationem Capellæ maioris, & iuspatronatus non solùm in ea, sed etiam circa alias Capellanias, iubendo inscriptionem reformari, quapropter aduersus dictam sententiam competere in integrum restitutionem dixerunt Domini, quæ datur vbi sententia est iniu- 8
sta, ex qua oritur læsio. Morl. *in empor. tit* 5. *de in integr. rest quæst.* 3. Rot. *dec.* 1. *in integr. de restitutione in num.* & *dec.* 532. *num.* 2. *part.* 1. & *dec.* 329. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Tantò magis, quia Incolæ non habent ius prohibendi dictam Inscriptionem, nec Populus dicitur legitimus contradictor, cùm nul- 9
lum ius habeat aut interesse, ex quo non sunt admittendi ad defendendum ius honorificum ratione fundationis, Gloss. Magistralis *verb. quos causa in l. de vnoquoque, ff. de re Iud. l. ex contractu* 44. *l. sæpe* 63. *ff. eod. cap cum int.* 16. *de elect.* Ant. Gom. *in l.* 40. *Tauri num.* 73 Couar *pract. cap.* 13. *num.* 6. Molin. *de Hisp. primog. lib.* 4. *cap.* 8 *num.* 3. Lambert. *de Iurepatr. art* 4. *quæst.* 5. *lib.* 3.

Et ita resolutum fuit, causa bis proposita, & accerrimè discussa per Dominos, informantibus tantùm hæredibus Cardinalis &c.

Camerinen. Parochialis, seu Prioratus.

Merc. 10. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Inhibitio A. C. sub prætextu prætensæ antidatæ obtenta ad impugnandam Collationem in fauorem alterius factam, non obstat, quominus in causa vlterius procedatur, constito quod causa ciuilis præiudicat criminali.

SVMMARIVM.

1 *Causa vna dicitur alteri præiudicialis quando sententia lata in vna potest petere exceptionem rei iudicatæ in altera.*

2 *Causa ciuilis parit exceptionem rei iudicatæ in cau-*

sa criminali illique est præiudicialis , quando vtraque ex eodem facto oritur.

3 *Commissio cum clausula* quam & quas *cum aliis negotium principale comprehendentibus de causa ciuili prius in Rota super beneficio introducta testatur.*

4 *In beneficialibus totum ius ab initio deductum ex quocunque capite proueniens censetur, etiamsi de nouo deducatur.*

5 *Causa ciuilis finis debet expectari ne Iudicium criminale inferat præiudicium Iudicio Ciuili.*

Maximè cùm collatio beneficij super qua actio criminalis intentatur , in Rota fuerit producta antequam criminaliter in alio iudicio ageretur, ibid.

6 *Exceptio* tua non interest *Actorem à limine Iudicij repellit.*

DECISIO LXIII.

POST duas decisiones in hac causa emanatas vtraque parte informante, ad fauorem Andreæ Valentini, in quibus firmatur beneficium, de quo agitur esse Parochiale , non autem primam dignitatem in Collegiata , vt prætendebatur à Ioanne Baptista Maro fuit etiam disputatum super manutentione , & in fauorem eiusdem Valentini resolutum , vt in 3 *decis* facta sub die 18. Maij præteriti , quibus resolutionibus non acquiescens d. Marus confugit ad A. C. præuia porrectione querelæ criminalis sub pretextu, quod collatio facta ab Ordinario ad fauorem Valentini contineret antidatam, & quod instrumentum captæ possessionis esset falsum, obtinuit inhibitionem ne vlterius in causa procederetur, vt *in summ. Valentini num.* 5. ideò adita signatura mihi rescripsit, vt constito quod causa Ciuilis præiudicat Criminali, inhibeam A. C. quo dubio proposito Domini vnanimiter affirmatiuè responderunt.

1 Et ratio fuit , quia tunc dicitur vna causa alteri præiudicialis , quando sententia lata in vna potest parere exceptionem rei iudicatæ in altera, *l. fundum* 16. *l. fundi quem* 18. *ff. de except.* Bart. *in l. edita* 11. *num.* 14. Alex. *n.* 16. Dec. *num.* 60. *C. de edendo,* Salicet. *in l. vnica num.* 10. *vers. quarto C. quando ciuil. act. crimin. præiud.* Surd. *cons.* 139. *num.* 2. Vnde cùm sententia ferenda per Rotam super canonizatione collationis factæ ab Ordinario , non possit sustineri nisi exclusa omni prætensa criminalitate, ex parte Mari intentata , bene sequitur quod causa
2 Ciuilis pariat exceptionem rei iudicatæ in causa criminali , & sit illi præiudicialis ex *super allegat.* præsertim quando vtraque causa prout in præsenti oritur ex eodem facto, Bart. *in dicta l. edita num.* 19. Iason *in §. præiudicialis num.* 2. *vers. Secundò quia Inst. de act.* Farinac. *in prax. quæst.* 100. *num.* 75. Natt. *cons.* 138. *num.* 7.

Quibus accedit quod causa Ciuilis fuit prius in-
3 troducta in Rota super isto beneficio , vt patet ex commissione cum clausula *quam* , & *quas*, & aliis clausulis comprehendentibus negotium principale, Sarmient. *de infirmam resignat quæst.* 14. *num.* 4. *vers. & hoc vlterius,* Rot. *decis* 142. *num.* 2. & *d.* 360 *num.*
4 3. *part.* 1. *recent.* maximè in beneficialibus, vbi totum Ius censetur ab initio deductum ex quocumque capite proueniens , etiamsi de nouo deducatur, *l. solemnus ff. de iudic.* Marescott. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. Greg. *decis* 199. *num.* 1. & ibi Adden. quæ ciuilis causæ pendentia , seu Iudicium sufficit ad supersedendum in criminali postea intentato , debet enim ex-
pectari finis causæ ciuilis , ne vt ex causa con- 5
tingat iudicium criminale , inferat præiudicium iudicio ciuili , vel contrarias proferri sententias, *text. expressus in l. Interdum* 4. *ff. de public. iudic. d. l. vnica , C. quando act. ciuil. præiud. crim.* Iulius Clar. *lib.* 5. *sentent. § fin. quæst.* 2. *n.* 2. 3. & 7. ibique Adden. Marant. *in suo specul. part.* 4. *dist.* 10. *num.* 5. *fol.* 339. Farinac. *dict. quæst.* 100. *n.* 79 & 130. Put. *decis.* 275. *lib.* 1. Caual. *decis.* 443. *num.* 2. Rot. *decis.* 201. *num.* 8. *post* 2. *volum consilior. Farinac.* Tantò magis cùm collatio beneficij super qua fuit intentata actio criminalis fuerit producta in Rota, & pro parte Mari in actis causæ repetita , vt *in summario Valentini num.* 4. antequam criminaliter ageretur in alio Iudicio.

Denique cessat omnis difficultas , ex quo clarè constat Marum qui criminalitatem intentauit sub prætextu prætensæ antidatæ , Impugnando collationem factam ad fauorem Valentini , nullum in causa habere interesse , quia impetratio Mari non fundatur super hoc capite antidatæ , sed super eo, an hic Prioratus esset perpetua dignitas in Collegiata , quod fundamentum omnino corruit , cùm contrarium fuerit firmatum in dictis decisionibus coram me in hac causa factis. Vnde venit repel-
lendus à limine Iudicij per exceptionem , *tua non* 6
interest , ex *l. si pupillus, §. videamus , ff. de negot. gest. l. quoties, §. item si temporalis. ff de administr. tut.* Surd. *cons.* 24. *n.* 10. in princ. Marchesan. *de commiss. p.* 2. *fol.* 283. *n.* 86.

Et ita decisum vna tantùm parte informante : fisco tamen , & illi adhærentibus citatis , & informare recusantibus.

Tiburtina Hæreditatis.

Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Testamentum cum omnibus solemnitatibus iuris conditum validum est , hæresque in eo institutus rite & rectè institutus censetur , non obstantibus nullitatibus pro eiusdem infirmatione ab aliis ab intestato venientibus adductis.

SVMMARIVM.

1 *Appellantes quando intra terminum assignatum non redeunt pro Apostolicis nec causam appellationis committi curant , res iudicata venit exequenda.*

2 *Appellatione intra legitima tempora non prosecuta, omnia fatalia lapsa dicuntur , & causa remanet deserta.*

3 *Restitutio peti & terminari debet intra quadriennium à tempore quo lapsus fuit annus vel biennium.*

Secus res iudicata est exequenda non aliter ac si ab initio non fuisset prouocatum, ibid.

4 *Sententia vt sit valida quomodo deregitur.*

5 *Reuocatio mandati procura à parte vt prætenditur facta , non officit heredi cùm non fuerit sibi nec Procuratori constituto intimata.*

6 *Citatio in præiudicium constituentium sustinetur.*

7 *Termini*

7 *Termini citationum non debent confundi sed singulis singula referri.*

8 *Citatio pro deputatione vicem gerentis non requiritur commissione de eo speciali Cardinali Vicario directa, qui merus in hoc est executor.*

9 *Commissione cum clausula* quam & quas *stante pronunciatio optime sustinetur.*

10 *Naturale est vnumquemque mentis compotem censeri.*

11 *Testator sanæ mentis præsumitur nisi contrarium concludentissimè probetur.*

12 *Contra præsumptionem iuris naturalis probatio exactissima requiritur.*

13 *Testes in iudicio criminali examinati non probant in ciuili.*

14 *Ingenium imbecille aut imaginatio læsa aut actus homini sano inconuenientes statum dementiæ non inducunt.*

15 *Viri sanæ mentis etiamsi ex accidenti leuia aliqua faciant, non reputantur dementes.*

16 *Testes super furore Testatoris deponentes quomodo sint examinandi.*

17 *Testibus de dementia deponentibus non creditur nisi rationem eorum dicti assignent licet non fuerint interrogati.*

18 *Coniectura nulla maior sanæ mentis datur quàm illa quæ ex qualitate testamentariæ dispositionis desumitur.*

19 *Tabellioni asserenti Testatorem fuisse sanæ mentis standum est, maximè cum signa & actus sani Iudicij præcesserint.*

DECISIO LXIV.

POSTQVAM Ioann. Baptista Zacconius sub die 5. Aprilis 1610 suum vltimum condiderat Testamentum, in quo hæredem vniuersalem instituerat Petrum Paulum de Angelis, Franciscus Crucius, & alij venientes ab intestato, præuia porrectione querelæ coram A. C. obtinuerunt condemnari Notarium tamquam culpabilem, & de iure punibilem, Testamentumque ab eo stipulatum esse falsum, ac vti talem nullam fidem in Iudicio, nec extra esse adhibendam. Sed interposita appellatione ab ista sententia per dictum D. Paulum hæredem institutum, fuit causa commissa D. Cardinali Vicario, & Vicesgerens ab eo deputatus Notarium absoluit à crimine falsi, ac Testamentum validum declarauit, vt in sententia ab eo prolata, *Summ. num.* 4. A qua licet fuerit pro parte Crucij, & aliorum appellatum, & per Iudicem fuerit terminus Iuris assignatus, tamen nihil fuit postea in causa actum, nisi de anno 1614. de quo tempore fuit causa commissa in Rota super interesse ciuili dumtaxat. Quare cùm pro parte Petri Pauli fuerit obtenta alia commissio mihi directa, super præfixione termini ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosequutione, proposui dubium; An constaret de re iudicata, quæ veniret exequenda, & DD. affirmatiuè responderunt.

Ratio resolutionis fuit; Tùm quia fuit appellatum à sententia lata super validitate Testamenti, &
1 appellantes intra terminum assignatum, scilicet 30. dierum non redierunt pro Apostolicis, nec causam appellationis committi curarunt, *cap. ab eo in princip.* vbi Gloss. *de appell. in 6. Clem. quamuis § similiter eod. tit.* Rot. *decis.* 57. *num.* 4. *de appell. in nou. vers. mouetur.* Mantic. *decis.* 92. *num.* 1. Crescent. *decis.* 2. *num.* 1. *de appellat.*

Tùm etiam quia causam appellationis non fuerunt prosequuti intra legitima tempora, hoc est in- 2
tra annum, & ex causa intra biennium. Nam 10. Iulij 1611. appellarunt, & de anno 1634. commiserunt causam in Rota quoad interesse ciuile, ita vt per 20. circiter annos siluerint. Vnde non potest dubitari, quin sint lapsa omnia fatalia, & causa deserta remanserit. *Auth. ei qui C. de tempor. & repar. appel. cap. personas cap. cum sit Romana, de appellat. Clem. sicut eod. tit.* Alex. *consil.* 164. *num.* 1. *lib.* 2. Sund. *cons.* 139. Vestr. *de Stil. Cur. lib.* 7. *cap. fin. num.* 8. Mantic *decis.* 276. *num* 1. Immo quod fuerit lapsum omne tempus restitutionis in integrum aduersus lapsum terminum ad prosequendam appellationem, quia restitutio peti, & terminari debet in- 3
tra quadriennium à tempore quo lapsus fuit annus, vel biennium, *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* Clem. 1. *de restit. in integr.* Glos. *in cap.* 1. *verb. quadriennij eod. tit. in* 6. Morl. *de integr. restit. in prælud. num.* 15. & 16. *cum seqq.* Olasch. *cons.* 30. *num.* 62. Rota *decis.* 13. *n.* 3. *part.* 2. *recent.*

Ex quibus res iudicata venit omninò exequenda, non secus ac si ab initio prouocatum non fuisset, *ex d. cap. cum sit Romana, l.* 1. *l. post rem iudicatam, ff. de re Iudic. l.* 2. *C. de execut. rei iudic.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin part.* 1. *§.* 1. *num.* 6. Mauson. *de execut. lib.* 1. *ampliat.* 35. *per tot.* Boer. *decis.* 295. *num.* 8. *in fin.* maximè cum proueniat ex sententia valida, & iusta.

Validitas detegitur ex reuolutione actorum, in 4
quibus apparet concurrere omnia, quæ ad hunc effectum requirit Rot. apud Caputaq. *vulg. decis.* 260. *part.* 1. & *decis.* 204. *p.* 1. *recent* Non obstantibus nullitatibus ex aduerso oppositis.

Non obstat prima nullitas deducta ex eo, quod fuerit citatus Barattanus, quem prætendebatur nunquam acceptasse mandatum procuræ, imo quod 5
fuisset reuocatum; quia acceptatio mandati procuræ clarè apparet in comparitione facta in actis causæ per ipsum Barattanum Procuratorem constitutum, vt ex fide publica Notarij datam responsionibus pro Petro Paulo, cui non officit reuocatio, cùm non fuerit sibi, nec Procuratori constituto intimata, prout requirebatur, *cap. insinuatione* 3. *C. mandat.* 13. *de procur* Gonzal. *in reg.* 8. *gloss.* 63. *n.* 51. Gratian. *discept. forens. cap.* 18. *num.* 37. Ximen. Toletan. *in concordan. vtriusque Iur. part.* 1. & 2. *in tit. de procurat.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. mand.* & citatio 6
in præiudicium constituentium sustinetur, Felin. *in cap. ex parte Decani, num* 24. *de rescript.*

Nec obstat secunda principalis nullitas desumpta ex citatione ad sententiam exequuta ad hodie per totam sub 1. Iulij, cum expressione ad p. d. & nihilominus sententia fuerit prolata sub eadem die 1. Iulij. Quia ex lectura ipsius citationis data in Summario Crucij *num.* 3. tollitur obiectum. Etenim cursor in pede eiusdem citationis retulit illam fuisse exequutam contra fiscum sub die 28. Iunij ad p. d. & sic ad oculum patet, quod illa cadebat sub die 1. Iulij, quæ fuit prima dies iuridica, ob festa Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Commemorationis Sancti Pauli præcedentia. Vnde contra eum vti in causa principalem non potest dubitari, quin sententia fuerit ritè, & rectè prolata: respectu verò fisco adhærentium cursor retulit citationem fuisse exequutam sub eadem die 1. Iulij per tot. sicut fieri potuit, stante executione personali, Seraphin. *decis.* 1115. in qua decisione licet dubitaretur de validitate

diente ſententiæ ex alio capite, ſcilicet qoia fuerat
lata eadem die, qua iudici erat præſentata inhibi-
tio, & Rota reſoluit pro ſuſtinendo actus, præſu-
mendum eſſe inhibitionem fuiſſe ſententiæ ſubſe-
quutam; tamen neque negari poteſt, quin in caſu
dictæ deciſionis ſententia fuiſſet lata vigore cita-
tionis exequutæ ad hodie per totam, & Rota pro
eius validitate reſpondit, *vt ibi ſub num x verſ maxi-*
7 *mè cùm citatio.* Ideò prædicti termini citationum
non debent confundi, ſed ſingulis ſingula referri.
Gloſſ. *in l. ſi negotium, verb. geſtorum C. de negot.*
geſt. Surd. *conſ.* 376. *num.* 20. Rot. *deciſ.* 750. *num.* 1.
part. 1. *diuerſ.*

Minus relenat tertia nullitas ex defecto citatio-
nis pro depotatione Vicemgerentis, ex quo infer-
ri prætenditur non adfuiſſe iuriſdictionem, quia
8 cùm commiſſio fuiſſet directa D. Cardinali Vicario
com præuiſo reſcripto, vt Vicemgerentem depo-
taret, nulla alia requirebatur citatio: Vicarius enim
fuit in hoc merus exequutor. Rot. *deciſ.* 191. *num.*
7. *part.* 2. *recent.* Et in omnem euentum prædicti de-
fectus tollerentur per ſeruationem terminorum
ſubſtantialium poſtea factam, citatis aliis Procura-
toribus à Cruciis, & litis conſortibus conſtitutis,
de quorum acceptatione non dobitatur ex traditis
per Rot *in Toletana penſionis* 10. *Nouembris* 1628.
coram R. P. D. meo Dunozet. maximè cùm non
fuerint prodocta iura de nouo. Rot. *coram Reueren-*
diſſimo D. meo Decano deciſ. 319. *num.* 8. *& in Bra-*
charen. de Garſci 27. *Nouembris* 1600. *coram Sa-*
crato.

Prout etiam potuit Vicemgerens pronunciare
ſuper validitate Teſtamenti, eiuſque executione,
tùm quia ſententia lata in prima, declarauit Te-
ſtamento nullam fidem eſſe adhibendam, tùm etiã
9 quia in commiſſione aderat clauſula *quam,* & *quas,*
quo caſu optimè ſuſtinetur pronunciatio, prout in
prima, Rot *deciſ.* 43 *de reſcript. in nou.* Matt. *de clauſ.*
part. 1. *clauſ.* 120. *num.* 2. Marcheſ. *de commiſſ part.* 2.
& part. 1. *pag* 200. *num.* 59 *pag.* 62. vbi deciſiones Ro-
tales refert Seraph. *deciſ.* 1241. *num.* 2. *&* 3. Achil.
deciſ. 14. *num.* 1. *& ſeqq. de reſcript.* Et ex his dixerunt
D D. nollitates prædictas non obſtare.

Inſtitia verò conſtat ex Teſtamento nuncupati-
uo facto à publico Notario rogato coram Vicario
& ſeptem teſtibus, & aliis ſolemnitatibus iuris, cu-
ius validitas non poteſt amplius controuerti ſtante
dicta ſententia, & re iudicata, non obſtante præ-
tenſa dementia Teſtatoris, quia de ea non conſtat,
& regula ſtat in contrarium, vt quilibet præſuma-
tur ſanæ mentis ex præſomptione iuris, ſiquidem
10 naturale eſt vnumquemque cenſeri mentis compo-
tem, *l. nec codicillos C. de codicill.* Dec. *in l. furioſum*
num. 30 *C. qui teſtam fac. poſſ.* Hoded. *conſ.* 78. *num.*
53 *lib.* 2. Menoch. *præſumpt.* 181. *num* 7. *lib.* 1. Caual.
deciſ. 366. *num.* 3. & fuit dictum *in Meliten Teſtamen-*
ti 17. *Februarij* 1612. *coram bon. mem. Manzanedo,* vbi
11 Rota firmat pro indubitato Teſtatorem ſanæ men-
tis præſumi, niſi contrarium probetur, & allegan-
ti furorem de tempore Teſtamenti, vel alterius
actus incumbit onus probandi, & quidem conclu-
12 dentiſſimè. Nam contra præſumptionem iuris na-
turalis requiritur exactiſſima probatio *l. fin. C. de*
teſtam d. l. nec codicillos. C. de codicill. Gloſſ. *in cap. cum*
dilectus de ſucceſſ. ab inteſtat. Bald. *in l furioſum. C. qui*
teſtam. fac poſſ. Spin. *de teſtam. gloſ.* 10. *in rubr. num.* 9.
10. *&* 11. Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri num.* 7. *&* 8.
Rot *deciſ.* 525 *num.* 1. *part.* 4. *recent. & coram Reue-*
rendiſſimo Domino meo Decano deciſ. 178. *num.* 8. *in*
fin. & num. 9.

Nec relenant teſtes in Iudicio criminali exami- 13
nati, quia vltra quod tamquam examinati in Iu-
dicio criminali non probant in ciuili, Bald. *in l.* 2.
num. 23. Alex. *num* 16. *C. de eden* Felin. *in cap. cauſam,*
quæ el. 1. *num.* 4 *de teſtib.* Nec ſubſiſtit in facto, quod
fuerint ritè, & rectè examinati, ſed potius ſaluis
exceptionibus contra eorum dicta, & perſonas ad-
ducendis, animo eos repetendi cum interrogato-
riis, prout de iure debebat, Caual. *in punct d. deciſ.*
366. *num.* 5. euacuatur eorum fides, ex quo benè poſ-
ſunt ſtare ſimul, vt quis habeat ingenium imbe- 14
cille, vel imaginationem læſam, aut actus faciat
non omninò conuenientes homini ſanæ mentis, &
nihilominus quod non ſit in ſtatu dementiæ, vt ex
auctoritate Galeni *lib.* 3. *de loc. affect.* firmat Menoch.
conſ. 683. *num.* 14. *ad fin.* Et ratio eſt, quia prædicta
omnia non excludunt vſum rationis, ſeu intel-
lectum, nec mentis alienationem inducunt; quan- 15
doque enim viri ſanæ mentis, etiamſi ex accidenti
faciant aliqua leuia, non reputantur dementes. Rot.
d. deciſ. 525. *num.* 5 *part.* 4. *recent. & deciſ* 178. *num.*
28. 19. *&* 21. *coram Reuerendiſſimo D. meo De-*
cano.

Et vlterius probatio dementiæ non relenat, ni-
ſi probata concludenter de tempore Teſtamenti, vt
ſuperius dixi: nec ſuffragatur aliqua probatio per-
cutiens tempus antea, vel poſt Teſtamentum, quo-
niam teſtis deponens ſuper furore debet interro- 16
gari quid vidit, quæ ſigna, quos motus, vel actus
fecerit Teſtator, vt ex illis percipi poſſit furor, &
dementia teſtantis, nam hæc accidentia non poſ-
ſunt percipi ex momento temporis, ſed ex quodam
diſcurſo, & moltitudine actuum. Bald *in cap. cu-*
ſamque de teſtib. Aretin *in l.* 1. *ſi cert pet. col* 3. Immo
teſtibus de dementia deponentibus non creditur, 17
niſi aſſignent rationem eorum dicti, licet non fue-
rint interrogati. Rot. *deciſ* 107. *num.* 4. *part.* 2. *diuerſ.*
vbi plures DD. refert, *& d deciſ.* 525. *num.* 3. *part.* 4.
recent. & coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano
d. deciſ. 178. *num* 10.

Vnde cùm ex qualitate Teſtamenti reſultent ſig-
na, & actus ſanæ mentis, ex quo Teſtator reliquit
plura legata locis, & cauſis piis, omnes nepotes
venientes ab inteſtato inſtitutionibus particulari-
bus, & legatis honorauerit, dictùmque D. Petrum
Paulum hæredem inſtitutum de ſua familia de Zac-
conibus vocari mandauerit, abſque dubio præſu-
mendum eſt Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, cùm
fecerit Teſtamentum prudenter, & rectè ordina-
tum, vt patet ex eius lectura *Summ. Petri Pauli,*
num. 1. quod ſufficit ad eius validitatem, etiamſi
fuiſſet factum ab eo, qui aliquando habuiſſet dilu-
cida interualla, quia nulla maior ſanæ mentis con- 18
iectura datur, quàm illa quæ deſumitur ex quali-
tate teſtamentariæ diſpoſitionis, *l. patronus, §. fin. ff.*
de legat. 3. Bart. *in l.* 2. *de bonor. poſſeſſ. furioſ. & infant.*
delat. Bald. *in l. furioſum. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Ant.
Gom. *in d. l.* 3. *Tauri num.* 8. *argum. text in l. Titia, in*
fin. ff. de legat. 3. Rota *coram Caual. d. deciſ.* 366. *num.*
7. *& d deciſ.* 525. *num.* 7. *part.* 4. *recent.* & in terminis
in Romana hæreditatis de Gracchis 5. *Decembris* 1618.
coram bon mem. Remboldo. Maximè, quia Tabellioni 19
aſſerenti Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, prout hic,
ſtandum eſt, cùm prædicta ſigna, & actus ſani Iu-
dicij præceſſerint. Spin. *de teſtam. in d. gloſ.* 10. *in rubr.*
num. 11.

Ex quibus vtraque parte informante reſponde-
runt DD. pro re iudicata quoad partem ſententiæ,
quæ fuit in Rota commiſſa ſuper negotio ciuili,
quia Teſtamentum eſt validum cum omnibus ſo-
lem

lemmutatibus iuris conditum, & consequenter hæredem in eo institutum, fuisse ritè & rectè institutum.

Romana Domus.

Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De dominio Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispaniarum respectu domus controuersæ ad effectum insignia eiusdem Ecclesiæ apponendi; vbi plura de testibus coniecturis & præsumptionibus ad probandum directum domiuium couducentibus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes dominij quando non versamur in tempore antiquissimo, non tantùm per instrumenta locationum & perpetua emphyteusis, sed etiam per coniecturas & præsumptiones à Iure approbatas admittuntur.*

2 *Solutiones Canonum à possessoribus domorum facta etiam supra triginta annos, ad probandum directum dominium in vim præscriptionis sufficiunt.*

3 *Solutiones etiam absque quietantiis originalibus ex libris Ecclesia in Archiuiis conseruatis sufficienter iustificantur.*

4 *Solutio laudemij per mandatum Gubernatoris vrbis facta ad probandum directum dominium eius cui soluitur, bene conducit.*

5 *Confessio à possessore facta probat nedum contra confitentem sed etiam contra habẽtem causam ab eo.*

6 *Testis ex auditu de proprietate domus deponens licet vnicus pro adminiculo potest deseruire, sicut & alia imperfecta probatio ad eundem effectum solet admitti.*

7 *Probatio concludens ad effectum deuolutionis & rei vendicationis requiritur.*

8 *Signa solent apponi ad effectum recognoscendi rem propriam non autem probandi.*

9 *Domus in eodem situ constructa & eleuata non possunt diuerso iure censeri.*

10 *Confinium congruentia & verisimilitudini multum solet differre.*

DECISIO LXV.

QVÆSITVM fuit; An constet de dominio Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispaniarum, respectu domus controuersæ ad effectum apponendi insignia eiusdem Ecclesiæ, & affirmatiue fuit responsum.

Quia cum huiusmodi Canon prætensus per Ecclesiam Sancti Iacobi desumatur ex acquisitione facta per Petrum de Menghibar vsque de anno 1515. ab Alexio de Crescentiis, qui dicto Petro vendidit proprietatem & dominium directum cuiusdam horti siti in regione Campi Martij, quem ille prius concesserat in locationem & emphyteusim perpetuam septem personis respondentibus annuatim ducatos 25. de Carolenis: & exinde quod idem Petrus de anno 1517. asserens in dicto situ fabricatas fuisse quasdam domos, dictam proprietatem & responsionem reliquerit in testamento cum quo decessit, eidem Ecclesiæ Sancti Iacobi, indubitatum 1 est non versari in temporè antiquissimo supra centum annos, in quo nedum admittuntur probationes dominij per instrumenta locationum & perpetuæ emphyteusis, sed etiam per coniecturas, & præsumptiones, cùm & illæ dicantur veræ probationes quando sunt à iure approbatæ, *l. licet Imperator, ff. de leg. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1 præsumpt. 36. num. 3. & de arbitrar. casu 42. num. 5.* & in his terminis semper fuerunt admissæ, vt *in decis. 81. num. 12. & 262. num. 9 part. 5. diuersor.* & *in Romana deuolutionis domus 28. Maij 1625. coram me.*

Primò igitur accedunt dictæ acquisitioni & testamentariæ dispositioni solutiones Canonum à 2 anno 1529. vsque ad annum 1611. factæ à possessoribus domorum, quæ solæ sufficerent etiam supra triginta annos ad probandum directum dominium in vim præscriptionis, Alexand. *consil. 4. num 2. vol. 2.* & *consil 8. num. 2. volum. 7.* Seraphin. *decis. 869. num. 3. & 290. num. 4 part. 1. 315. n. 3. part. 3. recent. cum allegat. in supradicta Romana deuolutionis domus versic. Tertiò accedit.* Et quamvis prædictis solutioni- 3 bus non dentur quietantiæ originales, attamen sufficienter iustificantur ad hunc effectum ex libris eiusdem Ecclesiæ Sancti Iacobi per ministros legales bene tensis & in Archiuiis conseruatis, Felin *in cap. ad audientiam num. 16. de præscriptionibus*, Romanus *consil. 127. num. 6.* Dec. *cons. 146. num. 14* Cranet. *cons. 146. n. 4. & 434. n. 14.* Rot. *decis. 290. n. 5. part. 1. & 325. num. 3. part. 3. recent de præscript.* Roman. *consil. 127. num. 1.* Dec. *consil. 146. n. 14.* Crao *consil. 146. n. 4. & 434. n. 14* Rota *decis. 290. n. 5 part. 1. & 325. num. 3 p. 2. recent.*

Secundò concurrit solutio laudemij facta per 4 Alexandrum Peanum mandatarium Gubernatoris vrbis, qui hanc domum emit ab Antonio Pace sutore, & de consensu eiusdem Ecclesiæ Sancti Iacobi vsque de anno 1529. quæ bene confert ad probandum directum dominium eius cui soluitur, Bart. *in l. final. n. 2. C. de prabend. decurr. lib. 11.* Mantic. *de contract. lib. 22. tit. 3. n. 16. decis. 400. n. 8. & 420 n. 3. part. recens.*

Tertiò dantur reuelationes Francisci de Peanis filij & hæredis Alexandri, factæ penes Secretarium fabricæ Sancti Petri in executionem motus proprij Pij V. qui fatetur domum per ipsum possessam esse subiectam ratione directi dominij Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, & soluere Iulios sexdecim, & baiocchos quatuor cum dimidio, quæ con- 5 fessio tanquam à possessore facta probat, nedum contra confitentem, sed etiam contra habentem causam ab eo, Ruin *consil. 50. num. 11. vol. 1.* Rota *decis. 776. num. 1 part. 1. diuers. 249. n. 4. & d. decis. 290. n. 2 part. 1. recent.*

Quartò adest vnius testis dispositio de auditu 6 à Virginia posseditrice huius domus, quæ à supradicto Francisco de Peanis, & deinde suffragium ab ipsa causã habet, quod semper dicta domus fuit tenta, & habita de proprietate Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, qui licet vnicus attamen pro adminiculo deseruire potest, sicut & alia imperfecta probatio ad hunc effectum solet admitti, Bart. *in l. 2. n. 3 ff. de appellat. recept* Caputaq. *decis. 206. n. 6. & seqq. part. 2.*

Non obstat, quod prædicta sit præsumptiua non autem vera probatio pro appositione signi necessa-

xia, ex quo oritur concludens probatio dominij, Afflict. *decis.* 13. *n.* 4. & sufficeret ad effectum deuolutionis & rei vendicationis pro qua concludens probatio requiritur, Rota *decis.* 181. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* cum alleg. Quoniam, etsi vera sit conclusio ad effectum caducitatis, & vendicationis requiri concludentem probationem dominij, non tamen ex probatione signi oriri hanc probationem, concludit Afflict. *in alleg decis.* 23. *n.* 4 sed ponitur pro coniectura ad probandam identitatem domus; quin-
8 imo signa huiusmodi solere apponi ad effectum recognoscendi rem propriam non autem probandi, respondit Rota *decis.* 69. *num.* 8. *part.* 5. *diuers.* & 279. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* & nihilominus præsumptiua probatio ad quemcunque etiam effectum admittitur, vt supra firmatum fuit, quando coniecturæ vt in præsenti sunt à Iure approbatæ, & plenè comprobatur *in alleg. decis.* 81. *num.* 11. *part.* 5. *diuers.*

Demum non obstat defectus probationis identitatis domus signandæ omnino necessaria ad effectum tam recognitionis quàm vendicationis. Quia sufficienter probatur ex situatione eiusdem domus inter alias, quas constat esse emphyteuticas eiusdem Ecclesiæ, ex consensu in earum alienationibus præstito, cum receptione Laudemij, & recognitionibus possessorum, & appositione lapidum, quæ cùm in eodem situ constructæ, & eleuatæ fuerint, non
9 possunt diuerso Iure censeri, Menoch *præsumpt.* 101. *num.* 11. *lib.* 1. Rot. *decis.* 262. *num.* 8. *part.* 5. *recent.* & in
10 hac materia probationis confinium multum solet differre congruentiæ, & verisimilitudini. Decian. *consil.* 20. *num* 17. *lib.* 3. Rot. *decis.* 334. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Gratian. *discept.* 883. *num.* 6. quæ eo magis certificatur ex quo Franciscus, ex quo causam Virginia, & suffragium habuerunt, fassus fuit esse eandem domum Canoni subiectam Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum.

Reghinen. Communia.

Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De consuetudine immemorabili conferendi beneficia Ecclesiastica Originariis loci, tam in Iure Diuino, quàm Canonico & Ciuili fundata.

Vide suprà *Decis.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Probatio de loco originis potest fieri coram Ordinario absque aliqua citatione.*
2 *Consuetudo immemorabilis admittens ad beneficium originarium, eúmque cuius Parentes onera realia & patrimonialia Vniuersitatis sustinuerunt, concurrentibus aliis requisitis semper est obseruanda.*
3 *Consuetudini standum est quando Ius non resistit.*
4 *Beneficia conferri oriundis non autem alienigenis tam in iure Diuino quàm in iure Canonico & Ciuili fundatur.*
5 *Promissio facta extero non facta mentione originis est irrita & subreptitia.*
6 *Mores peregrinorum corrupti inficiunt naturales.*
7 *In beneficiis ij sunt præferendi ex quorum bonis beneficia sunt fundata.*
8 *Ecclesiis ac sacerdotiis ab Originario promissis diuino cultui sanctius & diligentius ministerium exhibetur.*
9 *Consuetudo quæ nunquam præscribitur est rationabilis.*
10 *Consuetudo quando est rationabilis iusta & sancta, vti talis est admittenda.*
11 *Bulla Leonis X. nihil statuit in ordine ad consuetudinem Ecclesiæ de qua agitur.*
12 *Statutum de solutione onerum à parentibus facienda in quo casu est temperandum.*
13 *Originarius non debet excludi à beneficio ob defectum solutionis onerum quando per ipsum non stetit quin facta fuerit solutio.*

DECISIO LXVI.

RANCISCVM Fimianum esse admittendum in Capellanum & ad percipiendos fructus seu distributiones quotidianas Ecclesiæ titulo Immaculatæ Conceptionis nuncupatæ, Communiæ Terræ fluminis Morum Reghioen. diœcesis, & in hoc sententiam Ordinarij esse confirmandam tamquam validam & iustam censuerunt Domini.

Validitas resultat ex reuolutione actorum, cui non aduersatur defectus citationis ad sententiam contra Archipresbyterum, & alios Presbyteros, ex *l. de vno quoque ff. de re iudic.* Clem. Pastoral. *eod. tit.* Gabr. *de citat. concl.* 1. Marant *in prax. part.* 6. *verb. citatio.* Quia licet in decreto manutentionis Fimiano concessæ per Vicarium Episcopi asseratur in hac causa audiuisse Archipresbyterum, *in Sum.* nullibi constat, quod Archipresbyter, ac alij Presbyteri fuerint in causa, & ideo cùm potuerit illos audire extraiudicialiter, non erat necessaria citatio, nam poterat vigere consuetudo, quod antequam Fimianus admitteretur, teneretur probare se esse originarium Terræ fluminis, quæ probatio posset fieri coram Ordinario absque aliqua citatione, ad 1
notat. in *cap. quoniam frequenter* §. *sunt*, & alij, vbi Abb. *vt lit. non contest.* 50. Card. *commun. tom.* 1. *lib* 4. *tit.* 10. *num.* 304.

Iustitia verò probatur ex immemorabili consuetudine Vniuersitatis, quę requirit duo copulatiuè ad 2
hoc vt quis admittatur in Capellanum, & ad participationem fructuum eiusdem Ecclesiæ. Primum quod sit oriundus ex terra fluminis Morum; & alterum, quod parentes ipsius sustinuerint onera realia, & patrimonialia eiusdem Vniuersitatis, quæ immemorabilis consuetudo probatur per testes Remissoriales, vt *in summ. num.* 1. *cum seqq.* deponentes de visu & certa scientia per 40. annos antè motam litem, & de auditu à maioribus referentes plures fuisse exclusos, & inclusos in contradictorio Iudicio, vigore & iuxta formam d. consuetudinis, & ita semper obseruatum concurrentibus alijs requisitis per Glos. *in verbo memoria cap.* 1. *de præscriptionibus in* 6. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 39. & ibi Adden. & nouissimè Castill. *de tertiis Reg. Hispan. cap.* 26. & 27. *per tot.* Rota *in Canallicen. feudi* 17. *Decembris* 1612. *coram R.P.D. in Pironano.*

Cui

3 Cui quidem consuetudini standum est, cùm ver-
sentur in his,quibus ius non resistit ; quinimò per-
missum est fundatoribus posse in fundatione hanc
legem apponere , vt beneficia conferantur certo
4 generi personarum , vel oriundis ex certo genere,
dico ex certo Regno ; loco , communitate seu Re-
publica , & non alienigenis ; tam de Iure diuino,
Deuteron. *cap.* 17. ibi : *non poteris alterius gentis ho-
minem facere Regem,&* *in cap.* 18.ibi : *Prophetam de
gente tua* ; quam de Iure Canonic *cap bene il 2. de
postulat. Prælat* §.*quia verò* , ibi : *non poteramus salua
conscientia eidem Ecclesiæ de persona alterius Regni
prouidere* , *cap.ne pro defectu de elect. cap.neque è me-
ritis,cap.nullus* 61. *dist.cap.fin. de Cleric.peregrinant.
cap.Alphonsus* 98.*dist.cap. Nemitem* 70. *distinct.* de
Iure Ciuili *l.in Ecclesia* ibi : *in vico natus C. de Epi-
scop & Cleric. l.vna C. non licere habit.* Sacr. Concil.
Trid.*sess.*25.*cap.*5.*de reform.*vbi iubetur seruare qua-
litates, conditiones, vel consuetudines, quæ secun-
dum aliquas constitutiones requiruntur in confe-
rendis beneficiis ; quod adeò verum est , vt Ponti-
fex intendat vnicuique in sua patria prouidere , &
5 quod prouisio facta extero non facta mentione
originis sit irrita , & subreptitia ex Ioribus addu-
ctis, vt optime docet Rebuff. *in prax. benefic. tit.de
rescript.mixt. regul.* 20. Gloss. *de pacific possess.num.*
217. Perez *lib.* 1. *ordinamen. titul.*3 *lib* 18 *vers que
ninguno*, Gregor.Lopez *in l.*13. *tit.*15 *p.*1. *vers de
à chel* Selu.*de benefic.*3.*p.q.*26.Spin.*de testam glos.*3.
*num.*34.

Quæ statuta seu consuetudines fundantur etiam
6 optima ratione & bono Reipublicæ regimine,quia
extranei communiter non resident , corrupti alie-
næ prouinciæ moribus , vel parum aptis natura-
les inficiunt, & Parochiali non ita affecti admit-
tent eorum doctrinam ; & quia cùm beneficia sint
fundata ex redditibus illius Regni,Reipublicæ, Ci-
uitatis , seo loci , fraudarentur etiam Fundatores
eorum vltima voluntate,si bona illa de proprio pa-
trimonio assignata oriundis , & naturalibus , Gun-
zal *in regul.*8. *gloss.* 9. §. 1. *numer.* 8. ad extraneos
7 transferrentur , maximè quia semper hi præferen-
di sunt ex quorum bonis sunt fundata beneficia, &
sic huiusmodi consuetudinem , seu statutum, tan-
quam iustam & laodabilem admittunt vltra supra
relata , Innocent. *in cap quia diuersitatem de concess.
preben.*Panormit. *in cap. ad decorem de institut.* Dec.
consil. 541. *num.* 14. *&* 695. *numer.* 23. Paris.*cons.*
38.*numer.*13. *&* 14. *lib.* 4. Couar. *in pract.cap.*35.
*numer.*5.Azeued *lib.*1 *nou.recopil. titul.* 3. *lib.* 14. op-
timè & latissimè Mandos. *in regul.* 16. *Cancell.
quæst.* 39. Dueñas *reg.* 202. *in fin.* Gutierr *lib.* 2.
cap. 11. *num.* 19. Gonzalez *regul.* 8. *gloss.* 9. §. 1.
per tot. ex Theolog. Diu Thom 22. *quæst.*64.*art.* 2.
ad 4. vbi dicit quod vtinam vbique locorum fie-
8 ret , quia Ecclesiis , Sacerdotiis , ac diuino cultoi
sanctius , & diligentius exhiberetur ministerium,
Sot. *de inst. & iur. lib.* 3. *quæst.* 6. *artic.* 2. Sa-
lon. 2. 2. *quæst.* 64. *artic.* 2. *controuers.* 3. cum
aliis.

9 Vnde non obstat quod dicebatur de prædicta
consuetudine , scilicet quod esset irrationabilis ,
quæ nunquam præscribitur ex *cap. fin. de consuetud.*
quia ex supra ponderatis satis superque constat ,
consuetudinem esse rationabilem , imò iustam &
10 sanctam , ac vti talem esse admittendam , vt per
Sanchez *moral. tom.* 1. *lib* 2. *cap* 1. *dub.* 8. *num.*
1. & 2. Nec relenat Bulla Leonis X de qua fit
mentio in sententia Vicarij Reghinen.quam exhi-
bere Domini mandarunt ; quoniam ex eius lectu-
ra cessanit dubitatio , in ea enim nihil statuitur
super dicta Ecclesia , in ordine ad consuetudinem 11
de qua agitur , sed solùm continet vnionem alte-
rius Ecclesiæ ruralis S. Propheniæ factam huic
Ecclesiæ immaculatæ Conceptionis , quæ cùm as-
feratur esse de Iurepatronatus laicorum , Pontifex
disponit qood nemo possit admitti ad Archipres-
byteratum , nisi sit originatius illius loci ; quo ve-
rò ad alios Presbyteros nihil disponit , quia eorum
receptio ad Communiam non pendet à nomina-
tione Patronorum , sed à consuetudine, quæ potuit
facere legem , vt nemo recipiatur ad participatio-
nem emolumentorum , nisi habeat vtramque
qualitatem, originis scilicet & quod parentes sol-
uerint onera.

Nec obstat quod Fimianus non habeat ambo 12
requisita iuxta consuetudinem prædictam , cùm de
præsenti non doceatur eius parentes sustinere one-
ra vniuersitatis , quia sufficit quod soluerint aliquo
tempore dum morati sunt in dicta terra Fluminis
Murum, & in hoc casu dixerunt Domini statutum
esse temperandum. Nam si postea ob discessum pa-
rentum onera prædicta soluta non fuerunt , hoc
non potest præiudicium inferre Fimiano , qui cùm
sit verè originarius debet ad communiam admitti,
licet in præsenti non habeat parentes , qui dicta
onera sustineant , per ipsum enim non stetit quin 13
solutio facta fuerit ad notat *in reg. Iuris ex l.non de-
bet* 75 *ff.de reg.Iur.l. transactione matris* 26. *de tran-
sact.*

Et ita decisum vna tantum, &c.

Abulen. Iurispatronatus.

Lunæ 22. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

De Iurepatronatus ratione dotis obtento, & priuilegio Apostolico confirmato.

Vide suprà *Decis.* 62.

SVMMARIVM.

1 *Dotatio est vnus ex tribus modis quibus acqui-
ritur Iuspatronatus etiamsi Dotans illud ex-
pressè sibi non reseruauerit dummodo non re-
miserit.*

2 *Iuspatronatus ex titulo oneroso ratione dotis ob-
tentum vigore priuilegij Apostolici optimè su-
stinetur.*

3 *Iuspatronatus non competit populo vel Vniuersi-
tati ratione fundatæ Capellaniæ , nisi simul
probetur eleemosynas fuisse datas animo Iuspa-
tronatus acquirendi.*

DECISIO LXVII.

POSTQVAM resolutum fuit sub die 8. præsentis mensis constate de causis restitutionis in integrum , ad fauorem hæredum bonæ memoriæ Cardinalis de Spinosa aduersus sententiam Rotalem , quæ reformabat inscriptionem appositam in marmoreo lapide iuxta eius sepulchrum , in Capella maiori Ecclesiæ Parochialis

Beatæ Mariæ del Vateo Oppidi de Martinmuñoz de las posadas Abulen. Diœcesis, proposui dubium, An constaret de Iurepatronatus in dicta Capella, & Domini affirmatiuè responderunt ex du-
1 plici capite. Primò ratione dotationis factæ per dictos hæredes, qui est vnus ex tribus modis, quibus acquiritur iuspatronatus, etiamsi Dotans illud expresse sibi non reseruauerit, dummodo illud non remiserit, ex notat per Gloss. *in c. quicumque 16. quæst. 7.* Abbas *in cap. 3. num. 4. de Eccles. ædif.* Garz. *de benef. 5. part. cap. 9. num. 63.* Viuian *de Iurepatr. 1. part. lib. 2. cap. 1. num. 9.* Campanil. *in diuers. Iur. Iuris Can. rubr. 11. cap. 13.* Rot. *decis. 5. de Iurepatr. in antiq.* & latius fuit comprobatum coram me sub dicta die 8. huius mensis, vt in *dicta decis. §. sed etiam.*

Secundò, quia de prædicto patronatu constat ex concessione facta in literis sanctæ memoriæ Gregorij XIII. datis in *summ. antiq. num. 1. & 2.* vbi
2 clarè legitur fuisse obtentum ex titulo oneroso ratione dotis, & sic vigore priuilegij optimè sustinetur. Garz. *dict. cap. 9. num. 121.* Gonzal. *in reg. 8. glos. 28 num 22. & glos. 36. num. 36.* Rot. *decis. 269. part. 2. diuers. & decis. 161. & 189 part. 5. recent.*

Nec obstat repetita obiectio, quod prædicta Capella fuerit etiam fundata ex piorum eleemosynis, & consequenter excludatur iuspatronatus hæredum dicti Cardinalis; quoniam vltra quod bene tollitur obiectum ex deductis in decisione huius causæ § *nec obstat*, dixerunt Domini, quod etiam si fuisset constructa Capella ab Vniuersitate, vel
3 Populo, adhuc iuspatronatus illis non competeret, nisi simul probetur, eleemosynas fuisse datas animo acquirendi iuspatronatus, *Lambertin. lib. 1. p. 1. quæst. 5. art. 21. num. 9. & quæst. 7. art. 17. num. 10.* Vnde resolutum fuit constare de iurepatronatus, tàm ratione dotationis, quàm ex priuilegio obtento ex titulo oneroso in dicta Capella maiori; sicut etiam in nouem aliis Capellaniis in eadem Capella erectis, iuxta tenorem inscriptionis, & literarum Apostolicarum, super quibus Capellaniis nulla adest quæstio, nec inter partes hoc controuertitur.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Romana de Serenis.

Vener. 26. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Relationi tertij Periti in discordia aliorum duorum standum est, maximè cùm constet de validitate relationis ex deputatione parte citata & intimata medio Iuramento facta.

SVMMARIVM.

1 *Relationi tertij periti regulariter est inhærendum.*

2 *Relatio ex deputatione medio iuramento facta parte citata ac intimata, tanquam valida est seruanda.*

3 *Testatoris mandatum de acquiescendo administrationi nominatæ personæ de iure est seruandum circa administrationem sine dolo & lata culpa factam.*

4 *Inquisitio administrationis nimis curiosa est & scrupulosa, vbi dolus non præsumitur.*

5 *Expensæ pompæ funebris non debent in totum adscribi ad damnum administratoris bonorum, cùm cesserint in honorem defuncti ipsiúsque Parentum.*

6 *Administratrix bonorum Testatoris æris alieni notitiam non habens tanquam ignorans debet excusari.*

7 *Expensæ de iure funeris ex hæreditate & patrimonio defuncti soluuntur attenta qualitate personæ & consuetudine loci.*

8 *Pompa funebris de excessiuo & solemni funerum apparatu intelligitur.*

9 *Valor mobilium in creditum hæreditatis descriptus debet etiam adscribi ad debitum pro rata vnumquemque hæredem tangente.*

10 *Ægroti pro exoneratione propria conscientiæ multa suis Confessariis communicant exequenda.*

11 *Sacerdoti vnico testi omni exceptione maiori in qualibet materia standum est, concurrentibus adminiculis ex circumstantiis facti.*

12 *Sacerdoti de facto proprio Testatoris deponenti maximè est credendum, cum id in commodum ipsius tertij non vertitur.*

13 *Debitum de ordine Testatoris soluens suum voluisse iactare non præsumitur.*

DECISIO LXVIII.

LEXANDER de Serenis in suo vltimo testamento institutis sibi hæredibus vniuersalibus pro æquis portionibus, Flaminia, Margarita, & Martia eius sororibus consobrinis, mandauit vlterius, vt vniuersalis administratio spectaret ad dictam Margaritam priuatiuè quoad alias, & quod illæ non possent eius administrationem impugnare, imò quod earum portiones ab ipsius manu capere tenerentur, vt *in summ. antiquo Margarita num. 1.* His non obstantibus Martia post obitum Flaminiæ alterius sororis, Iudicium coram A. C. instituit, ac decretom pro diuisione facienda obtinuit, quod coram bon. mem. Remboldo confirmatum extitit. Postea cùm in gradu appellationis coram Eminentissimo Vbaldo Iuniore tunc Sacræ Rotæ Auditore diuisio fieri non posset, nisi prius reddita ratione administrationis à Margarita factæ, fuit deuentum ad electionem Peritorum hinc inde; quibus discordantibus, tertius peritus electus suam fecit in actis relationem, cui non acquiescens Martia, & causa mihi delata proposui pluries dubium; An esset standum relationi tertij periti, & nunquam resolutum, demum iuxta ordinem Rotæ remissis extraiudicialiter omnibus partitis per D. Vespignanum, ab eoque admissis omnibus aliis præter sex tantùm, pro quibus reseruauit Martiæ audientiam Rotalem, hodie proposui causam, & Domini dixerunt esse standum relationi tertij Periti in omnibus partitis per D. Vespignanum admissis, ac etiam in aliquibus ex reseruatis prout *infrà* dicetur.

Siquidem regulariter relationi tertij periti est 1
inhærendum, ex Gloss. *in l. Item si vnus 6. Principaliter, verb. emictione, ff. de recept. arbitr.* Escobar. *de ratiocin. cap. 32. num. 23.* Rot. *in Romana mercedis 14. Nouembris 1611. coram bon. mem. Vbaldo*, & *coram Canal. decis. 484. num. 1.* & tantò magis in præsenti, cùm

constet

constet de validitate d. relationis ex deputatione
2 facta medio Iuramento, in discordia aliorum duo-
rum Peritorum parte citata, ac intimata, provt ser-
natur, & docet plene Bart. *decis.* 122. *num.* 25. *& seqq.*
Seraphin. *decis.* 665. *num.* 3. *&* 4. Escobar. *vbi proximè*
num. 2. *&* 22. Sicuti etiam videtur constare de Insti-
tia ipsius relationis, cùm contineat partitas introi-
tus, & exitus administrationis hæreditatis factæ per
Margaritam circa legata, & debita, quorum solu-
tiones iustificantur ex quietantiis in actis productis,
& quatenus non omnes haberent ita exactas Iusti-
ficationes, non ideò Margaritæ esset imputandum,
3 cùm Testator mandauerit, vt Sorores acquiescerent
eius administrationi, quod præceptum est de Iure
seruandum circa administrationem sine dolo, & lata
4 culpa factam, itavt nimis scrupulosa & curiosa in-
quisitio esset, ex *l. si seruus vetitus. ff. de legat.* 1. Gut-
tier. *de iur.* 3. *p. cap.* 1. *n.* 32. Couar. *lib.* 2. *variarum c.* 14.
Ant. Gomez 1. *tom. var. cap fin. num.* 87. Escobar. *de*
ratiocin cap. 5 *num.* 5. & dolus nunquam præsumitur,
vt probant DD, relat. à Simon. de Præt. *de interpret.*
vltim. volunt. lib. 4. *fol.* 445. *num.* 80. Iason. *in l. admo-*
nendi, ff. de iur. iuran. Alex. *consil.* 54. *num.* 1. *& seqq.*
lib. 1. Itaque etiam quoad reseruatas videntur ad-
mittendæ infra scriptæ non obstantibus exceptioni-
bus, contra eas oppositis.

Prima partita est scutor. 80. 30. erogatorum in
funere Alexandri testatoris. Et licet in testamento
fuerit ordinatum, quod ipsius cadauer demandare-
tur Ecclesiasticæ sepulturæ, absque aliqua pompa,
& eius hæreditas reperiretur magno ære alieno gra-
5 uata, tamen quoniam nulla fuit imposita pœna in
casu contrauentionis, non debet tota summa adscri-
bi ad damnum Margaritæ, cùm id cesserit in ho-
norem defuncti ipsiusque parentum, argum. *text. in*
l. filiusfamilias §. diui, ff. de legat. 1. Card. Mantic. *de*
coniect. lib. 5. *tit.* 5. *num.* 3. Rot. *in Spoletana bonorum*
15. *Martij* 1599. *coram bon. mem. Card. Millino.* Quod
6 tantò magis procedit, quia de eo tempore Marga-
rita nullam notitiam æris alieni habere potuit: &
sic tanquam ignorans excusari debet, ad tradit. *in*
l quicumque C. de seru. fugit. l. iniquissimum, & l. vlt. C.
de Iur. & fact. ignor. Canal. *decis.* 141. *num.* 2. & de Iure
7 funeris impensæ ex hæreditate & patrimonio de-
functi soluuntur, attenta qualitate personæ, & loci
consuetudine, ad not. *in l. Papinianus §. 4. autem, ff.*
de inoffic. testam l. si quis sepulcrum §. fin. ff. de religios.
& sumpt. fun. Ant. Gom. *in l.* 30. *Tauri n.* 1. *cum seqq.*
& ibi Auendan. *gloss.* 1. *n* 7. Azeued. *in l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 5.
Garz. *de expens. cap.* 8. *num.* 13.

8 Vltra quod pompa intelligitur de excessiuo, &
solemni funerum apparatu, vt probat *text. in l.* 5. *ff.*
commodat. & explicat Scharad. *in lexic. verb. pompa*,
vnde in præsenti attenta qualitate personæ defun-
cti non infimi Ordinis, nulla pompa solemnis con-
siderari potest, maximè cùm in summa scutorum
80. suprà relata contineantur etiam pecuniæ solutæ
pro celebratione Missarum, pro Testatoris animæ
suffragio, vt *in sum. Iustificationis partitarum Marga-*
rita num. 1.

Secunda partita scut. 58. 60. proueniens ex pretio
aliquorum mobilium similiter est admittenda, cùm
de consignatione facta à Margarita vsque ad præ-
dictam summam, constet ex quietantia per Mar-
tiam coram testibus subscripta: Ideòque Margarita
erit creanda Creditrix pro æquali summa, vt æqua-
9 liter tractentur. Sicut enim antea erat descriptus
valor omnium mobilium in creditum hæreditatis,
ita postea debebat adscribi debitum pro rata vnum-
quemque hæredem tangente, vt ex contrapositio-
ne fieret præsentatio, dico, compensatio iuxta tradita
per Alex. *in cons.* 5. *n* 5. *lib.* 3. Socin. *cons.* 65. *n.* 5. *lib.* 4.
Escobar. *de ratiocin cap.* 23. *n.* 46. *cum seqq.* Gregor.
decis. 366. *n.* 3. vbi Adden. *n.* 8.

Tertia partita fuit 280 solutorum de ordine Te-
statoris oretenus dato Margaritæ cohæredi coram
proprio Confessario (de eius attestatione medio
Iuramento facta constat *in sum. n.* 3.) pro extinguen-
do debito quod habebat cum hæredibus q. Lelij
Antonelli, quæ est etiam admittenda, quia constat
de solutione per publicum Instrumentum, & quoti-
die contingit vt ægroti pro exoneratione propriæ 10
conscientiæ multa exequenda communicent suis
Confessariis: cùm igitur in præsenti de Confessarij
fide, & probitate non dubitetur, meritò admittenda
non autem controuertenda est solutio; etenim vni- 11
co testi Sacerdoti omni exceptione maiori, concur-
rentibus adminiculis ex facti circumstantiis, stan-
dum est in quacumque materia, ex tradit. per Ioan-
nem Andr. *in cap fin col* 1. *ad fin. de success. ab intestat.*
Cæsar. de Graff. *dec.* 3. *de probat* Mantic *dec.* 325. *n* 2.
& 4 Rot *in Romana dotis, seu filiationis* 11. *Decembris*
1634. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Auenionen.*
simulationis 29. *Ianuarij* 1635 *coram R. P. D. Panzi-*
rolo.

Item est ei credendum, cùm tantùm deponat de 12
facto proprio quod ab Alexandro id pluries audi-
uerit, nec hoc vertitur in commodum ipsius testij,
Salicet *in l si quis decurio n.* 4 *vers. & per hunc textum*
C. de fals. Alex *cons.* 19 *n.* 3. *lib* 7. Siluestr. Aldobrand.
in cons. 14. *n.* 11 *lib.* 1. Vehemens autem adminiculum
in præsenti oritur ex communi intentione Margari-
tæ, & Flaminiæ cohæredum soluentium, cùm non 13
præsumatur eas voluisse suum iactare, *l cum in debito,*
ff. de probat Bald. *in l fin. C. de dotis promiss.* Decian.
cons 78. *num.* 34. *lib.* 4. Rot. *decis.* 134. *num.* 1. *p.* 1.
recent.

Reliquas verò partitas, quia adhuc non iustifi-
cantur, censuerunt Domini esse reiiciendas, &
quod dicebatur de mala administratione Margari-
tæ, ex quo non alienauerat bona hæreditaria pro
extinguendis censibus passiuis hæreditariis, ne illo-
rum fructus absorberent totum introitum hæredi-
taris, provt fuit habitum in consideratione cùm non
esset præsentis inspectionis,

Et ita decisum vtraque parte, &c.

Ariminen. Fideicommissi.

Ven. 1. Iulij. 1634.

ARGVMENTVM.

Ægidiana non habet locum stante notoria
iniustitia sententiæ priorem iustè la-
tam reuocantis, sub prætextu quod
bona de quibus agitur non fuissent à fi-
deicommittente vsque ad obitum ip-
sius possessa; vbi plura de purificatione
fideicommissi ad concedendam immis-
sionem sufficientis, per testes & alia re-
quisita ad fauorem primi possidentis iu-
stificata.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana non intrat sed appellatio conceditur*

nullitate seu mixtura vel notoria iniustitia sententia stante.

2 *Sententia nullitas ex defectu iurisdictionis citatione non præcedente probatur.*

3 *Sententia vltima quando alteram expressè reuocat semper admittitur appellatio.*

4 *Æqualitas vt inter partes seruetur, causa semel appellabilis effecta semper remanet appellabilis.*

5 *Pars appellabilis non appellabilem ad se regulariter trahit.*

6 *Sententia lata ex iuribus nouiter repertis & post rem iudicatam productis recipit appellationem.*

7 *Possessio fideicommittentis de tempore sui obitus sufficit ad concedendam immissionem.*

8 *Testis de facto proprio specificè & cum optima ratione deponens plusquam semiplenam probationem facit.*

9 *Testis de facto proprio & cum optima ratione deponens concurrentibus adminiculis de publica voce & fama plenè probat.*

10 *Catastrum probat possessionem maximè in facto antiquo.*

11 *Possessio probatur ex partita mensurationis facta per publicos Officiales à Committente deputatos.*

12 *Identitas prædij ex solo confine via publica tanquam generali non probatur nisi in confinibus particularibus conueniat.*

13 *Identitas excluditur re turbida existente.*

14 *Identitas ex diuersitate fundi omnino remanet exclusa.*

15 *Testis deponens de bonis possessis ab vno in communione cum altero in quantum est recipiendus.*

16 *Testes de tempore specificè debent deponere, casu quo tempus est de substantia ac pro victoria causæ deseruit.*

17 *Probatio specifica & concludentissima requiritur contra rem iudicatam & à parte acceptatam.*

18 *Partita mutilata & sine testibus lite pendente producta nil probat.*

19 *Partita alterata in corpore & sine consensu & præsentia fideicommittentis delineata plures patitur exceptiones.*

20 *Fides partitæ tollitur suspicione dolosæ receptationis existente.*

21 *Suspicio falsitatis operatur vt in Ciuilibus nulla fides scripturæ sit adhibenda.*

22 *Regulatori moderno non est credendum, vbi à publico Regulatore contrarium probatur.*

DECISIO LXIX.

ATA sententia per R.P.D. meū Dunozettum super immissione in possessionem quinque petiarum terræ, de quibus agitur ad fauorem DD. de Georginis, & de Fusconis vocatorum ad fideicommissum Caroli Mercati, fuit postea in gradu restitutionis in integrū reuocata per Reuerendissimum Vrgellen. quoad tria ex dictis quinque petiis terræ ad instantiam Luciæ & Franciscæ de Macronibus, sub prætextu, quod prædicta bona non fuissent possessa à fideicommittente de tempore eius obitus: Vnde appellatione interposita ab hac vltima sententia, causaque mihi commissa, dubitaui iuxta formam rescripti; An esset locus Ægidianæ; quo dubio bis proposito, Domini hodie negatiuè responderunt.

Quia stante nullitate, seu mixtura, vel notoria iniustitia sententiæ, certum est Ægidianam non intrare, & appellationem concedi, *cap inter cætera de sentent. & re iud.* Bald. *in l. 1. C. si moment. poss. fuer. appell.* Angel. *in l. si pars, ff. de inoffic. testam* Boccac. *in annot. ad Constit. Ægidian. num. 65.* & *addit. 7. & 12. per tot.* Caputaq *decis. 151.* Mant. *decis. 33. n. 2.* Rot *decis. 79. n. 20. p. 5. diuers.* 1

Pro nullitate in præsenti adducebatur defectus Iurisdictionis, cùm fuerit cœptum disputari in causa coram Reuerendiss. Vrgellen. non præcedente citatione ad dicendum contra communem prout requirebatur, ne antecedentes disputationes redderentur nullæ, Felin. *in cap. quoniam frequenter n. 4. vt lit. non contest.* Alex. *cons. 36. num. 10. lib. 2.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. process.* Sanat. *de ord. Iudic. n. 32,* maximè quia causa fuit expedita præuia dicta decisione Macronibus tantùm informantibus. 2

Mixtura desumebatur ex eo, quod hæc vltima sententia expressè reuocauit alteram R. P. D. mei Dunozetti, quo casu semper admittitur appellatio, Maresc. *lib. 2. var. cap. 75. num. 17.* Rot *in Forolinien. bonor. 16. Ianuarij 1617. coram Reuerendiss. Seleucien.* Etenim vt inter partes seruetur æqualitas, causa semel effecta appellabilis, semper remanet appellabilis, Rot. *decis. 132. part. 2. diuers.* & regulariter pars appellabilis trahit ad se non appellabilem, vt *in dicto Forolinien. bonor. coram Seleucien.* 3 4 5

Quod comprobatur ex eo, quia sententia Reuerendissimi Vrgellen. tanquam lata ex Iuribus nouiter repertis, & post rem iudicatam productis recipit appellationem, Rota *in Rauennaten. Saluiani 11. Februarij 1604. coram bon. mem Iusto*, quæ est impressa apud Pacific. de Salu. *decis. 144.* 6

Sed quicquid sit de prædictis nullitatibus, & aliis pro mixtura deductis, Domini super eis non immorarunt, strictè autem ad Iustitiam dixerunt, Ægidianam non habere locum, quia sententia Reuerendissimi Vrgellen. fuit iniusta, tanquam reuocatoria alterius R.P.D. mei Dunozetti, sub prætextu, quod bona de quibus agitur non fuissent possessa à fideicommittente vsque ad eius obitum, cùm contrarium constet tam ex decisione Eminentissimi Cardinalis Virilis, in causa facta sub die 17. Iunij 1619. quàm ex datis *in summ. Georginorum*, vbi apparet de purificatione fideicommissi ad eorum fauorem, & possessione Caroli fideicommittentis in bonis de quibus agitur de tempore sui obitus, quod sufficit ad concedendam immissionem, ex remed. *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Anton Gomez *in l. 45. Tauri num. 134.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. 5. num. 5.* Gratian. *discept. 79. n. 9. cum seq.* 7

Quod autem dicta bona fuissent possessa à Carolo de tempore sui obitus patet ex depositione duorum testium *summ Georgianorum num. 4.* quorum vnus deponit etiam de facto proprio specificè, & cum optima ratione, itavt faciat plusquam semiplenam probationem, Gregor. *decis. 459. num 6.* vbi Adden. *num. 10.* Imò concurrentibus adminiculis de publica voce & fama, plenè probat idem Gregor. *decis. 158. num 2.* Et coadiuuatur ex depositione aliorum duorum testium, deponentium de possessione Caroli in genere, & de actibus possessoriis, ex quibus omnibus satis remanet comprobata prædicta possessio, Ioan. Andr. *in cap. fin. col. 1. ad fin. de success. ab intest.* Gregor. *decis. 521. num. 2. 3. & 4. & decis. 351. n. 5.* & ibi Add. Caputaq. *decis. 171. p. 5.* 8 9

Quibus

Quibus accedit partita Catastri, in quo habet
petia terræ, quæ reperiuntur descripta sub nomine
10 Caroli, & quod Catastrum probet possessionem, te-
statur Peregr. *de fideicom. art. 44. num. 7. & 12.* Rot.
*decis. 706 num. 6. part. 2. & decis. 632. num 5. part. 3.
recent.* maximè in facto antiquo, cùm Carolus de-
cesserit vsque de anno 1568. Menoch. *de retinen.
remed. 3. num. 570.* Boccac. *de interdict. vti possid.
cap. 14. num. 12.* Tusc *in verb. possessio concl. 420.
num. 22.* Cui Catastro conueniunt etiam Catastra
aliorum prædiorum confinantium, vbi leguntur
descripta hæc tria petia terræ confinantia cum aliis
sub nomine Caroli, & præsertim quoad petium
11 terræ terrarum duarum vltra prædicta concurrit al-
tera partita mensurationis per publicos Officiales à
Committente deputatos de anno 1547. factæ de
eodem, vti possesso à dicto Carolo, quæ omnia
simul iuncta multò magis probant ex *regula, quæ non
prosunt singula simul iuncta iuuant.* Gabr. *de probat.
concl. 1.* quibus adminiculis concurrentibus Cata-
strum plenè probat Hieronym. de Mont *tract. de
finib. cap. 64. num. 4. & 8.* Seraphin. *decis 1077. n. 2.
& 462. n. 1. & 6.*

Sed cessat omnis difficultas ex diuisione facta à
Carolo cum Augustino eius nepote, cui clarum est,
non obuenisse in partem dictas terras, vt *in sum.
num 6.* Quod euidentius patet ex tenore d. diuisio-
nis, & prætensæ venditionis per ipsum Augusti-
num factæ, quarum confinia non identificantur cum
terris possessis à Carolo.

Non obstat quod aliqua petia terræ obuenta in
parte Augustino sint in Contrada Vergiani, vt pon-
deratur in decis. Reuerendissimi Durani facta sub
die 29. Nouembris 1632. quia non per hoc sequi-
tur esse eadem possessa à Carolo Patruo, vt clarè
constat ex dicto Instrumento diuisionis *eodem sum. d.*
12 *num. 6.* cùm non conueniat in confinibus particula-
ribus, sed tantùm in generalibus, nempe respectu
viæ publicæ, ex quo solo confine non dicitur con-
stare de identitate prædij; nam quando demonstra-
tiones seu confines sunt quatuor, vel quinque
prout hic, non sufficit quod duæ vel aliquæ conue-
13 niant si aliæ discordent, quia res tunc dicitur tur-
bida & excluditur identitas, Alex. *cons. 73. num. 7.
& 8. lib. 3.* Ruin. *cons. 115. num. 4. lib. 1.* Mascard. *de
probat. concl 874. num. 4 lib 2.* Magon. *decis. Lucen. 93.
num. 14. cum seqq.* & præcipuè quoad petium ter-
14 ræ terrarum trium vltra præfata ex diuersitate fundi
Gualdi à fundo delle Case delli Agostini, Identitas
omnino remanet exclusa, Magon. *d. decis. 93. num. 17.*
15 Neque aduersatur depositio 6. testis deponentis
prædicta bona fuisse possessa à Carolo in commu-
nione cum Augustino nepote, quia respectu vnio-
nis est singularis; quo verò ad possessionem Caroli
vsque ad eius obitum est contestis cum alio teste,
de quo *in summ. num. 7.* & ideo eius dictum solùm
recipi potest in hac posteriori parte in qua conue-
nit cum alio. Et ad dignoscendam euidentiam huius
facti, vnus ex Dominis ponderauit tempus diuisio-
nis factæ per Augustinum de anno 1567. & tempus
mortis Caroli de anno 1568. vt *in summ. Georgino-
rum num. 14.* inferendo quod per tam breue tempo-
ris spatium non poterant mutari confinia bono-
rum de quibus agitur.

Nec releuant testes examinati pro Macronibus,
quia vltra quod sunt malè examinati, vt admittit
decis. Reuerendiss. Vrgellen. non deponunt specificè
de tempore, prout de eo sigillatim deponere de-
16 bent, cùm in præsenti casu tempus sit de substan-
tia, ac deseruiat pro victoria causæ, ad trad. *per l.
Maxrem, C. de probat. l. denunciasse, ff. de adult* Angel.
cons. 297. & in his terminis firmauit Rota *in Ari-
minen. Legatorum, sub die 14. Maij 1632. coram
Reuerendissimo Vrgellen.* maximè quia contra rem
indicatam, & à parte acceptatam, requiritur spe- 17
cifica & concludentissima probatio. Brint. *decis. 85.
num. 1. & seq.* Osasch. *decis. 48. num. 14.*

Denique nihil facit possessio Gasparis in vno
petio terræ, quando non excludit possessionem
Caroli de tempore sui obitus, cùm probetur ven-
ditionem eiusdem prædij ab illo factam fuisse post
mortem Caroli, nec confines expressi in dicto
venditionis Instrumento, conueniunt cum confi-
nibus prædij controuersi à testibus Georginorum,
specificatis de tempore mortis fideicommittentis,
& sic paulo ante eandem venditionem sequutam
de anno 1569. vt patet ex datis *in summ num. 20.*
Eandèmque responsionem patitur Testimonium
Pauli, quia vltra quod partita ad instantiam illo-
rum de Macronibus fuit producta, lite pendente, 18
mutilata, & sine testibus, non comprehendit pe-
tium terræ, de quo agitur, vt colligitur ex diuer-
sitate confinium, ex quibus cessat quoque pro-
batio desumpta ex Catastro adducto pro parte il-
lorum de Macronibus, & vlterius fuit productum
post rem iudicatam, & partita in eo descripta
patitur plures exceptiones, cùm sit alterata in 19
corpore, & delineata sine consensu & præsentia
Caroli fideicommittentis, in cuius, & in eius
hæredum præiudicium prædicta non potuerunt
fieri, Crauett. *cons. 171. num. 5.* ac in ea fuerit
reaptatum millesimum cum diuerso atramento, vt
latius in facto, ex quibus oritur magna suspicio 20
dolosæ reaptationis, & ei fides tollitur, Seraphin.
decis. 1330 num. 5. & 1267. num. 3. sola enim suspi- 21
cio falsitatis operatur vt in Ciuilibus non debeat
adhiberi fides scripturæ, Caual. *decis. 455. num. 1.*
Gregor. *decis. 546. num. 11.* & ibi Adden. *num. 17.*
maximè cùm husmodi partita non habeat nec
diem, nec annum: & licet Regulator asserat, se
illam perdidisse in libro confecto de anno 1565.
non ideo infertur quod ea sit de eodem tem-
pore conscripta, quia etiam post rem iudica-
tam potuit in eodem libro describi, & pro-
pterea huic simplici Regulatoris moderni asser- 22
tioni non creditur, Rot. *coram Gregor. XV. de-
cis. 177. num. 1.* Et præcipuè, quia adest partita illi
contraria anteà data à publico Regulatore, quæ est
comprobata ex prædicta partita mensurationis per
Officiales publicos factæ, & etiam ex omnibus
Catastris confinantium, vt *suprà* dictum fuit: vti-
que non possit fieri aliqua vis in hac posteriori
partita à Macronibus producta, quæ solùm de-
seruire posset pro adminiculo, non autem pro
plena probatione, quando contra illam nihil ad-
duceretur.

Et ita decisum vtraque parte informante,
&c.

Barbastren.

nullitate seu mixtura vel notoria iniustitia sententia stante.

2 *Sententia nullitas ex defectu iurisdictionis citatione non præcedente probatur.*

3 *Sententia vltima quando alteram expressè reuocat semper admittitur appellatio.*

4 *Æqualitas vt inter partes seruetur, causa semel appellabilis effecta semper remanet appellabilis.*

5 *Pars appellabilis non appellabidem ad se regulariter trahit.*

6 *Sententia lata ex iuribus nouiter repertis & post rem iudicatam productis recipit appellationem.*

7 *Possessio fideicommittentis de tempore sui obitus sufficit ad concedendam immissionem.*

8 *Testis de facto proprio specificè & cum optima ratione deponens plusquam semiplenam probationem facit.*

9 *Testis de facto proprio & cum optima ratione deponens concurrentibus adminiculis de publica voce & fama plenè probat.*

10 *Catastrum probat possessionem maximè in facto antiquo.*

11 *Possessio probatur ex partita mensurationis facta per publicos Officiales à Committente deputatos.*

12 *Identitas prædij ex solo confine viæ publicæ tanquam generali non probatur nisi in confinibus particularibus conueniat.*

13 *Identitas excluditur re turbida existente.*

14 *Identitas ex diuersitate fundi omnino remanet exclusa.*

15 *Testis deponens de bonis possessis ab vno in communione cum altero in quantum est recipiendus.*

16 *Testes de tempore specificè debent deponere, casu quo tempus est de substantia ac pro victoria causæ deseruit.*

17 *Probatio specifica & concludentissima requiritur contra rem indicatam & à parte acceptatam.*

18 *Partita mutilata & sine testibus lite pendente producta nil probat.*

19 *Partita alterata in corpore & sine consensu & præsentia fideicommittentis delineata plures patitur exceptiones.*

20 *Fides partitæ tollitur suspicione dolosæ reaptationis existente.*

21 *Suspicio falsitatis operatur vt in Ciuilibus nulla fides scripturæ sit adhibenda.*

22 *Regulatori moderno non est credendum, vbi à publico Regulatore contrarium probatur.*

DECISIO LXIX.

LATA sententia per R.P.D. meũ Dunozettum super immissione in possessionem quinque petiarum terræ, de quibos agitur ad fauorem DD. de Georginis, & de Foseonis vocatorum ad fideicommissum Caroli Mercati, fuit postea in gradu restitutionis in integrũ reuocata per Reuerendissimum Vrgellen. quoad tria ex dictis quinque petiis terræ ad instantiam Luciæ & Franciscæ de Macronibus, sub prætextu, quod prædicta bona non fuissent possessa à fideicommittente de tempore eius obitus: Vnde appellatione interposita ab hac vltima sententia, causaque mihi commissa, dubitaui iuxta formam rescripti; An esset locus Ægidianæ; quo dubio bis proposito, Domini hodie negatiuè responderunt.

Quia stante nullitate, seu mixtura, vel notoria 1
iniustitia sententiæ, certum est Ægidianam non intrare, & appellationem concedi, *cap inter cætera de sentent. & re iud.* Bald. *in l. 1. C. si moment. poss. fuer. appell.* Angel. *in l. si pars, ff. de inoffic. testam* Boccac. *in annot. ad Constit. Ægidian. num. 65. & addit. 7. & 12. per tot.* Caputaq *decis. 131.* Mant. *decis. 33. n. 2.* Rot *decis. 79. n. 20. p. 5. diuers.*

Pro nullitate in præsenti adducebatur defectus 2
Iurisdictionis, cùm fuerit cœptum disputari in causa coram Reuerendiss. Vrgellen. non præcedente citatione ad dicendum contra communem prout requirebatur, ne antecedentes disputationes redderentur nullæ, Felin. *in cap. quoniam frequenter n. 4. vt lit. non contest.* Alex. *cons. 36. num. 10. lib. 2.* Vant. *de nullit. tit. ex defect. process.* Sanat. *de ord. Iudic. n. 32.* maximè quia causa fuit expedita præuia dicta decisione Macronibus tantùm informantibus.

Mixtura desumebatur ex eo, quod hæc vltima 3
sententia expressè reuocauit alteram R. P. D. mei Donozetti, quo casu semper admittitur appellatio, Maresc. *lib. 2. var. cap. 75. num. 17.* Rot *in Forolivien. bonor. 16. Ianuarij 1617. coram Reuerendiss. Seleucien.*
Etenim vt inter partes seruetur æqualitas, causa 4
semel effecta appellabilis, semper remanet appellabilis, Rot. *decis. 132. part. 2. diuers.* & regulariter
pars appellabilis trahit ad se non appellabilem, vt 5
in dicto Forolivien. bonor. coram Seleucien.

Quod comprobatur ex eo, quia sententia Reue- 6
rendissimi Vrgellen. tanquam lata ex Iuribus nouiter repertis, & post rem iudicatam productis recipit appellationem, Rota *in Rauennaten. Saluiani 11. Februarij 1604. coram bon. mem. Iusto*, quæ est impressa apud Pacific. de Salu. *decis. 144.*

Sed quicquid sit de prædictis nullitatibus, & aliis pro mixtura deductis, Domini soper eis non immorarunt, strictè autem ad Iustitiam dixerunt, Ægidianam non habere locum, quia sententia Reuerendissimi Vrgellen. fuit iniusta, tanquam reuocatoria alterius R.P.D. mei Dunozetti, sub prætextu, quod bona de qoibus agitur non fuissent possessa à fideicommittente vsque ad eius obitum, cùm contrarium constet tam ex decisione Emminentissimi Cardinalis Virilis, in causa facta sub die 27. Iunij 1629. quàm ex datis *in summ. Georginorum*, vbi apparet de purificatione fideicommissi ad eorum fauorem, & possessione Caroli fideicommit-
tentis in bonis de quibus agitur de tempore sui 7
obitus, quod sufficit ad concedendam immissionem, ex remed. *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Anton Gomez *in l. 45. Tauri num. 134.* Parlad. *lib. 2. rer. quotid. cap. 5. num. 5.* Gratian. *discept. 79. n. 9. cum seq.*

Quod autem dicta bona fuissent possessa à Carolo de tempore sui obitus patet ex depositione duorum testium *summ. Georgianorum num. 4.* quorum
vnus deponit etiam de facto proprio specificè, & 8
cum optima ratione, itavt faciat plusquam semiplenam probationem, Gregor. *decis. 439. num 6.* vbi
Adden. *num. 10.* Imò concurrentibus adminiculis 9
de publica voce & fama, plenè probat idem Gregor. *decis. 258. num 2.* Et coadiuuatur ex depositione aliorum duorum testium deponentium de possessione Caroli in genere, & de actibus possessoriis, ex quibos omnibus satis remanet comprobata prædicta possessio, Ioan. Andr. *in cap. fin. col. 1. ad fin. de success. ab intest.* Gregor. *decis. 521. num. 2. 3. & 4. & decis. 351. n. 5.* & ibi Add. Caputaq. *decis. 271. p. 3.*

Quibus

Quibus accedit partita Catastri, in quo habet petia terræ, quæ repetiuntur descripta sub nomine
10 Caroli, & quod Catastrum probet possessionem, testatur Peregr. *de fideicom. art. 44. num. 7. & 12.* Rot. *decis. 706. num. 6. part. 2. & decis. 632. num 5. part. 3. recent.* maximè in facto antiquo, cùm Carolus decesserit vsque de anno 1568. Menoch. *de retinen. remed. 3. num. 570.* Boccac. *de interdict. vti possid. cap. 14. num. 12.* Tusc *in verb. possessio concl. 420. num. 22.* Cui Catastro conueniunt etiam Catastra aliorum prædiorum confinantium, vbi leguntur descripta hæc tria petis terræ confinantia cum aliis sub nomine Caroli, & præsertim quoad petium
11 terræ terrarum duarum vltra prædicta concurrit altera partita mensurationis per publicos Officiales à Committente deputatos de anno 1547. factæ de eodem, vti possesso à dicto Carolo, quæ omnia simul iuncta multò magis probant ex *regula; quæ non prosunt singula simul iuncta iuuant.* Gabr. *de probat. concl. 1.* quibus adminiculis concurrentibus Catastrum plenè probat Hieronym. de Mont *tract. de finib. cap. 64. num. 4. & 8.* Seraphin. *decis. 1077. n. 2. & 462. n. 1. & 6.*

Sed cessat omnis difficultas ex diuisione facta à Carolo cum Augustino eius nepote, cui clarum est, non obuenisse in partem dictas terras, vt *in sum. num 6.* Quod euidentius patet ex tenore d. diuisionis, & prætensæ venditionis per ipsum Augustinum factæ, quarum confinia non identificantur cum terris possessis à Carolo.

Non obstat quod aliqua petia terræ obuenta in parte Augustino sint in Contrada Vergiani, vt ponderatur in decis. Reuerendissimi Dunani facta sub die 29. Nouembris 1632. quia non per hoc sequitur esse eadem possessa a Carolo Patruo, vt clarè constat ex dicto Instrumento diuisionis *eodem sum. d.*
12 *num. 6.* cùm non conueniat in confinibus particularibus, sed tantùm in generalibus, nempe respectu viæ publicæ, ex quo solo confine non dicitur constare de identitate prædij; nam quando demonstrationes seu confines sunt quatuor, vel quinque provt hic, non sufficit quod duæ vel aliquæ conue-
13 niant si aliæ discordent, quia res tunc dicitur turbida & excluditur identitas, Alex. *cons. 73. num. 7. & 8. lib. 3.* Ruin. *cons. 115. num. 4. lib. 1.* Mascard. *de probat. concl. 874. num. 4 lib 2.* Magon. *decis. Lucen. 93. num. 14. cum seqq.* & præcipuè quoad petium ter-
14 ræ terrarum trium vltra præfata ex diuersitate fundi Gualdi à fondo delle Case delli Agostini, Identitas omnino remanet exclusa, Magon. *d. decis. 93. num. 17.*
15 Neque aduersatur depositio 6. testis deponentis prædicta bona fuisse possessa à Carolo in communione cum Augustino nepote, quia respectu vnionis est singularis; quo verò ad possessionem Caroli vsque ad eius obitum est contestis cum alio teste, de quo *in summ. num. 7.* & ideo eius dictum solùm recipi potest in hac posteriori parte in qua conuenit cum alio. Et ad dignoscendam euidentiam huius facti, vnus ex Dominis ponderauit tempus diuisionis factæ per Augustinum de anno 1567. & tempus mortis Caroli de anno 1568. vt *in summ. Georginorum num. 14.* inferendo quod per tam breue temporis spatium non poterant mutari confinia bonorum de quibus agitur.

Nec releuant testes examinati pro Macronibus, quia vltra quod sunt malè examinati, vt admittit decis. Reuerendiss. Vrgellen. non deponunt specificè de tempore, provt de eo sigillatim deponere de-
16 bent, cùm in præsenti casu tempus sit de substantia, ac deseruiat pro victoria causæ, ad trad. *per l. Maritum, C. de probat. l. denunciasse, ff. de adult.* Angel. *cons. 297.* & in his terminis firmauit Rota *in Ariminen. Legatorum, sub die 14. Maij 1632. coram Reuerendissimo Vrgellen.* maximè quia contra rem iudicatam, & à parte acceptatam, requiritur spe- 17
cifica & concludentissima probatio, Briot *decis. 85. num. 1. & seq.* Olasch. *decis. 48. num. 14.*

Denique nihil facit possessio Gasparis in vno petio terræ, quando non excludit possessionem Caroli de tempore sui obitus, cùm probetur venditionem eiusdem prædij ab illo factam fuisse post mortem Caroli, nec confines expressi in dicto venditionis Instrumento, conueniunt cum confinibus prædij controuersi à testibus Georginorum, specificatis de tempore mortis fideicommittentis, & sic paulo ante eandem venditionem sequutam de anno 1569. vt patet ex datis *in summ num. 20.* Eandémque responsionem patitur Testimonium Pauli, quia vltra quod partita ad instantiam illorum de Macronibus fuit producta, lite pendente, 18
motilata, & sine testibus, non comprehendit petium terræ, de quo agitur, vt colligitur ex diuersitate confinium, ex quibus cessat quoque probatio desumpta ex Catastro adducto pro parte illorum de Macronibus, & vlterius fuit productum post rem iudicatam, & partita in eo descripta patitur plures exceptiones, cùm sit alterata in 19
corpore, & delineata sine consensu & præsentia Caroli fideicommittentis, in cuius, & in eius hæredum præiudicium prædicta non potuerunt fieri, Crauett. *cons. 171. num. 5.* ac in ea fuerit reaptatum millesimum cum diuerso atramento, vt latius in facto, ex quibus oritur magna suspicio 20
dolosæ reaptationis, & ei fides tollitur, Seraphin. *decis. 1330 num. 5. & 1267. num. 3.* sola enim suspi- 25
cio falsitatis operatur vt in Ciuilibus non debeat adhiberi fides scripturæ, Caual. *decis. 455. num. 1.* Gregor. *decis. 546. num 11.* & ibi Adden. *num. 17.* maximè cùm huiusmodi partita non habeat nec diem, nec annum: & licet Regulator asserat, se illam perdidisse in libro confecto de anno 1565. non ideo infertur quod ea sit de eodem tempore conscripta, quia etiam post rem iudicatam potuit in eodem libro describi, & propterea huic simplici Regulatoris moderni asser- 22
tioni non creditur, Rot. *coram Gregor. XV. decis. 177. num. 1.* Et præcipuè, quia adest partita illi contraria antea data à publico Regulatore, quæ est comprobata ex prædicta partita mensurationis per Officiales publicos factæ, & etiam ex omnibus Catastris confinantium, vt *suprà* dictum fuit: vtique non possit fieri aliqua vis in hac posteriori partita à Macronibus producta, quæ solùm deseruire posset pro adminiculo, non autem pro plena probatione, quando contra illam nihil adduceretur.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Barbastren.

Barbastren. Decimarum.

Mer. 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

De Remissoria concedenda, stante releuantia articulorum & materia decimarum de quibus controuertitur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria est concedenda stante releuantia articulorum & materia decimarum quæ ad hunc effectum dicitur prophana.*

2 *Remissoria in prophanis etiam sine fumo in quacumque instantia conceditur.*

3 *Prior cui fructus Vicariæ ex Indulto Apostolico sunt applicati nil aliud potest prætendere quàm quod Vicariæ competebat.*

4 *Remissoria vt concedatur sufficit releuantia etiam in vno articulo.*

5 *Papa assignando alicui decimas ab alio percipere solitas non vult præiudicare illi in cuius fauorem decimæ assignantur.*

6 *Decimæ debentur successori ratione vnionis Parochialis Ecclesiæ sibi factæ ac curæ habitualis quam exercet.*

7 *Locationes factæ Priori & Portionariis pro tempore decimarum possessionem & antecedentem effectuationem literarum Pij V. sufficienter probant.*

8 *Remissoria vt concedatur qualibet informis probatio sufficit.*

9 *Remissoria ad effectum comprobandi contenta in Instrumentis locationum conceditur quamuis probatio per scripturas fieri posset.*

DECISIO LXX.

1 REMISSORIAM esse concedendam responderunt Domini attenta releuantia articulorum, & materia decimarum, quæ ad hunc effectum dicitur prophana, Put. *decis.* 324. *in fin. lib.* 2. Rot. *decis.* 677. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Gregor. *decis.* 174. *num.* 1. & ibi Adden.
2 & in prophanis conceditur Remissoria etiam sine fumo io quacumque instantia, & facilius in tertia, Gregor. *dict. decis.* 174. *num.* 2. Put. *decis.* 201. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 68. *part.* 3. maximè quando pars nunquam fecit suas probationes, ne remaneat indefensa & absque productione suorom Iurium, Greg. *decis.* 403. *n.* 4.

Releuantia autem in prætefeoti est clara. Primò quia Prior prætendit, quod per literas Pauli III.
3 fuerint sibi applicati fructus Vicariæ Sancti Petri de Boltona erectæ in Collegiata, ac sub ista applicatione fructuum intelligantur comprehensæ etiam decimæ dicti loci, quas percipiebat Decanus Oscensis & posteà Barbastrensis eius successor. Articuli verò tendunt ad probandum dd. decimas non spectare ad Vicariam, nec ab ea vnquam fuisse perceptas, sed ad dict. Decanum Oscen. cui successit Barbastren. quo probato penitus remanet exclusa prætensio Prioris, qui nil aliud prætendere potest, quàm quod Vicariæ competebat, ex *l. omnibus, §. non debet, ff de reg. Iur.* Natt. *cons.* 398. *n.* 3. Rot. *coram S. mem.* Greg. XV. *decis.* 37. *n.* 3. & 4.

Secundò deducitur releuantia, ex quo in literis S. mem. Pij V. erectionis Collegiatæ Barbastren. in Cathedralem, assignantur scuta 150. Decano Barbastrensi in loco de Boltona prius percipi solita per Decanum Oscensem, & articuli continent quod dicta scuta 150. percipiebantur ex decimis de quibus agitur; vnde constat quod saltem articuli fundati super prædictis duobus fundamentis sint releuantes, pro concessione enim remissoriæ, sufficit 4
releuantia etiam in vno articulo, vt sæpius resoluit Rota *coram Cardinali Seraphin. decis.* 1364. *num.* 3. & *decis.* 661. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Cassad. *decis.* 5. *de sequestrat. & poss.* Ideò probatis contentis in articulis remanebunt exceptuatæ hoiusmodi decimæ à prædicta applicatione fructuum Vicariæ, ac eas
Prior petere neqoit, quia Papa in assignatione facta 5
Decano Barbastren. intellexit de scutis 150. quæ solita erant percipi à Decano Oscen. & propterea noluit præiudicare Decano Barbastren. prout etiam in dubio censendum est, *cap. cum olim de consuetud. cap.* 2. *de Religios. dom.* Paris. *cons.* 11. *num.* 120. *lib.* 1. Decian. *cons.* 40. *num.* 38. *lib.* 3. Surd. *cons.* 103. *n.* 28. Seraphin. *decis.* 351. *n.* 7.

Quibus accedit, quod articuli vltra qnod recipiant fumum à dispositione Iuris communis, cùm Vicaria fundetur super congrua, non autem super decimis, quæ debent spectare ad Decanum Oscensem, & consequenter ad Decanom Barbastren.
eius successorem, ratione vnionis Parochialis Ec- 6
clesiæ sibi factæ, ac ratione Curæ habitualis, quam exercet, Cardinalis *in Clem.* 1. *num.* 10 *de offic Vicar.* Felin. *in cap. postulasti num.* 1. *de rescript.* Mohed. *decis.* 5. *de decim.* Cresc. *decis.* 2. *eodem titulo*, Caputaq. *decis.* 339. *part.* 3. Rot. *decis.* 153. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Tamen exuberantius dantur etiam plures
locationes, factæ à Decano pro tempore earun- 7
dem decimarum eisdemmet Priori & Portionariis Aduersariis; quæ locationes sicuti si essent in forma probanti plenè probarent possessionem, & antecedentem effectuationem literarum Pij V. & vnionis prædictæ, ex doctr. Gabr. *tit. de locat. concl.* 4. *num.* 2. & 3. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num* 571. Rot. *decis.* 766. *num.* 3. *part.* 1. *diu.* ita negati non potest quin præbeant magnum fumum pro concessione
Remissoriæ, ad quem effectum sufficere quamli- 8
bet informem probationem, probat Felin. *in cap. quemadmodum frequenter num.* 4. *vt lit. non contest.* Peregrin. *decis.* 113. *lib.* 1. Seraphin. *decis.* 585. *num.* 1. Rot. *decis.* 18. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* & prædictus fumus augetur ex confessione Procuratoris Prioris & Collegiatæ; data in *summ. Decani num.* 3. vbi expressè fatetur decimas de Boltona fuisse applicatas Decano Barbastrensi.

Quod tantò magis procedit, cùm remissoria pe- 9
tatur ad effectum comprobandi contenta in dd. Instrumentis locationum, quo caso conceditur Remissoria, quamvis probatio per scripturas fieri posset, Bart. *in l. testium C. de testib.* Abb *in cap.* 2. & ibi Felin. *num.* 20. Cæs. de Graff. *decis.* 1. *num.* 11. *de dilat.*

Non obstat allegata præscriptio desompta ex cursu 80. annorum, scilicet ab anno 1544. quo Ecclesia de Boltona fuit erecta in Collegiata, vt ex literis Pauli III. vsque ad annom 1622. prætendentes Prior, & Portionarij isto medio tempore semper

per exigisse decimas, de quibus agitur, quia hoc nullibi iustificatur; imò ex articulis datis prætenditur probari quod decimæ nunquam fuerunt exactæ ab ipso Priore, sed quod spectarent ad Decanum Oscensem, & successiuè ad Barbastren. qui continuarunt earum exactionem vsque ad diem motæ litis.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Elboren. Iurisconferendi.

Vener. 13. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

De sententiis iniustè latis tam super spolio contra Archiepiscopum intentato, quàm super proprietate præsentandi ad beneficia simplicia in certis quibusdam Ecclesiis existentia, à Religione de Auis vigore donationum Alphonsi Regis Portugaliæ prætensa.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius habet intentionem fundatam de iure communi super collatione omnium beneficiorum intra fines suæ Diœcesis existentium.*
Etiamsi beneficia existerent in Ecclesia Regulari, ibid.
2 *Donatio vt suffragetur Iuspatronatus debet competere donanti.*
3 *Vsurpatio ante & post Concilium quomodo debet probari.*
4 *In donatione Ecclesiæ beneficia in Ecclesia existentia non comprehenduntur.*
5 *Ecclesia & beneficium in Ecclesia differunt.*
6 *Episcopi non possunt subiicere Iurispatronatus beneficia libera etiam cum Capitulo.*
7 *Donationes quando non egrediuntur suos Auctores non præiudicant successoribus.*
8 *Ius præsentandi ad beneficia simplicia ex priuilegio Episcopi fuit sublatum ex depositione Concilij Tridentini.*
9 *Præsentationes cùm non appareant continuatæ nec effectum sortitæ non suffragantur.*
10 *Sententiæ latæ ad fauorem aliorum non possunt præiudicare iuribus Archiepiscopi qui non fuit citatus.*
Nec ex iis aliqua possessio seu effectuatio probatur, ibid.
11 *Præsentatio seu consensus partis ac effectuatio requiruntur ad effectum possessionem acquirendi.*
12 *In beneficiis vltimus status semper attenditur dum de valido statu antecedenti non constat.*
13 *Testes de simplici auditu, nec deponentes de tempore restricto ante motam litem, nil probant.*
14 *Testes qui coadiuuantur ex præsumptione iuris sunt attendendi & aliis præferendi.*

DECISIO LXXI.

RÆTENDEBAT Religio de Auis antiquitus fuisse in quasi possessione præsentandi ad beneficia simplicia existentia in Ecclesiis Sanctæ Mariæ de Beja, & Sancti Ioannis de Coruche Elboren. Diœc. vigore donationum de prædictis Ecclesiis factarum ipsius Religionis Magistro, & successoribus ab Alphonso Portugalliæ Rege sub diebus 2. Nouembris 1286. & 20. Maij 1308. & ideo de anno 1571. iudicium super spolio intentauit coram Religionis Conseruatore contra Archiepiscopum Elboren. sententiamque reintegratoriam reportauit, quæ in gradu appellationis fuit per Franciscum Rabello confirmata: Vnde introducta causa in Rota, variæ emanarunt decisiones circa nullitates dd. sententiarum coram R. P. D. Corduba, & Patriarcha Manzanedo; in cuius locum subrogatus dubitaui, An sententiæ de partibus essent iustæ, & Domini post quartam dubij propositionem eas esse iniustas responderunt.

Ea moti præcipuè ratione, quia sententiæ la- 1
tæ fuerunt contra Ordinarium, qui habet intentionem fundatam de iure communi super collatione omnium beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis, *cap. regenda* 10. *quæst.* 1. *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *cap. ex frequentibus de instit.* Gonzal *in Regul* 8. §. 1. *in proœm. num.* 21. *& gloss.* 11. *num.* 38. Rot. *decis.* 416. *num.* 1. *part.* 2 *recen.* etiamsi beneficia existerent in Ecclesia Regulari, *cap. Abbat.* vbi Abb. *num.* 3. *de verb. signif.* Vital. *in Clem. vnic. num.* 16. *de supplen. neglig. Prælatorum*, Gonzal. *sup regul.* 8. *gloss.* 23. *num.* 22. Rot *in Vrbeuetana beneficij* 15. *Decembris* 1625. *&* 9. *Iunij* 1627. *coram Reuerendiss. Vrgellen.* Allegant i autem contrarium incumbit onus plenè, & quidem concludenter probandi, maximè quando repugnat vltimos status de quo infra, Seraph. *decis.* 1120. *n.* 1.

Quæ concludens probatio in præsenti desumi minime potest ex dd. donationibus Regis Alphonsi datis *in summ. Religionis num.* 5. *&* 32.
quia ex illis non probatur iuspatronatus compe- 2
tiisse Regi donanti, prout probari debet ad effectum vt donatio suffragetur, *l. quod in venditione, & l. quod sic, ff. de her. vel act. vendit. specular. in tit. de emphyteutico §. Nunc aliqua, vers* 58. Bart. *in l. si sic, §.* 1. *vlt. quæst. ff. de legat.* 1. *cum aliis alleger. ibi* per Alex. Natt. *cons.* 10. *num.* 7. &
requiritur prout in casu præsumpto vsurpationis 3
probatio per immemorabilem ante Conc. Achil. *decis.* 4. *de Iurepatron.* & post Conc. per immemorabilem cum præsentationibus continuatis spatio 50 annorum, vt in terminis Imperatoris est, Put. *decis.* 369. *num.* 1. *lib.* 2. & in terminis donationis Regiæ, Mohedan. *decis.* 10. *num.* 2. *de Iurepatron.* ac in terminis donationum Regum Portugaliæ, Rot. *in Bracharen. Iurispatronatus de Ganfei* 5. *Iunij* 1606. *coram Sacrato, & in Bracharen. Parochialis* 30 *Ianuar. Præt. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et in omnem euentum, cum in dd. donationibus nulla fiat mentio de huiusmodi beneficiis, imò potius quodammodo excipiantur, vt ex verbis donationis Ecclesiæ S. Mariæ de Beja ibi, *se donare iura sibi competentia sine præiudicio Iuris alieni, &c.* Ex quibus apertè conuincitur, quod alius in dicta Ecclesia haberet ius, quod non potest considerari, nisi respectu Archiepiscopi, qui habet ius conferendi beneficia intra suam Diœcesim, donationes intelligendæ sunt de Prioratibus, & Præceptoriis dd. Ecclesiarum, prout obseruantia docuit, quæ bene de-
seruit pro interpretatione, vt non comprehendan- 4
tur beneficia existentia in Ecclesia donata, Corn. *cons.* 188. *num.* 10. *lib.* 4 Bece. *cons.* 01. *n.* 49. Honded. *cons.* 92. *num.* 27. *volum.* 1. Rot. *decis.* 256. *in fin. part.* 2. *diuers.* & eò magis, quia ex dispositione

iuris donata Ecclesia non veniunt beneficia in ea
5 existentia, siquidem aliud est Ecclesia, & aliud
beneficiom in Ecclesia, Cardin.*in cap final de iure-*
patronatus, vbi Abb.*num.1.verb incapta*, Calderin.
conf.18. in princip. eodem titul. Cassad. *decis. 21. de*
praben.
Nec prædictum iuspatronatus iuuari potest ex
concordiis seu potius donationibus Religioni
factis de annis 1291.& 1318.vt *in summ num.6. &*
43. in quibus Episcopi d. temporis vltra iuspatro-
natus Religioni donatum per Regem Alphonsum,
donarunt etiam ipsi ius præsentandi ad beneficia
simplicia de quibus agitur, quoniam prædictæ do-
nationes Religioni suffragari non possunt, tum
quia deficiebat potestas in Episcopis, qui non po-
6 tuerunt subiicere Iuripatronatus beneficia libera,
nec etiam cum Capitulo, Abb. *in conf.106. lib.2.*
Beto.*conf.44.num.33.lib.1.*Garz *de benef par.5.cap.9.*
num.128.& seqq. Calderin *conf.vlt.de Iurepatr.* Rot.
decis.318.num 7.part.5. recent. tum quia huiusmodi
7 donationes non egrediuntur suos Auctores, &
ita non potuerunt præiudicare successoribus, *cap.*
veniens de transact. Abb. *in cap. cum olim, num.4. de*
priuileg. Calderin. *conf.12. de reb. Eccles. non alien.*
Dec *conf.152.* Rot. *decis.715. part.4. diuers.* tum &
8 etiam quia tale ius præsentandi ex priuilegio fuit
sublatum ex dispositione Sacr. Conc.Trid. *in cap.6.*
sess.25.de reform. Rot.*decis.658.num.3.par.1. recen.*
Seraph.*dec.1395.n.4.*
Neque potest prædicta Religio fouere suum ius
ex præsentationibus factis à Priore, & Beneficia-
9 tis ad ista beneficia, quia cùm non appareant con-
tinuatæ nec effectum sortitæ non suffragantur,
Oldrad *conf.229.num.2.*Roch. de Curte *de Iurepatr.*
verb. competens num.37. Ioan. de Selua *de benef.2.*
part. quæst.7.num.7. Gonzal *sup. regul. 8. glos 45.*
§.2 num.27. Calderin. *conf.12. de Iurepatr.* Put.
*decis.136.num 3.lib.3.*Nam quoad Ecclesiam Sanctæ
10 Mariæ de Beja dantur duæ sententiæ latæ de anno
1453. & 1492. ad fauorem aliquorum, qui dicun-
tur prouisi à Priore & Beneficiatis; sed cùm non
fuerint latæ inter eos, quorum vnus prætenderet
habere beneficium vti liberum, & alter vti de Iu-
repatr. non possint præiudicare Iuribus Archie-
piscopi, qui non fuit citatus, ad tradit. per Mohed.
decis.8. in fine de sent. & re iud. præsertim cùm ap-
pareant latæ à Iudice inferiori, & non ab Ordina-
rio, Rot. *decis.172. num.2.part.2. recent.* Et ideo
ex his non probatur aliqua possessio seu effectuatio,
Alex.*conf.4.num.4.volum.5.* Rot.*decis.3. num.6 & 7.*
de restit, Spoliat. *in nou.* & *coram Reuerendissimo D.*
meo Decano decis.185. num.2. prout nec etiam re-
leuant literæ patentes Archiepiscopi permutatio-
nis de anno 1459. cùm non appareat de præ-
11 sentatione seu consensu partis, ac de effectua-
tione provt requiritur ad effectum acquirendi
possessionem, Gomez. *in Regul de annal. quæst.*
47. & in regul trienn. quæst.60. Calderin. *conf.6.*
de causa possess. Caputaq. *decis.337. 338. 339.*
& 418.part.2.
Quo verò ad Ecclesiam de Coruche, licet den-
tur prouisiones beneficiorum in ea existentium
factæ ab Archiepiscopis vti de deuolutis, & plu-
res confirmationes, in quibus enunciatur quod
fiebant de præsentatis à Priore & Beneficiatis: ta-
men cùm nulla ex dd. prouisionibus ostendatur
suum habuisse effectum præter institutionem Ba-
ptistæ Cottæ, qui postea beneficium resignauit
vti liberum: Visum fuit Dominis non releuare ex
supra citatis, maximè contra Ordinarium, pro cu-
ius parte datur vltimus status istorum beneficio-
rum, vti de libera collatione, quod probatur
etiam ex sententiis reintegratoriis, ad possessio-
nem præsentandi ad fauorem Religionis obtentis,
& omnes collationes Archiepiscopi suum sunt ef-
fectum sortitæ, quod nec à parte negatur; & sic
intrat conclusio, quod dum non constat de valido 12
statu antecedenti, semper in beneficiis vltimus
status attendatur, Calderin. *conf 23. sub num.5. ad*
fin.vers.& hac videntur de praben. Simonet.*de reser-*
uat.quæst.170. Lotther.*de re benef.quæst.34. num.26.*
& seqq. cum aliis cumulat. per Adden. ad Gregor.
XV.*decis.77.n.12.*& bene distinguit Rot.*decis.229.*
part.1.recen.
Non obstant testes examinati pro parte Reli-
ginnis. Etenim vltra alias exceptiones sunt de sim-
plici auditu, & non deponunt à quibus id audiue- 13
rint de tempore restricto ante motam litem, provt
requiritur, Anchar. *in cap. licet causam num.14. de*
probat. Put *decis.348 num.1. lib.2.* & pro parte Ar-
chiepiscopi dantur alij testes, qui deponunt Ar-
chiepiscopum fuisse & esse in pacifica possessione
liberè conferendi omnia beneficia pro tempore
vacantia in suis mensibus existentia, in dd. Eccle-
siis scientibus, & patientibus Prioribus, & Bene-
ficiatis, qui tradiderunt possessionem; quæ depo- 14
sitio testium coadiuuatur ex præsumptione iuris,
quam habet Archiepiscopus super iure conferendi
in dd Ecclesiis, & ideo attendenda & præferenda
est, ad tradit. per *text.in l.3.ff de testib* & bene Gloss.
singular. *in cap.1. de præscript. lib 6.* Abb *in cap. li-*
cet causam de probat. num.9. & *in cap. auditis de præ-*
*script.num.15.*Felin.& Imol *in cap. in nostra de testib.*
Bald.*in l.ob carmen, ff. de testib.* Paris.*conf.88. vol.3.*
Aretin.*conf.44.* Gabriel.*conclus.4 lib.1.de testib.n.23.*
Gregor *decis.325.num.16. & 17 &c.*
Ex quibus dixerunt Domini sententias esse in-
iustas, siue illæ fuerint latæ super spolio, siue su-
per proprietate.
Vtraque parte informante, &c.

Vlixbonen. Professionis super Expensis.

Lunæ 16. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Expensæ dicuntur sufficienter refectæ, vbi de earum solutione ex quietantia in publico Instrumento facta apparet.

SVMMARIVM.

1 *Quietantia in publico Instrumento facta, probationem probatam & veritatem manifestum facit.*
2 *Solutione stante tollitur obligatio.*
3 *Exceptio cambiorum non est attendenda parte recipiendo summam satisfactâ.*

DECISIO

DECISIO LXXII.

Cum pro parte Antonij & Joannis Gomez de Malta prætenderetur fuisse satisfactum decisioni in hac eadem causa factę sub die 27. Martij pręteriti, in qua resolutum fuit ex duplici capite, non intrare arbitrium pro concedenda eis absolutione excommunicationis incursæ ob recursus habitos ad Iudices laicos, pro impedienda Franciscæ compulsatione processus. Primò ob non remotioné impedimentorum præstitorum; & secundò ob non refectionem expensarum, quæ à Fräcisca factæ fuerunt occasione dd. recursuum, etiam ratione damnorum & interesse ad eorum instantiam Hodie causam super eisdem proposui, & Domini dixerunt, fuisse sufficienter paritum quoad expensas.

1 Quoniam de earum solutione constat ex quietā-
tia facta in publico Instrumento dato *in summ. illo-*
rum de Gomez, sub litera C. quod facit probationem
probatam & veritatem manifestam, Bald *in l. quoties*
in fin. C. de iudic. Dec. *cons. 36. n. 2.* Gregor. *decis.* 180.
2 *num.* 1 qua solutione stante tollitur obligatio, ex ad-
notat. *in l. 1. ff. de solut.* Parlador. *lib. 2. rer. quotidian. cap.*
fin. 5. part. §. 11. num. 32. cum seqq. Cancer *p. 1. var. cap.*
6. de solut. n. 2. cum seqq.

Nec obstat, quod pecuniæ debebantur solui hic
in vrbe vbi expensæ factæ fuerunt, & ideò fratres
de Gomez teneri ad scuta 60. pro cambiis dictorum
scutorum 307. ad rationem scut. 20. pro quolibet
centenario, quia Francisca recipiendo summam
3 contentam *in decis.* se satisfactam vocauit, & ideo
exceptio cambiorum nō videtur attendenda, prout
nec visum fuit obstare, quod dicebatur de scut. 108.
per Franciscum petitis, pro expensis factis in pro-
cessu remissoriali de ordine Rotæ, quia adhuc non
fuerunt iustificatæ, nec liquidatæ, sicut aliæ descri-
ptæ in decisione.

Quo verò ad rationem impedimentorum, placuit Dominis hoc reseruare ad aliam particularem disputationem.

Et ita decisum vtraque parte informante,

Romana seu Tudertina Educationis.

Vener. 20. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Attentata à Matre commissa etiamsi non fuerint purgata, filiis alimenta petentibus præiudicare non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta de iure debentur filiis de bonis paternis.*
2 *Pretore adito pro alimentis taxandis is modus est seruandus quem ipse statuerit.*
3 *Ius alimentorum decernendorum pupillis competit Pretori vt ipse moderetur quam summam Tutores debeant prastare.*
4 *Regula, alimenta præterita non deberi quando officio Iudicis petuntur, non procedit in alimentis à die mota litis debitis & lite pendente decretis.*
Nec in hoc casu dicuntur alimenta præterita sed futura, ibid.

5 *Matri erogando proprias pecunias pro alendis pupillis idem priuilegium quod illis pro alimentis à die mota litis debitis competit.*
6 *Mater filios alere non tenetur.*
7 *Mater non censetur alimenta præstare filiis ex affectione & pietate materna.*
8 *Ex attentatis in diuersa causa factis non potest dici pars læsa*
9 *Attentata à Matre commissa non possunt præiudicare filiis alimenta petentibus.*

DECISIO LXXIII.

Petenti Catherinæ Lottheriæ alimenta pro suis filiis decursa à die 17. Iunij præteriti, & in futurá decurrenda ad rationem scut. 16. quolibet mēse anticipate soluendorum, iuxta mandatum R. P. D. mei Pirouani relaxatum sub die 24. Nouembris 1634. vt *in eius summ. num. 1.* se opposuit Matheus Sciugatrosius dd. filiorum tutor testamentarius, prætendens adesse attentata, ex quo Catherina prædictos filios à Ciuitate Tudertina ad vrbem traduxerat, vigore decreti eiusdem R. P. D. mei Pirouani, super quo Signatura mihi rescripsit cum clausula, *reuocatis attentatis*; quibus prius non purgatis, videbatur non esse locum præstationi alimentorum. Quare proposito memoriali loco causæ de ordine Rotæ, non obstantibus exceptionibus per dictum Matheum adductis, dixerunt Domini alimenta deberi etiam tempore absentiæ.

Quia de Iure filiis alimenta debentur de bonis 1
patris, *l. si quis à liberis §. si quis ex his ff. de liber.*
agnoscen. Surd. *de aliment tit. 1. quæst. 1.* quod fieri de-
bet officio Iudicis, *dict. l. si quis à liberis in princ. l.*
fin. § ipsum autem C. de bon. quæ liber. & *tot. tit. C. de*
alen. liber. Surd. *de aliment tit. 1. quæst. 1.* & quidem in
præsenti debentur ad rationem scut. 16. iuxta taxam
à Iudice factam, quoniam adito Prætore pro alimen- 2
tis taxandis, is modus est seruandus, quem ipse
statuerit, ex *l. Officio 2. ff. vbi pupill. educ. deb.* Ius
namque alimentorum decernendorū pupillis com- 3
petit Prætori, vt ipse moderetur, quam summam Tu-
tores vel Curatores præstare debeant, *l. Ius alimen-*
torum 3. vbi pupill. educ. deb. Guttier. *de tutel. 2. p. cap. 3.*
num. 3. & 9.

Non obstat quod alimenta præterita non de-
beantur ratione absentiæ, quia regula, quod ali-
menta præterita non debeantur, quando petuntur 4
officio Iudicis, non procedit in alimentis, quæ
vt in præsenti debentur à die motæ litis, & sunt
decreta lite pendente, ex adnotat *in l. libertis § Ma-*
numissis ff. de alim. & cibar. legat. & in dict. l. si quis à
liber. § de alimentis ff. de liber. agnosc. Decian *cons. 9.*
num. 42. & 48 lib. 1. qui plures allegat, Marescott.
lib. 1. variar. c. 83. num. 2. Tunc enim alimenta futura,
& non præterita dicuntur, vt per Caputaq. *decis. 20.*
num. 4. decis. 21. num. 2. & *decis. 24. num. 1. p. 1.* & sic
Mater erogando proprias pecunias pro alendis pu- 5
pillis, habet idem priuilegium, quod competebat
pupillis pro alimentis debitis à die motæ litis, Surd.
de aliment. tit. 5. p. 1. n. 52. cumque non teneatur alere 6
filios, idem Surd. *tit. 1. q. 14.* Bart. *in tract. de alim. n. 13.*
& *in d. l. si quis à liberis § si mater ff. de liber. agnoscend.*
non censetur ea præstitisse ex affectione & pietate 7
materna, *l. Necomnius ff. de negot. gest.* licet autem tex-
tus loquatur in Auia, idem tamen in Matre seruan-
dum est, Greg. Lop. *in dict. l. 26 tit. 12. p. 5.* Escobar.
de ratiocin. cap. 22. n. 25. cum seqq.

Nec etiam obstat quod prædicta alimenta non
debeantur, nisi prius purgatis attentatis commis-
sis propter absentiam;quia vltra quod vnus ex DD.
dicebat,nulla posse considerari attentata circa hanc
causam seu articulum alimentorum, sed potius cir-
ca aliam, nempe super educatione pupillorum fa-
cienda in vrbe vel in Ciuitate Tudertina,super qua
8 extabat aliud decretum particulare, & sic ex atten-
tatis factis in diuersa causa, non poterat dici alte-
ra pars læsa, ad tradit per Lancellot. *de attent p.2. cap.12.limit 1.num. 1. & seqq.* In omnem euentum
consideratum fuit, vel attentata fuisse purgata per
reconductionem pupillorum ad Ciuitatem Tuder-
tinam, quod à parte non negatur, & constat ex
publico instrumento examinis testium ad perpe-
petuam rei memoriam examinatorum, *in summ.*
9 *Catherina num. 2.* vel tanquam commissa à Matre
non posse præiudicare filiis alimenta petentibus,
benè tamen poterit altera pars contra matrem age-
re si voluerit pro purgatione attentatorum.

Et ita responsum vtraque parte audita, &c.

Conchen. Præstimonij & Capellaniæ.

Vener. 27. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Prouisus de beneficiis authoritatibus Apostolica & Ordinaria, in sua possessione est manutenendus, literis Apostolicis in contrarium postea expeditis haudquaquam iustificatis.

SVMMARIVM.

1 *Allegans beneficia ob matrimonium contractum vacasse,& de tempore impetrationis literarũ Apostolic. adhuc vacare,debet vtrumque tempus tam matrimonij contracti quàm dictæ impetrationis plenè & concludenter probare.*
2 *Vacatione de tempore impetrationis non iustificata gratia remanet subreptitia.*
3 *Vacatio quandónam tam de facto quam de iure dicitur consumpta.*
4 *Prouisio etiam nulla, dummodo nullitas non adsit ex defectu iurisdictionis vacationem consumit.*
5 *Vacationem non autem vacandi modum Ordinarius scire tenetur.*
6 *Prouisio beneficij non vitiatur per falsam expressionem modi vacandi.*
7 *Prouisio optimè sustinetur dummodo narratiua alternatiuè facta ex regula in alternatiuis in vno verificetur.*
8 *Supplicatio sola sufficit possessori non solùm ad ius alterium excludendum,sed etiam ad absolutionem obtinendam.*
9 *Expeditione literarum Apostolicarum facta ad supplicationem tanquam ad matricem recurritur.*
10 *Prouiso de beneficio sufficit vincere per non ius actorum, cum disputatio ad Iustificationem gratia partis solùm restringatur.*
11 *In testium concursu depositio nihil concludentium à fortioribus infringitur & conquassatur.*

DECISIO LXXIV.

MPETRARVNT Franciscus
Castellonus, & Petrus Gomez 28.
Iulij & 16. Nouembris 1634. à San-
ctissimo præstimonium in Ecclesia
Parochiali Beatæ Mariæ del Haro
Oppidi de Nuete, & Capellaniam perpetuam in
Ecclesia parochiali Oppidi de Pinarego Conchen.
diœcesis, expeditis desuper literis Apostolicis datis
in eorum summ.num.1.& 2. Sed cùm Ordinarius, dd.
literarum executor, earum executionem denegaue-
rit, imò mandatum de manutenendo concesserit
Inico de Aluisso de eisdem beneficiis, Ordinaria &
Apostolica authoritatibus antea prouiso, & posses-
sionem assecuto,fuit causa per appellationem ad Ro-
tam deuoluta,& mihi commissa, proposui dubium;
An literæ Castelloni & Gomez sint iustificatæ,
quod fuit hodie negatiuè resolutum.

Et ratio solutionis fuit, quia cùm Franciscus, & 1
Petrus narrauerint beneficia de quibus agitur, va-
casse ob matrimonium contractum vsque de anno
1629. per Franciscum de Ponze illorum possesso-
rem, & de tempore impetrationis adhuc vacatio-
nem durare, non solùm debent plenè, & conclu-
denter probare d.vacationem de tempore contracti
matrimonij, sed etiam de tempore dictæ impetra-
tionis,quæ vt suprà est relatum, fuit de anno 1634.
iuxta Gloss.*in l.2.de probat.* Bart.*in l.an illa num. 3. ff. de verbor.obligat.* Ancharr. *consil.254.num.15.* & est
communis ex adductis per Gabr. *tit.de probat.concl.6.* Paris.*de resignat.lib.11.quæst.14. num.9.* in punct.
Rot.*decis.123. num.1.part.2. recent.* & *in Panormit. Archipresbyteratus 6. Martij 1623. coram Vbaldo.*
De tempore autem impetrationis vacatio non iu- 2
stificatur, nec de facto, nec de Iure, & sic gratia re-
manet subreptitia, iuxta cons.Oldrad. 108. *num.2.*
in punct.Geminian. *cons.86.num.1. vers. sed verbum*
vacare:non de facto, quia iam Inicus erat in posses- 3
sione, nec etiam de Iure, quia Inicus habebat
prouisionem Ordinariam & Apostolicam antè pro-
uisionem Castelloni & Gomez, & consequenter
omnis vacatio erat consumpta, Simonet *de reseruat. quæst.55. num.1.* Gomez *in regul. triennali quæst.30. num.1.& 3.* Rot.*decis.24.de prabend.in antiquis,* & *in decis.498.n.1.& decis.691.n.5.p.2.recent.*

Nec obstat quod prouisiones Inici consumere
vacationem minimè potuerint, attenta earum nul-
litate desumpta ex eo, quod Ordinaria emanauit
per obitum Martini Pedrosa, & Apostolica ob non
publicationem resignationis factæ per Franciscum
de Ponze ad fauorem eiusdem Pedrosa,quarum ta-
men neutra subsistat, cùm vera vacatio contigerit
ob contractum matrimonium D. Ponze; quoniam
vltra quod prouisio etiam nulla, dummodo nullitas 4
non adsit ex defectu Iurisdictionis, consumit vaca-
tionem, iuxta opinionem Sarnen. *in regul. triennal. quæst.5.num.2.& 3.* Simonet.*de reseruat. quæst. 56.in fin.* in præsenti cessat difficultas. Nam quoad proui-
sionem Ordinarij sufficit scientia vacationis, Ordi-
narius enim vacationem, non autem vacandi mo- 5
dum scire tenetur, Put.*decis. 33. lib.2. in correct.* &
propterea per falsam expressionem modi vacandi 6
prouisio beneficij non vitiatur,vt latè Gemin.*consil.*
31.per tot & præcipuè *n.3.vers.in contrarium.*

Circa vero prouisionem Apostolicam placuit
responsio, quod cùm narratiua facta in supplica-
tione originali,de qua *in summ.Inici num.4.* non fue-
rit restricta ad vacationem ob non publicationem
resigna

resignationis tantùm, nec ad solam de Pedrosa personam, sed comprehendat alias vacationes saltem in genere ob clausulas ibi; *seu alias certo modo aut alterius cuiuscumque persona*; optimè sustinetur
7 prouisio, dummodo narratiua alternatiuè facta in vno verificetur ex regula in alternatiuis, *lib. 6.* Mascard. *de probat. conclus.* 1128. *num.* 11. in punct. Garz. *de benefic. part* 11. *cap.* 1. *num.* 68. *cum seqq.* & signanter *num.* 71. vbi plures Rotæ decisiones cumulat. Quæ doctrina firma remanet, licet clausulæ prædictæ non fuerint appositæ in litteris, sed in supplicatione, pro qua obstat regula *de non iudi-*
8 *cando*. Etenim non agitur ad canonizandam gratiam in supplicatione contentam, sed ad excludendum Ius Actorum; quo casu sola supplicatio sufficit possessori etiam ad obtinendam absolutionem, Cassad. *decis.* 2. *de sentent. & re iudic.* Garz *de benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 21. maximè quando pro-
9 vt hic semel fuit facta expeditio literarum, tunc enim ad supplicationem, tanquam ad matricem semper recurri potest, Garz. *dict. part.* 11. *c.* 1. *n.* 69.

Nec releuat, quod Inicus non probauerit suam possessionem, nec iustificet validitatem suæ prouisionis; tantò magis cum testes dati *in summ. Castelloni, & Gomez*, deponant Franciscum de Ponze possedisse beneficia, de quibus agitur, & postea contraxisse matrimonium: quoniam de possessione Inici satis visum fuit constare, dum coram executore literarum Apostolicarum fuit tanquam beneficiorum possessor interpellatus, vt *in eius summ. num.* 3. vnde manifestè patet quod de tempore, quo Castellonus, & Gomez voluerunt gratiam iustificare, beneficia non erant vacantia, nec de tempore impetrationis Et vlterius circa Iustificationem prouisionis Inici non est immorandum,
10 cùm disputatio hodierna solum restringatur ad Iustificationem gratiæ Castelloni, & Gomez, & sic sufficit Inico vincere per non Ius actorum, *l. qui accusare, C. de eden. l. fin. C. de rei vindicat.* Rot. *decis.* 16. *num.* 24. & *decis.* 124. *num.* 3. *q.* 5. *recent.*

Quo verò ad testes, dixerunt Domini illos nihil concludere, siquidem bene potuit Franciscus de Ponze beneficia resignare, & postea contrahere matrimonium, prout resignasset in manibus Papæ per eiusdem Francisci confessionem, de qua *in*
11 *summ. Inici addit. num.* 1. quæ confessio iuncta cum depositionibus testium pro Inico examinatorum, indubitanter debet præualere depositioni aliorum testium non concludentium, quorum propterea depositio infringitur & conquassatur, Alex. *cons.* 166. *in fin. num.* 16. *vers. super vndecimo lib.* 6. Crauet. *cons.* 2. *num* 4. Rot. *decis.* 380. *num.* 18. *p.* 5. *recent.*

Et ita responsum vtraque parte informante.

Tarraconen, Primitiarum.

Merc. 2. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

De Sententia Rotali attenta eius validitate & iustitia confirmanda; vbi plura de primitiis omnium fructuum Ecclesiæ cuiusdam Parochialis Abbati & Monasterio S. Mariæ de Popoleto debitis salua medietate Rectori pro curæ exercitio assignata.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuersalia negatiua nullam patiuntur restrictionem.*

2 *Dominium percipiendi primitias & decimas cum possessione in Monasterium translatum quomodo probatur.*

3 *Cura animarum penes Monasterium residet ad quod Ecclesia dominium spectat.*

Vnde cessat præsumptio iuris quam Rector super primitiis & decimis habet, ibid.

4 *Decima debentur Monasterio tanquam curam habenti in proprietate, non autem Rectori actu curam exercenti vti Vicario.*

5 *Possessio 40. annorum & vltra cum obseruantia subsequuta, sola sufficit ad inducendam effectuationem ab initio in decimis & primitiis percipiendis.*

6 *Curam penes Collegium & Conuentum remansisse, exercitium verò penes deputatum ab Abbate vti de mensa Monasterij, vnde colligitur.*

7 *Iudicis Compulsoris auctoritas fidem præbet scripturis ex Archiuio extractis.*

8 *Scriptura propriæ ob periculum amissionis Iudicis auctoritate possunt compulsari, quando ex longinquis partibus sunt extrahenda.*

9 *Scriptura à Notario publico rogato vel eius successore extracta, habentes formam publicam & legalem Archiuij fomento non egent.*

10 *Scriptura antiqua & supra centum annos non debent recognitione aut alio adminiculo coadiuuari.*

11 *Acquisitio primitiarum & decimarum non potest comprehendi in donatione Regia tanquam à laico facta*

12 *In donatione Villæ non comprehenduntur primitiæ & decimæ quæ de eiusdem iuribus & pertinentiis non sunt.*

13 *Denunciatio facta in æstimo bonorum cuiusuis Ciuitatis non præiudicat tertio non citato.*

14 *Consuetudo recipiendi primitias non suffragatur cùm suprà 40. annos longæua non apparuit.*

15 *Testes nulliter examinati non probant.*

16 *Dominium ex paterna successione acquisitum & cum distributione decimarum & primitiarum vigore Indulti Apostolici translatum, ab eo qui antea Dominus erat prouenire censetur.*

17 *Dominium rei donatæ ipso iure acquiritur.*

18 *Verba Indulti non debent restringi ad tempus concessionis, sed vt priuilegia Principum latissimè sunt interpretanda.*

19 *Alienatio rerum Ecclesiæ ex decursu 30. annorum includit in se beneplacitum Apostolicum cum qualitatibus validitatis & vtilitatis.*

20 *Confines in donationibus Regiis specificati quomodo probantur.*

21 *Principibus absoluta est potestas confines distinguendi restringendi & ampliandi.*

22 *Confinium præsumitur continuatum quando contrarium non apparet.*

23 *Obseruantia substantia donationis conueniens conuenit etiam confinibus.*

24 *Testes non reddentes rationem eorum dicti circa distinctionem confinium, probationi ex publicis documentis resultanti non sunt præferendi dum in facto antiquo versamur.*

DECISIO LXXV.

ESPONDERVNT Domini pro confirmatione sententiæ Rotalis, qua pronunciatum fuit Ecclesiam Parochialem Villæ de Vimbodino esse de mensa Abbatis, & Monasterij Sanctę Mariæ de Populeto, eidemque Abbati, & Monasterio propterea deberi primitias omnium fructuũ, qui in dictæ Villæ districtu colliguntur, salua medietate Rectori assignata pro curæ exercitio, attenta eius validitate, & iustitia. Validitas sententiæ ex reuolutione actorum, iustitia verò ex tribus decisionibus longa serie, & eruditè per R. P. D. m. Pitouanum extensis satis apparere visa fuit; siquidem constat Vrbanum II. concessisse Petro Hispaniarum Regi, illiusque in regno successoribus facultatem (sunt verba Indulti) vt possint *Ecclesias, quas in Saracenorum terris belli iure acquisierint, vel in propriis hæreditatibus fundauerint, sibi suisque hæredibus cum primitiis, & decimis propriarum, vel quarumlibet aliarum Ecclesiarum quorumlibet Monasteriorum ditioni subdere*, vt *in summ. antiq. Monasterij num.5.* Et huius indulti vigore similiter constat, Idelphonsum Regem Petri Successorem donasse territorium, seu districtum Villæ de Vimbodino prædicto Monasterio de Populeto, cum translatione omnium Iurium competentium, & competiturorum, nihil penitus sibi reseruato, vt *in eod. summ. num.4.*

1 Vnde sequitur, quod sicut verba donationis sunt adeò vniuersalia negatiua, vt nullam patiantur restrictionem, Tiraq. *in l. si vnquam verb. reuertatur num.95. C. de reuocan. donat.* Rot. *decis.121. num 4. part.5. diuers* ita benè probent in donatione ipsa esse comprehensa omnia iura, & actiones percipiendi primitias, & decimas ex indulto Apostolico
2 acquisitas eodem modo, quo ipse Rex Donator habebat, earumque dominium cum possessione fuisse translatum in Monasterium, Gloss. & Abb. *in cap. de Monachis vers. si verò de praben.* Felin. *in cap. ex parte num.1. de rescript.* & consequenter dominium Ecclesiæ de Vimbodino esse de mensa ipsius Monasterij Donatarij, penes quod residet habitu cura animarum, non autem pertinere ad
3 Rectorem Vicarium, *cap. extirpanda, §. qui verò*, vbi Abb. *vers. nota ibi congruentem de praben.* Crescen. *decis.2. de decim.* Rot. *decis.102. num.3. & 5. part.1. recent.* & sic cessat præsumptio iuris, quam Rector habet super primitiis, & decimis, *ex cap. cum conting. & cap. cum tua de decim.* cùm in præsenti debeantur Monasterio tanquam curam habenti in proprietate, non autem Rectori actu curam exer-
4 centi vti Vicario, Innoc. *in cap. Pastoralis num.1. de priuileg.* vbi Abb *num.7.* Garz. *de benef part.12. c.2. num.23.* Rot. *decis.758. num 4. & 799 num.1. part.1 diuers.*

Maximè stante effectuatione prædictæ Regiæ donationis, de qua deponunt testes ab vtraque parte examinati, probantes Monasterium percepisse decimas, & primitias dictæ Villæ de Vimbodino per spatium 40. annorum, & vltra: quæ depositiones iuncto titulo Regiæ donationis, & indulti Apostolici, benè concludunt donationem ipsam ab initio suum habuisse effectum, arguendo non à momen-
5 tanea, sed à longæua possessione 40. annorum, & vltra, quæ obseruantia subsequuta de per se sola sufficeret ad inducendam effectuationem ab initio in percipiendis decimis, & primitiis, ad tradit. per Hondea. *cons.91. num.27. lib.1.* Menoch. *cons.276. num.10.*

Quod clarius patet ex eo, quod ab anno 1172. 6
tempore donationis vsque ad annum 1216. quo Capella S. Saluatoris fuit in parochialem erecta, nullus parochialitatis status pro parte Rectoris fuit ostensus, & sic cùm erectio prædicta facta fuerit cum consensu Abbatis, & Capituli, cum assignatione medietatis primitiarum, & concessione libellorum, ac terrarum pro congrua Rectoris, manifestè denotat habitum curæ remansisse penes Collegium, & Conuentum, exercitium verò penes deputatum ab Abbate vti de mensa Monasterij, Vitalin. *in Clem.1. num.7. de offic. Vicar.* Calderin *cons.18. vers. non obstat.* Oldrad. *cons.67. num.1.* Rot. *decis.153. num.4. & decis.204. num.1. part.2. recent.* Prædicta enim assignatio medietatis primitiarum cum concessione libellorum, & terrarum, pro constituenda congrua Rectori pro exercitio curæ, pariter verificat proprietatem ad Monasterium pertinere, *cap. de Monachis, cap. auaritiæ de praben.* late Rebuff. *de congrua n.114* Rot. *d. decis.53. n.5. & 204. num. 2. part.2. recent.*

Quibus non aduersatur obiectum, quod scripturæ monasterij non sint in forma probanti; quia contrarium visum fuit apparere, ex quo Indultum Vrbani II. datum de anno 1095. Regiæ donationes 1172. & 1183. erectio Parochialis, & assignatio dotis 1297. super quibus monasterium fundat suam intentionem, fuerunt omnia extracta ex Archiuio, vigore compulsorialium Rotalium, seruatis de iure seruandis; Iudicis autem Compulsoris 7
auctoritas fidem præbet scripturis extractis ad not. *in cap. cum P. Tabellio de fid instrum.* Rot. *decis 43. de probat in antiq.* Seraphin. *decis.1028. in princip.* Quæ fides illis diminui minimè potest, ex eo quod Archiuium non sit publicum, sed priuatum ipsius Monasterij, quoniam auctoritate Iudicis etiam scriptu- 8
ræ propriæ compulsari possunt, quando (prout hîc) ex longinquis partibus sunt extrahendæ propter periculum amissionis, ex doctrin. Bart quam passim sequitur Rot in hac materia, vt in *decis.192. num.5. coram Papa Gregor. XV.* ibique Adden Et vlterius
prædictæ scripturæ, quia habent formam publicam 9
& legalem, & sunt extractæ à Notario rogato, vel eius successore, non egent fomento Archiuij, Couarruu. *in pract. cap.19. num.3.* Rot. *decis.1. de fid. instrum. in nou.* nec debent recognitione, aut alio ad-
miniculo coadiuuari, cùm sint antiquæ, & supra centum annos, Put. *decis.11. de fid. instrum.* Adden. ad Greg. XV. *decis.3. n.5.* & latius *in 1. decis huius causa, §. quia cum.* 10

Prout nec releuat, quod in donatione Regia 11
tanquam à laico facta comprehendi nequeat acquisitio primitiarum, & decimarum, *ex cap. dudum de decim.* Rot. *decis.702 num.1. part.1. recent.* & donata
Villa de Vimbodino non intelligantur donatæ pri- 12
mitiæ, & decimæ, cùm eæ non sit de Iuribus, & pertinentiis ipsius Villæ, Rota *decis. 399. part. 2. recent.* Quia cessat obiectum ex verbis Indulti Vrbani II. ibi, *Petro Hispaniarum Regi, eiusque successoribus in perpetuum*, & ex verbis generalibus, *Idelphonsi Donantis nihil sibi penitus reseruato*; Vnde cum Idelphonsus Rex Donator sit legitimus successor Petri Regis supplicantis, & verba ipsius donationis sint vniuersalia, nullum ius Donanti præseruantia, & proculdubio sint apta ad comprehendendum etiam iura spiritualia, benè potuit de illis vigore indulti ad libitum disponere.

Minus nocet inuentarium pro Rectore datum, continens

continens primitias de quibus agitur, tanquam de
iuribus parochialibus Ecclesiæ de Vimbodino, nam
vltra quod dubitatum fuit de eius forma probati, in
omnem euentum nullum gradum probationis face-
ret contra Monasterium non citatum, cùm repute-
13 tur tanquam denunciatio facta in Æstimo bono-
rum cuiusvis Ciuitatis, quæ non præiudicat tertio
non citato, Afflict. *decis.* 303. *in adnot n.* 5. Menoch.
14 *de arb tr. lib.* 2. *cas.* 110. *num.* 26 consuetudo autem re-
cipiendi primitias, in toto districtu Villæ Vimbo-
dini non suffragatur, cùm non appareat longæua su-
pra 40 annos, vt requiritur in *cap. de quarta de præ-
script.* Quæ consuetodo haud iuuari poteit ex testi-
15 bus pro Rectore examinatis, super quasi possessio-
ne exigendi primitias intra fines territorij Vimbo-
dini; apparent enim nulliter examinati ex defectu
citationis ad videndum iurare testes, & nullus eo-
rum respondet concludenter interrogatoriis super
integra perceptione primitiarum, & ideo eorum
dicta consideratum fuit posse verificari in medietate
primitiarum, assignata Rectori in erectione Ca-
pellæ S. Saluatoris in parochialem pro cura exer-
cenda.

Nec obstat, quod indulta concessa Sanctio Regi
per Alexandrum II. & Gregorium VII. de anno
1073. & postea Petro Regi Sanctij filio per Vrba-
num II. de anno 1095. vt possint Ecclesias, quas
ædificauerint propriis hæreditatibus, vel acquisie-
rint ex Saracenorum terris iure belli, donare, & di-
stribuere ad libitum; debeant intelligi tantùm quo-
ad Ecclesias, & villas suorum Regnorum, non au-
tem quoad Comitatum Barchinonen. & Principa-
tum Cathaloniæ, intra cuius limites reperitur villa
de Vimbodino.

Quia quicquid sit de genealogia Comitum Bar-
chinon & Principatus Cathaloniæ, de qua latè Zu-
rita, Marian. & alij relati per *R.P.D. meum Pirona-
num in* 2. *decis* §. *quoniam*, ad effectum, de quo agitur
sufficit, quod de tempore donationis Idelphonsus
Donator esset successor Sanctij, aut Petri Aragoniæ
Regum, quibus, & eorum successoribus in perpe-
tuum priuilegia, seu indulta prædicta concessa fue-
runt. Quod autem dictus Idelphonsus fuerit eorum-
dem successor, patet: Etenim Raymundus Beren-
garius huius nominis Quartus, Barchinonen. Co-
mes, contraxit matrimonium de anno 1137. cum
Petronilla filia Ramiri Regis Aragonum, quæ suc-
cessit in Regno Patris; iste autem Ramirus fuit fi-
lius Idelphonsi fratris Petri in indulto Vrbani no-
minati, & Petrus fuit filius Sanctij in indulto Gre-
gorij enunciati Ex prædicto matrimonio contracto
inter Petronillam, & Raymundum, natus fuit alter
Idelphonsus, cui Petronilla mater Regnum, iura
omnia Regalia, sibique competentia iure belli re-
nunciauit, prout recensetur in initio Constitutio-
num Regni Cathaloniæ, & inter partes non con-
trouertitur.

Ex quo infertur, quod cùm Idelphonsus regna-
uerit vsque ad annum 1196. & donatio emanauerit
ab eodem de anno 1172. & confirmata de anno
1183. dubitari non possit, quin à Rege regnante, &
Domino villæ Vimbodini facta fuerit, & quod in
16 ea comprehendatur dominium ex paterna Raymun-
di Patris successione acquisitum, intra cuius limites
sita est villa Vimbodini, & consequenter ratione
indulti Vrbani II. fuisse translatum in ipsum domi-
nium distribuendi decimas, & primitias, tanquam
prouueniens ab eo, qui antea erat Dominus villæ, &
primitiarum. Bartol: *in l. cum res, num.* 5. *C. de probat.*
Afflict. *decis.* 23. *num.* 4. *&* *decis.* 40. *n.* 3.

Quod facilius sustinetur fauore Ecclesiæ mo- 17
nasterij, cui dominium vti donatæ ipso iure acqui-
ritur, Tiraq *de priuileg. piæ causæ priuil.* 33. Menoch.
de arbitrar cas. 156. *n.* 28. Et licet indultum Vrban. II.
dicatur emanasse pro Regno, & Ecclesiis sitis intra
limites regni Aragoniæ, non autem pro Ecclesiis
alterius dominij prouenientis ex Raymundo Co-
mite Barchinonen. adhuc tamen considerata facul-
tate distribuendi decimas, & primitias Regi suppli-
canti, & successoribus in perpetuum concessa de
Ecclesiis, quas in Saracenorum terris recuperaue-
rint, vel quas, in propriis hæreditatibus fundaue-
runt, ex proprietate verborum comprehenderetur
prædictum Monasterium S. Mariæ de Populeto,
tanquam situm intra fines hæreditatum Regis sup-
plicantis, propter successionem in Comitatu Barchi-
nonen. ex persona Raymundi Patris; Verba enim
indulti non debent restringi ad tempus concessio- 18
nis, sed latissimè tanquam priuilegia Principum
sunt interpretanda, ex *l. beneficium ff. de const. Princip.
cap cum dilecti de donat.* Ruin. *cons* 161. *num.* 8. *lib.* 5.
cum aliis, stante præsertim obseruantia effectuatæ
Regiæ donationis supra 400 annos, quæ sufficiens
est ad probandum titulum cum suis qualitatibus,
prout dicitur de alienatione rerum Ecclesiæ, quæ 19
ex decursu 40. annorum includit in se beneplaci-
tum Apostolicum cum qualitatibus validitatis, &
vtilitatis, Gloss. *in cap. peruenit*, vbi Imol. *num.* 10. *de
empt. & vendit.* Mantic. *decis.* 101. Rot. *coram Gregor.
decis.* 52 *num.* 3. *&* 343. *n* 4.

Denique non obstat, quod opponebatur circa
identitatem confinium d. Villæ de Vimbodino; quia
vt in tertia decisione probatur, confines sunt ijdem-
met, qui fuerunt specificati de annis 1172. & 1183.
in donationibus Regiis. Cùm igitur illi conueniant 20
cum enunciatis in petitione Rectoris facta de anno
1277. ac cum enunciatis in alia scriptura de recenti
per Rectorem producta, & ex abundanti fuerint
verificati per testes pro Monasterio examinatos,
dubitari non potest, quin appareant concludenter
probati, *cap cum causam*, vbi Felin. *n.* 1. Bald. *cons.* 286.
num. 2. *vol.* 1. quod corroboratur ex eorum expressio-
ne facta in instrumentis concessionum Principum,
quorum absoluta erat potestas confines distinguen- 21
di, restringendi, & ampliandi, Hier. de Monte *de fin.
regun. cap.* 21. *num.* 3. Paris. *cons.* 27. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 1.
Curt. Sen. *cons.* 56. *n.* 31. Seraph. *decis.* 437. *n.* 1. *&* 434.
num. 1. *coram Greg. XV.* & sic de iure præsumuntur 22
continuati vsque in præsentem diem, dummodo
contrarium non appareat. Menoch. *præsumpt.* 46. *n.* 1.
lib. 6. Accedente præcipuè effectuatione dd. dona-
tionum Regum, quæ obseruantia sicut conuenit sub- 23
stantiæ donationis, ita etiam conuenit confinibus,
ex doctrina Bald. *quæst.* 22. *num.* 43. *C. de contrah.
empt.*

Testes verò Rectoris licèt alterent confines præ-
dictos in primo & 2. articulis, tamen, vltra quod
sint nulliter examinati, nullamque reddant ratio- 24
nem eorum dicti circa distinctionem confinium, vt
debebant etiam non interrogati, Bald. *cons.* 286. *n.* 4.
vol 3. non sunt præferendi probationi resultanti ex
publicis documentis dum versamur in facto anti-
quo, Bald *in d. cap. cum causam n* 3 *de probat.* vbi Felin.
n. 5. Dec. *cons.* 146. *n.* 14. Alban. *cons.* 244. *n.* 16. Rot. *in
Cauallicen. fundi* 17. *Decembr.* 1612. *coram R.P.D. m.
Pironano.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, al-
tera pluries citata, & nunquam comparente, &c.

M.leuitana

DECISIO LXXV.

ESPONDERVNT Domini pro con-
firmatione ſententiæ Rotalis, qua
pronunciatum fuit Eccleſiam Paro-
chialem Villæ de Vimbodino eſſe de
menſa Abbatis,& Monaſterij Sanctę
Mariæ de Populeto, eidemqoe Abbati, & Mona-
ſterio propterea deberi primitias omniom fructuũ,
qui in dictæ Villæ diſtrictu colliguntur, ſalua me-
dietate Rectori aſſignata pro curæ exercitio, atten-
ta eius validitate, & iuſtitia. Validitas ſeotentiæ
ex reuolutione actorum, Iuſtitia verò ex tribus de-
ciſionibus longa ſerie, & eruditè per R. P. D. m.
Pitouanum extenſis ſatis apparere viſa fuit; ſiqui-
dem conſtat Vrbanum I I. conceſſiſſe Petro Hiſpa-
niarum Regi, illiuſque in regno ſucceſſoribus fa-
cultatem (ſunt verba Indulti) vt poſſint *Eccleſias,
quas in Saracenorum terris belli iure acquiſierint, vel
in propriis hereditatibus fundauerint, ſibi ſuiſque he-
redibus cum primitiis, & decimis propriarum, vel qua-
rumlibet aliarum Eccleſiarum quorumlibet Monaſte-
riorum ditioni ſubdere*, vt *in ſumm. antiq. Monaſterij
num.5.* Et huius indulti vigore ſimiliter conſtat,
Idelphonſum Regem Petri Succeſſorem donaſſe
territorium, ſeu diſtrictum Villæ de Vimbodino
prædicto Monaſterio de Popoleto, cum tranſlatio-
ne omnium Iurium competentium, & competitu-
rorum, nihil penitus ſibi reſeruato, vt *in eod. ſum.
num.4.*

Vnde ſequitur, quod ſicut verba donationis ſunt
1 adeò vniuerſalia negatiua, vt oullam patiantur re-
ſtrictionem, Titaq. *in l. ſi vnquam verb. reuertatur
num.95. C. de reuocan. donat.* Rot. *deciſ.121. num 4.
part.5. diuerſ* ita benè probent in donatione ipſa
eſſe comprehenſa omnia iura, & actiones perci-
piendi primitias, & decimas ex indulto Apoſtolico
2 acqoiſitas eodem modo, quo ipſe Rex Donator
habebat, earumque dominium cum poſſeſſione
fuiſſe tranſlatum in Monaſterium, Gloſſ. & Abb.
in cap. de Monachis verſ. ſi verò de praben. Felin. *in
cap ex parte num.1.de reſcript.* & conſequenter do-
minium Eccleſiæ de Vimbodino eſſe de menſa
Ipſius Monaſterij Donatarij, penes quod reſidet
habito cura animarum, non aotem pertinere ad
3 Rectorem Vicarium, *cap.extirpanda, §.qui verò*, vbi
Abb. *verſ. nota ibi congruentem de praben.* Creſcen.
deciſ.2.de decim. Rot. *deciſ.102. num.3. & 5. part.1.
recent.*& ſic ceſſat præſumptio iuris, quam Rector
habet ſuper primitiis, & decimis, *ex cap. cum con-
ting. & cap. cum tua de decim.* cùm in præſenti de-
beantur Monaſterio tanquam curam habenti in
proprietate, non aotem Rectori actu curam exer-
4 centi vti Vicario, Innoc. *in cap. Paſtoralis num.1. de
priuileg.* vbi Abb *num.7.* Garz. *de beneſ part.12.c.2.
num.23.*Rot.*deciſ.758.num 4.& 799 num.1. part.1
diuerſ.*

Maximè ſtante effectuatione prædictæ Regiæ do-
nationis, de qua deponunt teſtes ab vtraque parte
examinati, probantes Monaſterium percepiſſe de-
cimas, & primitias dictæ Villæ de Vimbodino per
ſpatium 40. annorum, & vltra: quæ depoſitiones
iuncto titulo Regiæ donationis,& indulti Apoſto-
lici, benè concludunt donationem ipſam ab initio
ſuum habuiſſe effectum, arguendo non à momen-
5 tanea, ſed à longæua poſſeſſione 40.annorum, &
vltra, quæ obſeruantia ſubſequuta de per ſe ſola
ſufficeret ad inducendam effectuationem ab initio
in percipiendis decimis, & primitiis, ad tradit. per
Hondeđ. *conſ.91. num.27. lib.1.* Menoch. *conſ.276.
num.10.*

Quod clarius patet ex eo, quod ab anno 1172. 6
tempore donationis vſque ad annum 1226. quo
Capella S. Saluatoris fuit in parochialem erecta,
nullus parochialitatis ſtatus pro parte Rectoris fuit
oſtenſus, & ſic cùm erectio prædicta facta fuerit
cum conſenſo Abbatis,& Capituli, cum aſſignatio-
ne medietatis primitiarum, & conceſſione libello-
rum, ac terrarum pro congrua Rectoris, manifeſtè
denotat habitum curæ remanſiſſe penes Colle-
gium, & Conuentum, exercitium verò penes de-
putatum ab Abbate vti de menſa Monaſterij, Vi-
talin.*in Clem.1.num.7.de offic.Vicar.*Calderin *conſ.18.
verſ.non obſtat.*Oldrad.*conſ.67.num.1.* Rot.*deciſ.153.
num.4.& deciſ.104. num.1. part.2. recent.* Prædicta
enim aſſignatio medietatis primitiarum cum con-
ceſſione libellorum, & terrarum, pro conſtituenda
congrua Rectori pro exercitio curæ, pariter verifi-
cat proprietatem ad Monaſterium pertinere, *cap. de
Monachis,cap.auaritia de praben.* late Rebuff. *de con-
grua n.114* Rot.*d.deciſ.53.n.5. & 104.num.2.part.2.
recent.*

Quibus non adoerſatur obiectum, quod ſcriptu-
ræ monaſterij non ſint in forma probanti; quia
contrarium viſum fuit apparere, ex quo Indultum
Vrbani I I. datum de anno 1095. Regiæ donatio-
nes 1172.& 1183. erectio Parochialis, & aſſigna-
tio dotis 1297. ſuper quibus monaſterium fundat
ſuam intentionem, fuerunt omnia extracta ex Ar-
chiuio, vigore compulſorialium Rotalium, ſeruа-
tis de iure ſeruandis; Iudicis autem Compulſoris 7
auctoritas fidem præbet ſcripturis extractis ad not.
in cap.cum P.Tabellio de fid inſtrum. Rot. *deciſ 43.de
probat in antiq.*Seraphin.*deciſ.1028. in princip.* Quæ
fides illis diminui minimè poteſt, ex eo quod Ar-
chiuiom non ſit publicum,ſed priuatum ipſius Mo-
naſterij,quoniam auctoritate Iudicis etiam ſcriptu- 8
ræ propriæ compulſari poſſunt, quando (prout hîc)
ex longinquis partibus ſunt extrahendæ propter
periculum amiſſionis, ex doctrin.Bart quam paſſim
ſequitur Rot in hac materia,vt in *deciſ.192.num.5.
coram Papa Gregor. XV.* ibique Adden Et vlterius
prædictæ ſeriptutæ, qoia habent formam publicam 9
& legalem, & ſunt extractæ à Notario rogato, vel
eius ſucceſſore, non egent fomento Archiuij, Co-
uarruu.*in pract cap.19.num.3.* Rot. *deciſ.2. de fid.in-
ſtrum.in nou.* nec debent recognitione, aut alio ad-
miniculo coadiuuari, cùm ſint antiquæ,& ſupra cen- 10
tum annos, Put. *deciſ.12. de fid. inſtrum.* Adden. ad
Greg.XV *deciſ.3.n.5.*& latius in *1.deciſ huius cauſa,
§.quia cum.*

Provt nec releuat, quod in donatione Regis 11
tanquam à laico facta comprehendi nequeat acqui-
ſitio primitiarum, & decimarum, *ex cap. dudum de
decim.* Rot.*deciſ.702 num.1. part.1. recent.* & donata
Villa de Vimbodino non intelligantur donatæ pri- 12
mitiæ, & decimæ, cùm eæ non ſit de Iuribus, &
pertineotiis ipſios Villæ, Rota *deciſ. 399. part. 2.
recent.* Quia ceſſat obiectum ex verbis Indulti Vr-
bani I I. ibi, *Petro Hiſpaniarum Regi, eiuſque ſuc-
ceſſoribus in perpetuum*, & ex verbis generalibus,
Idelphonſi Donantis nihil ſibi penitus reſeruato; Vnde
cum Idelphonſus Rex Donator ſit legitimus ſuc-
ceſſor Petri Regis ſopplicantis, & verba ipſios do-
nationis ſint vniuerſalia, nullom ius Donanti præ-
ſeruantia, & proculdubio ſint apta ad comprehen-
dendum etiam iura ſpiritualia, benè potuit de illis
vigore indulti ad libitum diſponere.

Minus nocet inuentarium pro Rectore datum,
continens

continens primitias de quibus agitur, tanquam de
iuribus parochialibus Ecclesiæ de Vimbodino, nam
vltra quod dubitatum fuit de eius forma probâti, in
omnem euentum nullum gradum probationis face-
ret contra Monasterium non citatum, cùm repute-
13 tur tanquam denunciatio facta in Æstimo bono-
rum cuiusvis Ciuitatis, quæ non præiudicat tertio
non citato, Afflict. *decis.* 303. *in adnot. n.* 5. Menoch.
14 *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 110. *num.* 26 consuetudo autem re-
cipiendi primitias, in toto districtu Villæ Vimbo-
dini non suffragatur, cùm non appareat longæua su-
pra 40 annos, vt requiritur in *cap. de quarta de præ-
script.* Quæ consuetudo haud iuuari potest ex testi-
15 bus pro Rectore examinatis, super quasi possessio-
ne exigendi primitias intra fines territorij Vimbo-
dini; apparent enim nulliter examinati ex defectu
citationis ad videndum iurare testes, & nullus eo-
rum respondet concludenter interrogatoriis super
integra perceptione primitiarum, & ideo eorum
dicta considerarum fuit posse verificari in medietate
primitiarum, assignata Rectori in erectione Ca-
pellæ S. Saluatoris in parochialem pro cura exer-
cenda.

Nec obstat, quod indulta concessa Sanctio Regi
per Alexandrum II. & Gregorium VII. de anno
1073. & postea Petro Regi Sanctij filio per Vrba-
num II. de anno 1095. vt possint Ecclesias, quas
ædificauerint propriis hæreditatibus, vel acquisie-
rint ex Saracenorum terris iure belli, donare, & di-
stribuere ad libitum; debeant intelligi tantùm quo-
ad Ecclesias, & villas suorum Regnorum, non au-
tem quoad Comitatum Barchinonen. & Principa-
tum Cathaloniæ, intra cuius limites reperitur villa
de Vimbodino.

Quia quicquid sit de genealogia Comitum Bar-
chinon & Principatus Cathaloniæ, de qua latè Zu-
rita, Marian. & alij relati per *R.P.D. meum Pirona-
num in* 1. *decis* §. *quoniam*, ad effectum, de quo agitur
sufficit, quod de tempore donationis Idelphonsus
Donator esset successor Sanctij, aut Petri Aragoniæ
Regum, quibus, & eorum successoribus in perpe-
tuum priuilegia, seu indulta prædicta concessa fue-
runt. Quod autem dictus Idelphonsus fuerit eorum-
dem successor, patet: Etenim Raymundus Beren-
garius huius nominis Quartus, Barchinonen. Co-
mes, contraxit matrimonium de anno 1137. cum
Petronilla filia Ramiri Regis Aragonum, quæ suc-
cessit in Regno Patris; iste autem Ramirus fuit fi-
lius Idelphonsi fratris Petri in indulto Vrbani no-
minati, & Petrus fuit filius Sanctij in indulto Gre-
gorij enunciati. Ex prædicto matrimonio contracto
inter Petronillam, & Raymundum, natus fuit alter
Idelphonsus, cui Petronilla mater Regnum, iura
omnia Regalia, sibique competentia iure belli re-
nunciauit; provt recensetur in initio Constitutio-
num Regni Cathaloniæ, & inter partes non con-
trouertitur.

Ex quo infertur, quod cùm Idelphonsus regna-
uerit vsque ad annum 1196. & donatio emanauerit
ab eodem de anno 1172. & confirmata de anno
1183. dubitari non possit, quin à Rege regnante, &
Domino villæ Vimbodini facta fuerit, & quod in
16 ea comprehendatur dominium ex paterna Raymun-
di Patris successione acquisitum, intra cuius limites
sita est villa Vimbodini, & consequenter ratione
indulti Vrbani II. fuisse translatum in ipsum domi-
nium distribuendi decimas, & primitias, tanquam
prouenienș ab eo, qui antea erat Dominus villæ, &
primitiarum. Bartol: *in l. cum res, num.* 5. *C. de probat.*
Afflict. *decis.* 21. *num.* 4. & *decis.* 40. *n.* 3.

Quod facilius sustinetur fauore Ecclesiæ mo- 17
nasterij, cui dominium rei donatæ ipso iure acqui-
ritur, Tiraq *de priuileg. piæ causæ priuil.* 39. Menoch.
de arbitrar cas. 256. *n.* 18. Et licet indultum Vrban. II.
dicatur emanasse pro Regno, & Ecclesiis sitis intra
limites regni Aragoniæ, non autem pro Ecclesiis
alterius dominij prouenientis ex Raymundo Co-
mite Barchinonen. adhuc tamen considerata facul-
tate distribuendi decimas, & primitias Regi suppli-
canti, & successoribus in perpetuum concessa de
Ecclesiis, quas in Saracenorum terris recuperaue-
rint, vel quas in propriis hæreditatibus fundaue-
runt, ex proprietate verborum comprehenderetur
prædictum Monasterium S. Mariæ de Populeto,
tanquam situm intra fines hæreditatum Regis sup-
plicantis, propter successionem in Comitatu Barchi-
nonen. ex persona Raymundi Patris; Verba enim
indulti non debent restringi ad tempus concessio- 18
nis, sed latissimè tanquam priuilegia Principum
sunt interpretanda, ex *l. beneficium ff. de const. Princip.*
cap. cum dilecti de donat. Ruin. *cons.* 162. *num.* 8. *lib.* 5.
cum aliis, stante præsertim obseruantia effectuatæ
Regiæ donationis supra 400 annos, quæ sufficiens
est ad probandum titulum cum suis qualitatibus,
provt dicitur de alienatione rerum Ecclesiæ, quæ 19
ex decursu 40. annorum includit in se beneplaci-
tum Apostolicum cum qualitatibus validitatis, &
vtilitatis, Gloss. *in cap. peruenit*, vbi Imol. *num.* 10. *de
empt. & vendit.* Mantic. *decis.* 101. Rot. *coram Gregor.
decis.* 52. *num.* 3. & 343. *n.* 4.

Denique non obstat, quod opponebatur circa
identitatem confinium d. Villæ de Vimbodino; quia
vt in tertia decisione probatur, confines sunt ijdem-
met, qui fuerunt specificati de annis 1172. & 1183. 20
in donationibus Regiis. Cùm igitur illi conueniant
cum enunciatis in petitione Rectoris facta de anno
1277. ac cum enunciatis in alia scriptura de recenti
per Rectorem producta, & ex abundanti fuerint
verificati per testes pro Monasterio examinatos,
dubitari non potest, quin appareant concludenter
probati, *cap. cum causam*, vbi Felin. *n.* 1. Bald. *cons.* 286.
num. 2. *vol.* 2. quod corroboratur ex eorum expressio-
ne facta in instrumentis concessionum Principum,
quorum absoluta erat potestas confines distinguen- 21
di, restringendi, & ampliandi, Hier. de Monte *de fin.
regun. cap.* 21. *num.* 3. Paris. *cons.* 27. *num.* 1. & 3. *lib.* 1.
Curt. Sen. *cons.* 56. *n.* 31. Seraph. *decis.* 437. *n.* 1. & 454.
num. 1. *coram Greg. XV.* & sic de iure præsumuntur 22
continuati vsque in præsentem diem, dummodo
contrarium non appareat. Menoch. *præsumpt.* 46. *n.* 1.
lib. 6. Accedente præcipuè effectuatione dd. dona-
tionum Regum, quæ obseruantia sicut conuenit sub- 23
stantiæ donationis, ita etiam conuenit confinibus,
ex doctrina Bald. *quæst.* 22. *num.* 43. *C. de contrah.
empt.*

Testes verò Rectoris licèt alterent confines præ-
dictos in primo & 2. articulis, tamen, vltra quod
sint nulliter examinati, nullamque reddant ratio- 24
nem eorum dicti circa distinctionem confinium, vt
debebant etiam non interrogati, Bald. *cons.* 286. *n.* 4.
vol 3. non sunt præferendi probationi resultanti ex
publicis documentis dum versamur in facto anti-
quo, Bald. *in d. cap. cum causam n.* 3 *de probat.* vbi Felin.
n. 5. Dec *cons.* 146. *n.* 14. Alban. *cons.* 244. *n.* 16. Rot. *in
Canallicen. fæudi* 17. *Decembr.* 1612. *coram R.P.D.m.
Pironano.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, al-
tera pluries citata, & nunquam comparente, &c.

M. leuitana

Meleuitana Erectionis Collegiatæ.

Merc. 9. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

De erectione Ecclesiæ Collegiatæ: vbi plura de Sententia Rotali quoad delationem capparum reformanda, in aliis verò attenta narratiua gratiæ secundùm omnia requisita iustificata executioni mandanda.

Vide suprà *Decis.* 33.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua gratia quoad omnia requisita iustificata executioni est mandanda.*
2 *Frequentia populi de numero focularioru 500. in materia erectionis Collegiata apta est inducere Pontificem ad concedendum.*
3 *Frequentia populi facit locum & Ecclesiam insignem per augmentum cultus diuini.*
4 *Testes vigore remissoria Rotalis examinati cùm sint natiui & bene informati de statu loci & Ecclesia concludenter probant.*
5 *Doctores Clerici Equites Milites Scholares Notarij Diuites inter plebeios non connumerantur.*
6 *Qualitas insignitatis loci Bircarcara terra Meleuitana iustificatur.*
7 *Ecclesia insignitas in quibus consistit.*
8 *Narratiua gratia circa erectionem Ecclesia Bircarcara in Collegiatam tam ex testibus & libro parochiali status animarum quàm ex historia Religionis Hierosolymitana probatur.*
9 *Omnia in gratia narrata iustificatione non indigent.*
10 *Testes exteri nec de qualitate loci & personarum verè informati nil probant.*
11 *Depositio testium non reddentium rationem in facto nec concludentium negatiuam coarctatam infringitur.*
12 *Testes pro insignitate Ecclesia & loci examinati cùm sint numero plures & de affirmatiua deponant cæteris sunt praferendi.*
Maximè cùm ex eorum depositionibus ipsis vti singulis nullum commodum resultet, ibid.
13 *In gratia non sunt narranda nisi ea qua de iure veniunt exprimenda, nec curandum an Papa si sciuisset difficilius concessisset.*
14 *Cappa vt deferantur in Collegiata Ius non obligat docere de non delatis in Cathedrali.*
15 *Per solutionem componenda contrahitur quasi inter impetrantem & Papam.*
16 *Dictio vt infra in proœmio gratia apposita repetit omnes qualitates inferius expressas ac si essent ibi specialiter expressa.*
17 *Augmentum cultus diuini omni honori & decori est praferendum.*
18 *Papa solet voluntati fundatorum adhærere vt alij quoque inuitentur & cultus diuinus augeatur.*
19 *Gratia cùm sit indiuidua etiam narratiua quoad exemptionem iustificata censetur.*
20 *Pontifex non censetur velle concedere rem Ordinario praiudicialem & Ecclesia Cathedrali onerosam.*
Maximè quando ex ea plurima dissidia & contentiones timentur, ibid.
21 *Pontifex exemptionem non concedens noluisse tale praiudicium Ordinario inferre præsumitur.*
Pracipuè deficientibus causis ex parte Episcopi, vnde poterat moueri ad huiusmodi exemptionem realem & personalem concedendam, ibid.

DECISIO LXXVI.

ENTENTIAM Rotalem, quæ pronunciatum fuit literas Apostolicas non esse iustificatas, nec exequendas quoad delationem capparum, & exemptionem, hodie dixerunt Domini esse reformandam quoad delationem capparum; in aliis verò confirmandam, attentis nouis
probationibus, quibus clariùs constat narratiuam 1
gratiæ de assignatione dotis annui redditus, de numero focularioru 500. circiter, de frequentia populi, de Doctorum, ingenuorum, & diuitum copia, agrorumque fertilitate esse iustificatam, & consequenter executioni mandandam, *cap. si capitulo*, vbi Gloss.*verb. exequatur de concess. prabend. in 6.* Rot.*decis.* 506.*n.*1 *p.*1.*recent.*

Etenim assignatio dotis annui redditus narrata
pro erigenda parochiali in Collegiatam, & pro Præpositura, Canonicatibus, & præbendis ad diuini cultus augmentum fundatis, satis comprobatur ex eius assignatione facta tutè, securè, validè, & perpetuò, ex latè deductis tam in prima, quàm in secunda decisione R.P.D. Pirouani, lata desuper sententia tanquam in prima instantia, quæ transiuit in iudicatum, & ideo super hoc hodie nulla remanet controuersia.

Frequentia verò populi ex numero 500. focula- 2
riorum circiter, quæ in materia erectionis Collegiatæ apta est inducere Pontificem ad conceden-
dum, cùm faciat locum, & Ecclesiam insignem per 3
augmentum cultus diuini, Vital. *in Clem. grauis de sentent. excom num.* 56 *in puncto* Rot. *decis.* 19. *num.* 8. *&* 11.*part.* 2.*diuers.* probatur tam ex libro parochiali status animarum oppidi, *sum. Philippi num.* 6. quàm ex quatuor testibus coram executore, & duobus in Curia, *sum. addit. num.* 1. & quinque nouiter exami-
natis *sum. num.* 9. *&* 10. vigore remissoriæ Rotalis, 4
qui sunt natiui, & oriundi ex eodem loco, & benè informati, & concludenter probant etiamsi fuerint numero pauciores, ad not. *in cap. in omni negotio cap. licet de testib. cum vulgat.*

Narratiua Doctorum, opulentorum, ingenuorum incolarum, & fertilitatis agrorum, pariter etiam iustificatur ex dict. nota status Parochiæ, in qua descripti sunt 10. Doctores, inter quos septem Iuris ciuilis, & tres Theologi, 19. Presbyteri 32. Clerici 56. Scholares, duo Notarij, 9. Officiales Vniuersitatis loci, 45. milites stipendiarij 88. Agricolæ diuites soluentes decimas, & primitias, *eodem summ. num.* 6. quod etiam comprobatur ex testibus nouiter examinatis deponentibus de nomine, & cognomine prædictorum in narratiua enunciatorum, *dict. sum. num.* 9. *&* 10. referentibus etiam territorium esse fertile, & plures Originarios de Bircarcara esse condecoratos habitu Militiæ Hierosolymitanæ, *sum. num.* 11. & quod omnes Incolæ tam viri, quàm mulieres sunt 2500. quorum 1959. sunt capaces Sacramentorum, & licet de Incolis prædictis aliqui sint plebeij, attamen omnes sunt ingenui, non autem

seruilis

5 feruilis conditionis, *dict. summ. num.* 7. & Doctores,
Clerici, Equites, Milites, Scholares, Notarij, Diui-
tes non connumerantur inter plebeios, Tiraq. *de*
nobil. cap. 8 *num.* 1. *cap* 9. *num.* 1. *cap.* 32. *n.* 1. & sic lo-
cus censetur numerosior.
6 Qualitas autem insignitatis loci iustificatur ex
antiquitate, & ex quo huic oppido subiecta sunt
alia quinque, scilicet Attardi, Alliæ, Bordi, Almari,
& Balzani *dict. summ. num.* 12. quæ loca, præter Bal-
zani, quamuis fuerint postea dismembrata de iuris-
dictione loci Bircarcaræ quoad spiritualia, rema-
nent tamen adhuc subiecta iurisdictioni militari
Capitanei, & Officialium eiusdem Bircarcaræ, *in d.*
summ. num. 14. & vlterius testes deponunt dictum
Oppidum esse ornatum pluribus turribus lapideis,
necnon Ecclesiis, & quod continuò ad illud acce-
dit multitudo populi; & confluentia ex oppidis vi-
cinis, *dict. summ. num.* 13. & quod in eo residet Ca-
pitaneus Armorum, & Officiales, tam super regimi-
ne populi quàm super re militari, *d. sum. n.* 6. & 14.
7 Quibus accedit insignitas Ecclesiæ, cùm sit ma-
trix duarum parochialium Attardi, & Alliæ, & alia-
rum 35. Ecclesiarum, satis capax, & ampla in suis
structuris, & ædificiis; commoda, & organo, aliis-
que necessariis ad diuinum cultum in ea celebran-
dum ornata, ob cuius antiquitatem præcedit omnes
alias parochiales, excepta Cathedrali, *sum. n.* 6. & 7.
Quæ omnia, & maximè frequentia Populi faciunt
locum, & Ecclesiam insignem. DD. *in cap. statutum*
num. 23. *de rescript. in* 6. Card. *in Clem.* 1. *num.* 28. vbi
Vitalin. *num.* 2. *de foro comp.* Lotter. *de re benefic lib.* 1.
quæst. 15. *num.* 5. & in terminis Collegiatæ conside-
rauit Rota *decis.* 29 *num.* 4. & 5. *p.* 2. *diuers.* Vnde ex
his, & aliis deductis in summario Philippi constat,
quod Bircarcara sit Clericis, Equitibus, militibus,
Doctoribus, scholaribus, agricolis, diuitibus, & aliis
Incolis insignita, Ecclesiis, seu Templis decorata,
platea, & vicis, hortis, campis, ac ædificiis vrbanis,
& rusticis culta, frugibus, segetibus, arboribus, vi-
neisque abundans, mercatorum commerciis. & me-
chanicis artibus numero sufficienti repleta, ambitu,
8 & situ magna, caput aliorum locorum, & conse-
quenter satis remanet iustificata prædicta narratiua
tam ex testibus, & libro parochiali status animarum,
quam ex *historia Religionis Hierosolymitanæ de anno*
1590. *part.* 3. *lib.* 1. *d. summ. n.* 12. quæ probat Caputaq.
decis. 160. *p.* 1. Imò etsi non fuissent iustificata om-
nia in gratia narrata, sed solùm frequentia populi,
& certa assignatio dotis, quæ sufficientes sunt mo-
uere Papam ad concedendum, adhuc erectio susti-
neretur, & gratia in totum esset executioni deman-
9 danda. Omnia enim in gratia narrata iustificatione
non indigent, vt docet Rot. coram Seraph. *dec.* 330.
sed tantum ea quæ in iure expressa sunt, & quæ Pa-
pam mouere possunt ad concessionem.
Non obstat depositio quatuor Equitum Ordinis
Hierosolymitani nationis Florentinæ, asserentium
prædictum locum esse rusticum, & syluestrem; quia,
10 vltra quod sunt exteri, & non sunt verè informati
de qualitate loci, & personarum, cùm deponant eos
transiuisse semel, aut bis per illum locum, *sum. n.* 18.
& ita non probant. Rot. *decis.* 156. *num.* 4. *post* 2. *vol.*
11 *Farinac.* & patiuntur alias exceptiones, de quibus in
facto, non reddunt rationem, nec concludunt nega-
tiuam coarctatam, & sic eorum depositio infringi-
tur, Crauet. *cons.* 2. *num.* 4. Rot *decis.* 380. *num.* 18. *p.* 5.
recent. ex quo præferendi sunt testes examinati pro
12 insignitate Ecclesiæ, & loci, quia sunt numero plu-
res, *cap. licet causam de probat.* & deponunt de affir-
matiua. Gabriel. *conclus.* 4. *num* 1. & 5. *de testibus*,
Rot. *decis.* 56. *num* 8. *coram Andrea*, & quia sunt
magis versati in loco, & melius informati, & de-
ponunt magis distinctè tam circa habitationes,
quàm circa personas, & earum vestimenta, & qua-
litates ex nuper adduct. etiam si sint de Vniuersi-
tate eiusdem loci Bircarcaræ, cùm ex eorum depo-
sitionibus non resultet aliquod commodum ipsis
vti singulis, *cap. insuper de testib.* Curt. *in tract. de test.*
concl. 3. *num.* 1. Couarru *practic. cap.* 18. *num.* 4. Rot.
decis. 136. *num.* 1. *part.* 1. & *decis.* 330. *num.* 3. & 4. *p.* 2.
recent.
Nec etiam obstat consideratio facta in 3. deci-
sione huius causæ, super inverisimilitudine mentis
Pontificis circa concessionem ad deferendum cap-
pas ex eo; quia cùm Cathedralis Meleuitana non
haberet talem prærogatiuam, non sit præsumen-
dum, quod Papa illam voluerit concedere Colle-
giatæ: quoniam vltra quod cessat obiectum, ex
quo etiam ipsa Cathedralis vtitur simili indulto
non solùm cappis, & rocchetto, sed etiam moz-
zetta violacea, vt *in summ. num.* 19. & *summ. nouo n.* 1.
& 2. & sic cum maiori prærogatiua, vnde cessat
eius præiudicium, Cardin. Mantic. *decis.* 331. *in fin.*
Respondetur etiam, quod gratia non potest dici
subreptitia, vel obreptitia ob non factam expressio-
nem, quod Canonici Cathedralis non vtebantur
cappis, quia in gratia non sunt narranda, nisi ea 13
quæ de iure veniunt exprimenda, nec est curandum,
an Papa si sciuisset, difficilius concessisset. Calderin.
cons. 6 *ante fin. vers. per prædicta de præbend.* Felin. *in*
cap. postulasti num. 1. *col.* 4. *in fin. vers. declara etiam no-*
tabiliter de rescript. Rot. *decis.* 100. *num.* 23. *p.* 5. *recent.*
& in iure non est cautum, vt requiratur ad effectum
deferendi cappas in Collegiata narrare quod non 14
deferantur in Cathedrali, & ita non potest corruere
narratiua ex hoc capite, cùm remaneant iustificatæ
cæteræ qualitates narratæ. Rot. *dict. decis.* 19 *num.* 8.
part. 2. *diuers.* maximè quia pro obtinenda ista gratia
soluti fuerunt à fundatore pro componenda 420.
ducati *in summ num.* 5. hincque præsumitur facilius
concessa eodem modo quo fuit petita, cùm per so- 15
lutionem componendæ quasi contrahatur inter im-
petrantem, & Papam, Cassad. *decis.* 1. *de pact.* Gonzal.
in reg. 8. *gloss.* 28. *num.* 27 & 28. *cum seqq.*
Præterea indultum deferendi cappas, fuit con-
cessum in eadem gratia erectionis secundum inten-
tionem, & petitionem Philippi fundatoris, qui ita,
& non aliàs voluit dotare Ecclesiam, eámque eri-
gere in Collegiatam, vt patet ex proœmio gratiæ
per illam dictionem (vt infra) quæ repetit omnes 16
qualitates inferius expressas, ac si essent specialiter
ibi expressæ secundum *text. in l. si testamentum* 6. *de*
instit. & substit. & ideo præsumi debet, quod etiamsi
Papa sciuisset Canonicos Cathedralis cappis non
decorari, nihilominus illas concessisset Collegiatæ,
ne Philippus retraheretur ab erectione, cùm magis
præponderet ratio augmenti cultus diuini, quod se- 17
quitur per erectionem, quàm ratio præiudicij quod
inferri potest Canonicis Cathedralis circa diminu-
tionem honoris, seu decoris, vt per Seraph. *dec.* 847.
num. 3. nam Papa solet voluntati fundatorum adhæ- 18
rere, vt alij quoque inuitentur, & ita cultus diuinus
augeatur, Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 9. *princ.*
num. 82. *cum seqq.*
Quo verò ad exemptionem, censuerunt Domini
in hac parte sententiam esse confirmandam, nec ad-
uersatur obiectũ, quod cùm gratia sit indiuidua veri- 19
ficatur etiam narratiua iustificata quoad exemptio-
nem: Nam vltra quod negatur obiectum ex decisio-
nibus R.P.D. mei Pirouani, & ex duabus sententiis

disiunctim,& separatim ab eodē prolatis,ex quibus apparet gratiam esse diuiduam, dictum fuit, quod
20 ex verisimili mente Pontificis apparet noluisse cōcedere exemptionem tanquam valde præiudicialem Ordinario, & Cathedrali Ecclesiæ onerosam, Federic.de Sen.*cons.*247.*num.*2.Lotter.*de re benef.lib.*2.*quæst.* 24. *num.* 184. attenta parua distantia inter Oppidum & Ciuitatem, quod esset causa, vt quotidie orirentur plurima dissidia, & contentiones inter Episcopum, & taliter exemptos, Bellam. *cons.* 10. *in princ.* Quibus consideratis certum est,
21 quod verisimiliter Pontifex huiusmodi exemptionem non concessisset,cùm non præsumatur voluisse inferre tale præiudicium Ordinario. Bellam. *d. cons.*20.*num.*9. Paris *de resignat. benef.lib.*3.*quæst.*11.*num.*6. Mandos *in tract.de signat. grat.verb.exemptionem, & verb. erectiones cap. mandato,* vbi Gloss.*verb. non fuit, de rescript.* Rot. *decis.*21.*num* 5.*de prebend. in nou.* maximè deficientibus causis ex parte Episcopi occasione sæuitiæ atrocis in subditos, aut vexationum iniustarum,aut tyrannidis, quibus, seu aliis motus Pontifex, potuisset præsumi concedere voluisse huiusmodi exemptionem realem, & personalem. Roland. *cons.*18. *num.* 8. *lib.*3. *& cons.*40.*num.*12.*lib.*4. Guidopap. *decis.*61. vbi Adden. *verb. atrociter.* Lotter.*vbi supra dict.quæst.*24.*à n.*30. *vsque ad num.*112. *cum seqq.* Cassad. *decis. vlt. de priuil. num.*4.

Et ita decisum ter causa proposita vtraque parte audita.

Ariminen. expensarum.

Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Expensæ pro actis Iudicialibus factæ & secundùm stylum taxatæ non possunt dici excessiuæ, sed viuæ potius expensæ sunt nuncupandæ.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus in expensis per tres conformes pronunciatas sententias ad earundem expensarum refectionem indubitanter tenetur.*

2 *Referuntur expensa ad quarum refectionem Rota passim & absque difficultate victos victoribus condemnat.*

DECISIO LXXVII.

CENSVERVNT Domini non constare de excessiua taxatione expensarum in hac causa per Marchesellos factarum, quia ex lectura listæ continentis summam scut. 95. monetæ datæ *in eorum summ. num.*1. patet tres fuisse instantias, tres-
1 que conformes pronunciatas sententias, cum condemnatione in expensis contra Marcum Antonium Cecium, qui propterea ad earundem expensarum refectionem indubitanter tenetur, *l. eum, quem ff. de re iudic. l.properandum, §. sine autem, C.eodem tit. l.*3.*C.de fruct.& lit.expens.* etiam de stilo huius sacri Tribunalis, de quo testatur Cassad. *decis.*13.*num.*1. *de rescript.* Put. *decis.*375. *num.*2 *lib.* 3. *in correct. & decis.*56.*num.*6.*coram Reuerendissimo.Domino meo Decano, & in Bononien expensarum* 26.*Iunij* 1634.*coram R.P.D.meo Buccabella.*

Nec hæsitari potest de substantia debiti, quoniam Signatura visis tribus conformibus, causam quoad prætensam excessiuam taxationem duntaxat commisit, & sic supposuit pro indubitato existen- 2
tiam expensarum, quæ cùm omnes appareant factæ pro registris, rubricatura processuum, & aliis actibus iudicialibus, & secundùm stilum taxatæ, non possunt dici excessiuæ, sed potius expensæ viuæ vulgo nuncupantur, ad quarum refectionem Rota passim,& absque difficultate victos victoribus condemnat, Vestt. *in prax. lib.*8. *cap.*2. *num.*11. Rot.*in Tuden.expensarum* 18. *Martij &* 28. *Iunij* 1619.*coram Reuerendissimo D. meo Decano,*& nouissime *in Vlixbonen. nullitatis professionis sub die* 27.*Martij præsentis anni coram me.*

Et ita fuit dictum vna tantùm parte informante, altera pluries legitimè citata, &c.

Romana de Serenis.

Vener. 15. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

De tribus partitis reseruatis circa quantitatem expressam attenta earundem ex deductis iustificatione admittendis.

Vide suprà *Decis.* 68.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ pro litibus hæreditariis Testatoris factæ quando necessariæ reputantur à cohæredibus pro rata sunt reficiendæ.*

2 *Lites sine expensis nequeunt sustineri.*

3 *Quietantiæ pro solutionibus Aduocatis Procuratoribus Notariis & copistis occasione litium factis nec fieri solent nec debent.*

4 *Probatio quantitatis expensarum qualis qualis haberi potest admittitur.*

5 *Constito de expensis in genere probatio à consuetis est admittenda.*

6 *Expensæ quæ aliquam sapiunt liberalitatem, vbi non omnino distant à solito litigantium non sunt reiiciendæ.*

7 *Quietantia pro parua summa inter sorores deficiente standum est iuramento.*

Maximè cùm omnibus aliis expensis iustificatis constet de legalitate personæ iurantis.

8 *Inquisitio exacta & nimis scrupulosa cessat Testatore administrationi personæ sibi confisæ stari & acquiesci mandante.*

9 *Merces Notariorum est ineuitabilis cùm gratis eorum operas locare non præsumantur.*

10 *Legitimatio personarum in iudiciis motis hæreditario nomine omitti nequit.*

DECISIO LXXVIII.

N decisione facta sub die 26. Iunij anni præteriti fuit conclusum standum esse relationi tertij Petiti,etiam in tribus ex sex partitis reseruatis, & reliquæ fuerunt reiectæ, ex quo non

non docebatur de earum iustificatione ; hodie verò causa reproposita super eisdem , dixerunt Domini vltra partitas in dicta decisione contentas , infrascriptas quoque esse admittendas , cùm ex nouiter deductis constet satis esse iustificatas circa quantitatem inferius exprimendam.

Prima namque scut. 627. & 21. erogatorum pro expensis litium & salario Procuratoris, vt *in summ. Margaritæ num. 3. & seqq.* venit admittenda , sed tantùm in quantitate scutorum 170. $\frac{8}{1}$ quoniam listæ 20 quæ dantur pro iustificatione dictæ partitæ incipientes a die 4. Maij 1619. vsque ad mensem Decembris 1631. continent in pluribus partitis expresse, ac in aliis pluribus demonstratiuè & concludenter expensas scutorum 137. factas in litibus cœptis d. die 4. Maij , & successiuè prosequutis inter ipsas Margaritam ex vna , & Martiam ex altera, cum salario scutorum 2, quolibet mense Procuratori per totum d. tempus in summa scutorum 358. per dictam Margaritam soluto , quod pro tertia parte rationabiliter imputari potest in causam seruitij dd. litium contra Martiam , & sic dicta scuta 137. & dicta tertia pars salarij , quæ est scut. 119. 33. $\frac{1}{3}$ detrahenda sunt de dicta summa scutorum 627. & remanebit in quantitate scut. 370. 87. $\frac{2}{3}$ supra relata , quæ cùm reuera fuerunt impensa pro litibus hæreditariis Alexandri Testatoris, vt dignoscitur ex quamplurimis actibus iudiciariis coram diuersis Iudicibus , & contra diuersas personas de
1 quibus *in eodem summario* , debent expensæ necessariæ reputari , per ea quæ tradit Peregr. *de fideicom. art. 50. num 9 cum seqq.* Ruin. *cons.* 100. & consequenter à coheredibus pro rata reficiendæ sunt, per *text. in l. ex duobus 27 ff de negot. gest.* Bald. *in l. filiæ cuius 8. C. famil ercisc. num 3. & 4.* Peregr. *vbi supra*, maximè cùm respiciant solutiones factas Aduocatis ,
2 Procuratoribus , Notariis , Copistis, & aliis, occasione ipsarum litium , quæ sine huiusmodi expensis sustineri nequeunt , Rot. *decis.* 209. *num.* 1. &
3 *decis.* 569. *num* 1 *lib.* 4. nec de huiusmodi quietantiæ fieri solent , nec debent , iuxta *l. proinde ff. de var. & extraord cognit.* Decian. *in Apolog. impress. post tertium volum. resp. cap. 22. num. 152. cum seqq.* Probatio
4 præterea quantitatis expensarum admittitur qualis qualis haberi potest, Federic de Sen. *cons.* 119. *n.* 4. Rot. *decis.* 283. *num.* 1. *in princ. part* 1. *recent.* & *in Tullen. expensarum coram Reuerendissimo Domino Decano*
5 18. *Martij &* 28. *Iunij* 1619. Imo constito de expensis in genere deberet probatio admitti à consuetis , Achil. *decis.* 22. *de restit. spoliat.* Rot. d *decis.*
6 283. *num.* 1. *in fin.* nec debent reiici eæ quæ fortè saperent aliqualem liberalitatem , vbi non omnino distant à solito litigantium, Gregor. XV. *decis.* 512. *num* 3.

Secunda autem partita scutorum 27. b. 25. quoad ratam scutorum 6. quæ asseruntur tradita Martiæ, licet reuera non iustificetur, tamen placuit respon-
7 sio ; quod dum agitur inter sorores de parua summa , non soleat fieri quietantia , & propterea standum sit iuramento ipsius Margaritæ, Specul. in tit. *de Instrum. edict. §. nunc vero,* ... *si executor,* Guttier. *de tutel. part. 3. cap. 1. n. 154.* Greg. *decis.* 475. *num.* 3. quod facilius procedit in præsenti, cùm ferè omnes aliæ expensæ iustificentur , & appareat de legalitate personæ Margaritæ , Corn. *cons. fin. §. in computat. C. de iur. deliber.* Munoz *de rathcin. cap.* 10. *num.* 57. & *seqq.* in qua Testator plurimum cōnfidit,
8 dum iussit stari, & acquiesci illius administrationi, itavt cesset nimis scrupulosa , & exacta Inquisitio per *text. in l. si seruus vetitus,* vbi Gloss. & DD. *ff. de legat.* 1. cum aliis adductis in decisione causæ, *in §. si quidem regulariter circa fin.*

Quo verò ad ratam scutorum decem erogatam pro tertia parte expensarum , pro rogitu testamenti, & aditionis hæreditatis Alexandri testatoris , ac pro suscipiendo publico Instrumento testamenti, habita extraiudiciali relatione , dixerunt Domini esse admittenda , sed vti excessiua esse moderanda ad scuta 6. & expensæ dicuntur necessariæ, & consequenter reficiendæ , quia quantum attinet ad mercedem Notariorum, certum est esse ineuitabile, cùm verisimile non sit quod ipsi gratis eorum ope- 9
ras locauerint, ad *l. cum de indebito ff. de probat.* & instrumentum publicum testamenti Alexandri negari non potest , quin fuerit necessarium , dum sine ipso Margarita in iudicio comparere minimè poterat , tanquam hæres legitimando suam personam , quæ legitimatio personarum in Iudiciis mo- 10
tis hæreditario nomine omitti nequit, ad trad. per Bart. *in l. 2. in fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen.* Ias. *in rubr. C. qui admit. num.* 1. Greg. *decis.* 264. *n.* 2. vbi Adden. *n.* 5.

Reliqua scuta 11. b. 5. impensa pro vendendo musto , item dictum fuit non esse habenda in consideratione, sed reiicienda , cùm in alia parte dicta partita non iustificetur.

Et sic decisum vna tantùm parte informante, altera pluries citata, & nunquam comparente.

Meleuitana Erectionis Beneficij.

Merc. 27. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

De beneficio erigendo & filio Testatoris ob repudiationem hæreditatis per vocatos à Patre in testamento factam, vigore sententiæ Rotalis conferendo : vbi plura de legatis repudiatis & cui acquiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica probationem probatam & factum notorium faciunt.*
2 *Testibus standum est ritè & rectè examinatis.*
3 *Literæ testimoniales Ordinarij probant Clericatum.*
4 *Probatio semiplena sufficit ad effectum verificandi valorem expressum hæreditatis ne gratia subreptitia dicatur.*
5 *Gratia Apostolica cùm habeat de iure executionem paratam executioni est mandanda.*
6 *Ordinarius an de iure communi voluntates defunctorum possit commutare.*
7 *Hæreditates & legata repudiata ex constitutione plurimorum Pontificum fabrica Sancti Petri de vrbe acquiruntur.*
8 *Papa solus potest legata defunctorum & voluntates commutare de iisque disponere.*
9 *Pontifex omnia iura in scrinio sui pectoris habere dicitur.*
10 *Papæ generalis cogitatio de priuilegiis concessis ad subreptionem euitandam sufficit.*
11 *Derogatio non requiritur quando agitur de actu sui natura præiudiciali.*

12 *Omissio mentionis de commutatione voluntatis Testatoris per Ordinarium facta ipsam gratiam non vitiat.*

DECISIO LXXIX.

ENTENTIAM in Curia extra tamen Rotam latam, in qua pronunciatum fuit beneficium de quo agitur esse erigendum, & Antonio conferendum, reuocando duas sententias contrarias de partibus, dixerunt Domini esse confirmandam attenta eius validitate & Iustitia.

De validitate non dubitatur; Iustitia verò satis apparere visa fuit ex iustificatione narratiuæ factæ per Isabellam in supplicatione Sanctissimo porrecta. Narrauit enim Isabella, quod Nicolaus eius germanus frater hæredem ex testamento instituit Collegium Soc. IESV Ciuitatis Vallisoletanæ, ad effectum erigendi residentiam continuam dictæ societatis in Insula Gaudisij, cum onere celebrandi duas Missas qualibet hebdomada in Ecclesia dictæ Residentiæ. Et casu quo dictum Collegium dictam hæreditatem, & onus non acceptasset, substituit Conuentum Sancti Dominici eiusdem Ciuitatis, cum onere similis Residentiæ. Et quia tam Collegium, quàm Conuentus recusarunt hæreditatem prædictam tali onere grauatam, ideo ipsa supplicabat Sanctissimum, vt attenta recusatione d. hæreditatis, cuius valor annuus summam scutorum 200. monetæ illarum partium non excedebat, attentáque numerosa prole viduæ supplicantis, nempe filiorum 7. vtriusque sexus, quorum vnus sub Turcarum tyrannide detinebatur, mandasset, quod ex fructibus dictæ hæreditatis beneficium simplex erigeretur, cum onere celebrandi duas Missas in Ecclesia Sancti Saluatoris singula feria 4. & die Sabbathi cuiuslibet hebdomadæ pro ipsius Testatoris animæ salute, illúdque sic erectum conferri mandasset Antonio eiusdem Isabellæ filio, prout mandauit, vt constat ex literis Apostolicis desuper expeditis *in eius sum. datis n. 5.*

Quæ quidem narratiua quoad repudiationem hæreditatis factam per vocatos in testamento Nicolai, probatur ex publicis Instrumentis *eodem sum.*
1 *num.* 1, 2, 3. *&* 4. facientibus probationem probatam, & factum notorium, *cap cum dilecte*, & ibi Abb. *num.* 2. *de donat.* Bald. *in l. interest C. de solut.* Rota *decis.* 180. *coram Gregor. XV.* Quod autem Isabella fuerit soror germana testatoris vidua grauata num. 7. filiorum, quorum vnus sub Turcarum Tyrannide captiuus reperiebatur, constat ex depositionibus testium *dict. summ. num.* 7. *&* 8. Quibus ritè,
2 & rectè examinatis standum est, ad tradit. *in l. vbi numerus ff de testibus*, & quod Antonius sit Isabellæ filius, cui beneficium in literis conferri mandatum, patet similiter ex depositionibus testium *sum.*
3 *num.* 9. & ex literis testimonialibus Ordinarij *dict. summ. num.* 10. plenè probatur eius Clericatus, ad text. *in l. si qua per calumniam C. de Episc. & Cleric.* Gloss. *in c. inter quatuor verb. argumenta de Cleric.* Peregr. Rebuff. *in praxi in forma liter. tonsur.* Canall. *decis.* 483 *n.* 2. & 608. *n.* 9.

Denique verificatur etiam narratiua valoris hæreditatis, quod non excedebat summam scutorum 200. tam ex depositionibus testium *dict. sum. n.* 11. quàm ex particula Testamenti *summ. num.* 13. vbi Testator dubitans hæreditatem non ascendere ad quantitatem prædictam, iussit eo casu supplementum detrahi debere ex legatis ab eo relictis; Vnde
satis remanet iustificata gratia, quoad valorem ex- 4
pressum, cùm ad hunc effectum semiplena probatio sufficiat, ne gratia subreptitia dici queat. Mantic. *decis.* 132. & *decis.* 327. *in vtraque num.* 4. Ægid.
decis. 113. *&* 675. His igitur stantibus debet gra- 5
tia Apostolica executioni demandari, cùm habeat de Iure executionem paratam, *c. si Capitulo*, vbi Gloss. *verb. exequatur de concess. prebend. in* 6. Mohed. *decis.* 13. *vt lit. pend.* Rot. coram Martin. Andr. *decis.* 20. *n.* 2.

Non obstat applicatio facta ab Ordinario hæreditatis prædictæ ad fauorem Ecclesiæ Matricis, seu Collegiatæ terræ Insulæ Gaudisij, quia quic-
quid sit, an Ordinarius de Iure communi pos- 6
sit commutare defunctorum voluntates, ex tradit. per Bart. *in l. legatum ff. de vsufruct. legat. l. legatum ff. de administr. rerum ad Ciuit. pertin.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 52. *num.* 160. Lar. *de Capellan. lib.* 1. *cap.* 14. ex Concil. Trident. *sess.* 22. *de reformat. cap.* 6. censuerunt Domini, quod cùm
hodie hæreditates & legata repudiata statim ae- 7
quirantur Venerandæ fabricæ Sancti Petri de Vrbe ex priuilegio Pauli III. & Iulij III. ac aliorum Pontificum illi concessis, iuxta declarationem Sanctæ Congregationis relat. per Quarant. *in suo Bullar. verb. fabrica Sancti Petri de Vrbe, vers. si autem fol.* 248. solus Summus Pontifex potest il-
las, seu illa commutare, de eisque disponere, 8
iuxta notat. *in Clementina, quia de relig. domib.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 148. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 8. *num.* 11. cum aliis relatis per Barbos. *in Pastoral. allegat.* 83. *per tot.*

Quibus priuilegiis fabricæ censetur Pontifex derogasse, quamuis de illis in supplicatione non
fuerit facta mentio, cùm omnia Iura in scrinio 9
sui pectoris habere dicatur, *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. Gonzal. *regul.* 8. §. 4. *in proœmio num.* 85. & sic sal-
tem in genere cogitare potuit de prædictis priui- 10
legiis quod sufficit ad euitandam subreptionem, Crauet. *cons.* 78. *num.* 7. Rot. *decis.* 38. *num.* 3. & *decis.* 192. *&* 210. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & in puncto coram Buratto *decis.* 883. *per tot.* & præcipuè *num.* 6.
vbi quod dum agitur de actu sui natura præiudi- 11
ciali, vt est erectio, non requiratur derogatio, allegat Seraphin. *decis.* 762. *num.* 4. & *decis.* 1443. *num.* 3. *&* 6.

Minus releuat, quod Isabella in eius supplicatione mentionem non fecerit de commutatione voluntatis Testatoris facta per Ordinarium ad fauorem Ecclesiæ Matricis, & sic gratia saltem ex isto capite laboret vitio subreptionis: Quoniam cùm ex supra relatis constet commutationem ab Ordinario factam esse nullam, maximè cùm fuerit facta ante secutam repudiationẽ PP. Dominicanorum, vt patet ex registro fol. 159. & 219. Isabella
non tenebatur illam exprimere, nec illius non ex- 12
pressio vitiat ipsam gratiam, Felin. *in cap. ex tenore* [illegible] & *cap. super literis num.* 15. *de rescript.* per Rotam coram Buratto *dict. decis.* 883.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, altera pluries citata, &c.

Vlixbonen.

Vlixbonen. Nullitatis professionis.

Vener. 29. Ianuarij 1638.

ARGVMENTVM.

De Remissoria maximè in casu rei grauissimæ (qualis est nullitas professionis post 25.annum clausuræ) concedenda, conditionibus in Breui Apostolico contentis, adimpletis.

Vide suprà *Decis.* 55.

SVMMARIVM.

1 *Causa emissionis professionis dicitur prophana cùm non agatur de titulo beneficij.*

2 *Remissoria in prophanis sine aliquo fumo conceditur quando materia sunt releuantes.*

3 *Causa in Rota commissa appellatione remota Remissoria datur ne lis finiatur, & Reis probationes tollantur.*

4 *Remissoria vni parti ad probandam prætensionem concessa alteri pro exceptione etiam est concedenda, vt in iudiciis æqualitas seruetur.*

5 *Libertas professionis quomodo probatur.*

6 *Præsentia superioris de iure metum excludit.*

7 *Susceptione veli probata ratificatio possessionis emissa resultat.*

8 *Prætensio metus professionis emissæ per plurimos actus ratificationis subsequutos censetur exclusus.*

9 *Remissoria non potest denegari cùm ad illius concessionem vnius articuli releuantia sufficiat.*

10 *Remissoria an sit deneganda fratribus professæ ob prætensam nullitatem professionis, Monasterio eam non expostulante.*

11 *Ad dirimendum & reintegrandum matrimonium quilibet de populo admittitur.*

12 *A matrimonio carnali ad spirituale benè sumi potest argumentum eadem ratione vigente.*

13 *Excommunicatus ob recursus habitos ad Iudices laicos iuxta stilum sacri Tribunalis Rotæ non debet audiri.*

14 *Conditionibus contentis in Breui Apostolico adimpletis absolutio excommunicationis est concedenda, nec audientia deneganda.*

15 *Subornatio testium cùm de ea nullibi perfectè constet fidem ex fide data non meretur, etiam medio iuramento coram Notario & testibus firmata.*

DECISIO LXXX.

PRoposita pluries causa super puncto principali nullitatis professionis Franciscæ Domini (cùm agatur de re grauissima) vt maturius resolueretur, ordinarunt dari dubium, An Antonio, & Ioanni Gomez de Matta, dictæ Franciscæ fratribus esset danda remissoria, quod hodie affirmatiuè fuit resolutum. Quia ad hunc effectum causa emissionis professionis dicitur pro-
1 phana, prout quælibet alia, cùm non agatur de titulo beneficij, Ægid. *decis.* 617. Caputaq. *decis.* 99.
part. 1. Gregor. *decis.* 174. vbi Adden. *num.* 7. In pro- 2
phanis autem indistinctè, & sine aliquo fumo remissoria conceditur, quando materiæ sunt releuantes, Caputaq. *decis.* 68. *part.* 3. Cæsar. de Grass. *decis.* 1. *num.* 10. *de dilat.* & eo magis in præsenti, cùm causa 3
fuit in Rota commissa appellatione remota, ne lis finiatur, & reis probationes tollantur, Caual. *decis.* 59. *num.* 1. Gregor. *decis.* 403. *num.* 4. & 562. *num.* 5. & 7. maximè quia alteri parti fuit concessa remis- 4
soria ad probandum prætensum motum; ideò & huic quoque concedenda venit ad probandam suam exceptionem, vt in iudiciis æqualitas seruetur, *l. fin. C. de fruct. & lit expens.* vbi Gloss. *litt. B.*

Quod autem materiæ sint releuantes patet ex earum lectura, siquidem primi quinque articuli continent professionem Franciscæ fuisse liberè 5
emissam, præcedente exploratione ipsius voluntatis, facta per Vicarium generalem, & propterea tanquam emanata in executionem Concilij Tridentini *cap.* 17. *sess.* 25. *de regular.* probat libertatem. Præsentia enim superioris de iure metum excludit, 6
l. non est verisimile, ff. de eo quod met. caus. Paris. *cons.* 10. *num.* 53. *lib.* 1. Gregor. *decis.* 188. Sextus, & septimus continent susceptionem veli nigri, per professas gestari soliti, & mortem patris, & fratris Franciscæ, à quibus prætenditur metus incussus. Probata 7
itaque susceptione veli, resultabit ratificatio professionis emissæ, iuxta *text. in cap. vidua* 4. *C. ad nostram, c. statuimus* 23. *c. cum virum* 12. *circa med. de regular.* & per probationem mortis patris, & fratris, cessabit prætensio ex aduerso facta, quod semper durauerit eadem causa metus, qui per tot actus mul- 8
tiplicatos ratificationis subsequutos censetur exclusus, ad trad. per Alex. *cons.* 98. *num.* 7. *lib.* 5. Paris. *cons.* 10. *n.* 57. *cum seqq lib.* 1. Menoch. *cons.* 100. *n.* 88. Rot. *decis.* 463. *num.* 3. *part.* 2. *recent.*

Octauus verò, & reliqui articuli vsque ad 14. pariter sunt releuantes, quoniam continent plures actus gestos per Franciscam, ex quibus resultat libera professio, ac ratificatio. Stante igitur dictorum articulorum releuantia, remissoria nullo modo denegari potest, cùm ad illius concessionem vnius 9
articuli releuantia sufficiat, Seraph. *decis.* 1364. *n.* 3. Rot. *decis.* 661. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* & sæpissimè in aliis.

Nec obstat quod Monasterium, quod videtur 10
pars formalis remissoriam non expostulet, sed potius mandatum procuræ reuocauerit, vt *in sum. Francisca num.* 3. Quoniam non per hoc remissoria denegari debet Antonio, & Ioanni, qui tanquam fratres partes legitimæ reputantur contra Franciscam sororem, vt de matrimonio carnali tradit Achill. *decis. vnica qui matrim. accusar. poss.* imò in his casibus admittitur etiam quilibet de populo tam ad 11
dirimendum, quàm ad reintegrandum matrimonium, ad notata per Abbat. *in cap. tenor* 10. *num.* 7. *de sent. & re iudic.* Io. Brunell. *de sponsalib. conclus.* 35. *limit.* 5. & argumentum benè sumi potest à matrimo- 12
nio carnali ad spirituale, cùm vigeat eadem ratio, *argum. text. in c. inter corporalia, §. sicut enim, infrà vers. Cum de similibus*, & ibi Glos. *vers. sicut ergo, vers. propter similitudinem.*

Nec obstat, quod dd. Antonius, & Ioannes ob recursus habitos ad Iudices laicos inciderint in ex- 13
communicationem, vt fuit firmatum in decisionibus causæ, & ideo auditi non debeant iuxta stilum huius sacri Tribunalis. Quia postea obtinuerunt Breue à Sanctissimo mihi directum, cum facultate obtinendi absolutionem, renunciato prius attentatis parito Iudicato, & refectis expensis: & sub die

16. Nouembris anni præteriti, fuit resolutum, quoad expensas fuisse sufficienter paritum, ac demum omnia impedimenta præstita remouerunt, compulsando propriis sumptibus processum ad fauorem Franciscæ fabricatum, in curia Iudicis laici prius de-
14 tentum. Vnde dixerunt Domini conditiones in Breni contentas fuisse adimpletas, propterea absolutionem concedendam, & consequenter eis audientiam non esse denegandam, ad tradit *in c. Qua fronte* 25. vbi Gloss. & DD. omnes *de appellat. cap solet.* 2. *cap Venerabilis* 7. §. *Porrò vers. secus de sentent. excommunicat. in* 6. Anton. Ricciol. *de iur. person. lib.* 4. *cap.* 70.

Denique non releuat, quod dicebatur de calumnia & potētia Antonij, & Iohannis, quoniam de calumnia & potentia nullibi constat, prout nec etiam
15 de timore subornationis testium, nisi ex quadam fide data *in sum. Franciscæ num.* 7. quæ fidem non meretur, Cæsar de Grassis *decis.* 2. *num.* 13. *de Sponsalibus*, Seraph. *decis.* 106. *num.* 3. licet esset firmata medio iuramento coram Notario, & testibus, Menoch. *cons.* 122. *num.* 45. *vers. nec dici hic potest*, Aldouin. *cons.* 75. *n.* 28. Imo in omnem euentum in negotio tam graui deberet ex officio Remissoria concedi, ne vnquam dici possit, quod Monialis potest xxv. annum clausuræ absolueretur à voto absque alia probatione.

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Romana retrouenditionis Domus.

Lunæ 1. Februarij 1638.

ARGVMENTVM.

Mandato de deliberando domúsque adiudicatione libera stante, libera etiam debet esse retrouenditio, pecuniæque liberè consignandæ.

Vide suprà *Decis.* 52.

SVMMARIVM.

1 *Retrouenditio domus debet esse libera pecuniæque liberè consignanda, vt earum depositio liberet deponentem.*

2 *Depositum conditionale & cautelatum debitorem liberare minimè potest.*

3 *Conditio de detrahendo salario ex summa in deposito contenta nil habet commune cum libero mandato de deliberando.*

4 *Conditio quæ hæredibus non prodest, & Taurinis est præiudicialis, non est admittenda.*

5 *Pecunias malè soluens sibi ipsi debet imputare.*

6 *Conditiones ab hæredibus requisitæ cum non sint in obligatione retrouenditionis per Taurinos facta, ad earum adimplementum Taurini de iure non sunt cogendi.*

7 *Conditiones quando extrinsecæ æstimantur, depositum vitiosum reputatur.*

8 *Depositum vitiosum deponenti suffragari non potest cum liberum esse debeat.*

DECISIO LXXXI.

POSTQVAM sub diebus 21. Aprilis, & 4. Iulij 1636. fuit decisum coram R. P. D. meo Pirouano, retrouenditionem Domus de qua agitur, esse faciendam per Taurinos creditores, ad quorum fauorem fuerat dicta domus deliberata pretio scutorum 2300. cum pacto eam retrouendendi infra sex menses, fuit quoque stipulatum instrumentum retrouenditionis ex officio, vigore decreti eiusdem R. P. D. Pirouani, ad fauorem hæredum Zecchadori debitorum, mediante deposito per eos facto penes montem Pietatis pro summa debita: sed quia cedula depositi, etsi esset libera, fuit postea in actis Notarij producta cum protestationibus, quod Taurinis consignari non deberet nisi aliquibus conditionibus adimpletis, ideo interposita appellatione per Taurinos à prædicto decreto, & causa mihi commissa dubitaui sub die 18. Martij anni præteriti; An esset recedendum à decisis coram R. P. D. meo Pirouano, & Domini responderunt retrouenditionem esse faciendam, & quod dd. scuta 2300. penes montem Pietatis soluerentur integrè Taurinis, facta per eos quictantia, & ratificata retrouenditione facta per Iudicem. Cui resolutioni Taurinis non acquiescentibus, & causa de nouo super eisdem reproposita, hodie fuit dictum pecunias esse liberè consignandas, & consequenter in hac parte recedendum à decisis.

Ratio enim est, quia sicut mandatum de deliberando fuit liberum, & libera fuit domus adiudicatio; ita quoque libera debuit esse retrouenditio, & 1
consequenter liberæ pecuniæ consignandæ, vt earum depositio liberaret deponentem, *l. si creditrici* 6. *l. acceptam* 19. *C. de vsur.* Felician. *de censibus lib.* 4. *cap.* 1. *num* 1. Menoch *lib.* 2. *de arbitr. cent.* 3. *cas.* 232. *num.* 4. Ias. *cons.* 9. *num.* 15. *lib.* 1. Conditiones autem licèt non in cedula, sed in productione ipsius cedulæ, ac in protestationibus in actis factis sint appositæ; tamen cùm per eas Taurini impediti fuerint ne pecunias liberè consequi potuissent, idem est, ac si in eadem cedula appositæ essent, et sic tanquam ex- 2
trinsecæ reddiderunt depositum conditionale, & cautelatum, quod propterea debitorem liberare minimè potuit, Bart *in l. soluturus n.* 5. *ff. de solutionibus*, Cenc. *de Censibus* 7. *part. c.* 1. *q.* 3. *art.* 9. *num.* 28. Rot. apud Cenc. *decis.* 296. coram Gregor. *decis.* 505. vbi Adden. *n.* 11. Qood autem conditiones prædictæ sint extrinsecæ (exceptis duabus) scilicet conditio faciendæ retrouenditionis consignata cedula, & conditio quietantiæ pro pecuniis contentis in eadem cedula, patet ex earum lectura data *in sum. Taurini num.* 2. Nam prima, quod ex summa in deposito contenta essent detrahenda scuta 444. pro
salario Zecchadori, vltra quod nihil commune ha- 5
bet cum libero mandato de deliberando, & sic extrinseca reputatur, nec etiam est adimplenda, quia iam Rota firmauit in decisionibus in hac causa factis, Zecchadorum fuisse de salario satisfactum, quam veritatem iam agnouerunt eius hæredes, & acquiescunt, prout pariter recesserunt à conditione secunda, in qua prætendebant remotionem molestiarum Communitatis Assitij; quoniam reuera prætēsæ molestiæ non aderant, imò ex quadam Epistola data *in summ. Taurinorum num.* 4. constat eas fuisse peripsum Zecchadorum mendicatas.

Tertia conditio requirens ratificationē venditionis factæ per Zecchadorum Anibali Regliæ, iam est adimpleta per dimissionem Instrumentorum ratificationum in actis. Quarta verò in qua petebatur homologatio ratificationum in Gallia factarum, fuit per Taurinos adimpleta in ea parte, quæ respicit venditionem Castri Torris Andreæ factam per Zecchadorum, sed in alia parte in qua Taurini enunciantur hæredes Andonni Patris, & quod

sorores

sorores habeant partem in hæreditate, non est
4 adimplenda, cùm heredibus Zecchadori non prosit, & ipsis Taurinis sit præiudicialis.

Vltima demum conditio, quod approbarentur, & ratificarentur solutiones factæ creditoribus d. Andouini, & quod fieret quietantia de pecuniis solutis Ludouico della Motta, & Helion Pronostat, nullo modo debet per Taurinos adimpleri, siquidem
5 aut Zecchadorus dd. pecunias malè soluit, & sibi imputet, aut bene soluit, & eo casu alia non indiget ratificatione, seu approbatione.

Ex prænarratis igitur manifestè apparet dd. conditiones fuisse extrinsecas; quoniam sicut Taurini ex adiudicatione domus eis facta euaserunt liberi, & absoluti illius Domini, ita & pariter debent ha-
6 bere pecunias liberas, dum sponte se obligarunt ad illam retrouendendam; certū enim est quod in obligatione de retrouendendo, facta per Taurinos, non continetur aliqua ex his conditionibus, quas hodie requirunt hæredes Zecchadori; vnde cùm ad earum adimplementum de iure Taurini cogi non possint, Negusan *de pignor. 1. membr. 1. part. princip. num. 17.*
7 meritò debent illæ extrinsecæ æstimari, & consequenter depositum vitiosum reputari, Rota *decis.* 890. *num.* 4. *coram Seraph.* & apud Cenc. *de censib. decis.* 296. quod propterea deponenti suffragari mi-
8 nimè potest, cùm liberum esse debeat, Alex. *cons.* 78. *num.* 20. *lib.* 5. Negusant. *de pignor. in* 5. *part. princip. membr* 3. *& in* 2. *part. num.* 10. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 132. *d. num.* 4. Gabr. *cons.* 17. *num.* 15. *lib.* 1. Pancirol. *cons.* 402. *num.* 23. *& seqq.* & latius fuit comprobatum *in Romana census* 20. *Iunij* 1633. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Non obstat, quod conditiones prædictæ sustineri debeant, ex quo fuerint approbatæ in decisionibus, emanatis coram R. P. D. meo Pirouano, quia Rota mandauit poni in actis dd. Instrumenta eáque approbari respectu venditionis Castri Turris Andreæ, non autem ad effectum ratificandi omnia, & singula in eis contenta, & sic Taurini cùm ratificauerint d. vendicationem Castri Turris Andreæ, plenè satisfecerunt mandato Rotæ.

Denique non releuat, quod à decreto deponendo, nec ab admissione protestationis factæ non fuit appellatum à Taurinis. Quoniam contrarium apparet in summariolo Iurium dato pro Taurinis *num.* 1. *&* 2. vbi legitur decretum R. P. D. mei Pirouani cum appellatione interposita. Vnde dixerunt Domini, pecunias esse liberè consignandas, & quod de fructibus à die facti depositi vsque ad diem consignationis pecuniarum particulariter videatur.

Et ita decisum, vtraque parte informante.

Venafrana. Beneficij.

Lun. 8. Febr. 1638.

ARGVMENTVM.

Possessio Instrumentalis an suffragetur informanti alio in possessione existente?

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis non suffragatur alio in possessione existente.*

2 *Exceptio nullitatis vnionis altiorem indaginem requirens in possessorio summariissimo admitti non potest.*

3 *Possessio anterior licet titulo careat posteriori titulata est preferenda.*

4 *Decretum irritans dummodo certo corpori beneficij non sit appositum, detentationem facti vt in praxi seruatur non tollit.*

DECISIO LXXXII.

CONTRA informantem fuit responsum, & sic Iulio Cæsari denegandum esse mandatum de manutenendo, cùm ad sui fauorem nō doceatur nisi de Instrumentali possessione, vt *in eius sum. n.* 1. *&* 2. quæ alio existente in possessione nihil suffragatur, *l. quamuis §. si conductor* cum ibi notat. *ff. de acquir. possess.* Rot. *decis.* 106. *n.* 8. *&* 147. *n.* 2. *part.* 2. *recent.* Caputaq *decis.* 331. *part.* 2. cum similibus 1

Quod autem de tempore dicti Instrumenti possessio non fuerit vacans, sed penes alios extiterit, colligitur ex allegatis per informantes pro eodē Iulio Cæsare, dum eam tanquam infectam impugnare conatur, sub prætextu quod proueniat ex vnione nolliter facta per Ordinariū Venafranum beneficiorū de quibus agitur, cum aliis beneficiis per Augustinum, & Antoniū possessis. Vnde sequitur qood exceptio nullitatis vnionis requirens altiorem indaginem non possit admitti in hoc summariissimo pos- 2
sessorio, Rot. *dec.* 477. *n.* 5. 614. *n.* 4. *&* 685. *in fin. p.* 1. *recent.* Seraph *decis.* 1471. *n.* 5. *&* 7. Reuerendissimus D. m. Decanus *dec.* 124. *n.* 4. & ideò possessio anterior 3
Augustini & Antonij præferenda venit, licet careret titulo, & posterior esset titulata, iuxta opinionē, quā sequitur Rot. relat. per Greg. *in dec.* 40 *n.* 4. cum aliis *ibidē* allegat. per Adden. *n.* 5. & *dec.* 323. *n.* 3. *&* 7.

Non obstat quod beneficia prædicta vacauerint in mense reseruato, & propterea prouisioni Ordinarij obstare decretum irritans, quod inficit titulum, & possessionem; quia dummodo non ostendatur d. decretum certo corpori beneficij fuisse appo- 4
situm, non tollit detentationem facti, vt in praxi seruatur, Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 67. *n.* 47. Garz. *de benef. part.* 5. *c.* 1. *num.* 413. *&* 430. Achil. *decis.* 8. *n.* 4. *de restit. spoliat.* Canal. *decis.* 8. *n.* 3. *cum seqq.*

Et ita decisum vna tantum parte informante.

Elboren. Iuris Conferendi.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Sententiæ de iure præsentandi ad beneficia quædam simplicia, in fauorem Religionis de Auis contra Ordinarium iniustè latæ omni iure sunt infirmandæ, vltimò præcipuè statu horum beneficiorum vti de libera Ordinarij collatione attento.

Vide suprà *Decis.* 71.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius de iure communi habet intentionem fundatam*

datam super collatione omnium beneficiorum intra fines suæ Diœcesis existentium.

2 *Ius conferendi vel præsentandi quando ad alium spectat assistentia Iuris communis pro Ordinario cessat.*

3 *Beneficia non possunt dici comprehendi sub donatione Ecclesiæ cùm non probetur illa ad donantem spectare, prout in casu præsumpto vsurpationis requiritur.*

4 *De iurepatronatus beneficiorum simplicium quando controuertitur, obseruantia pro interpretatione bene deseruit.*

5 *Præsumptio confirmationis Iurispatronatus pro parte Religionis authoritate Apostolica excluditur, dum de obseruantia nihil docetur.*

6 *Concordia non possunt egredi vitas contrahentium, nec successoribus præiudicare aut applicari.*

7 *Beneficia libera simplicia, cùm non possint per Ordinarium iuripatronatus subiici transactio non sustinetur.*

8 *Fundatio facta in decimis non includit decimas Rectorem tangentes cùm fieri potuerit ab vsurpatoribus ad effectum illas Ecclesias restituendi.*

9 *Probationes turbidæ contra Ordinarium non sufficiunt sed requiruntur concludentissimæ, vltimo statu liberæ collationis ad fauorem eiusdem attento,*

DECISIO LXXXII.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis coram me emanatæ, sub die 13. Nouembris anni præteriti, in qua resolutum fuit sententias de partibus ad fauorem Religionis de Auis contra Ordinarium esse iniustas, & ideo persistendum esse in decisis responderunt, non obstantibus nouiter deductis.

Quia dd sententiarum iniustitia est patens, dum per eas reintegratur Religio ad ius præsentandi ad beneficia simplicia existentia in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Beja, & S. Iohannis de Coruche Elboren. Diœcesis in præiudicium Ordinarij, qui de
1 iure communi habet intentionem fundatam super collatione omnium beneficiorum intra fines suæ diœcesis existentium, c. *regenda 10 quæst. 1. c. ex frequentibus de instit.* Rot. *decis. 416. num. 1. part. 2. recent.*

2 Non obstat quod assistentia Iuris Communis pro Ordinario cesset, quando constat Ius conferendi vel præsentandi ad alium spectare, Rot. *in Gerundens. Canonicatus, & Sacristiæ 15. Decembris 1634. coram Reuerend. P. D. meo Ghislerio*, cum aliis per informantes pro Religione adductis; quoniam in præsenti nullibi constat, quod Ius conferendi, seu præsentandi spectet ad Religionem. Licet enim illi ab Alphonso Portugaliæ Rege fuerint donatæ dd. Ecclesiæ, in quibus beneficia prædicta existunt,
3 non inde sequitur, quod beneficia quoque sub donatione comprehendantur, cùm non probetur ea etiam Regi spectare, prout requiritur, & quidem, vt in casu præsumpto vsurpationis, Put. *decis. 369. num. 1.* cum aliis adductis in decisione, quæ reuidetur sub *num. 3. § quæ concludens probatio.* Imò potius contrarium videtur colligi ex verbis donationis S. Iohannis de Coruche, ibi: *se donare iuspatronatus Ecclesiæ S. Iohannis sine præiudicio Iuris alieni,* &c. quod Ius alienum non considerari potest nisi respectu Episcopi, qui habet Ius conferendi beneficia intra limites suæ diœcesis. Et ex verbis donationis Sanctæ Mariæ de Beja, in qua Rex Alphonsus, ex tunc abdicat à se omne Ius, & nihilominus differt possessionem illius post mortem Rectoris, & non Rectorum, prout verisimiliter dixisset, si habuisset iuspatronatus etiam beneficiorum simplicium in Ecclesia existentium, & propterea donationes prædictæ verificantur in Prioratibus, & Præceptoriis dd. Ecclesiarum, vt obseruantia docuit, quæ benè pro interpretatione deser- 4
uit ad tradit. per Rotam *decis. 256. in fin. part. 2. diuers.* Rot. *decis. 251. num. 11. part 5. recent.*

Non obstat, quod concordiæ factæ inter Archiepiscopos & Religionem sustineantur propter maximam vtilitatem ab Archiepiscopis in eis receptam, consequendo maiorem portionem decimarum, quam prius non habebant, & quod ex lapsu temporis præsumantur etiam auctoritate Apostolica confirmatæ; siquidem prædicta vtilitas reuera non probatur, imò contrarium apparet ex earundem concordiarum inspectione. In prima enim concordia data *in summ. religionis num 5.* Archiepiscopus tertiam partem decimarum, tanquam sibi debitam reseruat; vt ibi *in littera F*, & in secunda tertiam partem decimarum, tanquam sibi retineri solitam reseruauit, vt *in eodem summ. num. 2. lit D.* & sic nihil de nouo Archiepiscopis fuit acquisitum pro Ecclesiis, de quibus agitur, quod eis ante concordias non deberetur. Præsumptio autem con- 5
firmationis auctoritate Apostolica penitus excluditur ex eo, quod pro parte Religionis non docetur de obseruantia, vt requiritur, & econtra Archiepiscopi ostendunt se esse in quasi possessione conferendi dd. beneficia vti de liberis. Vnde dixerunt bene subsistere responsiones datas in decisione causæ circa concordias, quod scilicet non potuerint egredi 6
vitas contrahentium, & successoribus præiudicare, ex *c. veniens de transact.* Rot. *decis. 715 p. 2. diuers.* cum aliis ibi notat. *in decis. § nec prædictum*; nec applicari, Fulgos. *in cons. 12 num. fin.* cum aliis ex aduerso allegatis, quia non loquuntur de concordiis initio super beneficiis simplicibus suppositis per Ordinarios, vinculo iurispatronatus, quo casu non sustinetur transactio, cùm beneficia simplicia libera non 7
possint per Ordinarium subiici iuripatronatus, Garz. *de benef. part. 5. c. 9. n. 128 cum seqq.* Rot. 128. *n. 7. p. 5. recent.*

Denique non releuat, quod beneficia prædicta sint fundata in decimis, quæ ad Rectorem spectat, & ideo sicut Rectoria est de iurepatronatus, ita etiam beneficia debent esse eiusdem naturæ. Quo- 8
niam dato quod fundatio fuerit facta de decimis, non inde sequitur quod fuerit facta de decimis ipsum Rectorem tangentibus, cùm potuerit fieri ab vsurpatoribus decimarum ad effectum illas restituendi Ecclesiis, vt docet Rot. *coram Greg. decis. 397. num. 1.* & quatenus dd. decimæ spectarent ad Reges Portugalliæ, essemus in Claris, quod Iuspatronatus Rectoriæ, seu Prioratus Curati esset ex priuilegio, maximè quia in partibus Hispaniarum infinita beneficia, vel forsan omnia reperiuntur super decimis fundata, & tamen sunt liberæ collationis, vt apud eundem Greg. *decis. 429. n. 6.*

Reliqua quæ repetebantur de enunciatiuis prætensis Iurispatronatus, de præsentationibus, ac aliis adminiculis, dictum fuit benè tolli ex responsionibus aliàs datis in decis. causæ *sub num. 6. 7. & 9. § neque potest*, & *§ quo verò*. Contra Ordinarium enim 9
non sufficiunt turbidæ, sed concludentissimæ probationes requiruntur, attento præcipuè vltimo statu

horum

horum beneficiorum, vt de libera collatione ad fauorem Archiepiscopi, Rota coram Seraphin. *decis.*1110.*n.*1.

Et sic meritò fuit conclusum esse in decisis persistendum, vtraque parte informante.

Romana seu Tudertina educationis.

Lunæ 1. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

De licentia iuxta Decretum Rotale Matri concessa transducendi à Ciuitate & territorio Tudertin. filios suos pupillos ad effectum eos in Vrbe educandi, non obstantibus nullitatibus in contrarium oppositis: vbi plura de Matre in pupillis educandis, patruis & aliis agnatis propter affectionem & charitatem naturalem præferenda.

Vide suprà *Decis.*71.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione à decreto simpliciter commissa Rota pronunciare debet bene vel malè fuisse appellatum, non autem per modum prouisionis.*

2 *Iudex quando non procedit diffinitiuè quoad se licet decretum vim diffinitiua habeat, nullitas euitatur.*

3 *Iudex non adstringitur pronunciare super appellatione stante negotio cum clausula* quam *& quas commisso, sed tanquam Iudex prioris instantia procedere potest.*

4 *Pratori permissum est recedere à voluntate Testatoris quando de pupillis vtilius prospicitur.*

5 *Prator debet eligere, vbi morari vel educari pupillum oporteat.*

6 *Substitutis etiam à Testatore nominatis prohibetur custodia educationis pupillorum, vt remoueatur maligna spes succedendi.*

7 *Suspicio succedendi contra patruum substitutum & quoscunque agnatos & cognatos pupillorũ militat.*

8 *Lex de matre in arbitranda educatione filiorum plus confidit, quàm de patruis & aliis agnatis.*

9 *Prases debet excludere eum qui ad suspicionem propior est ex spe successionis.*

10 *Agnatus licet sit vir bonus & eximia probitatis non per hoc spes succedendi eliditur.*

11 *Mater proba honestatis mulier propter affectionem & charitatem naturalem semper ad filiorum vtilitatem praponderatur.*

12 *Pupillorum vtilitas animum Iudicis in arbitrando loco educationis mouere debet.*

13 *Encomium vrbis ad effectum vt pueri virtutibus repleantur.*

14 *Praceptum speciem seruitutis continens à legato vel institutione reiici debet.*

15 *Testator in disponendo de pupillis referens se ad similem dispositionem paternam non potest amplius operari quàm dispositio relata.*

16 *Domicilium causa studiorum, mercatura aut melioris educationis relictum, mutari non dicitur.*

17 *Domicilium non censetur renunciatum nisi per expressam animi declarationem aut longi temporis cursum annos decem excedentem.*

18 *Numerus septem testium requiritur ad probandam nouam voluntatem à testamento penitus diuersam.*

19 *Declaratio voluntatis indulta & noua dispositio quomodo differunt.*

20 *Error cùm sit in substantia requiritur eadem solemnitas prout in testamento.*

21 *Testes quomodo debent deponere in casu pratensa noua voluntatis.*

22 *Testes descripti & rogati in testamento in quantum operantur.*

23 *Tutela & administratio bonorum nihil habent commune cum educatione pupillorum.*

24 *Testator non dicitur actum perfecisse cùm ad aliud tempus testamentum detulerit.*

25 *Voluntas in aliud tempus suspensa vti nunquam declarata & in mente retenta nihil operatur.*

DECISIO LXXXIV.

Resolvtvm fuit esse confirmandum decretum Rotale sub die 27. Maij superioris anni emanatum, in quo per modum prouisionis concessa fuit licentia D. Catherinæ Lottheriæ transducendi à Ciuitate, & territorio Tudertin. filios suos pupillos ad effectatum eos educandi in Vrbe, attenta eius validitate, & iustitia.

Validitas apparet ex reuolutione actorum, contra quam licet opponatur quod à decreto Reu. P.
Domini Oliuerij fuit simpliciter commissa appel-
latio, ideoque Rota pronunciare debebat benè vel 1
malè fuisse appellatum, non autem per modum
prouisionis, *l. eos*, §. *quapropter*, *C. de appellat.*
Anchar. *cons.* 417. *num.* 2. *vers. praterea.* Attamen
vltra quod ad euitandam nullitatem sufficeret di- 2
cere, quod Iudex non processit diffinitiuè quoad
se, licet decretum haberet vim diffinitiuæ, & sic
si Matthæus non appellasset ab hoc decreto, ad
diffinitiuam seruatis seruandis peruentum fuisset.
In omnem euentum alia potest adaptari responsio,
ex quo in præsenti fuit totum negotium commis-
sum cum clausula *quam & quas*, tunc enim Iudex 3
non adstringitur pronunciare super appellatione,
per ea quæ tradit Gratian. *discept.* 968. *num.* 4. sed
potest procedere prout in prima tanquam Iudex
prioris instantiæ, Achil. *decis.* 14. *de rescript.* Seraph.
*decis.*1241. *n.* 2. Rot. *decis.* 731. *n.* 5. *part.* 1. *recent.*

Iustitia verò satis apparere visa fuit ex tribus decisionibus in hac causa factis coram R. P. D. meo Pirouano, sub diebus 13. Ian. 1634. 14. Aprilis 1636. & 23. Mar. 1637. In quibus assignantur euidentissimæ rationes, per quas in præsenti casu educationem pupillurum spectare debere ad matrem firmatur, illique licere eos ad hunc effectum transducere de Ciuitate Tudertina ad Vrbem, non obstantibus his quæ hodiè de nouo repetuntur. Quoniam certum est, quod quatenus ex illis verbis testamenti Alexandri de quibus *in sum. Matthai n.*1. ibi: Item *lascia la detta Signora Catherina vsufruttuaria, con patto però, che viua in commune Insieme, con le sudette Madre, & sorelle di esso testatore & non altrimente, &c.*
colligi possit voluntas testatoris circa educationem
pupillorum pehes quem ibi facienda esset; ab ea ta- 4
men Prætori permissum est recedere, omnibus pro
qualitate rei rectè examinatis, quibus melius &

ſecnrius cantnm ſit pro vtilitate pupillorum, *l. 1.*
vbi pupill.educ. deb ibi: *Et nonnunquam à voluntate*
5 *Patris recedit Prætor*, ipſeque eligere debet vbi mo-
rari, vel educari pupillum oporteat, vt ſtatuitur *in*
l.ſi diſceptetur ff eod. Idemque iuſſit Imperator Ale-
xander,*in l.1.C eod.tit.* Guttier. *de tutel. p.2.c.8.n.6.*
Valenz.*conſ.36.n.35.*

Cauſa autem propter quam DD. in præſenti ar-
bitrati fuerunt pupillos eſſe educandos penes ma-
trem extra domum paternam, fuit ſubſtitutio quæ
legitur ad ipſius Matthæi fauorem in teſtamento
Martij eius patris, & Alexandri, hinc enim oritur
ſpes ſuccedendi, & ab ea ſuſpicio reſultat, ob
6 quam ſubſtitutis prohibetur cuſtodia educationis
pupillorum, text. eſt expreſſus *in l fin C. vbi pupill.*
educ. deb. etiamſi Teſtator cauerit educandos apud
ſubſtitutum, vt remoueatur maligna ſpes ſucce-
dendi, *d. l.1.§ denique ff. vbi pupill educ. deb* Pariſ.
conſ.56 num.18.lib.1. Menoch.*conſ.61.num.12.verſ.1.*
7 Quæ ſuſpicio militat contra Patruum ſubſtitutum,
& contra quoſcunque agnatos, & cognatos pupil-
lorum, Valenz. *dict. conſ.36.ex num.15.* tantò ma-
8 gis quia lex ſemper confidit plus de matre in arbi-
tranda educatione filiorum, quàm de patruis, & aliis
agnatis, vt ex *l.1.C vbi pupill.educ. deb.* ſtatuit Ale-
xander ibi: *Educatio pupillorum tuorum nulli magis,*
quàm Matri committenda eſt. Vnde ſi oriatur con-
trouerſia inter agnatos, & Matrem vel aſcenden-
9 tes, Præſes æſtimare debet eum qui ad ſuſpicionem
ex ſpe ſucceſſionis proprior ſit, & illum excludere;
10 *dict.l.fin C.eodem tit.* Et licet agnatus ſit vir bonus,
& eximiæ probitatis, non per hoc eliditur illa vina
ſpes ſuccedendi, ex qua oritur ſuſpicio non conſi-
11 derabilis in Matre propter affectionem, & charita-
tem naturalem erga liberos, & præſertim in mulie-
re probæ honeſtatis, prout eſt Domina Catharina,
quæ ſemper ad filiorum vtilitatem præponderatur,
Menoch *caſ.168.num 2. de arbitr.* Surd. *de alimentis*
tit.4. q.13. n.10.

Firmata igitur educatione penes Matrem ex ſu-
perius adductis, vtique ei quoque dictum eſt, licere
pupillos filios ad vrbem tranſducere ad effectum
ibi eos educandi; ceſſat namque maligna ſuſpicio,
quæ vigebat in Ciuitate Tudertina cum periculo
pupillorum, imò augetur ex quocumque capite il-
12 lorum vtilitas, quæ animum Iudicis mouere debet
in arbitrando loco educationis, *l. vtilitatem ff. de*
confirmatione tut. l. 1. & vlt. ff. vbi pupill. educ. deb.
Valenz. plures referens *dict. conſ.36. num.22.* Ad-
13 ſunt enim in Vrbe gymnaſia, Academiæ, Semi-
naria, vbi Ludimagiſtri florent, qui ſumma cum
diligentia, & amore pueris inuigilant, vt virtutibus
repleantur, iuxta diſpoſitionem text. *in l.qui filium,*
ff.vbi pupill educ deb.l cum plures, §. cum tutor, ff.de
administr. tutor. In Ciuitate autem Tudertina Ludi-
magiſtri mercenarij ſunt, & conſequenter minus
ſolliciti de puerorum cura eſſe ſolent. Quo verò ad
requiſita circa corporis ſalutem, & pro ea tuenda,
certum eſt omnia neceſſaria inueniri in Vrbe, ſed
non ita facilè in dicta Ciuitate Tudertin. vt la-
tius apparet ex aliis optimè congeſtis in deciſione
cauſæ, facta ſub die 14. Aprilis 1636.

Non obſtat præceptum Alexandri patris pupil-
lorum, de quo in eius teſtamento *dict. ſumm.num.1.*
ibi: *che l'infraſcritto ſuo herede non poſſa per alcun*
tempo mai leuarſi dall' habitatione, e domicilio di
Todi, & andare ad habitare in altri luoghi; quia
14 vltra quod tale præceptum tanquam ſpecies ſerui-
tutis à Legato, vel inſtitutione reiici debet, *l. Titio*
centum, §. Titio centum il ſecondo, ff. de condit. & de-
monſtr. tamen quoniam ſe refert ad ſimilem diſpo- 15
ſitionem paternam, ibi: *Et conforme all'ordine in*
queſto particolare fatto dalla bon. mem. del Signor
Martio ſuo Padre, confermando in queſto in tutto, &
per tutto il detto teſtamento con la medema pena, non
poteſt amplius operari, quàm relata diſpoſitio con-
tinet, ex *l. aſſe toto ff.de hered. inſtit.* Dec *conſ.47.*
num 1. Ruin. *conſ.127. num.4. lib. 2.* & ſic cùm pa-
tris diſpoſitio duo contineat; primum quod nemo
ex ſuis filiis poſſit innouare, *ò laſciare in alcun*
modo il domicilio di detta Città di Todi e ſuo terri-
torio; Secundum, *che non ſi intenda prohibirli l'an-*
dare à qualche loro honeſto ſpazzo per qualche meſe,
& anno, in altri luoghi como in Roma, ò altroue;
ſubdens, *& anco per molte altre occaſioni, purche non*
mutino il domicilio, come ſopra, clare ſequitur quod
per educationem filiorum in Vrbe, non contraria-
tur diſpoſitioni patris, cùm domicilium non mu-
tetur; quæ ſola mutatio fuit prohibita per vtram-
que diſpoſitionem. Vnde ſi domicilium per acci- 16
dens deſeratur, veluti cauſa ſtudiorum, mercaturæ,
dignitatis, litis, aut melioris educationis, non dici-
tur mutari, *l. aſſumptio ff. ad municip. l.origine C. de*
municip. & orig. lib. 10. l. pen. ff. de Senat. Surd.
conſ.346. num.12. & conſ.313.num.31. cum aliis cu-
mulatis in dicta deciſione 14. Aprilis 1636. §. vlti-
mo, nec domicilium cenſetur renunciatum niſi per 17
expreſſam animi declarationem, aut longi tem-
poris curſum, qui excedat annos decem, Surd.
conſ.346.n.12. & conſ.313.n.71.

Nec releuant teſtes qui dantur *in ſumm. Mat-*
thei num.2 & 6. ad probandam contrariam volun-
tatem Alexandri patris pupillorum circa eorum
educationem, quia nec concludunt, nec probant 18
nouam voluntatem diuerſam penitus à teſtamen-
to, quo caſu requiritur numerus ſeptem teſtium, ex
l.hæredes palam, § ſi quis, ff.de teſtam. vbi Gloſſ benè
diſtinguit inter declarationem voluntatis inductæ,
& nouam diſpoſitionem, vt in primo duo teſtes 19
ſufficiant, in ſecundo verò eadem ſolemnitas requi-
ratur, quæ in teſtamento, qui eſt caſus noſter, Gra-
tian. *diſcept.650. num. 14. & 15.* Honded. *conſ.51.*
num.76. lib.2. Surd. qui plures congerit *conſ.129.*
num.29.

Qua ratione tollitur etiam quod dicitur, Teſta-
torem ſic intellexiſſe circa prædictam educationem,
& quod contrarium fuerit error ex omiſſione No-
tarij. Etenim cùm prædictus error ſit in ſubſtantia, 20
requirebatur etiam eadem ſolemnitas prout in te-
ſtamento, Gloſſ. communiter recepta *in l cum pro-*
ponebatur, & ibi Bald. *de leg.2.* Bald.*in l fin num.16.*
C.de fideicom. Angel *in l.quoties num.3.verſ.etſi error*
eſt in ſubſtantia. Imol.*num.13 ff.de hared.inſtit.* Alex.
in l.errore num.12. Iaſ *num.7.* Caſtr. *n.5. C.de teſtam.*
Dec.*conſ.105.num.1.* vbi quod talis omiſſio, nec per
quinque teſtes probatur, tenet Surd.*conſ.129.n.30.*
& 31. & *conſ.147.num.11 & 12.* Mantic.*de coniectur,*
lib.12.tit.16.num.9.cum ſeqq.

Maximè quia prædicti teſtes non fuerunt rogati
& adhibiti per Teſtatorem ad hanc prætenſam no-
uam voluntatem; erat enim neceſſarium eos de- 21
ponere, Teſtatorem perfectè, & deliberatè vo-
luiſſe ſic diſponere, Bald. *conſ. 12. num. 3. lib. 2.*
Mantic.*de coniect dicto lib.12.tit.16 num 3.* Rot *apud*
Seraph decis.1357.num.8. nec ſufficit, quod fuerint
etiam deſcripti, & rogati in teſtamento, quia eo-
rum rogitus operatur tantum quoad ſcripta in dicto 22
teſtamento, non verò quoad alia de quibus in eo
nulla fit mentio, vt benè Surd. *dict. conſ.147.*
num.15.

Minus

Minus nocet depositio Notarij, imò ex ea destruitur quæcumque probatio super declaratione nonæ voluntatis, quia dum ipse refert verba Ale-
23 sandri testatoris, non loquitur de educatione, sed de tutela duntaxat ac administratione bonorum, quæ nihil commone habent cum educatione, vt in terminis reprobando similia æquiuoca testium plenissimè firmatur apud Seraph. *d.decis.*1357. *num.*9. & præcipuè *num.*11.& *decis.*1375.*num.*1 & 2.quam diuersitatem pondecant etiam Curt.Iun.*cons.*94.*n.*9. Aym.*cons.*190.*num.*7.Pefegr.*decis.*28.*num.*5.Surd.*de alim.tit.*4.*q.*13.*n.*16.& 17.

Nec facit quod Testator eidem Notario dixeris post rogitum testamenti, *Auuertite bene, de questa è la mia mente*, quia hæc verba fuerunt prolata ad effectum cogendi matrem pupillorum, vt viueret in commonione cum sororibus, fratre, & matre Testatoris, semper continuando, antea enonciata circa tutelam; quæ Communio nequit habere locum, cùm in hoc à mente Testatoris Rota iam recesserit ob suspicionem, quæ oritur ex maligna spe succedendi, ex superius adductis, & pulchrè cumulatis in prima decisione causæ sub die 13. Ianuarij 1634. iuncta præsertim ignorantia Testatoris, & ipsorum testium circa terminum educationis, vt *in summ Matthei num.*1 *ad* 10.*Interrogatorium*, dum confundebant illam cum tutela, ex quo resultare etiam videtur defectus voluntatis, vt in decisione causæ sub die 23. Martij superioris anni *in §. quoniam si Testator*.

Cessatque omnis difficultas ex verbis ipsius Testatoris postea prolatis, quando Notarius eidem replicauit, subdens Testator, *faremo altra scrittura*;
24 Ex quibus patet Testatorem semel proposuisse in mente sua ita decernere, sed non perfecisse actum, cùm distulerit ad aliud testamentum, Castr.*cons.*450. *num.*2.*lib.*2.Ias.*cons.*196. *num.*13. *lib.*2. & *cons.*147. *num.*29 *lib.*3.Seraphin.*decis.*613. *num.*1. & 3. Rot. *decis.*576.*num.*2.*part.* 2.*recent* Surd.*decis.*292.*num.*11. & ideò tantum disposuisse quantum scripserit cen-
25 sendum est, cùm diuersam voluntatem suspenderit in aliud tempus, quæ veloci nonquàm declarata & in mente retenta nihil operatur, Seraph.*dicta decis.* 1357.*n.*12.& 13.

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Calaguritana Beneficij.

Vener. 5. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Ius alicui quæsitum vigore nominationis & electionis Capituli cui competit, approbatione per Examinatores subsecuta iuxta tenorem Breuis Clem.VIII. prouiso Apostolico est præferendum; vbi plura de gratia subreptitia & nulla non narratis de iure narrandis.

Vide suprà *Decis.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Nominati & electi à Capitulo, & iuxta tenorem Breuis Clem.VIII.per Examinatores approbati, cùm ipsis non solùm in re sed ad rem ius quæsitum fuerit prouiso Apostolico sunt præferendi.*

2 *Beneficium stante in eum finem fundatione consuetudine aut constitutione debetur oppositori habenti qualitates requisitas & magis idoneo reperto.*

3 *Clausula, dummodo non sit alteri ius quæsitum, in beneficiis vacantibus semper pro apposita habetur.*

4 *Clausula dummodo non sit alteri ius quæsitum, præseruat illud Ius quæsitum, ita vt gratia contra præsentatum non possit sortiri effectum.*

5 *Gratia redditur nulla cùm non fuerint narrata ea quæ erant de iure narranda.*

6 *Papa non narratis de iure narrandis gratiam aut denegasse aut difficilius concessisse putatur.*

7 *Pontifex per suam collationem non intendit præiudicare Canonicè electis & præsentatis nec sic ius quæsitum tollere.*

8 *Consuetudo Calaguritana non obstante appellatione ad executionem Collationis beneficij parochialis procedit.*

9 *Appellatio non impediens executionem solùm habet effectum deuolutiuum non autem suspensiuum.*

10 *Attentatum Iudicis ius approbatis & idoneis quæsitum non tollit.*

DECISIO LXXXV.

Vm vacasset beneficium de quo agitur in Ecclesia de Ceruera Calaguritanæ Diœcesis, ad illud se opposuerunt Clerici patrimoniales, qui ad simplex beneficium approbati fuerũt, & iuxta præscriptum Breuis Clementis VIII. fuerunt quatuor electi, & præsentati à Capitulo dictæ Ecclesiæ. Verùm quia Ordinarius ad vlteriora processit, non obstante appellatione per Ioan. Gonzalem interpositam, Rota coram me sub die 28. Aprilis 1636. dixit omnia gesta ab Ordinario post appellationem interpositam esse attentata. Hodie autem dictus Ioannes obtinuit disputari dubium cui sit adiudicandum beneficium; prætendens sibi adiudicari debere, tanquam de eo prouiso auctoritate Apostolica, vti de reseruato propter illius vacationem de mense Iulij secutam, & Domini beneficium esse adiudicandum non esse responderunt.

Quia vltra quod non probauit affectionem plenè & concludenter, tanquam fundamentum suæ intentionis, potius apparet narratiuam per ipsum factam fuisse subreptitiam, ex quo non expressit se non fuisse nominatum à Capitulo, prout nominati fuerunt & præsentati, Gregorius, Franciscus, Hieronymus, & Ioan. Aluarez, ac ab Ordinario instituti, & sic dum ad dictum Capitulum pertinet nomina- 2
re, & eligere, quem maluerit ex approbatis per Examinatores, iuxta tenorem dicti Breuis Clem.VIII. & Gregorius, & alij tres fuerint electi, illis per necesse dicendum est fuisse ius quæsitum non solùm in re, sed ad rem, ita & taliter vt huiusmodi debeat præferri prouiso Apostolico, *cap. super eo* 15. *cap.ex part.*13.*de offic.deleg.cap quamuis de rescript.in* 6.Rot. *decis.*17.*de preb.in nou.*& coram Seraph.*decis.*1263. *num.*3.& 4.maximè cùm ex fundatione, consuetudine, aut constitutione caueatur beneficium deberi 2
oppositori habenti qualitates requisitas, & magis idoneo reperto, Cassad. *decis.*18 *num.* 5. *de prabend.* Put.*decis.*252.*in nou lib.*3.& fuit dictum *in Calaguritana de Tabano coram Penia* 14.*Februarij* 1605.

Quod facilius procedit in præsenti, stante clausula, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, quæ semper 3
habetur pro apposita, non solùm ex *reg.de Iur.quæsit.* non

non tollen. sed etiã de Iure communi, Felin. *in cap. Capitulum n. 16. vers. additur, de rescript.* Satnen. *in reg. de Iur. quæsit. non tollen. part. 1. num. 1.* Mandos. *q. 2. n. 5.*
4 quia præseruat illud ius quæsitum itavt gratia contra præsentatum non possit sortiri effectum, Marescott. *lib. 2. var. cap. 1. num. 172. & 174.* in puoct. Rot. *in alia Calaguritana beneficij de Fuenmayor. 21. Maij 16 4.* quæ est *decis. 579. part. 3. recent.* vbi plures aliæ Calaguritanæ cumulantur.

Quibus accedit quod non fuit narratum prædictum beneficiom esse de residentia, provt esse tale coostat ex confessione eiusdem Ioannis facta in suo mandato procuræ. dato *in summ. Gregori. num. 5.* ex *Breui appellatoris d. summ. num. 4.* & ex testibus *sum. num. 7.* & ob residentiæ qualitatis omissionem
5 redditur gratia nulla, cùm non fuerint n rrata ea quæ erant de Iure narranda, Felin. *in cap. in nostra, num. 17. de rescript.* Stafhl. *de liter. grat. de vi & effect.*
6 *clausl. num 48.* quo casu Papa si hoc sciuisset, vel gratiam denegasset, vel eam difficilius concessisset, *c. super liter. de rescript.* Put. *decis. 252. in fin. lib. 3.* Rot.
7 *d. decis. 579. num. 4. part. 3. recent.* Pontifex enim per suam collationem non intendit præiudicare ritè, & Canonicè electis, vel præsentatis, nec eis tollere ius quæsitum, *d. cap. super eo cap. ex parte de offic. deleg. cap. quamuis de rescript. lib. 6.* Ægid. *decis. 9. de rescript.* Rot. *decis. 17. in nou. de preben.*

Nec obstat quod prædictũ ios proueniat ex actibus non rite, & recte factis, cùm iam Rota declarauerit præsentationem, & collationem fuisse atten-
8 tatam, qoia quicquid sit de consuetudine, quæ viget in Calaguritana Diœcesi legitimè approbata, vel de statuto, aut de constitutione Synodali, quod non obstante appellatione procedatur ad exequutionem, nempè ad collationem & possessionem be-
9 neficij Parochialis, itavt appellatio solùm habeat effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, in qua materia videndi sunt Gonzal. *in reg. 8 in annot. contra nullit. num. 209. vsque ad num. 112. cum seqq.* Lancellot. *de attent. 2 p. cap. 12 limit. 98. num. 1* Garz. *de benef. 4 part num. 18. vers. si minus,* Rot. coram Gregor. X *decis. 232. num. 1.* ibique Adden *num. 4.* dixerunt Domini in præsenti versari extra difficultatem
10 ex aliã ratione, nempe, quia per attentatum Iudicis, approbatos & idoneos repertos, non censetur amisisse ius quæsitum, nec eorum ius vitiari potuisse ex subsequentibus attentatis, vt in poncto dixit Rota *in Gerunden. beneficij 2. Decembris 1605. coram Damasceno,* & *in d. decis. 579. num. 3. part. 3. recent.* Imò in omnem casum posset hodie Rota illos seruatis seruandis instituere ex *Clementina Auditor. de rescript.* Seraph. *decis. 1238. num 4. & 5.*

Ex quibus resolutum fuit Ioanni non esse adiudicandum beneficium, & sequestrum antea appositum esse renocandum; vtraque parte informante.

Rauennaten. Concordiæ.

Vener. 5. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

De Sententia A C. vigore formæ Concordiæ inter partes initæ, attenta eius validitate & iustitia confirmanda, reuocata priori coram Vicario Ordinarij in contrarium lata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est valida concurrentibus omnibus requisitis.*

2 *Sententia lata contra Procuratorem defuncti tanquam Dominum litis effectum de iure sustinetur.*

3 *Contractus an sit nullus ob non secutam ratificationem filij tanquam heredis proprietarij, Patre de proprio promittente casu quo ratificatio non sequeretur.*

4 *Obligatio & confessio inrata in publico instrumento Concordia facta probationem probatam reddit.*

5 *Debitorem se agnoscens in publico Instrumento contra propriam assertionem venire non licet.*

6 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem, nec exceptionem altioris indaginis admittit.*

7 *Valor auri non auro, sed ad rationem solidorum 84. pro quolibet scuto est præstanda.*

8 *Restitutio in scutis facienda vigore Instrumenti dotalis quomodo differt à restitutione dotis vigore Concordia de consensu partium initæ.*

9 *In contractibus non est dandus intellectus per quem inc. datur in superfluitatem quando aliter sumi potest.*

10 *In contractibus, Iudiciis, sententiis, priuilegiis, iuramentis, attestationibus, & vltimis voluntatibus, ne vna quidem syllaba debet abundare.*

11 *Dictio* vt supra *in Instrumento Concordiæ apposita non solùm ad dotem, sed etiam ad credita & legata ab herede renunciata se extendere videtur.*

12 *Error ad hoc vt transactio non sustineatur plenè & concludenter est probandus.*

13 *Error prætensus stante geminatione tot actuum in Concordia appositorum excluditur.*

14 *Ius clarum & indubitabile ad consequendam dotem ex Instrumento dotali resultans transactionem non requirit.*

15 *Dictio* versa vice *correspectiuitatem importat.*

16 *Transactio inter partes facta vnde resultat.*

17 *In correspectiuis vno sublato aliud quoque tollitur.*

18 *Correspectiuitate stante à concordantium voluntate & obligatione recedere non licet.*

19 *Præsumptio correspectiuitatis sufficit vt concordia sub pretextu erroris, seu alterius causa, nec diuidi, nec alterari possit.*

20 *Legata quando sunt diuersa, conditiones vni adiecta non censentur in aliis repetita*

21 *Legatum purum vini & lignorum non includit conditionem viduitatis & castitatis in alio adiectam.*

22 *Legatum sub conditione relictum seruatis conditionibus pro puro habetur, & obligatio ortum ab initio habet.*

DECISIO LXXXVI.

ANTONIVS Guarnerius in suo quo obiit testamento, fatendo habuisse in dotem à Francisca Briosca eius vxore scuta mille auri ad rationem solid. 84. pro quolibet scuto, & alia scuta 150. auri in tot vestibus, collanis, & annulis auri, statuit, vt d. Franciscæ de dote prædicta solùm restituerentur scuta mille, & in locum aliorum scutorum 150. subrogauit legatum de duabus capsis, vt dicitur, *Di noce, con tutto quello che vi si trouarà dentro, habbiasi dentro*

dentro, che quello si voglia, alcuno non possa guardarui dentro. Vlterius eidem Franciscæ reliquit liberè vinum & omnia ligna, *che si trouaranno in casa del Testatore, nel tempo della sua morte.* Item vsumfructum Domus, ac omnium mobilium ipsius Testatoris, donec vidualiter, & castè vixerit, & denique illam hæredem vsufructuariam instituit in medietate bonorum stabilium, repetita qualitate vidualitatis, & castitatis, & quod viuere debeter insimul cum Augustino nepote, & hærede proprietario ipsius Testatoris, vt *in eius testam. sum. Francisca num.* 1. 2. 3. & 4.

Mortuo deinde viro, & nolente Francisca cohabitare cū d. Augustino sub die 7. Maij 1654. fuit deuentum ad concordiam, in qua repetita d. facti serie ipsa renunciauit omnibus legatis prædictis, ac vsufructui ad fauorem cohæredis, eo quia versa vice Cinthius Guarnetius, tam vti Pater, & legitimus Administrator d. Augustini, quam nomine proprio soluere promisit scuta 1725. vt *in Instrumento d. summ. num.* 5. & 6. In cuius Concordiæ executionem Francisca omnia dd. bona relaxauit, & Guarnerius plures solutiones diuersis temporibus in diminutionem d. summæ fecit, remanens debitor duntaxat in scutis 600. pro quorum solutione pulsatus coram Vicario Ordinarij Rauennaten. ad instantiam seminarij Doctorum eiusdem ciuitatis, fuit ab impetitis per sententiam absolutus, sub prætextu, quod in Concordia scuta 1150. anti quæ debebant restitui Franciscæ pro sua dote, fuissent apprætiata per errorem in summa scutorum 1725. cùm tamen deberent appretiari ad rationem solidorum 84. pro qualibet scuto, prout appretiata fuerunt in promissione, ac in solutione dotis, & sic constaret de excessu in summa scut. 575.

Quæ sententia prænia rettocessione iurium habita à dicto Seminario, fuit in gradu appellationis ad instantiam Franciscæ per A. C. reuocata, & Cinthius condemnatus ad soluendum dd. scuta 600. vnà cum fructibus ad rationem septem pro centenario, & anno à die initæ concordiæ, vt in ipsa sententia *dict. summ. num.* 26. à qua cùm fuerit appellatum, & causa R. P. D. meo Macchiauello commissa, in eius locum subrogatos dubitaui: An sententia A. C. esset confirmanda, vel infirmanda, vt illam post quartam propositionem dubij esse confirmandam, fuit resolutum, attenta eius validitate, & iustitia. 1

De validitate constat ex reuolutione actorum, vbi concurrunt omnia requisita relata *in vulgat. decis.* Capuraq. 260 *par.* 2. ac sæpe in aliis Et quamuis opponatur, quod tempore prolatæ sententiæ Cinthius decesserat, contra quem proferre sententia ferri non poterat, tamen eum fuerit lata contra eius

2 Procuratorem tanquam Dominum litis effectum, vt patet ex eius lectura *dict. summ. num.* 6. sustinetur de Iure, *l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nunciat. l. nulla dubitatio*, vbi Alex. *num.* 7. *cum seq.* Ias. *in l. fin. C. de procurat.* Surd *cons.* 99. *n.* 5. Seraph. *decis.* 1180. *num.* 1. Prout, nec adnersantur ea quæ deducebantur ad ostendendam nullitatem contractus, ob non 3 secutam ratificationem pro parte Augustini, iuxta prouisionem Cinthij Patris in d. Concordia factam; quia cùm ipse Cinthius casu quo non sequeretur ratificatio, promiserit etiam de proprio, vt videre est in d. Instrumento Concordiæ, benè potuit conueniri ad instantiam Franciscæ absque alia ratificatione; & iudicium contra ipsum, & eius bona hæreditaria instauratum, mediante Procuratore Domino litis effecto, optimè sustinetur, nec fuit necessarium mandatum procuræ Augustini dum contra ipsum non fuit actum.

Iustitia verò satis apparere visa fuit, ex quo sententia fuit lata, in conformitatem obligationis & confessionis iuratæ per Cinthium factę in publico Instrumento concordię, quod facit probationē probatam, *l. census ff. de probat. c. scripta de fid. Instrum.* ibique Innoc. *num.* 3. Alex. *cons.* 135. *num.* 5. *lib.* 6. Rot *decis.* 274. *num.* 2 *part.* 5. *recent.* & sic Cinthio, qui in dicto Instrumento fassus fuit se debitorem Franciscæ in scutis 1725. non licet hodie contra propriam assertionem venire, Archidiacon. *in c. num.* 5. Gemin. *num.* 9. Franc *num.* 14. *de confes. in* 6. sed omnia in eo contenta debent executioni mandari, stante præcipuè obligatione Camerali, quæ paratam habet executionem, nec exceptionem admittit altioris indaginis, Caslad. *decis. vnica de mut. petit.* Seraph. *decis.* 1455. *num.* 2. & plene *in decis.* 686. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* 4 5 6

Non obstat, quod in supradicta Concordia adsit error expressus in calculo, dum valor scutorum 1150. anti debitorum, ex causa dotis Franciscæ calculatur ad rationem scutorum 1725. & tamen debebant valutari ad rationem solidorum 84. pro quolibet scuto, prout valutata fuere in promissione facta in apoca matrimoniali, & ideo adsit excessus in scutis 575. cum non valor anti in auto, sed solidi 84. pro qualibet scuto sint pręstandi, ad tradita per Bald. *in cons.* 213. *num.* 2. Gabr. *conclus.* 2. *num.* 11. & 12. Gratian *discept.* 51. *n.* 18. & fuit dictum *in Foroliuien. dotis* 3. *Decembris coram Reuerendiss. mo meo Decano*, quo errore stante videtur concordia reuocanda per cumulat. *in decis.* Seraph. 275. *n.* 6 & 9. 7

Quia hodie non agitur de restituendis dd. scutis 1150. vigore Instrumenti dotalis, quo casu indubitabiter veniret scutum imaginarium solidorum 84. non autem scutum iustum. In quibus terminis procedit decisio Foroliuien. dotis corā Reuerēdiss. Domino meo Decano, cum aliis supra adductis, sed versamur in restitutione dotis vigore concordiæ, in qua aliis de causis ista scuta 1105. videntur de consensu partium fuisse appretiata, & concordata in scutis 1725. soluenda in pluribus terminis. 8

Quod autem d. appretiatio fuerit facta de partium consensu propter correspectiuitatem pactorum vtriusque partis in Concordia appositorum, patet ex pluribus. Primò ex narratiua; quinimo ex insertione testamenti Antonij in d. Concordia facta, cum specificatione omnium legatorum, ad fauorem Franciscæ relictorum, quæ narratiua dum Cinthius ad solutionem dotis tantùm se obligare intendebat, fuisset superflua, si de ipsis etiam legatis non fuisset habita ratio, quia in contractibus non est dandus intellectus per quem incidatur in superfluitatem, quando alius sumi potest, Socin *cons.* 33. *num.* 14. *vol.* 1. & *cons.* 1. *num* 8. *vol.* 4. vbi inquit hoc procedere, non solùm in contractibus, sed in iudiciis quoque, in sententiis, in priuilegiis, in Iuramentis, in attestationibus & in vltimis voluntatibus, Dec. *cons.* 414. *num.* 2. & *in cons.* 126. *n.* 7. vbi dicit, quod ne quidem syllaba debet abundare, Ruin. *cons.* 500. *num* 6. *vol.* 1. Paris. *cons.* 78. *num.* 15. & *consil.* 106. *num.* 51. *vol.* 1. plene Surd. *cons.* 127. *num.* 9. & 10. Gregor. *decis.* 516. *num.* 4. ibique Adden. 9 10

Secundò ex verbis ipsius Concordiæ ibi: *Et quoniā D. Francisca deliberauit habitare à se ipsa, & vsum fructum domus, bonorum tàm mobilium, quàm immobilium, & creditorum eidem per dictum eius virum relictorum, insimul cum legatis supradictis lignorum,*

vini, duarum capsarum, & mobilium renunciare d. Augustino; facta tamen per infrascriptum eius Procuratorem infrascripta obligatione ad eius fauorem, & detes suas scut. mille auri, insimul cum dd scutis 150 pariter auri, faciunt summam scutor. 1725. vt supra, &c. Vnde considerarunt Domini, quod attenta d. narratiua
11 per d. dictionem, *vt supra*, non solùm fuisse habitam rationem ad dotem, sed etiam ad credita, & legata, quibus d. Francisca renunciauit, & sic dum in dicta Concordia dicitur, *qua summa scutorum 1350. auri faciunt summam scutorum 1725. vt supra*, ista dictio *vt supra* videtur importare, quod dos vnà cùm dd. scutis 150 & legatis, quibus ipsa Francisca renunciabat, importarent d. summam scutorum 1725. Sat igitur est ad excludendum errorem, quod dos prædicta cum dd legatis possint importare d. summam,
12 in qua prætenditur excessum: error enim ad hoc, vt transactio non sustineatur, est plenè, & concludenter probandus, ex notat per Alex. *in l. nam, & postea §. si minor ff de iureiuran. num.* 10. & ibi Iason. *num.* 8. Seraph. *decis.* 940. *num.* 2. & *d. decis.* 275. *num.* 3.

Tertiò ex expressa mentione facta in dicta concordia omnium prætensionum Franciscæ, ac ex pluritate scripturarũ diuersis temporibus factarum inter ipsam & Cinthiũ, cum dilatione ad soluendũ d. quantitatem scutor. 1725. in pluribus terminis, quæ om-
13 nia valdè ponderanda sunt ad effectum excludendi hunc errorem propter geminationem tot actuum, vt in simili considerauit Rot. *coram Seraph. decis.* 1350. *num* 6. & 7.

Et omnia prædicta suadentur optima ratione, quia Francisca pro consequenda sua dote non tenebatur renunciare legatis sibi à viro relictis, neque hac de causa opus habebat aliqua Concordia, stante iure claro, & indubitabili resultante ad sui
14 fauorem ex Instrumento dotali, quod transactionem non requirebat, *l. Lucius, §. fin ff de administr. tutor. l. pactum Curatoris, C. de pactis.* Abb. *in cons.* 85. *ad fin. vers. nam transactio lib.* 2. Rot. *decis.* 311. *coram S. m. Gregorio XV.* & comprobantur ex lectura, & tota serie, ac dispositura ipsius Concordiæ, & præcipuè in illis verbis, ibi; *Quam cessionem, & Iurium delegationem fecit, & facit d. D. Francisca, quia versa vice d. D Cinthius promisit, &c.* ponderata illa dictione,
15 *versa vice*, quæ correspectiuitatem importat, *l. penult. ff de præscript* Rot. *decis.* 405. *ante num.* 1 *part.* 4. *diuers.* & *in Romana Concordia* 15. *Decembris* 1636. *coram R. P. D. meo Panzirolo*, itavt nisi pro parte
16 Franciscæ interuenisset renunciatio dotis. & legatorum, respectu obligationis Cinthij de soluendo scuta 1725. & econtra obligatio eiusdem Cinthij de illa soluendo ob renunciationẽ prædictam, transactio inter ipsas partes verisimiliter secuta non fuisset, Glos. *in l. fundi partem ff. de contrahen. empt.* & *in l. fundus ille ff. eodem tit.* Bart. *cons.* 195 *vol.* 1. cum
17 aliis relatis per Surd. *cons.* 217. *num* 19. & 20. siquidem notum est in correspectiuis vno sublato, aliud quoque tolli, Crauett. *cons.* 79 *num.* 13. & *cons.* 230.
18 *num.* 2. Qua correspectiuitate stante non licet à prædicta concordantium voluntate & obligatione recedere, Dec. *cons.* 89 *num.* 1. *in fin.* imò præsum-
19 ptio correspectiuitatis sufficit, vt concordia diuidi, nec alterari possit sub prætextu erroris, seu alterius causæ, latè Grammat. *decis.* 103. *num.* 15.

Nec obstat quod renunciatio facta per Franciscam sit de legatis conditionalibus, & ideo condi-
20 ne non purificata sit inconsiderabilis. Quoniam legata sunt diuersa in tribus capitulis separatis relicta, ac propterea conditiones vni adiectæ non censentur repetitæ in aliis legatis, *l. qui fundum de contrahend emptione*; ex lectura autem testamenti Antonij, clarè patet, quod Franciscæ volenti recuperare suam dotem, solùm erat ademptum legatum vsusfructus medietatis bonorum, non autem alia legata. Primum enim legatum vini, & lignorum est pu-
rum, & ita in eo non censetur, repetita conditio vi- 21
duitatis, & castitatis, adiecta in aliis, vt in terminis Duran. *de art. testand. tit. de legat. caut.* 58. *num.* 8. Secundum verò legatum habitationis domus testato-
ris, & mobilium, etsi fuerit relictum sub condi- 22
tione quoad vidualiter, & castè vixerit, tamen cùm hucusque prædicta seruentur provt præsumitur, legatum habetur pro puro, & obligatio ortum habuit ab initio, Greg *decis.* 428. *num.* 7. vnde solùm legatum vsusfructus medietatis bonorum, vt supra fuit firmatum, erat ademptum.

Ex quibus responderunt Domini pro confirmatione sententiæ A. C. in quantum condemnat Cinthium ad solutionem scutorum 60. debitorum, iuxta formam Concordiæ, & reuocat aliam sententiam de partibus ad eiusdem Cinthij fauorem latam, sed quoad fructus dd. scutorum decursos à die inita Concordiæ, vsque ad integralem solutionem reseruarunt ad aliam particularem disputationem.

Et sic decisum vtraque parte informante.

Terraconen. Concilij Prouincialis.

Lunæ 8. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

De Iure conuocandi Concilium Prouinciale Sede Archiepiscopali vacante.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus antiquior Metropolitano impedito habet intentionem fundatam quoad potestatem conuocandi Concilium Prouinciale absque alicuius consilio, vel consensu.*

2 *Ab inhibitione sine causa cognitione non est incipiendum.*
Maximè quando in decernendo inhibitionem timetur quod impedimentum alicui generali dispositioni afferatur.

3 *Dispositio generalis non debet sub vana prætensione retardari ne bonum publicum status Ecclesiastici impediatur.*

DECISIO LXXXVII.

ACANTE Sede Archiepiscopali Terraconen. orta fuit controuersia, super iure conuocandi Concilium Prouinciale, inter Capitulum Terraconen. & Episcopum Illerden. coram Nuncio Hispaniarum, qui huiusmodi Ius conuocandi ad Episcopum Illerdensem tanquam viciniorem pertinere declarauit, à qua declaratione appellatione interposita, fuit causa ad Rotam deuoluta, & postea, cùm per absentiam dicti Archiepiscopi Terraconensis, Episcopus Barchinonensis vti antiquior inter Episcopos d. Prouinciæ celebrationem Concilij Prouincialis indixisset, fuit ad instantiam eiusdem Capituli Terraconen. inhibitus vigore alterius

alterius commissionis Rotalis, cum præinserta
prioris, sub narratiua, quod stante d. prima com-
missione, & eius litis pendentia, non posset d.
Episcopus Barchinonen. d. Concilium celebrare
nullo præuio tractatu, consensu, vel consilio d. Ca-
pituli, vt in dd duabus Commissionibus *sum. Bar-
chinonen. num.* 1. Ideò dubitaui, an inhibitio sit re-
uocanda, vel declaranda, & Domini contra Epi-
scopum Barchinonen. eam esse moderandam re-
sponderunt.

1 Qoia d. Episcopus vti antiquior, Metropolitano
impedito habet intentionem fundatam, quoad po-
testatem conuocandi Concilium Prouinciale, abs-
que alicuius consilio, vel consensu, ex clara disposi-
tione Sacr. Concil. Trid *sess.* 14. *de reformat. cap.* 2.
ibi: *Quare Metropolitani per seipsos, seu illis legitimè
impeditis Coepiscopus antiquior non prætermittat Sy-
nodum in sua Prouincia cogere,* Zerol. *in prax. Episcop.
part.* 2. *verb. Concilium,* Azor. *instit. moral part.* 2. *lib.* 3.
cap 47. *quæst.* 5. Vgolin. *de offic. Episcopi cap.* 46. & ita
donec Capitulum probauerit suam prætentionem,
quod non possit conuocari Concilium Prouinciale
nisi præuio tractatu, consensu, vel consilio ipsius,
2 non potest impediri, Episcopus, cùm sine causæ ca-
gnitione ab inhibitione non sit incipiendum, *cap.
cum persona de priuileg. in* 6. *constitutus de relig. do-
mib* Rot *decis.* 396. *num* 1 *part.* 1. & *decis.* 493. *num* 1.
part. 2. & 525. *num.* 1. *part.* 3. *recent.* maximè quando
in decernendo inhibitionem timetur, quod impedi-
mentum afferatur alicui generali dispositioni, vt
in terminis dispositionis Concil. Trident. tradit
Lancellot. *de attent.* 2. *part cap.* 20. *quæst.* 4. *num.* 114.
cum seqq. Rot. *apud Marches. in Barchinonen. Prio-
ratus part.* 1. *fol.* 237. & *in recent. d. decis.* 396. *part.* 1.
493. *part.* 2. & 525. *part.* 3. quæ dispositio non debet
3 sub vana prætensione retardari, ne impediatur bo-
num publicum status Ecclesiastici, de cuius morum
correctione, & moderatione, aliisque necessitatibus
in Conciliis Prouincialibus agitur, vt ex Trident. *d.
sess.* 24. *cap.* 2. *de reformat. in princip.*

Ex quibus dixerunt Domini, inhibitionem con-
tra Episcopum Barchinonen. esse moderandam, &
concessionem inhibitionis ad fauorem Episcopi
contrà Capitulum non esse necessariam, cùm Epi-
scopus possit conuocare Concilium Prouinciale,
non obstante primæ inhibitionis impedimento,
quod sublatum remansit ex posteriori commissione,
de qua *in eius sum. num* 2.

Et ita decisum. &c.

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Testamento omnibus solemnitatibus iuris absoluto standum est, non obstantibus nullitatibus sæpiùs repetitis, sed non sufficienter probatis.

Vide suprà *Decis.* 63.

SVMMARIVM.

1 *Compos sanæ mentis quilibet præsumitur.*

2 *Supremæ voluntatis nisi liber sit stylus ipsaque voluntas exequatur, tollitur arbitrium.*

3 *Imperfectio actus ratione voluntatis nunquam sanatur.*

4 *Testes examinati in iudicio criminali, & non repetiti in ciuili nihil probant.*

5 *Scriptura ad testamentum faciendum parata nullius est momenti si prius decedat Testator, quàm in publicam formam sit redacta.*

6 *Voluntas vltima cum qua Testator decedit, est seruanda.*

7 *Subtractio minutæ eius institutionem vitiare non potest.*

8 *Dolus tertij nocere non debet institutioni alterius cùm institutionis causa immediata non fuerit.*

9 *Nominati per Testatorem tempore conditi testamenti omnes ad hæreditatem sunt admittendi.*

10 *Intentio Testatoris ex sequentibus declaratur.*

11 *Testamentum ab actu conclusiuo & vltimo dispositionis puncto recipit perfectionem.*

12 *Institutio Testatoris per verbum sic interrogante Notario facta, idem valet ac si Testator hæredis nomen expressisset.*

13 *Hæredem institui cum onere assumendi arma, & cognomen ipsius Testatoris cæteris quoad hoc exclusis, signum euidens est Testatorem voluisse talem hæredem vniuersalem pro sua agnatione & familia in eo conseruanda.*

14 *Testamentum quando ex seipso omnibus solemnitatibus absolutum existit pro eius validitate est respondendum.*

DECISIO LXXXVIII.

DOMINI steterũt in decisis sub die
22. Iunij anni præteriti pro re iudi-
cata respondentes, attenta iustitia
sententiæ, non obstantibus nullita-
tibus toties repetitis, quas certum
est non subsistere, & penitus fu-
mescere ex responsionibus datis in decisione quæ
reuidetur *in §. non obstat num.* 6. *vsque ad* 9. & ideo
eas recensere omittitur, cùm tota difficultas fuerit
reducta ad iustitiam duntaxat, de qua hodie clariss-
simè constat, tam ex fundamento decisionis *in §.
Iustitia, num.* 10. vbi apparet testamentum nuncupa-
tiuum, factum fuisse à publico Notario rogato, co-
ram septem testibus, & aliis solemnitatibus Iuris
per Ioannem Baptistam Zacchonium sanæ mentis 1
compotem, prout quilibet præsumitur, *l. nec Codicil-
los, C. de Codicill.* Caual. *decis.* 366 *num.* 3. quàm quia
hodie hoc ipsum pars aduersa fatetur, non impu-
gnando validitatem testamenti ex capite falsitatis,
nec dementiæ, & ita dubium non est quin prædi-
ctum testamentum fuerit validum, & solemniter fa-
ctum. & consequenter voluntas testatoris in eo
contenta, executioni mandanda: nihil enim est,
quod magis hominibus debeatur, quàm vt supre- 2
mæ voluntatis liber sit stilus, ipsaque voluntas exe-
quatur, aliàs autem tolleretur arbitrium, *l.* 1. vbi
Bald. *C. de sacros. Eccles. l.* 1. vbi Bart. *ff. de testam.*

Nec obstat nouum motiuum, scilicet quod te-
stamentum Zacchonij sustineri minimè possit ob
subtractionem minutæ, seu notulæ eius propria ma-
nu scriptæ, quasi quod iuxta illius tenorem testari
voluisset, cùm sæpius eam petiisset, & valde cõqu e-
stus esset de eius amissione, vt deponunt testes *sum.
Francisci num.* 5. & sic resultet ex hoc imperfectio 3
actus ratione voluntatis, quæ nunquam sanatur,
Oldrad. *cons.* 119. Couar. *in cap. relatum de testam.*
Crescent. *de testam. decis.* 3. *num.* 1. Rot. *decis.* 576. *n.* 2.
& 3. *part.* 2. *recent.*

Quia

4 Quia vltra quod testes de hac minuta deponentes, & omnes alij sunt examinati in iudicio Criminali, & non repetiti in Ciuili nihil probant, ex latè deductis in decisione quæ reuidetur *num.* 11. Canal. *decis.* 166. *num.* 5. & ita non applicatur conclusio in qua se fundat pars aduersa, ex *decis.* 352. *num.* 12. & 14. *part.* 5. *diuers.* cùm loquatur in repetitione cum interrogatoriis, & citatione partis, tollitur difficultas; tum quia eo ipso, quod fuerit facta minuta, seu notula ad testandum, non inde sequitur aliquid perfectum sufficiens ad irritandum solem-
5 ne testamentum postea factum, siquidem scriptura ad testamentum faciendum parata nullius est momenti, si prius decedat Testator, quàm in publicam formam sit redacta, *l. si is qui* 25. *l. ex ea scriptura* 29. *ff. de testamentis, l. fideicommissa* 11. *§. quoties quis exemplum testamenti præparat*, vbi Gloss *ff. de legat.* 3. Anton. Gom. *in l.* 3. *Tauri, num.* 18 Gregor. Lopez *in l.* 13. *gloss.* 1. *tit.* 1. *part.* 6. Burgos de Paz *in d. l.* 3. *Tauri num.* 323. Martinez *in l.* 11. *tit.* 4. *lib.* 5. *recopilat. gloss.* 1. *num.* 1.

Tum etiam quia testes dati *in summ. P. Pauli n* 3. 6. & 7. probant dictam minutam fuisse deperditam, non tamen subtractam à Petro Paulo hærede, & quod Testator instituisset hæredem eundem Petrum Paulum ore proprio, requirens minutam ad effectum solius reminiscentiæ circa legata, quæ destinauerat relinquere, non autem, quia vellet diuersum testamentum condere: & omnes concludunt *summ. num.* 9 quod etiam non reperta notula prædi-
6 cta Testator suum condidit testamentum cum debitis solemnitatibus, & in eo hæredem vniuersalem instituit P. Paulum, & non alios, quæ voluntas tanquam vltima, cum qua Testator decessit, seruanda est: Constat namque diuersitatem, quoad modum testandi non fuisse circa hæredis institutionem, sed solùm circa legata, & alia quædam leuiora. Etenim ante, & post stipulationem testamenti deponunt testes Testatorem voluisse instituere in
7 hæredem vniuersalem d. P. Paulum, & sic subtractio d. minutæ non potest vitiare eius institutionem, ad trad. per Bart. *in l.* 1. *§. si Dominis, vers. vel aliter, & in l. fin. num.* 2. *vers. respondeo, ff. si quis aliq. testar. prohib.* Bald *in l.* 1. *num.* 7. *C. eodem.*

Tantò magis cùm ex sententia absolutoria ad fauorem Petri Pauli lata in eius *summ. num.* 2. quæ pariter transiuit in iudicatum, constet prædictam minutam nun ab eo fuisse subtractam, imò ex duobus testibus datis *in eodem summ. num.* 5. quorum alter de auditu, alter verò de visu deponunt, resultat adminiculata probatio, quod dicta minuta fuerit subtracta à Cæsareo Crucio, fratre Francisci, qui
8 testamentum impugnat; vnde dolus tertij nocere non debet institutioni alterius, cùm non fuerit causa immediata institutionis Petri Pauli, Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *interpret.* 1. *num.* 85. *fol.* 482. Gabr. *cons.* 99. *num.* 8 *vers. verum lib.* 1. Peregr. *de iur. fisci lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 13. Surd. *cons.* 173. *num.* 35. & 36. quem semper Testator voluit hæredem instituere ex supradictis.

Nec releuat secundum motiuum, nempe institutionem Petri Pauli intelligi debere cumulatiuè, cum Flaminio, Marco Antonio, & aliis, quos nomi-
9 natos fuisse per Testatorem tempore conditi testamenti deponunt testes *summ. Francisci num.* 6. quo casu omnes debent admitti ad hæreditatem, Anton. Gom. *tom.* 1. *var. cap.* 10. *num.* 14. quoniam testes dati in eodem *summ. Francisci num.* 7. benè deponunt, quod Vicarius agnouit Testatorem confundere legatarios, & hæredem vniuersalem, & ideò ordinasse Notario, vt interrogaret melius Testatorem, qui cùm postea apertè dixerit se nominare in hæredem vniuersalem P. Paulum, cessat quæcumque nominatio sic in confuso facta, & propterea reducendo testes prædictos ad Concordiam cum testamento, dicendum est, quod nominatio facta à testatore de Flaminio, Marco Antonio, & aliis, intelligatur de institutionibus particularibus, & institutio P. Pauli fuerit vniuersalis sicuti in testamento legitur: Intentio enim Testa- 10
toris declaratur ex sequentibus, *l. verum in princ. ff. de petit. hæredit.* maximè quando sequentia continent actum conclusiuum, & vltimum disposi- 11
tionis punctum, à quo testamentum perfectionem recipit, vt per Socin. Sen. *in rubr. num.* 1. *vers. sed si quæris, de legat.* 1. Menoch. *cons.* 750. *num.* 4. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 5. *num.* 3. *vers.* 2. est. Neque institutio prædicta vitiari deberet, quatenus fuisset facta per Testatorem per verbum, *sic*, interrogante Notario, An vellet Petrum Paulum instituere hæredem, vt conatur deponere aliquis ex testibus pro Cruciis adductis, cùm reliqui testes omnes expressè affirment, ore proprio D. Petrum Paulum fuisse à testatore nominatum hæredem vniuersalem, quia talis institutio, 12
etiam valeret perinde ac si testator hæredis nomen expressisset, *l. iubemus* 29. *C. de testam.* vbi Bart. *num.* 3. Alex. *cons.* 33. *num.* 8. & 11. *lib.* 3. Anton. Gom. *tom.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 6. & *in l. Tauri, num.* 34. Spino *de testam gloss.* 10.

Quæ denique vniuersalis institutio maximè sustinenda est ad fauorem d. P. Pauli tantùm, & non aliorum, quia Testator voluit, vt ipse solus hæ- 13
res institutus assumeret arma, & cognomen ipsius Testatoris, quod grauamen seu onus, dum non legitur impositum, nec in Testamento, nec extra, dd. Marco Antonio, & Flaminio, & aliis, pro quibus Testator discretiuè loquutus fuit, præcipuè quoad Flaminium dixit, se illi relinquere sextam partem bonorum emphyteuticorum Sancti Petri, & reliquum Corneliæ, nec non fratribus Cruciis ducatos centum pro quolibet, ac Marco Antonio portionem quandam vineæ communem cum Flaminio, vt *in summ. P. Pauli d num.* 7. signum euidens est quod Testator eum solum hæredem vniuersalem instituit, pro conseruanda in eo sua agnatione, & familia de Zacchonibus, ad tradit. per Molin. *de Hispan. primog lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *cum seqq.* Perez de Lara *de vit homin. cap.* 14. *num.* 32. & 33. Thesaur. *quæst. Forens. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 33. Casan. *in Cathalog. glor. mund. considerat.* 54.

Ex quibus dixerunt Domini, quod cùm deducta contra testamentum non concludantur omninò; minúsque sufficienter probent, & econtra ipsum testamentum ex se ipso omnibus solemni- 14
tatibus absolutum existat, pro eius validitate esse respondendum, ex latè, & optimè congestis in *Peregr. testamenti sub diebus* 27. *Februarij* 1636. & 24. *Aprilis superioris anni coram R. D. meo Decano.* Ideoque persistendum esse in decisis, vtraque parte informante, &c.

Leodien.

Leodien. Castri de Monbeck.

Lunæ 22. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo Matri concessum ad fauorem filij & hæredis in quem transiuit instantia est exequendum; vbi plura de successione Matris in bonis filiorum ex lege & consuetudine quorundam locorum recepta.

Vide suprà *Decis.* 57.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio à defuncto petita sufficit vt remedium executionis hæredibus competat.*

2 *Cessio hæreditatis à fratribus ad fauorem alterius facta totum Ius in eum transfert etiam super portionibus quæ fratribus competere poterant.*

3 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes, in Iudicio summariissimo manutentionis non debent admitti sed ad petitorium reiici.*

4 *Priuatio habitum præsupponit.*

5 *Possessio manutenibilis non potest considerari ex vsufructu qui per mortem finitur.*

6 *Filiis in infantili ætate & sine successore decedentibus Mater de iure debet succedere.*

7 *Possessio superueniente nouo titulo de simplici vsufructuaria in veram proprietatem mutatur.*

8 *Pactum fauorabile strictè est interpretandum.*

9 *Pactum de casu mortis cum filiis nihil disponens sub dispositione iuris communis relictum censetur*

10 *Mater superstes de lege & consuetudine quorundam locorum omnibus prolibus in omnibus bonis succedit.*

11 *Extensio non datur de loco ad locum prout nec de persona ad personam.*

12 *Consuetudo in specie debet probari.*

13 *In feudis succedunt proximiores & agnati non Mater.*

14 *Mater in quibus bonis succedit.*

15 *Consuetudo vt mater etiam in bonis quæ in parua quantitate feudalia sunt succedat, fauorabilis censetur.*

DECISIO LXXXIX.

Esponderunt Domini mandatum de manutenendo ad fauorem Franciscæ concessum, esse exequendum ad fauorem Othonis filij, & hæredis dictæ Franciscæ, ea moti ratione, quia sicut ipsa executionem petere poterat, ita & etiam eius hæres, in quem transiuit instantia; sufficit enim,
1 quod à defuncto fuerit petita manutentio, vt prædictum remedium hæredibus competat, *l. hæres absens, ff. de iudic.* Butr. *in cap. quia num.* 11. *vers.* tertia regula, & ibi communiter Doctores *eodem titulo*, Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 63. Rota apud Pacific. *de Saluian. Interdict. decis.* 141. *num.* 2. & 3. cum aliis allegatis in decisionibus in hac eadem causa factis *coram R.P.D. meo Buccabella sub die* 9. *Maij* 1636. & *coram me* 29. *Aprilis superioris anni.*

Quod autem Otho sit filius, & hæres dictæ Franciscæ probatur, tam ex fide obitus Franciscæ *in eius summ. num.* 2. quàm ex aditione hæreditatis *eodem summ. num.* 3. vbi etiam legitur cessio
Ioannis, & Arnoldi fratrum ad fauorem eiusdem 2
Othonis, quæ cessio facit, vt totum Ius in ipsum Othonem fuerit translatum, & consequenter ad ipsius fauorem est facienda executio, etiam super portionibus quæ fratribus competere poterant, Rot. *decis.* 411. *num.* 17. *part.* 5. *recent.* non obstantibus exceptionibus ex aduerso repetitis, quæ
licet tanquam requirentes altiorem indaginem 3
non deberent admitti in hoc summariissimo Iudicio manutentionis, sed reiici ad petitorium, Rot. coram Gregor. *decis.* 149. *num.* 6. & *decis.* 408. *num.* 5. *parte* 4. *recent. cum vulgat.* attamen adhuc non videntur attendendæ, cùm ex iis potius magis clara reddatur iustitia dicti mandati.

Nam possessio Ceciliæ, quæ manutentionem petiit, satis iustificatur ex deductis in dictis decisionibus, factis coram eodem Reuerendiss. P. D. meo Buccabella, & coram me, dum in illis firmatur Godefridum in libello, & positionibus fassum fuisse possessionem Ceciliæ,
eam cogendo, & compellendo ad illam dimit- 4
tendam, cùm priuatio præsupponat habitum, *l. manumissiones, ff. de iust. & iur.* Rot. *decis.* 801. *num.* 1. *part.* 1. *diuers.* & coram Caual. *decis.* 42. *num.* 1. ac etiam ex mandato de euacuando, quod obtinuit, Rota *decis.* 402. coram Gregor. XV. *num.* 2. cum aliis in dictis decisionibus allegatis.

Nec subsistit, quod dicta Cecilia à qua Ius habuit Francisca Auctrix Domini Othonis habuerit solum vsufructum, qui per eius mortem finitus
fuerit, & sic non possit considerari aliqua posses- 5
sio manutenibilis; quia etsi ab initio possideret vti vsufructuaria, & proprietas remaneret penes eius filios, tamen cùm illi in infantili ætate, & sine successoribus obierint, de iure certum est,
quod succedere debebat Cecilia mater, iuxta *text.* 6
in auth. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull. & *in §. si igitur defunctus auth. de hered. instit.* Anton. Gomez. *in l.* 6. *Taur. num.* 4. & 5. Tell. Fernand. *num.* 16. Matticneus *in l.* 1. *titul.* 8. *lib.* 5. *recopilat.*
num. 12. & consequenter ex superuenientia noui 7
tituli fuit mutata causa possessionis de simplici vsufructuaria in veram proprietatem, Achil. *decis.* 4. *de caus. possess. & propriet.* Rot. *decis.* 243. *n.* 4. *part.* 2. *diuers.* & latius firmatur *in decisione causa coram me §. præsertim.*

Nec releuat quod in capitulis matrimonialibus fuerit conuentum, vt moriente Valtero sine filiis succederet Cæcilia in vsufructu, & post illius mortem bona reuerterentur ad lineam re-
ctam vnde peruenerant; quoniam dixerunt Do- 8
mini pactum prædictum esse fauorabile pro Othone, cùm illud sit strictè interpretandum, prout iacet in casu mortis Valteri sine filiis, *l. quicquid astringendæ de verb. obligat.* Alex. *consil.* 46. *num.* 4. *volum.* 2. & dum de alio casu

9 mortis cum filiis nihil disposuerit, censetur re-
lictum sub dispositione Iuris communis, *l. commodissimè, ff. de liber. & posth.* Surd. *cons.* 383.
num. 15.*tom.* 3.Mantic.*de tacit.lib.* 3.*tit.* 7.*num.* 34. se-
cundùm cuius dispositionem Mater succedit, vt su-
perius fuit dictum.

Neque obstat, quod dicitur de consuetudine
valdè ponderata, secundùm quam Mater non suc-
cedit filiis in patria Lossensi, quia vltra quod non
probatur, nec etiam probata releuaret, cùm non
10 extendatur ad locum de Corteshem vbi sita sunt
bona, de quibus agitur, ibi enim viget consuetu-
do quod Mater succedit, vt bene probant testes
dati *in summ.Othonis num.* 5. deponentes, quod ma-
ter superuiuens omnibus prolibus, de lege & con-
suetudine succedit in omnibus bonis, & certum
11 est extensionem non dari de loco ad locum, prout
nec de persona ad personam, *l.* 3.§.*si quis hoc interdicto*, & ibi Bart. *ff.de itin.actuque priuat.l.ius singulare, l.quod verò contra, ff. de ll.* Bald. *in princip. n.* 9.
de feud. cognit. Aretin *cons.* 122.*num.* 4 Dec *cons.* 481.
12 *num.* 22. & sic consuetudo in specie probari debet,
Mantic.*decis.*284.*num* 6. & 7. Cauall. *decis.*95. *n.* 3.
& 419. *n* 4.

13 Minus obstat, quod in feudis succedant proximio-
res agnati, & non mater, *cap. vnic. de natur. success. feud.* quia non omnia bona sunt feudalia, sed in
maiori parte allodialia, respectu quorum sumus in
14 Claris, respectu verò aliorum bonorum, quæ in
parua quantitate feudalia sunt, pariter succedit
Mater, non obstante *dict.cap vnic.* attenta prædicta
consuetudine, Paris.*cons.*21. *lib.*1. vbi *num.*31. fir-
15 mat prædictam consuetudinem esse fauorabilem,
Scrader. *de feud. part.*7.*cap.*4.*num.*77.& in terminis
patriæ Leodiensis, Caual. *decis.*172. *n.*2. & 3. Rot.
*decis.*362.*n.*2.*p.*2. *recent.* & firmatur in decisionibus
causæ.

Denique quod repetebatur de dementia Adrianæ, pro annullando actu renunciationis per eam factæ ad fauorem prolis Ceciliæ, & Valteri, dictum fuit non obstare ex latè & exuberanter ponderatis in decisionibus emanatis in hac eadem causa, coram Reuerendissimo P. Domino meo Pirouano, sub diebus 15. Decembris 1634. & 15 Decembris 1635. vbi benè, & optimis rationibus firmatur, dictam dementiam non esse taliter probatam, per quam actus renunciationis annullari possit.

Et sic conclusum vtraque parte informante.

Signina Saluiani.

Vener. 16. Aprilis 1638.

ARGVMENTVM.

De bonis pro fructibus duorum censuum debitis; An intret Saluianum quando constat de eorum credito cum hypotheca & de possessione debitoris tempore obligationis vel post adepta.

SVMMARIVM.

1 *Constito de credito cum hypotheca & de possessione debitoris tempore obligationis vel postea, immissio denegari nequit.*
2 *Instrumenta publica certam & indubitatam faciunt probationem.*
3 *Executio facta ad instantiam aduersariorum in bonis debitoris ad probandum primum extremum sola sufficit.*
4 *Litis sustentatio pro iustificatione secundi extremi de per se sola suffragatur.*
5 *Inuentarium contra describentem debita hereditatis plenè probat.*
6 *Confessio de recepto facta per Procuratorem adminiculata praiudicat Domino constituenti.*
7 *Scriptura priuata sine die mense & anno contra scribentem nullum facit probationis gradum.*
8 *Sriptura habens vim confessionis per partem acceptata probat contra confitentem.*
9 *Scriptura priuata concurrentibus adminiculis probat.*
10 *Computum scribens pro sua parte deliberatè scribere censetur.*
11 *Debitum calculare volens pro sua parte fatetur.*
12 *In subductione rationum diligentia præsumitur.*
13 *Partita calculo contraposita quando non sunt connexa sed diuersarum materiarum, commodam diuisionem recipere possunt.*
14 *Exceptio compensationis residui dotis prætensa in quibus casibus intrat.*

DECISIO XC.

ME proponente vti Prælato extra Rotam deputato, hodie resoluerunt DD. intrare Saluianum, ad fauorem Cassandræ de Vindictis, & Iulij Cæsaris Rorij, super bonis de quibus agitur, pro fructibus duorum censuum à Sulpitio Papio debitorum, quorum alter fuit scut. 200. monetæ in sorte principali de anno 1588. impositus ad fauorem quondam Neapolionis Ignatij, & alter in solidum cum Communitate Signina scut. 500. monetæ de anno 1596. impositus ad fauorem quondam Lantæ Parabiacchæ, quem idem Sulpitius in se denuo accollauit in totum in instrumento affectus cum d. Communitate, facto de anno 1602. quia constat
de eorum credito cum hypotheca, & de possessio- 1
ne debitoris tempore obligationis, vel postea, quo casu immissio denegari nequit, Pacif. *de Saluian. interdict. inspect.* 1.*cap.*5.*n.*1. Rot.*decis.*386. *num.*1.& *seq. part* 1.*diuers.*

Creditum cum hypotheca sufficienter probatur ex publicis Instrumentis impositionum dd. censuum *sum. Cassandræ num.* 1. 2. & 7. & de illorum acquisitione facta per dd. Cassandram, & Iulium Cæsarem, constat ex Instrumentis cessionum habitarum à successoribus Dominorum dd. censuum, cum personarum legitimatione, *eod. sum à num.* 3.
vsque ad 11. quæ Instrumenta certam, & indubi- 2
tatam probationem facere, firmat Bald. *in l. generali sub num.* 3. *vers. ratio est, C. de Sacrosanct. Eccles.* Caputaq. *decis.*421. *part.*1. Rot. apud Pacif. *decis.* 135. *num.* 1. De possessione debitoris de tempore, vel post contracta debita, docetur per depositiones testium *dict. summ. num.* 12. ac per executionem factam ad instantiam illorum de Lantis
aduersariorum in dd. bonis, tanquam contra bo- 3
na

na Sulpitij debitoris *d.sum.num.13.* quæ sola sufficeret ad probandum hoc primum extremum, vt dixit Rot.coram Greg.XV. *decis.401. num.1.vers. accedit mandatum,* & *num.2.* De possessione verò Lælij, & aliorum de Lauris dd.bonorum detentorum, apparet similiter ex testibus *dict. sum.n.15.* ac ex litis susten-
4 tatione, quę pariter de per se sola in hoc Iudicio suffragatur pro iustificatione secundi extremi, Caputaq. *decis.372.part.2.* Rot. *decis.775.num.5.part.2.* & *decis.539.num.3.part.4.* & *decis.17.n.5 part.5. recent.* & coram Greg.XV. *decis.491.n.11.*

Non obstat exceptio dotis Hieronymæ Niueæ sororis Porciæ Matris dd. de Lauris constitutæ de anno 1566. vt in Instrumento dotali eorum *sum. num.1.* cuius vigore prætendebatur retentio in bonis de quibus agitur, tanquam sibi traditis in solutum ab hæredibus Sulpitij, quia si dos prædicta, vt asseritur ascendit ad scuta 1620. de eius restitutione quoad quantitatem scutorum mille constat ex Inuentario per eosdem de Lauris facto, hæreditatis Ambrosij patris, in quo illum dixerunt debitorem Porciæ eorum Matris tanquam sororis, & hæredis supradictæ Hieronymæ in summa scutorum 1000.
5 Inuentarium autem contra describentem debita hæreditatis plenè probat, Bart. *in l. fin. §. licentiam C.de Iur.deliber.* cum aliis adductis per Paris. *cons.45. num.20.lib.2.* Peregr. *de fideicom.art.44.num.3.* Rot. *decis.71.num.2.part.1.diuers.* & *decis.426. num.2. in fin.part.1.recent.* & coram Seraph. *decis.1394. num.1. diuers.* & *decis.426 num.2.in fin.part.1. recept.* & coram Seraph. *decis.1394.n.1.*

Quod comprobatur ex computo scripto manu d.Lælij Procuratoris specialis d.Porciæ suæ Matris, & hæredis d Hieronymæ ad exigendum & recepisse confitendum *d. sum.num.19* & *20.* & ita probat contra Porciam aliosque filios & hæredes, concurrente præsertim ratificatione Ioan.Baptistæ alterius
6 fratris, quæ probatur per testes *d.sum.num.20.* Confessio enim de recepto facta per Procuratorem adminiculata, prout in præsenti, præiudicat Domino constituenti, *l.quero §.fin.ff de Ædilit.edict.* Castr. *in l.quicumque C.de seru. fugit.* Alex. *cons.147. num.13. vers.nam lib.2.* & bene ad proposit. Escobar. *de ratiocin.c.23.à num.31.cum seqq.vsque ad 47.* & *48.* Ruin. *cons.56. col.4. vol.1.* & *cons.32. column. fin. eodem vol.* Card. Mantic. *de tacit. lib.8. tit.51. num.13.* Menoch. *cons.260. num.7.* & *seqq.* Ciriac. *controuers.122.*

Nec aduersatur, quod dicebatur de d. computo,
7 scilicet quod esset scriptura priuata sine die, mense, & anno, contineatque imperfectionem, ex quo in eius dorso legitur *Conto da Saldarse,* & sic videretur scriptum pro memoria scribentis, contra quem propterea nullum faceret probationis gradum, Soc. Sen *cons.262.ad fin.lib.2.* Rot. *Ianuen.decis.1.num.19.* Rot *in Narnien. Societatis 1.Martij 1621.coram R.P. D.meo Pirouano.*

Quia cùm verificetur in maiori partita scut. 2000. & fuerit scriptum manu propria d. Lælij filij, & Procuratoris matris ad confitendum, ratificatumque per alium fratrem, ac repertum penes aliam partem, censetur seriò factum, & conscriptum, non autem memoriæ causa, & ideò probat
8 contra confitentem cùm habeat vim confessionis per partem acceptatæ, Felin. *in cap.si cautio num 27. de fid. Instrum.* & *in cap.2.num.29. eodem tit.* Gratian. *discept.951. num.1. cum seqq.* Seraph. *decis.303. per tot.* Rot. *coram Buratto decis. 799. num.7.* & quod
9 scriptura priuata probet concurrentibus adminiculis, prout hic, dixit in puncto Rot. *decis.81. num.2.*
15. & *18.cum seqq.part.1.diuers.* Scribens enim com- 10
putum pro sua parte deliberatè scribere censetur,
& calculare volens debitum pro sua parte fatetur, 11
ad tradit. per Gabr. *cons.71.num.18. vers. demum ipse*
lib.1. In subductione autem rationum diligentia 12
præsumitur, vt per Mantic. *decis.370. num.1.* & *2.* & quod computa non solidata sed tantùm missa alteri parti probent, dixit Rot. *Ianuen. decis. 18. num.8.* & *5.* Paris. *cons.47.num.1.cum seqq. lib.1.* qui
firmat etiam sub *num.8.* & *10.* quod quis possit se 13
fundare in calculo in parte, & reiicere partitas contrapositas, quando prout in præsenti partitæ contrapositæ non sunt connexæ, sed diuersarum materiarum, quæ commodam diuisionem recipere possunt, *l. inter Cartulas C. de conuent. fisc. debitor. lib.10.* ibique Bald. *in l.1.col.vltima C.de eden.* Abb. *in c.2.col.7.de fid.Instrum.* Ex aduerso igitur allegata non applicantur, cùm loquantur de libro memoriali existente penes scribentem.

Quo verò ad residuum d. dotis vltra dd. scut. 100. docetur pro parte Cassandræ ex publicis Instrumentis *d.sum num.18.* fuisse extinctos plures census dotales per Porciam, & Ambrosium coniuges, pro rata tangente Hieronymam in summa scutorum 320. & ita remaneret modica quantitas scutorum 300. quæ vel censentur etiam restituta in aliis partitis in dicto calculo contentis, vel redduntur illiquida ex perceptione fructuum bonorum de qui-
bus agitur ab anno 1622. quo lis huiusmodi cœpta
fuit, quo casu intrat exceptio compensationis, per 14
l.constat, ff.de compensat. Sord. *decis. 117. num.1. per tot.* adeò vt nulla retentio competere possit, Rot. *decis.411. num.26.* & *27. part.5. recent.* & coram Canal. *decis.539. num. 5.* & *6.* & *decis.433. num.4. part. 2. recent.* & in terminis coram *R. P. D. meo Ghislerio in Auximana census 10.Martij* & *23. Iunij 1636.*

Ex quibus dixerunt Domini stante d. dotis restitutione, esse locum commissioni ex Saluiano, absque quod ad alias inspectiones deueniatur, cùm aliæ exceptiones visæ fuerint leues, satisque sublatæ per informantes.

Et sic decisum vtraque parte informante.

Meleuitana Nauis.

Lunæ 15. Martij 1638.

ARGVMENTVM.

De sententia declaratoria ob non solutionem debiti pro expensis taxatis, stante inexcusabili contumacia concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur contumacia inexcusabili stante.*
2 *Sententia aliarum confirmatoria ob non interpositam appellationem in iudicatum transit.*
3 *Terminis quatuor seruatis de stylo seruari solitis, nec satisfactione à parte subsecuta, nil restat nisi vt sententia declaratoria feratur.*
4 *Transactio uti nulla ex capite enormissimæ læsionis à Rota reuocatur.*

5 *Appellationis causa à liquidatione facta commissa, executio mandati non potest prohiberi pro expensis quæ sunt reliquiæ iudicij primi.*

DECISIO XCI.

ENSVERVNT Domini, esse dandam declaratoriam ad instantiam Emanuelis, contra Equitem Raymundum ob non solutionem ducatorum quinquaginta debitorum pro ex-
1 pensis, ad summam prætensam taxatis, stante eius inexcusabili contumacia, per tradita *in cap. 1. de ind. cap. tuæ 3. c. quoniam frequenter, §. in aliis, vt lit. non contest.* Paz. *in prax. 2. p. 2. tom. c. vnic. n...*

Contumacia autem satis superque pate:, ex quo
2 sub die 19. Nouembris 1625. fuit lata sententia aliarum confirmatoria ad fauorem D. Emanuelis contra d. Equitem Raymundum per R. P. D. Remboldum, de, & super restitutione nanis & mercium, vt *in Registr. fol. 198.* quæ ob non interpositam appellationem transiuit in iudicatum, & sic sub die 19. Decembris einsdem anni coram eodem Iudice fuerunt taxatæ expensæ, & pro eis relaxatum mandatum, vt *in eodem registr. fol 28.* & deinde sub die 19. Februarij 1627. coram Eminentiss D. Cardinali Vbaldo tunc S. Rotæ Auditore, ad effectum exequendi dictum mandatum fuerunt relaxatæ literæ executoriales, quæ eidem Equiti fuerunt præsentatæ sub die 28. Iunij 1627. per Oliuerium Seichel Cursorem S. Officij, vt in alio processiculo *fol 6.*

Vnde stantibus prædictis, cùm hodie ex aduerso non doceatur de aliqua paritione, seu satisfactione,
3 & constat fuisse seruatos quatuor terminos de stylo seruari solitos, nihil aliud superest agendum nisi vt sententia declaratoria feratur, Felin. *in c. ad probandum num. 6. de re Iudic.* Mantic. *decis. 74. num. 1.* Cassador. *decis. 6. num. 10. de caus. possess. & propriet.* Mohed *decis. 1. de sent. excom.* Caual. *decis. 364. n. 1.*

Non obstat transactio post dictam sententiam secuta, sub die 8. Octobris 1626. in qua d. Eques Raymundus pro scut. 200. d. Emanueli solutis absolutus remansit de omnibus prætensionibus, inter ipsos vertentibus, ac in specie de expensis de quibus agitur, vt in dicta transactione, de qua in dicto processiculo *fol. 7.* Quia d. transactio fuit postea per
4 Rotam reuocata vti nulla, ex capite enormissimæ læsionis coram bon. mem. R. P. D. m Motmanno, vt in decisionibus factis sub dieb. 4. Iulij 1631. & 23. Ianuar. 1632. coram eodem, qui supercessoriam quoque Raymundo antea concessam reuocauit, & iterum mandatum de exequendo relaxauit, sub die 27. Februar. 1632. vt *in registr. fol. 911.* Et licet deinde corã eodem Iudice fuerint liquidatæ merces Nauis in certa summa, per quam læsio per prius firmata
5 excludi prætenditur; attamen cùm ab ea liquidatione rursus fuerit commissa causa appellationis ad instantiam d Emanuelis, non potest ei prohiberi executio mandati pro expensis, quæ sunt reliquiæ primi
1 Iudicij, super quo extat res iudicata, cuius vigore declaratoria concedendum, Vestr. *in prax. l. 8. c. vlt. n. 6.* Caual. *decis. 218. n. 1.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Camerinen. Parochialis seu Prioratus.

Vener. 7. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Prouisus ab Ordinario tanquam dignior de beneficio ratione mensis, per eiusmodi electionem ius ad rem acquirit, nec alius quamvis in concursu ab Examinatoribus approbatus potest prætendere adiudicationem beneficij cùm nunquam fuerit electus.

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio beneficij vt inducatur contra possidentem cum titulo ab Ordinario habito, opponens de titulo valido docere tenetur.*
2 *Ordinarij intentione fundata stante possessor sine prauia concludentissima probatione remoueri non potest.*
3 *Iudicio Episcopi semper defertur in materia de Parochialibus prouidendis.*
4 *Verba tanquam de præterito concepta actum iam perfectum significant.*
5 *Ordinarius eligendo magis idoneum, ob assertionem priorem ad præparationem animi & promptitudinem gratificandi referendam veritati præiudicare non potest.*
6 *Episcopus potest eligere magis idoneum cùm alterĩ nullum fuerit Ius quæsitum.*
7 *Epistola ab Episcopo scripta licet sit suo signo munita digniori præiudicare non potest.*
8 *Fides approbationis solita dari quibuscumque in concursu approbatis multum differt ab electione magis idonei, nec illius vigore adiudicatio beneficij potest prætendi.*
9 *Testis de facto proprio deponens plenè probat.*
10 *Epistola circa declarationem propriam antecedentium literarum plena fides est adhibenda.*
11 *Electus ab Episcopo vti magis idoneus eo ipso ius ad rem acquirit.*
12 *Probationes extraiudiciales & sine citatione partis nullum faciunt probationis gradum.*
13 *Approbatus tantum non electus, non potest prætendere aliquod sibi ius fuisse quæsitum ad effectum adiudicationem beneficij consequendi.*

DECISIO XCII.

VACAVIT de anno 1635. per obitũ Seleuci Vicomanni Parochialis, seu Prioratus S. Eustachij loci Belfortis Camerinen. Diœcesis in mense Ordinarij, coram quo sub die 4. Ianuarij 1636. habito concursu, inter alios oppositores approbati fuerunt ab examinatoribus Fidelis Plarius, & Andreas Valentinus. Sed hic postea sub die 7. Februarij eiusdem anni tanquam magis idoneus fuit ab Ordinario præelectus, & de dicto beneficio prouisus; interposita propterea appellatione pro parte Fidelis prætendentis probare ad sui fauorem ab eodem Ordinario fuisse prius factam

electio

electionem, causaque mihi commissa proposui dubium, An Fideli esset adiudicandum beneficium, quod fuit negatiuè resolutum.

Quia non docetur pro parte Fidelis de titulo va-
1 lido ad inducẽdam adiudicationem prout requiritur, Ferrett. *cons.* 93. *num.* 4. *lib.* 1. Pedemont. *decis.* 54. *num.* 4. Paris. *de resign. lib.* 10. *quæst.* 4. *num.* 19. maximè quando agitur, vt in præsenti, contra possidentem cum titulo habito ab Ordinario, qui eum vti magis idoneum prouidit de dicto beneficio vacante in suo mense, mediante concursu, iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.*
2 & Constitutionis Pij V. & sic habet intentionem fundatam, nec potest remoueri possessor, nisi præuia concludentissima probatione, Gonzal. *in reg.* 8. *gloss.* 11. *num.* 100. Rot. *decis.* 179. *num.* 5. *part.* 1. *& decis.* 56. *num.* 3. *part.* 5. *recent.* In hac enim materia pro-
3 uidendi de Parochialibus semper defertur Iudicio Episcopi, qui cùm elegerit magis idoneum, præsumitur in eo cognouisse maiores qualitates circa mores, prudentiam, scientiam, & alia necessaria, *cap. in præsentia, de renunc. cap. pastoralis, in fin. de caus. possess.* Gutier. *lib.* 2. *Can. cap.* 11. Vasquez *in opusc. moral. tract. de benef. cap.* 1. *&* 3. Gonzal. *d. regul.* 8. *glos.* 4. *n.* 117. 125. *&* 132. Rot. *decis.* 537. *n.* 14. *part.* 1. *recent.* Greg. *decis.* 11. *num.* 3.

Non obstat quod Fidelis prætendat se fuisse præelectum, tanquam magis idoneum, & hoc conetur ostendere ex quibusdam literis responsiuis scriptis per D. Episcopum Eminentissimis Cardinalibus, & etiam Prælatis, de quibus in eius summario *num.* 2. in illis verbis, ibi: *Ho fatta elettione*, & rursus, ibi, *Hauendolo preferito a gli altri*, quæ tanquam conce-
4 pta per verba de præterito significant actum iam perfectum; quia dum aliundè non constet de electione, neque illa exhibeatur, omnia contenta in dictis literis referenda sunt ad præparationem animi, & promptitudinem gratificandi iis qui d. Fidelem commendarent, quibus tunc temporis, dum literas scribebat esset adeò paratus satisfacere, vt voluerit habere pro facta electionem, quam facere intendebat; ex quo tamen non infertur, quod realiter fa-
5 cta fuerit, nisi exhibeatur: nec Ordinarius per dictam assertionem vt suprà factam, veritati præiudicare potuit, quoad præelectionem sequutam in scriptis ad fauorem Valentini, tanquam de magis idoneo, Gloss. Magistral *verb. literas Iudicis Ordinarij, in cap. post cessionem* 7. *de probationibus*, Roman. *in suo singul.* 733. Menoch. *de arbitr. cas.* 94. *num.* 23. *lib.* 2. *cent.* 1. Gonzal. *in reg.* 8 *in proœm.* §. 3. *num.* 158. *cum*
6 *seqq.* & sic cùm ex dictis literis nullum ius fuisset quæsitum Fideli, non est dubium quin potuerit Episcopus eligere magis idoneum, & quod prædictæ literæ, tanquam tertio scriptæ non possunt Andreæ præiudicare, faciunt tradita per DD. *in l. admonendi, C. de iur. iur.* & *in l. exemplo*, & *l. non Epistolis*, *C. de*
7 *probat.* & in terminis Epistolæ scriptæ ab Episcopo, licèt sit suo signo minuta, scribit Genua *de script. priuat. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 188.

Neque electio prædicta probatur ex quadam fide consignata expeditori ad effectum faciendi expeditionem ad fauorem ipsius Fidelis, quoniam
8 non est fides electionis, sed tantùm approbationis solita dari quibuscumque in concursu approbatis, quæ multum differt ab electione magis idonei, nullumque ius tribuit ad rem, ad effectum, vt illius vigore posset prætendi adiudicatio beneficij, cùm in concursu plures alij fuerunt approbati, vt post Garz. tradit Massobr. *in praxi haben. concurs. requis.* 5. *dub.* 22. *num.* 7. Imò dicta electio penitus excluditur ex depositione eiusdem expeditoris, pro parte ipsius Fidelis inducti, deponentes duas literas patentes sibi consignatas fuisse, vnam de simplici approbatione ad fauorem Fidelis, & alteram de electione facta in personam Valentini, vti de magis idoneo, vt in eius summario *num.* 5 qui testis cum deponat de fa-
cto proprio plenè probat, Gabr. *de testibus conclus.* 1. 9
num. 18. Rot. *decis.* 374. *num.* 3. *part.* 3. *recent.* & eò magis contra illum inducentem, *l. si quis testibus*, & ibi DD. *de testibus*, Aymon. *cons.* 188. *num.* 5, Rot. *decis.* 267. *num.* 28. *part.* 1. *recent.*

Quod corroboratur ex alia epistola dicti D. Episcopi missa ad Dominum V. Gerentem eius fratrem, in qua expressè fatetur se elegisse dictum Valentinum tanquam magis idoneum, vt in eius *sum.*
num. 1. Cui epistolæ plenam esse adhibendam fi- 10
dem circa declarationem propriam literarum antecedentium, Bart. *in l. siue possidens in* 2. *lectur. num* 7. *C. de probat.* Socin. *cons.* 97. *num.* 21. *lib* 4. Greg. *decis.* 116. *num.* 4 *&* 460. *num.* 13. Et propterea non obstante dicta approbatione Fidelis potuit D. Episco-
pus eligere Valentinum, vti magis idoneum, cui per 11
huiusmodi electionem fuit ius quæsitum ad rem, *cap. publicato*, 58 *de elect.* Abb. *in cap. Bertoldus de re iudic.* Paris. *de resign. lib* 2. *quæst.* 23. *num.* 7. *&* 8. Gomez, *in regul. de non tollen. iur. quæsit. q.* 1. Rot. *decis.* 6. *de elect. in Nou.* Garz. *de benef.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 32. *cum seqq.*

Denique non releuant acclamationes in partibus, assertio Cancellarij, & inuitatio Ordinarij ad residentiam, mediante epistola eidem Fideli transmissa. Etenim acclamationes, tanquam nimis vagæ nihil iuuant, attestatio Cancellarij continet fidem dumtaxat relationis concursus, non autem præelectionem Ordinarij, & inuitatio ad residentiam, recipit easdem responsiones supra relatas pro aliis literis Eminentissimis Cardinalibus, & aliis Prælatis scriptis, ex quibus non probatur collatio, sed ele-
ctio tanquam de magis idoneo: imo cùm sint pro- 12
bationes extraiudiciales, & sine citatione partis, nullum faciunt probationis gradum, Caputaq. *decis.* 281. *part.* 3. Rot. *in rec. decis.* 180. *num.* 6. *part.* 2.
Vnde cùm Fidelis nunquam fuerit electus, sed tan- 13
tùm approbatus, non potest prætendere ex tali approbatione sibi fuisse aliquod ius quæsitum, ad effectum consequendi adiudicationem beneficij ex supra adductis, & consequenter Episcopus potuit eligere magis idoneum, Rebuff. *in tract. nominat. q.* 1. *num.* 8. & *quæst.* 19. *num.* 2. & *in tract. de reprobat. test. num.* 89. non obstantibus prædictis literis. Ex quibus dixerunt DD. electionem nullo modo probari posse ad fauorem Fidelis.

Et ita responsum vtraque parte informantes.

Romana Domus.

Lunæ 10. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

De duabus conformibus ratione lapidis in muro domus de qua agitur, in signum & recognitionem directi dominij apponendi ad fauorem venerabilis Ecclesiæ S. Iacobi Hispanorum latis, & à Rota tanquam de re iudicata confirmatis.

Vide suprà *Decis.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ conformes habentes vim trium & rem facientes iudicatam vigore statuti Vrbis, executionem etiam inter Ecclesiasticos & loca pia merentur.*

2 *Appellatio à sententia Rotali intra decem dies de iure requiritur.*

3 *Appellatio interposita à die habita notitia partibus ad audiendam sententiam citatis non admittitur.*

4 *Tempus ad appellandum vtraque parte ad audiendam sententiam citata, à momento quo fuit prolata sententia currit.*

5 *Dominio directo in iudicio probato nec per Archiconfraternitatem controuerso, non opus est libello nec aliquis ordo iudicialis seruandus.*

6 *Dominus directus vigore ciuilis possessionis omnia in re concessa facere potest, dummodo dominium vtile siue illius vsum non ejiciat vel impediat.*

7 *Sententia confirmata per secundam in iudicatum transactam, non potest amplius ex capite nullitatis impugnari.*

8 *Sententia secunda confirmatoria statim claudit viam de nullitate contra primam dicendi.*

9 *Decretum Locumtenentis ab Administratoribus Ecclesiæ renunciatum an possit à Rota confirmari.*

10 *Solutiones Canonum per possessores domus supra 30. annos facta ad probandum dominium directum in vim præscriptionis sufficiunt.*

11 *Solutio laudemij directum dominium probat*

12 *Confessio facta à possessore probat etiam contra causam ab eo habentem.*

13 *Coniectura & præsumptiones etiam ad probandum dominium admittuntur.*

14 *Domini interest fines prædij adésque inuito vsufructuario tueri.*

15 *Solum ad meliorandum concessum nomen Emphyteusis denotat, & ipsa domus emphyteutica manet.*

16 *Ædificium solo cedit.*

17 *Ædificium vnius & solum alterius naturaliter esse nequit.*

18 *Castrum in solo feudali ædificatum an sit feudale.*

19 *Domum spectare debere pleno iure ad Confraternitatem ex eo quod ad hæredes extraneos sit transitoria, nulla est consequentia.*

20 *Deuolutio quando euenit culpa emphyteuta Dominus directus etiam omnia melioramenta acquirit.*

21 *Hæredes ex testamento & ab intestato quomodo in emphyteusi succedunt.*

DECISIO XCIII.

ROBATIS duabus conformibos ad fauorem Venerabilis Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum contra Venerabilem Archiconfraternitatem Suffragij, quarum prima fuit coram Locumtenente Eminentissimi D. Cardinalis Vicarij de Vrbe, & altera coram R.P.D.meo Pirouano super appositione lapidis in muro domus de qua agitur, in signum, & recognitionem directi dominij, fuit causa mihi commissa per appellationem, sed non intra legitima tempora interpositam, & ideo vigore alterius commissionis exequutorialis postea ad instantiam dictæ Ecclesiæ S.Iacobi obtentæ; dubitaui, an constaret de re iudicata, quæ veniat exequenda, & fuit affirmatiuè resolutum ex duplici capite.

Primò, quia dum sententiæ sunt conformes, 1
provt colligitur ex earum lectura, *summario Ecclesiæ S.Iacobi num. 1. & 2.* & habent vim trium, rem faciunt iudicatam vigore statuti Vrbis *lib 1. c. 180.* ex cuius dispositione executionem merentur etiam inter Ecclesiasticos & loca pia, Rot. *decis. 452. in princip. part. 1. diuers.* & *decis. 390. num. 1. part. 1. recent.* & inter impress. per Fenson. per stat. Vrbis, *decis. 5. §. & ita in terminis dec. 6. §. neque huic fundamento*, & *decis. 69. §. nec vim facit*, apud eundem Burattum *decis. 253. num. 10.*

Secundò quia sententia Rotalis prolata legitur sub die 3. Iulij *eodem summ. num. 1.* & Procurator Archiconfraternitatis absque eo quod Iudicem audiuisset, cedulam appellationis in officio Notarij exhibuit, sub die 3. Augusti *d. summ. num. 3.* & sic post
mensem, & nō intra decem dies datos ad appellan- 2
dum, provt de iure requiritur, *cap. quoad constitutionem de re iudic. lib. 6. cap. Romana, §. si vero, de appellat. auth. hodie, C de appell.* Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 3. num. 20. & 49.* Rot. *decis. 396. num. 1.* & coram Cauall. *decis. 495. num. 20.* & latius coram Buratto *decis. 202. num. 2. cum seqq.* Nec prædicta appellatio su-
stineri potest tanquam interposita à die habitæ no- 3
titiæ, quoniam hoc non admittitur, quando provt hic, partes fuerunt citatæ ad audiendam sententiam,
Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 3. num. 20.* tunc enim tempus 4
ad appellandum currit à momento quo fuit prolata sententia ex text. *in l. 1. §. biduum, ff. quando appell. sit, in cap. biduum 11. q. 6. in princ.* vtrobique verb. *ex die lata sententia.*

Non obstat quod sententia, seu decretum Locumtenentis Eminentiss. D. Cardinalis Vicarij emanauerit absque Monitorio, & propterea saluari non possit à vitio nullitatis; nam vltra quod posset dici pro parte Ecclesiæ, actum fuisse pro obtinenda li-
centia apponendi lapidem in signum dominij dire- 5
cti probati in illo iudicio, quod tunc, nec per Archiconfraternitatem controuertebatur, & sic in causa associationis non erat opus libello, nec aliquis ordo Iudicialis seruandus, vt in puncto Alex. *cons. 131. num. 5. lib. 4.* Signorol. *cons. 4. num. 15. vers. 2.* insurgit, Socin. *cons. 167. num. 17.* vbi de magis communi testatur *lib. 2.* Bursatt. *cons. 23. ad fin.* Negusant. *de pignor. part. 4. num. 24. ad fin.* Vnde bene potuerunt Administratores Ecclesiæ associationem pete-
re, cùm Dominus directus habet ciuilem possessio- 6
nem, cuius vigore omnia sibi bene visa in re concessa facere potest, dummodo non eiiciat, vel impediat dominium vtile, siue illius vsum, Bart. *in l. 2. num. 3. vers si verò non vult expellere, C. de Iure Emphyt.* Socin. *in d. cons. 167. num. 15. ad med. lib. 2.* Becc. *cons. 118. num. 25* vbi de communi testatur.

In omnem euentum licèt in hoc aliquis defectus considerari posset, tamen quia nunquam id fuit oppositum, non potest hodie amplius opponi. Etenim sententia nulla, parte non opponente con-
firmari potest, & postquam est confirmata per se- 7
cundam in iudicatum transactam, non potest amplius ex capite nullitatis impugnari, Gabr. *cons. 49. num. 1. & 2 lib. 1.* Mantic. *decis. 301. num. 1.* Rot. *decis. 474. num. 4. & seq.* & *decis. 510. num. 1. & 2. part. 1. recent.* etiam vbi res iudicata proueniret à duabus conformibos ex dispositione statuti, quia secunda
sententia confirmatoria statim claudit viam dicen- 8
di de nullitate contra primā, Rot. *decis. 7. de re iudic. in antiq.* Achill. *decis. 5. de sent. & re iudic.* Lancellot.

de

de attentatis cap.19.de purgat attent.num.67. Add ad Greg. X V. *decis.176.num* 14.& 15. *vers. econtra verò.* Eadémque responsio adaptatur obiecto facto alterius nullitatis desumptæ ex defectu mandati procuræ comparentis pro Ecclesia Sancti Iacobi, coram Locumtenente Eminentissimi D. Vicarij, quoniam non subsistit quod fuerit de eo oppositum, & ideo potuit quandocumque exhiberi; Rot.*decis.*303. *n.*4. *par.*1.*recent.*

9 Nec obstat quod administratores Ecclesiæ Sancti Iacobi renunciauerint decreto Locumtenentis Eminentissimi D. Vicarij, illudque propterea non potuisse per R. P. D. meum Pirouanum confirmari, quia Administratores non renunciarunt eidem decreto, sed tantùm appositioni lapidis in eius executionem factæ, quam Rota resoluerat fuisse attentatam, vt patet ex lectura ipsius renunciationis *summ. Archiconfraternitatis n.* 3. *inhærendo all'annotione della lapide giaposta, stante la decisione della Sacra Rota, che fosse stata posta nullamente, & attentata, e però renunciamo à tutti gli atti fatti per sostenere la detta appositione di lapide.*

Prout nec subsistit quod sententia R. P. D. mei Pirouani declarauerit probari dominium ad alium effectum quàm appositionis lapidis, nempe ad effectum deuolutionis, siquidem contrarium conuincitur ex eiusdem sententiæ lectura *summ. Archiconfraternitatis num.* 4. ibi enim diffinitur licere dictæ Ecclesiæ apponere lapidem, siue insignia in muro anteriori dictæ domus, & postea subiungitur, *confitéreque ad eum effectum de proprietate, & directo dominio domus.* Ex quibus verbis satis superque constat, dictam sententiam fuisse expressè restrictam ad ipsius effectum appositionis lapidis, non autem deuolutionis iuxta formam decisionis.

Iustitia verò dictarum sententiarum patet ex pluribus rationibus optimè congestis in dicta decis. causæ facta coram R. P. D. meo Pirouano sub die 21. Iunij anni præteriti, vbi sufficienter probatur dominium directum Ecclesiæ Sancti Iacobi, ad effectum apponendi lapidem super prædicta domo

10 cum insignibus denotantibus dominium prædictum, tam ex solutionibus Canonum ab anno 1529. vsque ad annum 1611. factis per possessores domorum, quæ quamuis essent suprà 30. annos tantùm, sufficerent tamen ad probandum dominium directum in vim præscriptionis, Alex *cons.*4.*num.*11 *vol.* 1.*cons.*8.*num.*2.*vol.*7. Seraph.*decis.*869. *num.* 3. Rot.

11 *decis.*290.*num.*4.*par.*1.*recent.* quàm ex solutione laudemij facta per Alexandrum Peanum mandatarium Gubernatoris Vrbis, qui hanc domum emit ab Antonio Pace sutore de consensu eiusdem Ecclesiæ Sancti Iacobi de anno 1529. quod bene probat dominium directum, Bart.*in l.fin num.*2. *C. de præd. Decurion.lib.*11. Mantic.*de tacit.& ambig lib.*11. *tit.* 3.*num.*16. Rot.*decis.*420.*num.*3 *par.*3. *recent.* iuncta reuelatione Francisci de Peanis filij, & hæredis Alexandri, facta penes Secretarium fabricæ Sancti Petri in executionem motus proprij Pij V. qui fatetur dictam domum per ipsum possessam esse de dominio directo Ecclesiæ Sancti Iacobi Hispanorum, & soluere Iulios 16. & baiocchos 4. cum di-

12 midio, quæ confessio tanquam facta à possessore probat etiam contra habentem causam ab eo, Bald. *in addit.ad speculat.tit.de locat circa princ.* Menoch. *cons.* 171. *num.* 1. Rot. *decis.* 776. *num.* 1.*part.* 1. *diuers.* & 149. *num.*4.*part.*1.*recent.*

Quibus accedit alia depositio vnius testis de auditu Virginiæ possedittricis huius domus, quæ à supradicto Francisco de Peanis, & deinde sufra-gium ab ipsa causa habet deponentis dictam dominium semper fuisse habitam de proprietate Ecclesiæ S.Iacobi Hispanorum. Ex quibus omnibus satis plenè probatur dominium ad effectum apponendi lapidem, cùm in similibus terminis admittantur 13
etiam præsumptiones, & coniecturæ, ex latè deductis in dicta decisione causæ, Rot. *decis.* 161. *n.* 10. vbi plures concordantes cumulat, & dixit *in Romana Emphyteusis* 20. *Martij* 1616. *coram Vbaldo.* Quod autem potuerit Ecclesia S.Iacobi stantibus prædictis apponere lapidem, tradit Amic. *tract. de Iure emphyt. quæst.* 8. *num.* 4. *cum pluribus seqq.* Et exinde nullum detrimentum infertur inuestitis, & est valde vtile Domino directo ex *text. in l.si ita legatus* 17.§.*Dominus,ff.de vsu,& habit.* ibi, *interest Domini fines tradi, tueri, & propter hoc ei licere custodire ædes inuito vsufructuario*, Rosental.*de feud. c.*8.*conclus.*12.*num.*9 & 10. Bald.*in d.*§.*Dominus*, vbi 14
Adden.ex *l si vt certo* 5.§.*si de me petisses.*

Nec est verum quod probationes factæ pro parte Ecclesiæ, ac in decisione causæ relatæ, concludant dumtaxat solum super quo est constructa domus esse emphyteuticum, non autem ipsam domum; quia cùm solum ipsum fuerit concessum ad meliorandum, vt significat, & denotat nomen Emphyteusis 15
Gloss.in verbo *emponemata in l.*2 *C de iur.emphyt. domus*, & ipsa quoque emphyteutica remansit, ædificium enim solo cedit, ex *l.adeo* 7.§.*cum in suo solo, ff.de acquir.rer.dom.* vbi Couar. *lib.* 3. *commun. cap.*6. *num.*7. Garz.*de expens.cap.*5. Sarmient.*lib.*1.*select.c.*5. & 6. & naturaliter esse nequit ædificium vnius, & 16
solum alterius, Surd. *decis.*78.*num.*13.*vers.quinto determinari,lib.*1. Bald. *in l.*1. *num.*7. *de rer. diuis.* vbi concludit quod si ædificetur Castrum in solo feudali, erit & ipsum quoque feudale, & veniente casu deuolutionis poterit ædificans petere melioramenta, non autem poterit Castrum vti quid diuersum, Surd.*decis.*78. & 14. cum pluribus seqq.*lib.*1. *num.* 10. Garz. *de expens. & melior. cap.* 12. *in fin.* & ita sentit Rot. *in dicta Romana Emphyteusis coram Vbaldo.* 17 18

Vnde non valet consequentia, ex quo domus sit 19
transitoria ad hæredes extraneos: ergo spectare debet pleno Iure ad Confraternitatem; quia hoc intelligi debet respectu dominij vtilis, non autem directi, quod est penes Ecclesiam S.Iacobi, Surd.*d decis.*78. *num.* 14. nec valet illatio meliorament orum quæ finita Emphyteusi tedire non debeant ad Dominum directum, sed sint ipsius emphyteutæ, vel eius hæredum; quia vltra quod quando deuolutio 20
coenit culpa emphyteutæ, Dominus directus acquirit etiam omnia meliotamenta, vt probat Goidop. *quæst.*169.& 438. Ias.*in l.*1.*num.*30.& *seq. C.de iure emphyt.* in præsenti casu sumus extra hanc disputationem, cùm hodie non agatur de melioramentis, sed an domus sit sub proprietate, & directo dominio Ecclesiæ. Neque prædicta consideratio meliora-mentorum est facienda in emphyteusi perpetua de sui natura transitoria ad hæredes extraneos, cùm in ea finis lineæ considerari minimè possit, & sic solum dumtaxat remanet Domino directo, meliora menta verò sunt hæredum emphyteutæ; natura namque huiusmodi emphyteusis est, quod in ea succedant omnes hæredes ex testamento, & ab intestato proximiores agnati emphyteutæ vsque ad decimum gradum, post quos succedit Dominus directus ad exclusionem fisci, qui aliàs succederet in bonis vacantibus, *l. si vacantia lib.* 10. latè Bellamer. *cons.* 23. *per tot.* Peregr. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 28. Rosental. *de feud. cap.*5. 21

cap.5. conclus. 54. & 5.° & cap. 7. quæst. vlt. num. 12. & 13.

Et ita conclusum vtraque parte informante.

Volaterrana Beneficij.

Vener. 14. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in beneficio non est concedendum, stante validitate & Iustitia sententiæ subsequutæ ad fauorem alterius à Sede Apostolica prouisi, à Iudice rite & rectè procedente latæ & in iudicatum transactæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessione anteriori per sententiam subsequentem Iudicis ritè & rectè procedentis priuato manutentio non competit.*
2 *Iustificatio gratia habet executionem paratam.*
3 *Iudex immittens in possessionem alium etiam absque alia expulsione priuat.*
4 *Productione tituli inualidi stante excluditur præsumptio melioris tituli ad probationem negatiua saltem excludendam.*
5 *Titulum habilem ad transferendam possessionem non probans beneficio regula de triennali gaudere non potest.*
6 *Sententia ob non interpositam appellationem intra legitima tempora in iudicatum transit.*
7 *Sententia in contumaciam lata appellationem à die habitæ notitia admittit.*
8 *Sententia post interpositam appellationem executa remanet attentata.*
9 *Appellatio in casu vera contumacia currit à momento quo sententia fuit prolata.*
10 *Contumax verus non auditur appellans.*
11 *Contumax verus vnde dignoscitur.*
12 *Citatio domi facta, dimissa copia sufficit, verâ contumacia partis existente.*
13 *Citatio per cursorem executa in domicilio partis in actis electo æquipollet personali.*
14 *Mandatum de manutenendo non est concedendum nisi de nullitate & iniustitia sententia in Iudicatum transacta constiterit.*

DECISIO XCIV.

DIXERVNT Domini Iohanni Tenaliæ non esse dandum mandatum de manutenendo super beneficio de quo agitur, non obstante eius anteriori possessione; Quia per subseqnentem
1 sententiam Iudicis ritè, & rectè procedentis, fuit ipse dicta possessione priuatus, iuxta dispositionem *l. iustè possides, ff. de acquir. possess.* Angel. *in l. clam possidere, § qui ad nundinas, num. 1. in fin.* Rom. *num. 3.* Imol. *num. 1.* Alex. *num. 2. ff. de acquir. possess.* Dec *cons. 103. num. 1.* Mohed. *decis. num. 4. de restit. spoliat.* Rot. *decis. 141. num. 2. & decis. 802. num. 6. part. 1. diuers.*

Quod autem Iudex ritè & rectè processerit, patet dum immissionem in possessionem dicti beneficij concessit Ludouico prouiso Apostolico, quam ille assecutus fuit sub die 30. Maij 1635. vt in eius
summ. num. 3. præuia iustificatione gratiæ, quæ habet 2
executionem paratam, *c. si Capitulo*, vbi Gloss. *verb. exequatur, de concess. prabend. lib. 6.* Sarnien. *in tract. Breu. num. 4.* Mobed. *decis. 13. vt lis pendent.* Rot. coram Martin. Andrea *decis. 10. num. 2.* & fuit dictum *in Pampilonen. Beneficij sub die 2. Iunij 1636.* & nouissimè *in vna Melenitana erectionis beneficij sub die 27. Ianuarij præteriti coram me.* Iudex verò immittens in possessionem priuat alium etiam absque 3
alia expulsione, Angel. *in l. qui vniuersas §. item cum Pretor. ff. de acquir. possess.* Abb. *in c. cum quibus num. 10. de sentent. & re Iudic.* Seraph. *decis. 1325. num. 1.* Rot. *decis. 325. num. 3 & decis. 537. num. 2. part. recent.*

Quæ quidem iustificatio satis clara apparet ex decisionibus datis de ordine Rotæ in causa factis sub diebus 13. Iunij 1634. 20. Nouembris eiusdem anni, & 7. Februarij 1637. coram R. D meo Pirouano, vbi sufficienter probata remanent ea, quæ fuerunt in literis prouisionis narrata, scilicet valor beneficij, Clericatus Ludouici, & præcipuè non ius Tenaliæ in Canonicatu, tam ex testibus concludentibus ipsum nunquam possedisse Canonicatum, quàm ex diligentiis factis in Registris publicis, & secretis datariæ, ac ex fide, & attestatione Cancellarij, & tandem ex productione tituli inualidi ab eodem Tenaglia facta, per quam excluditur præsum- 4
ptio melioris tituli ad probationem negatiuæ saltem excludendam, *cap. dudum, de decim.* Cassad. *decis. 3. de caus. possess. & propriet.* Put. *decis. 239. num. 2. lib. 3.* Ægid. *decis. 393.* Seraphin. *decis. 1235. in fin.*

Non obstant ea quæ dicuntur de defectu iurisdictionis, ex eo quod Tenalia tempore motæ litis esset triennalis possessor; quoniam ex responsionibus datis in supradictis decisionibus D. mei Pirouani probatum remanet, in hoc casu non esse locum regulæ de triennali, cùm Tenaglia nunquam probauerit titulum habilem ad transferendam pos- 5
sessionem, ita vt gaudere possit beneficio regulæ de triennali litium extinctiuè super beneficiis controuersis, cuius dispositioni sine titulo locus esse non potest, Sarnen. *super eadem reg. quæst. 16. n. 14.* Rebuff. *de pacif. possess. num. 160.* Cassad. *super regul. decis. 7. num. 2.* cum aliis latè, & eruditè congestis in dd. decisionibus, in quibus cùm sigillatim, & exuberanter fuerit responsum omnibus oppositionibus per Tenagliam factis, rectè fuit concessa Ludouico immissio per sententiam, quæ ob non inter-
positam appellationem intra legitima tempora 6
transiuit in iudicatum; prolata namque fuit sub die 27. Aprilis, & appellatio legitur sub die 9. Maij, & sic post decem dies.

Nec releuat, quod citatio cuius vigore fuit lata sententia pro Ludouico contra Tenaliam, fuerit per diligentias, & propterea sententia in iudicatum transire non potuerit, cùm ab ea tanquam lata in contumaciam licuerit appellare à die habitæ noti- 7
tiæ, *l. 1. §. vltim ff quando appellan. sit, cap. biduum, §. si aduersus absentem 11. quæst. 6.* Vestr. *in praxi lib. 7. cap. 7. de appellat. num. 22. circa med. vers. quod si contra absentem*, imò attentata remanserit vti executa 8
post interpositam appellationem, *l. 1. & tot. tit. ff. nil. nou. appell. penden. cap. non solum de appellat. in 6.* Vestr. *in prax. lib. 8. cap. 4. vt lit. pendent. num. 1.*

Quia conclusio procedit in contumace ficto, non autem in contumace vero, prout fuit Tena- 9
glia, tunc enim tempus ad appellandum currit à momento, quo fuit prolata sententia, text est *in d. l. 1.*

§ biduum

§.*biduum*, *ff. quando appellan. lit.* & *in dict. cap. bi-*
duum 11.*quæst.*6. *in princip.* vtrobique verb. *ex die*
lata sententia, Vestr. *in prax. dict. lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 21.
10 *in princ.* verus enim contumax non auditur appel-
lans, *l.* 1. *C. quor. appellat. non recip. l. ex consensu*, §. *vlt.*
ff. de appellat. & vtrobique scribit Franc. *in c. sæpè*
quæst. 11. & 12, *de appellat.*

Cùm igitur Tenalia fuit semel personaliter ap-
11 prehensus, ac in Iudicio pluries comparuerit, acer-
riméque causam disputauerit, vt in dd. decisionibus
manifestè apparet, nulli dubium est, quin sit pro
vero contumaci reputandus, quo casu sufficit cita-
12 tio domi dimissa copia, Rot. *decis.* 1. *de dol.* & *con-*
tum. in non. in puncto Put. *decis.* 271. *per tot. lib.* 2.
quod eò magis venit dicendum in præsenti, vbi
constat de diligentiis per Cursorem factis de inue-
13 niendo personam Tenaliæ, & vlterius docetur de
citatione executa in domicilio per ipsum in actis
electo, vt *in sum. Ludouici num.* 4. quam æquipol-
lere personali dixit Rot. *in Romana Vinea sub die*
20. *Decembris* 1604. *coram Illustrissimo D. meo*
Decano.

Ex quibus cùm constet de validitate & iustitia
sententiæ immissionis ad fauorem Ludouici latæ,
ac in iudicatum transactæ, meritò resolutum fuit
Iohanni non esse dandum mandatum de manute-
14 nendo, pro cuius concessione stante re iudicata
deberet constare de tali nullitate, & iniustitia
dictæ sententiæ, quæ nulla ratione sine colore ve-
lari posset, Felin. *in c. inter cæteras num.* 7. *de sentent.*
& *re iudic.* Franch. *in c. dilecto num.* 155. *de appellat.*
Rot. *decis.* 83. *num.* 4. *part.* 1 *diuers.* & coram Caual.
decis. 317. *n.* 2.

Et sic decisum vna tantùm parte informante.

Ariminen. Fideicommissi.

Vener. 21. Maij 1638.

De sententia ex capite mixturæ Ægidia-nam excludentis reuocanda.

Vide suprà *Decis.* 69.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum contra commissionem non præmissa, cùm non sit de tribus relatis in reformatione Pauli V. non est attendenda.*

2 *Defectus citationis per reiterationem terminorum substantialium postea subsecutam suppletus censetur.*

3 *Mixtura sententiæ resultat dum in gradu appellationis alia sententia Rotalis reuocatur.*

4 *Mixtura stante excluditur Ægidiana.*

5 *Appellatio competit tam Reo quàm Actori vt in iudiciis paritas seruetur.*

6 *Causa semel effecta appellabilis semper remanet talis.*

7 *Decisio Putei de Ægidiana quomodo intelligenda.*

8 *Mixtura sententiæ dicitur dum concedit reintegrationem ratione spolij Iudicialis.*

9 *Remedium reintegrationis est merè possessorium à quo appellatio non datur.*

10 *Reintegratio concessa ratione spolij Iudicialis quid includit.*

11 *Sententia in mero possessorio lata nullam debet habere connexionem aut dependentiam cum materia alterius iudicij.*

12 *Mixtura etsi causata accidentaliter, etiam in casu quo cogeretur quis de iure suo docere ad effectum probandi spolium, non est admittenda.*

13 *Sententia ex quo fuerit lata per capita separata vel quod Iudex processerit vigore clausulæ* quam & *quas iustificari non potest.*

14 *Sententia ex capite mixturæ infirmanda ratione indiuidualitatis corruit in totum.*

15 *Facultas procedendi prout in prima dum ea vti noluit Iudex non suffragatur.*

DECISIO XCV.

RESOLVTVM fuit sub die 1. Iulij
anni præteriti non esse locum Ægi-
dianæ ex capite nullitatis, mixtu-
ræ, & iniustitiæ sententiæ Reueren-
dissimi D. mei Vrgellen. ex rationi-
bus, & fundamentis in decisione
sub dicta die extensa relatis. Hodie causa repro-
posita super eisdem responsum fuit in decisis per-
sistendum fore, ex capite mixturæ duntaxat, quia
nullitas ex defectu iurisdictionis ob non præmis-
sam citationem ad dicendum contra commissio- 1
nem, antequam inciperetur disputatio, non visa
fuit releuans, nec esse attendenda, cùm non sit de
tribus relatis in Reformatione S. m. Pauli V. suf-
ficit enim adfuisse citationem in quolibet actu Iu-
diciali, ac in omnem euentum per reiterationem 2
terminorum substantialium postea subsecutam
censeretur suppletus defectus, & sic cessat ob-
iectum.

Quo verò ad mixturam hæsitari non potest,
quia ea resultat ex lectura eiusdem sententiæ D. m. 3
Vrgellen. dum in gradu appellationis reuocat
aliam sententiam Rotalem R. P. D. mei Dunozet.
Hac igitur mixtura stante excluditur Ægidiana, 4
Verall. *decis.* 419. Rot. apud Pacif. *de Salu. interdict.*
decis. 144. *num.* 6. & *in Viterbien. spolij bonorum* 23.
Maij 1561. *coram Rubeo*, Canal. *decis.* 505. cum aliis
relatis per Post. *de manuten. obseru.* 8. *num.* 76. & *seq.*
Sicut ideo licuit Actori appellare, ita & Reo li- 5
cere debet, vt in Iudiciis paritas seruetur, *c. non*
licet, & ibi Gloss. *de reg. Iur. in* 6. Rota *decis.* 32.
num. 1. *part.* 1. *recent.* causa namque semel effecta 6
appellabilis semper remanet talis, *l. non debet ff. de*
reg. Iur. Rot. *coram Illustrissimo Domino meo Decano*
decis. 78. *per tot.* nec aduersatur decisio Putei de 7
Ægidiana, quia in illa solùm firmatur esse locum
Ægidianæ, quando prima sententia reuocatur,
non facta mentione nullitatis, & propterea non
applicatur in præsenti.

Præterea constat de mixtura d. sententiæ, ex quo 8
concessit reintegrationem ad fauorem d. Macroni-
bus, ratione spolij Iudicialis. Nam licet remedium
reintegrationis sit merè possessorium, à quo appel- 9
latio non datur, tamen quia in præsenti fuit rein-
tegratio concessa, ratione spolij Iudicialis, negari 10
non potest, quin sub determinatione eiusdem
contineatur etiam determinatio dominij eorun-
dem de Macronibus, respectu bonorum, super
quibus fuit illis concessa reintegratio, & quæ
antea possidebantur à Georginis mediante senten-
tia Rotali, & propterea mixtura excusari nequit,
cùm ad effectum dicendi sententiam latam esse in 11
mero possessorio requiratur, quòd illud nullam ha-
beat connexionem, aut dependentiam cum materia

alterius iudicij, vt declarat Angel. *in l. stipulat. l. 1.*
in princip. ibique Roman. *num. 2. ff de verb. oblig.*
quos refert Contard. *de moment. poss. limit. 2 num. 2.*
12 Rot. *decis. 323. num. 5. part. 1. diuers.* etiamsi mix-
tura causata fuerit accidentaliter: quinimò in casu
quo aliquis ad effectum probandi spolium coactus
fuerit docere de iure suo, Contard. *d. limit. 2. num. 2.*
& §. 1. n. 6. Cagnol. *in l. hæredem num. 22. de regul. iur.*
Menoch. *de recuper. remed 1 num. 364.*

13 Nec sententia prædicta saluari potest, ex quo
fuerit lata per capita separata, Menoch. *de arbitr.*
cas. 93. num. 27. & *cas. 95.* Rot. *decis. 37. num. 9.* & *de-*
cis. 205. part. 2. diuers. vel quod D. Vrgellen. potuit
procedere tanquam in prima vigore clausulæ, *quam,*
& *quas,* Seraph *decis. 693. num. 1.* Quoniam non con-
stat quod sententia fuerit lata per capita separata,
imò ex eius lectura patet fuisse sub vnica verborum
14 structura conceptam, & ideo ratione indiuiduitatis
corruit in totum, Gloss. *in l fin. ff de iurisdict. omn. iu-*
dic. vbi Bart & alij Ias. *in l. 1. § si stipulanti col. 4. ff de*
verb. obligat. optimè Put. *decis. 315 num. 2. lib. 1.* Facul-
15 tas autem Domini Vrgellen procedendi, prout in
prima, non suffragatur, dum ea vti voluit, siquidem
pronunciauit in gradu appellationis reuocando sen-
tentiam R.P.D. mei Dunozet. & sic non prout in
prima, sed prout in secunda processit.

Ex quibus dixerunt Domini persistendum esse in decisis ratione mixturæ, & quod de iustitia vltimæ sententiæ particulariter videatur; vtraque parte informante, &c.

Hispalen. Iuris nominandi.

Vener. 21. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

Sacristæ, Organistæ, aliique seruitores à Beneficiatis quibus ius est quæsitum nominati, ad eorundem nutum etiam sine causa possunt amoueri.

SVMMARIVM.

1 *Officia Sacristæ Organistæ &c. non sunt beneficia in titulum collata sed ad beneplacitum data personis tanquam simplicibus operariis à Domino conductis & receptis.*
2 *Ad officium Sacristæ Organistæ & similia etiam Clerici coniugati ac merè laici admittuntur.*
3 *Personis ad nutum amouibilibus nullum ad rem ius acquiritur.*
4 *Officia seruitoria nisi possent ad libitum reuocari eorum Clerici coniugati aut merè laici non essent capaces.*
5 *Verbum* ad nutum *quid significat.*
6 *Verbum* voluntas *non regulatam sed liberam voluntatem importat.*
7 *Possessio precaria cùm concedatur quamdiu concedenti placuerit, ad eius etiam beneplacitum potest reuocari.*
8 *Beneficiati vtentes iure suo nemini iniuriam faciunt, nec de aliquo seruitores ab officio remoti conqueri possunt.*
9 *Beneplacitum non est quando Dominus Iure suo vt non potest.*
10 *Potestatem habens conferendi officia eadem absque præiudicio tertii tollere potest.*
11 *Remoti ab officio cùm eis remedia possessoria contra Beneficiatos non competant restitutionem petere non possunt.*
12 *Beneficiati in in quibus casibus seruitores ab officio sine causa remouere dicuntur.*
13 *Remotus stante malitia potest Superiorem adire vt eum restituat.*
14 *Malitiis non est indulgendum.*
15 *Malitiis possessoriis remediis succurritur.*
16 *Ius suum alicui detrahi non est licitum.*
17 *Arbitrium quod habent Beneficiati circa reuocationem ita regulandum est vt auctoritati eorum & indemnitati seruientum consulatur.*
18 *Malitia seu præsumptio odii circa seruitores qua ratione à Beneficiatis excluditur.*
19 *Ad excludendam malitiam sufficit qualibet causa licet bestialis.*

DECISIO XCVI.

POSTQVAM resolutum fuit coram Seraph. Ius nominandi Sacristas, & Organistas, & alios similes seruitores spectare ad beneficiatos Hispalen. vt inter eius impress. *decis. 612. 639. & 643.* Hodie quæsitum fuit coram me, an Sacristæ & Organistæ aliique seruitores à Beneficiatis nominati, sint amouibiles ad nutum etiam sine causa, & Domini affirmatiue responderunt.

Quia huiusmodi officia non sunt tanquam benefi- 1
cia collata in titulum, sed ad beneplacitum data per-
sonis conductis ad certum opus, seu seruitium præ-
standum, ad instar simplicis operarij, seu seruitoris
in priuata domo à Domino recepti, iuxta *decis. 50.*
n. 1. vers. tum quia eidem, de concess. præb. in antiq. vt
patet ex constitutione Synodali data in sum-
mario *n. 2.* vbi simpliciter Clerici coniugati, ac etiam
merè Laici admittuntur ad huiusmodi officia serui-
toria, ac ex testibus *d. sum. n. 1.* deponentibus nomi-
nationes quas faciunt dicti Beneficiati de huius- 2
modi personis esse voluntarias, & personas nomi-
natas esse amouibiles, quibus propterea nullum Ius
acquiritur, Seraph. *decis. 1011. n. 1. vers. præterea,* aliàs 3
enim Clerici coniugati vel merè laici non essent
capaces, *c. cum adeò de rescript. c. ex literis de transact.* 4
65. Paris. *de resignat. lib. 4. q. 2. n. 2.* Gonzal. *super reg. 8.*
glos. 2. n. 60. Et ita possunt ad libitum reuocari, id
enim importat verbum *ad nutum* Felin. *in c. per* 5
tuas de Maiorit. & obed. n. 3. ad fin. Mandos. *reg. 34.*
q. 11. quod pro voluntate accipitur; verbum autem
voluntas non regulatam, sed liberam voluntatem 6
importat, idem Felin. *in c. 1. de constit. n. 51.* Menoch.
de arbitr lib. 1 q. 7. num. 2. Garz. *de benef. 1. part. c. 2. n.*
83. & 86.

Præterea possessio huiusmodi seruitorum est pre- 7
caria, cùm concedatur ad vtendum tamdiu quam-
diu concedens patitur, & sic ad eius beneplacitum
potest reuocari, *l. 1. ff. de precar. §. fin. eodem tit.* Dec.
consil. 161. Mastrill. *de Magistrat. lib. 1. c. 27. n. 9.* Vnde
Beneficiati dum in remotione vtuntur Iure suo, ne- 8
mini iniuriam faciunt, nec seruitores possunt de ali-
quo conqueri, *c. cum Ecclesia Vulterrana 31. de elect.*
vbi Glos *verbo Iniuriam, & l. iniuriarum 13. §. 1. ff de*
iniur. l. nullus ff. de reg. Iur. Io. Andr. *in c. cum singula*
32. n. 1. de præbend. in 6. & ibi Gemin. *n. 11.* Abb. *in c.*
ad nostram n. 26. de confirmat. vtil. vel inutil. Rot. *decis.*
2. de restit. spoliat. in antiquis, & *decis. 6. eodem tit.* in
nouis: aliàs autem non esset beneplacitum *c. si gratio-* 9
sè de rescript. lib. 6. Gutier. loquens in Capellan. *lib.*
3. pract. quæst. 11. num. 20. & 21.

10 Etenim qui habet poteſtatem officia conferen-
di, poteſt tollere, & dare officia ad beneplacitum
abſque quod præiudicet tertio, *l. Iudicium ſoluitur,*
ff. de Iudic. l. quiſquis, C. ſi cert. pet. vbi Bald. poſt
Cin. dixit, quod quantom ad ſuperiorem conce-
dentem officium eſt arbitrarium, *text.in d. cap. ſi*
gratioſè de reſcript.in 6. Gloſſ. *in Clem. 2. verb. electior.*
eodem tit. & Gloſſ. eclebris *in l. Iuriſperitos 30. in*
*princip.ff.de excuſat. Tinor.*ibi; *Cum honor delatus in-*
fra certum tempus. Maſtrill. *de magiſtr dict.lib.1.c.27.*
11 *num.2 & 3.* & ideo ſeruitores prædicti remoti non
poſſunt petere reſtitutionem, cum eis non compe-
tant remedia poſſeſſoria contra Beneficiatos amo-
uentes in caoſa, provt in beneficiis manualibos
tradunt Goffred. Botr. Imol. & Dominic. *in c. ex*
parte de reſcript. quos refert, & ſequitor Felin.
num. 4. ex eo quia non poſſident vt dicitur de co-
lono *l. 1. ff dici autem, l. fin ff de vi, & vi armat.* Garz.
de benef. 1. part.cap.2.num.87. Lar. *de Capellan. lib.2.*
cap 6.num.10. & 11. Nec imantur regulis *de annal.*
& triennal. Pariſ. *de reſign. lib.11. quaeſt.3. num.84.*
& 85. Reboff *de pacif poſſeſſ limit.7.n.329.* Gonzal.
in d. reg.8. gl.5.§.6.n.16. Mohed. *dec.10.* alias 169.
12 Prædictam tamen reuocationem poſſe fieri ſine
cauſa per Beneficiatos dixerunt Domini, dummo-
do abſit malitia iuxta opinionem quam Rota ſeruat
in beneficiis manualibus ex Cardinal. *in Clem. 1.*
§. præmiſſa num.4. ad fin. verſ.ex eo de ſupplen.neglig.
Prælat. Selua *de benef.8.part. quaeſt.68.in fin.* Azor.
moral.2.part.lib.3.cap.26.quaeſt.15. vel deficiat malus
animus, vt loquitur Rodriguez *de regular. tom. 1.*
quaeſt.34. art.9. in princ. ſiue, dummodo non ſubſit
præſumptio alicuius odij, ſeu cauſæ irrogantis in-
famiam, Butr. Imol. *in dict.Clem.1.num.4.* Franc. *in*
c.cum ſing. n.2. de præbend.in 6. Rot *deciſ.778 part.1.*
diuerſ.& coram Canaller *deciſ.72.n.5.*& fuit dictum
in vna Burgen. amotionis Capellæ 11. Decembris 1551.
coram Blanchetto, Garz. *ſupra dict.c. 2. n.88.* Gratian.
13 *diſcept 167.n.22.& 27.* nam remotus ſtante malitia
poterit ſuperiorem adire vt eum reſtituat, Rebuff.
tract. de nominat. quaeſt. 9. num 25. Petr. Greg. *de*
14 *benef. cap. 11. num. 12.* quia malitijs non eſt indul-
gendum *ex l. in fundo, ff. de rei vendic.* ibi: *neque*
malitijs indulgendum eſt, ſi tectorium puta quod in-
duxerit, picturaſque corradere velis, nihil laturus niſi vt
15 *officias* & ex eo caſu ſuccurritur remediis poſſeſſoriis
ex tenore de reſtit.ſpoliat Capyc. *deciſ.121. num. 26.*
Maſtrill. *dict. lib. 1. cap. 17. num. 33.*
16 Sed in hoc cautè procedendum eſt, ſiquidem
cùm non ſit licitum ius ſuum cuique detrahi *§. ſed*
& maior. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni Iuris,
non eſt ſic faciliter auferenda Beneficiatis facultas
amouendi, ſed ità demum ſi malitiosè ſe gerant &
præiudicium inferant loco, & officio, cui perſo-
næ prædictæ deſeruiunt, quia arbitrium quod ha-
17 bent prædicti Beneficiati circa renocationem re-
gulandum eſt, itavt conſulatur eorum auctoritati, &
indemnitati ſeruientium, qui licet poſſint remoue-
ri ſine cauſa, non tamen cum malitia, id eſt cum
præiudicio loci, & officij, ad quod fuerunt electi,
& conducti cum certa mercede precario nomine,
ex ſupradictis, & ex Io. Andr. *dict. capit. cum in*
ſingula num. 1. de præbend. in 6. Gonzal. *in dicta*
reg. 8. gloſ. 5. §. 6. num. 47.
Quæ quidem malitia ſeu præſumptio odij ex-
cludetur, ſi Beneficiati officia prædicta contulerint,
& conceſſerint conſangoineo; ad quem præſu-
18 muntur habere affectionem, Simon de Præt. *de*
interpret. vltim. volunt. interpret. 2. dubit. 2. ſolut.
5. num. 1. vel Amico, Bart. *in l. cum acutiſſimè*
num. 12. & 214. C. de fideicom. Lambert. *de Iure.*
lib. 1. quaeſt. 9. in princ. art.2. mener. 18. quinimo
etiam ſi iuſtis vel iniuſtis rationibus (ſine callidi-
tate tamen, & malitia) moti fuerint Beneficiati ad
remouendum, cùm ad excludendam malitiam ſuffi- 19
ciat quælibet cauſa licet beſtialis, vt in terminis
Capellaniarum tradit latè Lar. *de Capell. libr. 2.*
c. 6. n. 23. cum ſeqq. ex leg. igitur ff. de liberal.cauſ.
Et ita deciſum vna tantùm parte informante.

Corduben. Decimarum de Lucena.

Vener. 29. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

De priuilegiis exemptionis à ſolutione decimarum per Romanos Pontifices Venerabili Societati IESV conceſſis: An dicta priuilegia contra immemorabilem poſſeſſionem vnà cum fama priuilegij in iure decimandi allegantem ſuffragentur?

SVMMARIVM.

1 *Referuntur priuilegia variorum Pontificum Societati IESV pro exemptione à ſolutione decimarum conceſſa.*

2 *Societas IESV habet exemptionem non decimandi etiam aduerſus immemorabilem cum fama priuilegij habentem.*

3 *Verba* quibuſvis & quæcunque *in priuilegiis tanquam vniuerſalia appoſita omnia comprehendunt.*

4 *Verba* qoibuſvis & quæcunque *habent vim ſpecialis expreſſionis etiam in caſibus vbi nominatio ſpecifica requiritur.*

5 *Dictio* etiam *ſtans augmentatiuè & ampliatiuè caſum magis dubitabilem exprimit.*

6 *In priuilegiis tenor inprimis eſt ponderandus & inſpiciendus.*

7 *Verba vniuerſalia ſunt propriè provt ſonant intelligenda.*

8 *Interpretatio omnis reſtrictiua à verbis vniuerſalibus abhorret.*

9 *Verba clara propriam ſignificationem in priuilegiis non mutant.*

10 *Verba clara etiam in præiudicium tertij cui Summus Pontifex præiudicare potuit & voluit extenduntur.*

11 *Papa præſumitur habere ſcientiam eorum ad quos ius decimandi de iure communi ſpectat.*

12 *Iuri communi ob præſumptam ignorantiam Pontificis non cenſetur per ſecundum priuilegium derogatum, niſi de illo ſpecialis mentio fiat.*

13 *Decimarum antiquarum non eſt facienda mentio in priuilegio exemptionis etiam Papa ſciente tale priuilegium fieri in præiudicium tertij.*

14 *Verba* aut alias *poſita poſt mentionem Iuris communis niſi in Iure ſpeciali verificari non poſſunt.*

15 *Ius commune cenſetur derogatum Ius ſpeciale ſuper exactione decimarum habenti.*

16 *Papam poſſe eximere Societatem à quibuſcunque decimis etiam ad fauorem Imperatorum Regum & Ducum impoſitis nefas eſt dubitare.*

17 *Episcopi & alij Prelati inferiores ante Concilium Lateranense laicis decimas in feudum concedebant.*

18 *Titulum infeudationis allegans priuilegio venerabilis Societatis non est ligatus.*

19 *Laicus decimarum incapax, quibus titulis illas potest habere.*

20 *Decima ex priuilegio laicis concessa derogata censentur, etiam nulla in specialibus priuilegiis de iis mentione existente.*

21 *Allegans immemorabilem debet allegare meliorem titulum de mundo non titulum ex priuilegio.*

22 *Facultas infeudandi Episcopis concessa quo tempore fuerit derogata.*

23 *Allegatio infeudationis circa decimas pretensas quomodo excluditur.*

24 *Restringens se ad titulum immemorabilis cum fama priuilegij, titulum infeudationis prasumitur excludere.*

25 *Decima vigore immemorabilis cum fama priuilegij & decima iure feudi à laicis obtenta quomodo differunt.*

26 *Priuilegio ex titulo oneroso ratione recuperationis terrarum à Mauris facta non est verisimile Papam velle derogare.*

27 *Priuilegium ex causa onerosa concessum an censeatur derogatum non facta de eo in secundo mentione, docent authores qui referuntur.*

28 *Restringens se ad immemorabilem cum fama priuilegij non potest se fundare in titulo oneroso.*

29 *Renunciatio facta per Prouincialem priuilegiis Societatis ad fauorem alterius non valet, maximè conditione apposita non adimpleta.*

30 *Religionis auctoritas penes Generalem residet.*

31 *Prouincialis simplicitas vniuersa Religioni praiudicium inferre non debet.*

32 *Priuilegiorum moderationes per Leonem XI. & alios facta ad fauorem Ecclesiasticorum emanarunt, nec ad laicos extenduntur.*

DECISIO XCVII.

Ro confirmatione sententiæ Rotalis responderunt Domini, attenta eius validitate, contra quam nihil est quod obiici possit; & Iustitia clarè patet ex decisionibus in hac causa factis coram Illustrissimo D. meo Decano, in quibus firmatur, priuilegia per Romanos Pontifices Paulum III. Pium IV. & Gregor. XIII. Venerabili Soc. IESV concessa pro exemptione à solutione decimarum, vtpote amplissimis derogationum clausulis concepta, suffragari aduersus immemorabilem possessionem, quam vnà cum fama priuilegij habet in Iure decimandi pro se Excellentissimus D. Dux de Cardona.

1 Primò Paulus III. de anno 1549. concessit huiusmodi exemptionem Societati IESV, verbis amplissimis & clausulis prægnantibus, à solutione quarumcunque decimarum prædialium, personalium, ac etiam Papalium, cum clausula generali derogatoria, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac iuramento confirmatione Apostolica roboratis, statutis, vel consuetudinibus, Guttier. *cons. 5. n. 2.*

Secundò Pius IV. confirmans, seu approbans, vel de nouo concedens, quatenus opus sit prædictam exemptionem à solutione decimarum, & quarumcunque impositionum pro potiori cautela, vniuersam Societatem IESV, omniaque & singula illius Domus probationis, & Collegia vbilibet existentia præsentia, & futura, eorúmque personas, fructus, redditus, ac prouentus, etiam bonorum Ecclesiasticorum secularium & regularium quorumcunque illis pro tempore vnitorum, aliasque res, & bona quæcunque exemit, à quibuscunque decimis etiam Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis mediantibus, & aliis fructuum partibus, subsidiis etiam charitatiuis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defensione Patriæ, & alias quomodolibet ad instantiam quoque Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum pro tempore impositis, quamvis in illarum impositione caueatur, quòd nulla prorsus exemptio cuiuscunque aduersus illas suffragetur, cum clausulis, quod de obreptione, subreptione, aut nullitatis vitio, seu defectu intentionis, quovis prætextu, quæsito colore impugnari non possent, cum clausula sublata, & de Iure quæsito non tollendo.

Tertiò fel. record. Gregor. XIII. prædicta priuilegia confirmauit, & *c. nuper de decim.* derogauit, cui vsque tunc derogatum non fuerat prout requirebatur, attento quod *in d. c. nuper*, extet constitutio concilians, Rebuff. *de decim. q. 14. n. 56.* Rot. *decis. 122. & 123. part. 1. diuers.*

Ex quibus priuilegiis sæpius à Rota Canonizatis 2
constat prædictam Societatem habere exemptionem non decimandi, etiam aduersus habentem immemorabilem cum fama priuilegij; id enim im-
portant illa verba, *quibuscunque, & quacumque*, quæ 3
tanquam vniuersalia omnia comprehendunt, *l. omnes, C. sine cens. vel reliq. l. 1. §. quod autem de vi, & vi*
armat. Socin. *cons. 297. num. 5. vol. 2.* & habent vim 4
specialis expressionis etiam in casibus vbi nominatio specifica requiritur, Curt. Sen. *cons. 49.* Crauett. *cons. 294. & 297.* Siluan. *cons. 66. num. 13. & 14. lib. 2.* Guttier. *dict. cons. 5. num. 3. cum seqq.* ponderatis illis verbis ibi, *etiamsi decima sint Papales*; quæ dictio
etiam stat augmentatiuè, & ampliatiuè *l. 3. C. de te-* 5
stibus, Gemin. *cons. 115. num. 10.* & exprimit casum magis dubitabilem, *l. etiam, ff. de verb. signif.* Surd. *cons. 445. num. 28.* Scraph. *decis. 530. num. 6.* & cùm
tenor priuilegiorum in primis ponderandus, & in- 6
spiciendus sit, *c. recipimus, c. porrò de priuileg.* verba
vniuersalia sunt propriè prout sonant intelligenda, 7
vt notat Angel. in puncto *de priuileg. exemptionis in l. fin. vers. 3. quæritur, ff. de constit. Princip.* quem sequitur Dec. alios allegans *cons. 113. num. 6.* vnde ab
illis abhorret omnis interpretatio restrictiua, Bald. 8
cons. 271. col. 2. vol. 1. Quia verba clara non mutant 9
propriam significationem in priuilegiis *c. ad audientiam*, vbi Abb. *num. 2. de decim.* Rebuff. *de benef. part. 1. tit. de decimis priuileg. & præscript. num 8.* sed
extenduntur quoque in præiudicium tertij, *c. quam-* 10
vis de rescript. lib. 6. cui Summus Pontifex præiudicare potuit, & voluit, Dec. *dict. 113. n. 7.* Rebuff. *de decimis quæst. 13. num. final.* vt patet ex clausulis derogatoriis, præsertim regulæ *de Iure quæsito non tollendo.*

Vnde licèt aliàs Rota senserit, quod similia priuilegia præiudicarent tantùm illis ad quos spectat
ius decimandi de Iure communi, cuius Papam scien- 11
tiam habere præsumitur, Cassad. *decis. 1. de priuileg. num. 2.* non autem illis, quibus tale Ius competit ex
priuilegio, vel ex alio particulari titulo. Et ratio 12
est, quia prædicto Iuri nunquam censetur derogatum per secundum priuilegium, nisi facta de illo speciali

speciali mentione propter præsumptam ignorantiam Pontificis, *l. decurionibus C. de silentiar.lib.12.* Marel.*alleg 18.num.9.* nouissime Castill.*de tertiis reg. c.26.tom 7.n.29.*

Attamen te postea maturius perpensa, & inter Dominos discussa, illis visum fuit contrarium, recedendo à decisionibus relatis in decisione huius causæ sub diebus 27. Februarij 1636. & 20. Ian.1637.§.*tamen*,& ab aliis relat.per Castill. *supra num.*40.& meritò. Quia cùm simus in decimis an-
13 tiquis non est facienda mentio in Priuilegio exemptionis, ex eo quod Papa sciebat, vel cogitabat has decimas ab aliquo percipi, & sic quod præiudicabat iis quibus de Iure communi, vel aliàs debebantur, Verall. *decis.*263. *lib.*1. *in manuscript.* vbi allegat Cassad.*in d.decis.*1.*num.*2. *de priuileg.* &
14 ideo cùm illa verba, *aut alias*,posita sint post mentionem Iuris communis, verificari non possunt in alio, quàm in Iure speciali, *l.ius singulare*, vbi Anton.Fabr *ff.de ll.gloss.in Clem.*1.*verb debit de decim.*& propterea concludunt cum Cassadoro Interpretes,
15 quod censeatur derogatum habenti ius speciale super exactione decimarum, cùm id potuerit Papa cogitare, Abb.*in c.dudum de priuileg. num.*1. Innocent.*num* 4. Io.Andr.*num.* 5. Anchar. *num.*3. Butr. *num.*6. Rot.*decis.*48.*num.*1.& 2.*part.*1.& *decis.*614. *num.* 3. *part.*2. *recent.* vbi firmatur, quod quamvis non fuerit facta mentio, quod decimæ de Iure speciali poterant spectare ad aliquem, siue ex priuilegio, donatione vel præsumptione, censeatur nihilominus derogatum:& ratio est, quia cùm simus in materia de sui natura præiudiciali, iuxta *decis.* 2.
16 *Cassad.de priuileg.* & Papa concesserit exemptionem à quibuscumque decimis etiam impositis ad fauorem Imperatorum, Regum, & Ducum, ad quos spectare possunt de Iure speciali, certum est quod cogitauit de laicis,præsertim derogando priuilegiis Vniuersitatum, & quibuscumque consuetudinibus, indeque apparet voluisse eximere Societatem à prędictis: quod verò potuerit nefas est dubitare, Cravett. *cons.*206.*n.*4.& 241.*n.*5.*vers.*2. cum alleg.*in d. decis.Illustrissimi D.mei Decani.*

Nec obstat,quod Excellentissimus D.Dux habeat immemorabile pro se cũ fama priuilegij,& ita possit allegare in feudationem ante Concilium Lateranense sub Alexand.III.de anno 1179.de quo tempore
17 Laici erant capaces,ex quo Episcopi, & alij Prælati inferiores poterant eis decimas in feudum concedere, *c.cum Apostolica de his quæ fiunt à Prelat* Hostiens.*in summa tit.de decim.*§.30.*quæritur circa fin.*c.1. Episcopum, vel Abbatem in vsibus feudalibus,Couar.*lib.*1.*var.c.*17.*num.*5.Guttier *lib.*1 *pract.q.*15 *per tot.præcipuè n.*4. Aragon.11.*q.*87.*art.*1. & propterea
18 allegando titulum infeudationis non fuerit liganda priuilegio Venerabilis Societatis, ex doctrinâ Io.Andr.*in c.nuper num.*4.*de decim.* vbi Butr.*num.*5. Anchar. *num.*8. Rot. *d.decis.* 48. *num.*9. *part.* 1. *recent.*
19 Quia cùm D. Dux sit laicus,& consequenter incapax decimarum, *c.causam de praescript.c.de rer.permut.*Rebuff *in tract.de decimis quæst.*10.*n.*17.Monet. *eodem tract.c.*1.*q.*3.*n.*57.ex Theolog.Diu.Thom.12. *q.*87.*art.*3.Azor.*moral.p.*1.*lib.*7.*c.*34 *q* 7. solùm potest illas habere, vel ex priuilegio, *c.ex parte il* 1.*de decim.c.à nobis c.*2.§ *statuimus eodem tit.in* 6.Guttier. *lib.*1.*pract. q.*14 *num.*1. & 2. Monet.*de decimis d.c.*5. *q.*1.*num* 83.Balboa *in d c.causam de præscript.num.* 30. vel ex Immemorabili cum fama priuilegij, Rip.*in c.*1.*colum.fin.de iud.*Idem Monet *d.c.*5.*q.*506.*n* 118 & *q.*3.*n.*74.*vers.puto tamen*,Roc. *d.decis.*215.*p.*1.*diuers.* vel ex Infendatione ante Concilium Lateranense aut alio æquipollenti titulo,Rebuff.*q.*3.*num.*66.*cum seqq.* De priuilegio non constat, & quatenus de eo constaret censeretur illi derogatum, etsi in priuile- 20
giis Venerabilis Societatis illius nulla fuisset facta mentio, vt supra addnct.*in* §. *attamen n.*7.

Immemorabilis verò cum fama priuilegij licèt constet ex testibus pro parte dicti D. Ducis examinatis, non tamen suffragatur; quoniam allegando 21
immemorabilem non dicitur allegare meliorem titulum de mundo, sed titulum ex priuilegio, de quo extat fama, cuique clarè derogatum fuit per Pontificem,qui sciebat has decimas antiquas de Iure communi vel speciali ad aliquem spectare, Cassad.*d.decis.*1.*de priuileg.* cum aliis supra allegatis.

Nec ex d. Immemorabili cum fama priuilegij inferri potest ad infeudationem prætensam per D. Ducem,super qua olim, & hodie eius informantes insistebant; quia vltra quod huiusmodi Infeudatio in hoc casu videtur impossibilis,ex quo facultas in- 22
feudandi concessa Episcopis siue fuerit prohibita per Concilium Lateranense sub Alex. III. de anno 1179. siue secundum alios sub Vrbano II de anno 1088.vt notat Balboa *lib* 2.*decretal.in d. c.causam 7.de præscript.num.*14.15. & 16.*cum seqq.* Ciaccon. *de Vit.Pontif. pagin.*430.& 566.& de vtroque tempore constat, Cordubam, & Lucenam de cuius decimis agitur,fuisse in potestate Maurorum,à quorum manibus fuerunt recuperatæ de anno 1240. vt testantur Historici, & præcipuè Marian *de reb. Hispan.lib* 13. *c.*1.& Stephan.de Gariba *lib* 13.*c.*2. & sic ad minus per 60. annos post infeudandi pro- 23
hibitionem, cessat omnino difficultas, cùm non doceatur de aliqua recognitione feudali, nec aliquid deducatur ex quo apparet decimas fuisse possessas, vti feudales,sed solùm prætenditur hoc allegari posse vigore Immemorabilis; nec sufficit ista possibilitas nisi etiam probetur quod D.Dux eas tenuerit vt feudum, cum fama Inuestituræ ante Concil. Lateranense, ad quem effectum requiritur saltem, quod testes deposuissent esse famam quod Dux habuerit in feudum Episcopales decimas ante Concilium Lateranense, Couar.*lib.*1.*var.c.*17.*num.*6. Rebuff.*de decim.q.*13.*num.*70.Balboa *lib.*2.*decretal.in d.c.causam 7.num.*30.& 51.*de præscript.*& benè ratiocinatur Illustrissimus D.meus Decanus *in* 1. *decis.causa* § *huius fundamento in fin.*Rot.*d.decis.*215.*part.*1.*diuers.*& *decis.*802.*n.*1.*part.* 2. *recent.* & ideò meritò excluditur allegatio infeudationis.

Nam eo ipso quod quis se restringit ad vnum ti- 24
tulum, prout fecit D.Dux ad Immemorabilem cum fama priuilegij, excluditur præsumptio alterius tituli scilicet infeudationis, Bellam *decis.*287.& 393. Rot *decis.*731 *num.*20.*part.*1.*diuers.*Greg *decis.* 353. *num.*19. vbi Adden. maximè quando vnus titulus excludit alium prout in præsenti, quia dum obtinentur decimæ vigore Immemorabilis cum fama 25
priuilegij, tunc liberè, & tanquam allodiales possidentur à laico; quando verò possidentur iure feudi, tunc dominium directum remanet penes Ecclesiam,quæ etiam similiter possidet,& dominium vtile cum possessione naturali dumtaxat transfertur in laicum qui possidere dicitur nomine Ecclesiæ, Beroi.*cons.*21.*n.*1.*vol.*1.

Nec suffragatur D. Duci, quod dicatur habere prædictas decimas, ex titulo oneroso propter recu- 26
perationem terrarum factam à Mauris, cui priuilegio ex tali titulo prouenienti non est verisimile Papã voluisse derogare, Gonzal.*in regul.*3. *gloss.*15 & 18. Cassad.*decis.*1.*de pact.* & *decis.*4.*de priuileg.*nouissime Castill.

27 Castill.*de tertiis reg.d.c.36.n.28.verſ.3.reſponſio* Nam
quidquid ſit an priuilegium ex cauſa onerosa con-
ceſſum cenſeatur derogatum,non facta de eo in ſe-
cundo mentione, de qua re idem Gar.*z.gloſſ.9.§.2.n.*
18.29.*&*49.Carol.deTap *in l fin.ff.de conſtit.Princip.*
*n.*119.*cum ſeqq.*Greg.Aeac.*lib.2.c* 5.ex *n.*43.Ferret.
*conſ.*129.*n.*2.*lib.*2.Roland. *conſil.*13. *num.*69.*vol.*3.
Creſcent.*deciſ.*2.*&* 5.*de priuileg.*Put.*deciſ.*47.*num.*3.
*lib.*1.latè Caſtil.*ſuprà num* 40. *cum ſequentibus* , non
applicatur in præſenti ex ſupra adductis *in § nec ex*
28 *d.immemorabili num.*11. dum ipſe Dux ſe reſtringit
in ſuis probationibus ad probandum ſolum imme-
morabilem cum fama priuilegij, cui cenſetur dero-
gatum ex ſupra citatis, & conſequenter non poteſt
ſe fundare in titulo onerofo , qui cenſetur excluſus
per electionem alterius tituli ex tradit. per Adden.
ad Gregorium XV.*deciſ.*353.*n.*19.

His igitur ſtantibus dixerunt Domini , nihil re-
29 leuare renunciationem factam per Prouincialem
priuilegiis Societatis à ſolutione decimarum ad fa-
uorem D.Ducis , quia vltra quod dicta renunciatio
fuit conditionalis ob pactum in ea adiectum,quod
confirmari deberet auctoritate Apoſtolica , & ſic
conditione non adimpleta illa imperfecta reman-
ſit, diluitur penitus obiectum ex defectu poteſtatis
in Prouinciali tranſigente,qui id facere non valuit
30 abſque conſenſu Reuerendiſſimi Patris Generalis,
penes quem tota reſidet religionis auctoritas ; vn-
de cùm verſamur in priuilegio conceſſo ad fauorem
totius Ordinis , non autem perſonæ priuatæ , ſtatim
eidem Ordini fuit Ius quæſitum , vt in fortiori-
bus terminis reſpondit Rot. *in deciſ.*14.22. *&* 23.
part. 2. diuerſ. vbi dicitur renunciationem factam
priuilegio à ſolutione decimarum per Carolum V.
Imperatorem , tanquam nimis præiudicialem vni-
uerſæ militiæ, non poſſe ſubſiſtere ſine eius d. Re-
ligionis ſeu militiæ conſenſu , quamvis fieret re-
ditus ad Ius commune , & propterea ex mera ſim-
31 plicitate d. Prouincialis non debet præiudicum
inferri vniuerſæ Religioni , vt bene in deciſione
cauſæ , *coram Illuſtriſſimo D. meo Decano ſub die* 1e.
Maij 1635.*§.non obſtat.*

32 Nec aduerſantur moderationes priuilegiorum
factæ per S.mem. Leonem XI.& S.D N. quoniam
emanarunt ad fauorem Eccleſiaſticorum,& ita non
extenduntur ad laicos , qualis eſt Excellentiſſimus
Dominus Dux de Cardona.

Et ſic conclusum vtraque parte informante.

Bononien. Seruitutum.

Lunæ 31. Maij 1638.

ARGVMENTVM.

De ſententia Rotali aliarum quatuor reuo-
catoria reformanda ; non obſtante inhi-
bitione A. C. vigore appellationis præ-
tenſæ à præfixione peremptorij termini
obtenta , & ante earum prolationem in
actis Iudicis de partibus præſentata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper ſeruitute tranſitus lata, ex quo lite pendente contra præceptum Auditoris Cardinalis Legati clauſus fuerit dicitur attentata.*

2 *Inhibitio nulla & calumnioſa non eſt attendenda , ſed citra vitium attentatorum ſperni poteſt.*

3 *Iuriſdictio A.C.oritur ex deuolutione per appellationem provt de ſtylo quotidie practicatur.*

4 *Appellationi per plures actus poſitiuos ſubſecutos coram eodem Iudice renunciatum cenſetur.*

5 *Appellantem ab interpoſita appellatione receſſiſſe quomodo probatur.*

6 *Appellatio ob actus poſt expeditionem Inhibitionis ſubſecutos coram Iudice grauante redditur inefficax & magis calumnioſa.*

7 *Axioma de inhibitione ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda , non applicatur quando concluſio iuſtificatur , etiamſi locum habeat in Inhibitione Rotali.*

8 *Auditores quibus à Papa commiſſa eſt cauſa cum facultate citandi & inhibendi fines Reſcripti excedere non poſſunt.*

9 *Auditores iuxta formam commiſſionis ſtatim abſque alia præcedenti citatione inhibent vigore clauſulæ cum poteſtate citandi & inhibendi.*

10 *Auditores mandato & commiſſione Pontificis ligantur.*

11 *Commiſſiones Inhibitionis manu Papæ vel Præfecti ſignaturæ iuſtitiæ ſignantur , niſi ſint prius manu Referendarij ſignata ac per Reuiſorem emendata ?*

DECISIO XCVIII.

ENSVERVNT DD. ſenten-
tiam Rotalem reuocatoriam aliarum
quatuor de partibus , ad fauorem
Hieronymi Bauarij latarum ſuper
ſeruitute tranſitus,poſſeſſione Mace-
ratorij , Riparum, Canalis , Molendini, & hauſtus
aquæ , eſſe reformandam ; quia in deciſione facta
coram R.P.D. Merlino ſub die 26. Iunij, cuius vi-
gore dicta ſententia emanauit , firmatur ſententias
de partibus omnes eſſe attentatas , cùm excepta
illa lata ſuper ſeruitute tranſitus , quæ negari non 1
poteſt quin fuerit attentata , ex quo lite pendente
huiuſmodi tranſitus fuit clauſus contra præceptum
Auditoris Eminentiſſimi Cardinalis Legati , Lan-
cellot.*de attent.in præfat.part.*1.*num.*26.Rot.*deciſ.*20.
& 30.*de appellat.in nou.* omnes aliæ vitio attentato-
rum carere apparerent ; non obſtante Inhibitione
A. C. vigore prætenſæ appellationis à præfixione
peremptorij termini obtenta, & ante earum prola-
tionem in actis Iudicis de partibus præſentata.

Etenim Inhibitio nulla , & calumnioſa non eſt 2
attendenda , ſed citra vitium attentatorum ſperni
poteſt, Rot.*deciſ.*79.*part.*3.*diuerſ.*Lancellot.*de attent.*
poſt Inhibitionem 2. *part.cap.*2. *ampliat.*11.*num.*33.
Quod autem Inhibitio in præſenti fuerit nulliter,
& calumnioſè obtenta , patet ex eo, quod fundatur
in aſſiſtenda appellatione interpoſita à præfixione
termini peremptorij,& tamen de dicta appellatione
nullibi conſtat , qua deficiente defuit cauſa Aud. 3
Cam.Iuriſdictio, quæ oritur ex deuolutione per ap-
pellationem provt de ſtylo quotidie practicatur, &
explicat Lancell.*de attent.part.*2.*cap.*20.*declar.*4. &
in ſpecie *de Inhibitione A.C. d.cap.*20. *limit.*12. *n.*2.
3.4.*&* 12. Mandoſ. *de Inhibit.quæſt.*18 *num* 5. Imò
licèt adeſſet appellatio , adhuc cenſeretur illi re- 4
nunciatum per tot actus poſitiuos ad inſtantiam
Pompei poſtea ſubſequutos coram eo Iudice, iuxta
diſpoſitionem , *c.gratum,* & ibi Gloſſ.*de offic. deleg.*
Franc.*in cap ſollicitudinem quæſt.*6.*num.*10. *de appel-*
*lat.*Scacc.*de appell.quæſt.*17.*lim.*2. *num.*14. *cum ſeqq.*

Lancellot.

Lancellot.*de attent.post Inhibitionem d.ampliat.1.num.*
32. Inhibitio enim fuit expedita sub die 78. No-
uembris 1634. & nihilominus fuit postea process-
sum in causa ad instantiam eiusdem Pompeij per
productionem scripturarum, examen testium, &
alios actus positiuos vsque ad mensem Martij
5 1635. cum *summ. Hieronymi num* 3. Ex hac igitur
productione Iurium & examine testium cum ci-
tatione partis coram Iudice grauante, claré desu-
mitur appellantem recessisse ab interposita appel-
latione quantumvis interposita fuisset, etiamsi te-
stes examinati fuerint nedum instante Principali,
sed etiam Procuratore, & per Procuratorem fue-
rint iura producta, Gabr. *concl.* 2. *de appellat. nu-
mer.* 4. & 11. Ægid. *decis.* 137. Rot *decis.* 431.
num. 1. *part.* 1. & *decis.* 22. *num.* 2. & 420. *num.* 2.
6 *part.* 2.*recent.* Et quamvis postea fuerint præsentata
in actis dicta Inhibitione prolatæ sententiæ, at-
tamen ob tot actus post eius expeditionem subse-
cutos coram eodem Iudice grauante vt supra dixi,
redditur inefficax, & magis calumniosa, vt vi-
detur sensisse Rot. *d. decis.* 79. *num.* 2. *part.* 3. *di-
uers.*

His propterea sic stantibus, non applicatur axio-
7 ma, quod Inhibitio, siue iusta, siue iniusta sit ti-
menda, quia conclusio iustificatur, & habet tamen
locum in Inhibitione Rotali, Surd. *cons.* 424. *num.*
35. Rot.*decis.* 26 *num.* 3.*de appellat.in antiq.*Caputaq.
*decis.*92.*nu.*1.*part.*1.*recent.*cum aliis adduct per Add.
ad Greg. XV. *decis.*435.*sub litera B.* & fuit dictum
in Romana census sub die 5. *Martij* 1635. *coram me,*
8 idque suadetur optima ratione; quia Auditoribus
præsentatur commissio Papæ, qui commisit causam
cum facultate citandi, & Inhibendi, ipsique non
possunt excedere fines rescripti *cap.Cum dilecta* 22.
de rescript. vbi Felin. *num.* 9. *cap.Venerab.* 37. *vers.
quoniam de offic. deleg.* & ideò statim inhibent iuxta
formam commissionis, etiam absque alia præceden-
ti citatione vigore dictæ clausulæ, cum potestate
citandi, & inhibendi, Lancellot. *de attentatis post
Inhibit.* 1. *part. cap.* 10. *in præfat. quæst.* 2. *quando*
10 *Inhibendum num.* 169. Vnde sicuti Auditores li-
gantur mandato, & commissione Pontificis, non
est mirum quod etiam alij inferiores eadem com-
missione quæ inseritur in Inhibitione, quæ il-
lius vigore decernetur, ligati existant, siue iusta
sit siue iniusta: Quoniam secundùm reformatio-
nem Pauli & aliorum prædecessorum constitu-
tiones, videtur etiam præcedere sufficiens cau-
sæ cognitio in inhibitione decernenda, cùm
commissiones tum signentur manu Papæ, vel
signaturæ Iustitiæ Præfecti, nisi sint prius ma-
nu Referendarij signatæ ac per reuisorem emen-
datæ.

Ex quibus, & cùm in hoc stet prærogati-
ua, & inueteratus stylus huius Sacri & supremi
Tribunalis, meritò dixerunt DD.esse recedendum
à decisis coram R. P. D. meo Merlino sub die 26.
Iunij 1637. ac etiam ab omnibus aliis decisionibus,
in quantum ibi extenditur hæc prærogatiua ad alios
Iudices.

Et ita vtraque parte informante resolutum
fuit.

Meleuitana Nauis.

Merc. 2. Iunij 1638.

ARGVMENTVM

De Declaratoria pro expensis rei Iudicatæ Rotali concedenda.

Vidè suprà *Decis.*57.

SVMMARIVM.

1 *Transactione in iudicio restitutionis in integrum re-
uocata primeuæ actiones parti læsæ competentes
reuiuiscunt.*

2 *Mandato de exequendo à Iudice relaxato cùm à
parte paritum fuisse non doceatur, Actori cen-
suræ denegari non possunt.*

3 *Declaratoria stante re iudicata venit conceden-
da.*

4 *Commissionis fines deleta clausula* quam & quas
excedere non licet.

5 *Terminis quatuor seruatis de stylo seruari solitis
nil restat nisi vt sententia declaratoria fera-
tur.*

DECISIO XCIX.

PERSTITERVNT DD. in de-
cisis sub die 26 Aprilis præteriti, vbi
firmatum fuit declaratoriam ad in-
stantiam Emanuelis esse dandam con-
tra Equitem Raimundum pro expen-
sis rei iudicatæ Rotalis, ex eisdem rationibus in de-
cisione relatis.

Non obstat exceptio, quæ pro Raimundo addu-
citur, ex eo quod in transactione post dictam rem
iudicatam secutam inter Ipsum & Emanualem ha-
bita fuerit ratio dd. expensarum, ac ideo perempta
sit actio illius petendi; quia cùm prædicta transa- 1
ctio fuerit postea in Iudicio restitutionis in integrū
reuocata, coram bon. mem. Motmanno, primeuæ
actiones Emanueli competentes reuiuixerunt sub-
lata dicta transactione de medio, *l.* 1. *C. si aduers.
transact.* vbi Bald. & Salicet. & propterea merito ab
eodem Iudice fuit relaxatum mandatum de exe-
quendo, sub die 27. Februarij 1632. cui, ex quo per 2
Raimundum non docetur fuisse paritum, prout
probatur ex reiterata seruatione solitorum, censuræ
denegari non possunt Emanueli, vt per Cassad. *decis.*
6. *num.* 10. *de caus. possess. & propriet.* Mohed.
decis. 1 .*de sentent.excomm.* cum aliis in decisione al-
legat.

Nec aduersatur sententia liquidatoria mercium
& pretij Nauis ab eodem Motmanno prolata, per
quam excludi prætenditur læsio, per prius ad fauo-
rem Emanuelis firmata; quoniam d. sententia non
est reuocatoria alterius D. Remboldi, super qua
adest res iudicata, sed simpliciter liquidat pretium
nauis, & mercium, quæ debebantur vigore eiusdem
Remboldi sententiæ, ex quo non amplius existe-
bant, itavt restitui possent, vt patet ex decisione fa-
cta sub die 23. Iunij 1634. coram Domino Mot-
manno *sum. Raimundi*, *num.* 3. & ex lectura ipsius
sententiæ *d.sum.num.* 4. & sic nihil commune habet
cum expensis, pro quibus recuperandis petitur ho-

dic

3 die declaratoria, quæ concedenda venit stante
re iudicata, Caual. *decis.* 218. *num.* 1. maximè cùm
prædicta sententia liquidatoria fuit suspensa per
appellationem, & adhuc eius iustitia indecisa pen-
det coram me.

Minus releuat defectus Iurisdictionis desumptus
4 ex commissione mihi directa, in qua apparet cau-
sam esse commissam tantùm super modica taxatio-
ne mercium, & omissione bonorum, deleta
clausula *quam*, & *quas*, vt in ipsa commissione data
summario Raymundi *num.* 5. cuius fines excedere
non licet. Nam licèt obiectum verum sit, non tamen
applicatur, quia prima vice fuit per me proposita
hæc causa de ordine Rotæ ob infirmitatē D. Mot-
manni, apud quem remanserat iurisdictio quoad
executionem executorialium relaxatarum super ex-
pensis de quibus agitur; sed postea eo ab humanis
decesso, fui in eius locum præuia citatione subro-
gatus à Reuerendissimo D. meo Decano, prout fie-
ri potuit. Vnde cùm coram me, & item fuerint ser-
5 uati quatuor termini de stylo seruari soliti, nihil
aliud superest agendum, quàm vt sententia decla-
ratoria feratur, Felin. *in cap. ad probandum num.* 6.
de re Iudic. Mantic. 74. *num.* 1. Caual. *decis.* 364.
num. 1.

Et sic decisum vtraque parte informante.

Signina Saluiani.

Vener. 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Dos pro parte prætensa illiquida facta im-
missionem ex Saluiano in terris in In-
strumento dationis in solutum expressis
impedire non valet.

SVMMARIVM.

1 *Causam habens ab aliqua ratione dotis, non potest retinere terras in Instrumento dationis in solutum contentas pro censibus & mobilibus, nisi de earum integra & reali extinctione ac alienatione culpa viri sequuta constet.*

2 *Dos quando consistit in bonis inæstimatis, contra illa, & non in aliis competit actio pro fundo dotali.*

3 *Calculatio facta cum hæredibus cæteris creditoribus non citatis præiudicare non potest.*

4 *Creditum dotis quando est illiquidum non potest impedire immissionem ex Saluiano in terris in Instrumento dationis in solutum expressis.*

5 *Prætensa retentio censuum in quibus casibus cessat.*

DECISIO C.

CENSVERVNT Domini persisten-
dum esse in decisis sub die 16. Apri-
lis præteriti, vbi firmatum fuit intra-
re Saluianum ad fauorem Cassandræ
de Vindictis, & Iulij Cæsaris Rorij,
super bonis de quibus agitur pro fructibus duo-
rum censuum à Sulpitio Papio debitorum *summ.
prima positionis, num.* 1. 2. *&* 7. quia pro eorum parte
dictum fuit de duobus requisitis, relat. per Pa-
cific. *de Saluiano interdict. inspect. 1. cap. 5. & 6. vtro-
que num.* 1. ad effectum obtinendi immemorabilem
in hoc iudicio.

Nec obstare visum fuit sæpiùs repetitum obie-
ctum exceptionis dotis Hieronymæ Niueæ vxoris
Sulpitij, & sororis Porciæ matris illorum de Lauris
constitutæ de anno 1566. vt in Instrumento dotali
eorum *summ. antiq. & nou. num.* 1. cuius vigore præ-
tenditur retentio in bonis prædictis tanquam sibi
ipsis traditis in solutum ab hæredibus Sulpitij;
Quoniam licèt ex calculo dato in hodierno sum-
mario Laurorum, *num.* 1. & 2. prætendatur dotem
dictæ Hieronymæ excedere maiorem quantitatem
scutorum 1620. deductam in decisione quæ reui-
detur, & sic dici nequeat, quod dos fuerit integra-
liter restituta mediante solutione scutorum 1000.
& extinctione censuum alienatorum per Porciam,
vt in eadem decisione legitur sub *n.* 3. *&* 7.

Tamen cùm dos Hieronimæ consistat in terris ru-
brorum trium cum dimidio, in territorio Plumbi-
nariæ in vocabulo Plantanello ad tantumdem
ascendentium pro portione d. Hieronimæ, vt *in
summario Laurorum num.* 1. *litera D.* pro quibus
tantùm competit retentio, ac in censibus alijsque
mobilibus traditis inæstimatis, & dictæ terræ iam
fuerint restitutæ vltra solutionem scutorum 1000.
in pecunijs, & vltra pro rata d. Hieronimæ facta per
Porciam & Ambrosium constet ex publicis instru-
mentis datis *in primo summario Cassandræ n.* 18 & in
præsenti *num.* 6. *&* 7. & in decisione quæ reuide-
tur §. 7. non possunt hodie Lauri causam habentes 1
à Hieronimo terras in instrumento dationis in so-
lutum cōtentas retinere pro censibus & mobilibus,
nisi constet de eorum integra & reali extinctione,
& alienatione culpa eiusdē Sulpitij viri sequuta; ita
Alex. *cons.* 38. *post princip. vers. & si reperiretur lib.*
2. *& l. in rebus cum ibi notat. C. de Iur. dot* Gabr.
cons. 60. *in fin. lib.* 2. Rota *coram Caual. decis.* 574.
num. 2. & *in Auxima census* 10. *Martij* 1636. *co-
ram R. P. D. Ghislerio in* §. *demum non obstat.*

Minus releuat quod terræ de quibus agitur fue-
rint datæ in solutum, in computum dotis de hære-
dibus dicti Sulpitij eisdem de Lauris, vt ex instru-
mento *in eorum summario num.* 7. nouiter in actis
producto, de cuius dotis anterioritate cùm clarè
constet, videatur ipsis competere retentionem, quo-
niam vltra quod ex superius adductis apparet su-
pradictam dotem consistere in bonis inæstimatis, 2
contra quæ propterea, & non in alijs competebat
actio pro fundo dotali, iuxta *tex. in l. ita constante &
l. res, quæ ff. de Iur dot. & l. etiam*, vbi Bald. *de
fund. dot.* nec calculatio facta cum hæredibus potuit
præiudicare cæteris creditoribus non citatis, vt in
specie tenuit Surd. in *decis.* 256. *in princ. & num.* 4.
cum seqq. cessat omnis scrupulus ex lectura eiusdem 3
instrumenti, vbi patet huiusmodi dationem in solu-
tum non esse restrictam ad solam quantitatem do-
tis, sed continere alia credita, & debita, ex aliis
causis computata extra dotem cum hæredibus d. Sul-
pitij, quæ omnia ascendunt ad scuta 1188. factis-
què computis pro residuo tam dotis quàm aliorum
debitorum, dantur in solutum bona de quibus agi-
tur pro scutis 1163.

Vnde cùm non magis huiusmodi datio in solu-
tum fuerit facta pro dote, quàm in alijs creditis,
sequitur dicendum quod creditum dotis pro hac 4
parte reddatur illiquidum, & consequenter impe-
dire non valeat immissionem ex Saluiano, in terris
in d. instrumento dationis in solutum expressis, Rip.
in rubr. ff. de pignor. n. 119. *prope fin.* Natt. *cons.* 532.
numer. 4. Menoch. *adipiscen. remed.* 3. *numer.* 180.
Surd.

Surd. *conf.4.num.36.* Rot.*decis.559. num.3.* & *decis.* 679.*num.5.part.1.decis.415.num.24. part.5. recent* & coram Cardinali Caual *decis.539. num.5. ac in dicta Auximana census 10.Martij & 27. Iunij 1636.coram R P.D.meo Ghislerio.*

Quæ omnia faciliùs veniunt admittenda, cùm constet alia credita præter dotem in dicto Instrumento datis in solutum expressè esse posteriora creditis dd. Cassandræ & Iulij Cæsaris, pro quibus certum est quod Lauris non competebat retentio, 5 & sic fructus pro eorum ratâ percepti tanto temporis spatio post motam litem præsumitur absorbuisse summam residui dotis, vel saltem illius quantitatem incertam, & illiquidam reddidisse, itavt cesset prætensa retentio ex supra citat. & præcipuè ex Caual *dict decis.539. num.5. post med.* & ex *dicta Auximana census* 10.*Martij* & 27. *Iunij coram R.P. D.meo Ghislerio.*

Et sic decisum vtraque parte informante.

Romana Retrouenditionis locorum Montium.

Vener. 18. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Interpellatus renuens facere retrouenditionem vigore pacti intra certum tempus conuenti, ad illam faciendam sententia A.C meritò condemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica probationem faciunt probatam, factum notorium & rem manifestam.*
2 *Pactum de retrouendendo ad certum tempus restrictum nullibi reprobatur.*
3 *Pactum in contractu appositum de iure est seruandum.*
4 *Actio pro retrouenditione Matri competens etiam competit filio Donatario in quem fuerunt omnia Iura donantis translata.*
5 *Donationis natura est dare & transferre.*
6 *Interpellatus ad retrouenditionem intra tempus conuentum & retrouenditionem facere recusans, ad illam faciendam ab A C.meritò condemnatur.*

DECISIO CII.

SENTENTIAM A.C. quæ condemnat Alexandrum Masiã Saulium ad retrouendendum D. Equiti Henrico Sfortiæ Donatario bon.mem. Excellentissimæ D. Ducissæ Leonoræ Matris loca montium de quibus agitur, dixerunt Domini esse confirmandum attenta eius validitate, & Iustitia.

De validitate apparet ex voluntate actorum, vbi concurrunt omnia requisita in vulgat. Caputaq *decis.260. pars. 2.* Iustitia verò satis patens visa fuit 1 ex publicis Instrumentis venditionis & donationis respectiuè, quæ faciunt probationem probatam, factum notorium; & rem manifestam, *l. Census ff. de probat. cap. scripta de fid. Instrum.* ibique Innoc. *num.3.* Alex.*conf.155. lib 6. num.5.* Rot. *decis.234. num. 2. pars.5. recent.* & coram S. mem. Greg. XV. *decis.180.num.1.* & *decis.157. num.13.* & nouissimè fuit dictum *coram me in Rauennaten.Concordia sub die 5. Maij præteriti.*

Constat namque in publico Instrumento dato *in summario Equitis num.1.* D.Ducissam de anno 1632. vendidisse dicto Saulio 30.loca Montis Annonæ de quibus agitur pretio ... 1500.cum pacto redimendi infra 8. annos pro eodemmet pretio, quod pactum 2 de retrouendendo restrictum ad certum tempus nullibi reprobatur, vt per Sot.*de Iust. & Iur. lib.6. quæst.5.art.3.conclus.3.* Ioan.Medin.*de restit.in quæst. de censu redimibili cap.8. vers. aduerte tamen*, Rot. *decis.50. num.3. part 4. recent.* & ideo tanquam in 3 contractu oppositum de Iure seruandum, *l. Iuris gentium, §. prætor ait, ff. de pact.* Dec. *conf.638. num.5.* Rot. *decis.299.num.1. in fin part 4.recent.*

Cùm autem prædictum Ius redimendi fuerit postea de anno 1634. donatum ab eadem D. Ducissa d. D. Equiti eius filio, vt ex alio publico Instrumento *dicto summario num.2.* facit quod sicuti D. Ducissæ competebat actio pro redemptione, 4 ita etiam competat filio Donatario in quem fuerunt omnia iura Donantis translata, *l.2. C. de donat. l.idem quo §. si cui mandauero, ff. mandati l 1. C. de nou.l.si ager in fin* vbi Din. Bart.& alij *ff.de rei vend.* Rot *decis.373.num 31.cum seqq part.4.recent.* natura 5 enim donationis est dare, & transferre, Rot. *decis. 352.n.6.eadem p 4 recent.*

Vnde cùm intra tempus conuentum d. Saulius fuerit interpellatus ad retrouenditionem, & retro- 6 uenditionem facere recusauerit, meritò fuit ad illam faciendam per sententiam ab A.C. condemnatus, vt *in d.sum.num.3.ex l.2.C.de pact. inter empt.& vend.*Greg Lop.*in l.42.tit.5.par.5.* Anton. *hum. var. tom.2 cap.2.n.17.*Cancel.*var.cap.13.n.59.cum seqq.*

Et ita decisum, &c.

Reginen. Communia.

Lunæ 21. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

De sententia Ordinarij circa admissum in Capellanum & ad percipiendos fructus Ecclesiæ de qua agitur tam ex capite nullitatis quàm iniustitiæ reuocanda, firma tamen immemorabili consuetudine remanente.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad sententiam de necessitate requiritur ne actus dicatur nullus.*
2 *Sententia licet aliàs iusta ex defectu citationis tanquam nulla est reuocanda.*
3 *Citatio potest omitti Ordinario extraiudicialiter & per modum prouisionis procedente.*
4 *Notificatio sententiæ subsecuta supplet citationis defectum.*
5 *Acta sunt publica scriptura negociorum quæ in iudicio aguntur.*
6 *Gesta extraiudicialiter facta non acta appellantur.*
7 *Iudex Actuarius, Actor & Reus substantialia Iudicij dicuntur.*
8 *Decretum prouisionale non potest dici dùm Iudex*

per viam ſententiæ diffinitiuæ pronunciando per cedulam Dei nomine innocato procedit.

9 *Citatio tanquam reſpiciens defenſionem de iure naturali & diuino competentem in ſententia diffinitiua omitti non poteſt.*

10 *Citatio ex notificatione ſententiæ ſubſecuta non ſuppletur quando omnibus non fuerit intimata contra quos erat prolata.*

11 *Intimatio ſubſecuta non præcedente citatione in ſententia diffinitiua nihil iuuat.*

12 *Sententia notoriè iniuſta & nullo modo excuſabilis quomodo probatur.*

13 *Iudici aliquid aſſerenti in ſententia non creditur niſi id quod aſſeritur ex actis iuſtificetur.*

14 *Atteſtationi facta ſuper his quæ ad officium Ordinarij non pertinent nulla fides eſt adhibenda*

15 *Poſſeſſione qualitatis prout requiritur non probata manutentioni nullus eſt locus.*

16 *Lex quoties ponderat qualitatem, illa qualitas non eſt de ſubſtantia probationis ſed de ſubſtantia ipſius facti.*

17 *Teſtes numero plures in omni negotio plenè probant.*

18 *Sententia iniuſta quando detegitur eſt reuocanda.*

19 *Teſtium de certa ſcientia deponentium & bene informatorum defectus ſi adſit pluralitate ſuppletur.*

20 *Teſtes in concurſu inuicem ſunt conciliandi.*

21 *Conſuetudo ad vnam terram reſtricta non poteſt vlterius extendi, eadémque quamvis ad homines vnius parochiæ tantum reſtricta, eſt attendenda.*

DECISIO CII.

ESOLVTVM fuit ſub die 12. Iunij ſuperioris anni, ſententiam Ordinarij Reginen. in qua pronunciatum extitit, Franciſcum Fimianum eſſe admittendum in Capellanum, & ad percipiendos fructus ſeu diſtributiones quotidianas Eccleſiæ Immaculatæ Cõceptionis nuncupatæ Communiæ terræ Fluminis Morum, eſſe confirmandam tanquam validam & iuſtam. Sed poſtea cauſa poſita ſuper eiſdem, rébque maturius diſcuſſis, poſt ſextam repropoſitionem dixerunt Domini recedendum fore à deciſis, & conſequenter ſententiam reuocandam tam ex capite nullitatis quàm iniuſtitiæ.

Nullitas quidem redditur manifeſta ex reuolutione totius proceſſus, vbi non reperitur citatio ad
1 ſententiam prout de neceſſitate requiritur, ne actus dicatur nullus, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* Clem. Paſtoralis *eodem titulo*, Gabr. *de citat. concluſ.* 1. Marant. *in prax. part.* 6. *verb. citatio num.* 2. & 3. Verall.
2 *deciſ.* 128. *num.* 2. *part.* 3. Imò ex tali tantùm defectu veniret ſententia tanquam nulla reuocanda, licet aliàs eſſet iuſta, parte prout hic apponente, Ferret. *conſ.* 265: *num.* 5. Cæſar. de Grati. *deciſ.* 9. *num.* 8. & 12. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* cum aliis relat. per Illuſtriſſimum D. meum Decanum *in deciſ.* 206. *num.* 3. nec ſubſiſtit reſponſio data in deciſione,
3 quæ reuidetur, quod Ordinarius proceſſerit extraiudicialiter & per modum prouiſionis, quo caſu citatio poterat omitti, Gregor. XV. *deciſ.* 257. *num.* 2.
4 ſtante præſertim notificatione eiuſdem ſententiæ poſtea ſubſecuta, quæ ſupplet citationis defectum, Surd. *conſ.* 86. *num.* 31. *in fin.* Seraphin. *deciſ.* 1047. *num* 4. & fuit dictum *in Corduben. penſionis coram Scotto* impreſſ. penes Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 631.

Quia ex proceſſu compulſoriali conſtat antequam ad ſententiam fuerit euentum, præceſſiſſe 28. folia actorum, de quibus in ea fit quoque mentio ibi; *viſis literis recognitiſque actis*; acta enim 5
ſunt publicæ ſcripturæ negociorum, quæ in iudicio aguntur, ſecundum Gloſſ. *in l. acta ff de re iudic. verb. acta*, ad differentiam geſtorum extraiudicialiter, quæ facta non acta appellantur, vt diſtinguit Guidop. *in deciſ.* 616. *num* 4. ac proinde, cùm 6
ex prædictis apparet concurriſſe perſonas Iudicis 7
Actuarij, Actoris, & Rei, quæ omnia ſubſtantialia Iudicij dicuntur, vt *in cap. forus*, §. *in omni negotio de verb. ſignific.* non poteſt dici fuiſſe extraiudicialiter proceſſum, neque decretum prouiſionale reputari, dum Iudex per viam ſententiæ diffinitiuæ pronunciando, per cedulam Dei nomine 8
inuocato, non ſolùm in poſſeſſorio, ſed etiam in petitorio declarando Franciſcum meritò fuiſſe habitum, & reputatum tanquam vnum de Clero, vt ex lectura eiuſdem ſententiæ *ſummario prima poſitionis Archipreſbyteri num.* 2. Ex quo fit, quod citatio vti omninò neceſſaria, omitti non potuerit, 9
tanquam reſpiciens defenſionem de iure naturali, & diuino competentem, Bart. *in extrauagan. ad reprimendum in verb. & figura*, *num* 6. Gloſſ. in Clem. ſæpè *verb. defenſiones de ſignificat.* Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 9. Marant. *in prax. dict. part.* 6. *in verb. citatio d. num.* 3. & 4. Caual. *deciſ.* 53. *num.* 1. & 2. licèt ageretur de decreto Ordinario manutentionis, Gregor. *d. deciſ.* 457 *num.* 3. cum aliis ibi allegat.

Nec obſtat quod citatio ſuppleatur ex notifica- 10
tione ſententiæ ſubſecutæ, quoniam, vltra quod non fuit intimata omnibus Presbyteris, contra quos omnes erat prolata, ſed ſoli Archipresbytero, & agatur de maximo præiudicio Eccleſiæ ob mutationem ipſius ſtatus, reſultante ex admiſſione ad participationem fructuum illorum, qui carent qualitatibus requiſitis ex immemorabili conſuetudine loci, quo caſu, nec etiam intimatio ſuffragatur, Alex. *in l. ſi opus num.* 3. *de oper. nou. nunciat.* Ruin. *conſ.* 69. *num.* 6. *lib* 5. Socin. Iun. *conſ.* 122. *num.* 33. & *ſeq. lib.* 1. Gabr. *de citat. concluſ.* 1. Rot. *deciſ.* 274. *num.* 3 *part.* 1. & *deciſ* 340. *in fin. part.* 2. *recent.* ſufficit dicere quod verſamur in ſententia 11
diffinitiua lata per cedulam in plenario poſſeſſorio imo & in petitorio, & ſic non præcedente citatione, intimatio ſubſequuta nihil iuuat, Rot. in punct. coram Greg. XV. *in dicta deciſ.* 87. *num.* 8.

Iniuſtitia verò eſt talis, quæ nullo modo poteſt 12
excuſari, ſiquidem in dicta ſententia dicitur Franciſcum eſſe manutenendum, & conſeruandum tanquam vnum de numero Presbyterorum Communiæ, ordinatum fuiſſe ob d. Eccleſiæ neceſſitatem, eiuſque ſeruitio adſcriptum, ac vti talem habitum, & reputatum fuiſſe, & tamen nihil de prædictis ex actis probatur, ideóque remanet notoriè iniuſta, Seraphin. *deciſ.* 684. *num.* 8. quæ in conſequentiam reuocanda venit, *cap fin. de ſenten. & re iudic.* certum enim eſt, quod Iudici aliquid aſſerenti in ſenten- 13
tia non creditur, niſi id quod aſſeritur ex actis iuſtificetur, vt in puncto loquens de Epiſcopo atteſtante in ſua collatione quẽ eſſe filiũ Patrimonialem, eſt Caputaq. *deciſ.* 308 *p.* 1. vbi firmatur atteſtationi prædictæ nullam eſſe fidem adhibendam, tanquam factæ

factæ super his quæ ad officium Ordinarij non pertinent, Rot. *decis.* 414. aliàs 11. *de Iurepatron. in nou.*

Nec ex eo quod Franciscus inseruierit Ecclesiæ Cōmuniæ, & fuerit promotus ad ordines, vti oriundus ex terra fluminis Morum, ac vti degens sub parochia Ecclesiæ prædictæ vbi ordines sacros exercuit, & sacrum pluries celebrauit, resultat Iustitia sententiæ, itavt propterea manutenendus esset: nam vis controuersiæ non extat in exercitio ordinum, & in ipsa celebratione cum aliis actibus seruitoriis, sed in qualitate, hoc est an Franciscus dd. actus fecerit tanquam vnus de Clero, & numero Presbyterorum, participantium Communiæ, compatibile enim est quod aliqui inseruiant alicui Ecclesiæ, ibique sacrum celebrent, & nihilominus non sint Presbyteri eiusdem Ecclesiæ, vt quotidie practicatur in omnibus ferè Ecclesiis, vbi etiam exteri admittuntur ad celebrandum, & alia exercendum pro earum seruitio, ac in specie in Ecclesia de qua agitur, probant testes dati *in nou.*
15 *summ. Archipresbyteri num.* 3. vnde sequitur, quod cùm non probetur quasi possessio ipsius qualitatis, scilicet actus prædictos fecisse Franciscum, tanquam vnum de Clero, & numero Presbyterorum participantium vt requirebatur, Bald.*cons.*447.*n.*1. *lib*.... non est locus manutentioni ex adduct. Posth. *de mandato de manutenendo obseruat.*73. *num.*15. *cum seq.* Rot.coram Gregor XV. *decis.*569. *num.*1.*&* 2.
16 Et ratio est, quia quoties lex ponderat qualitatem, illa qualitas non est tam de substantia probationis, quàm ipsius facti substantia, vt notat *in l in delictis ff.de noxa,§.si extraneus*, Bald.*supra in dicto cons.*447. *dicto n.*2.

Quod autem in Franciscu non concurrat .. si possessio istius qualitatis, non solùm non probatur ex actis sententiæ de cuius validitate agitur, sed potius contrarium conuincitur ex pluribus testibus remissorialibus *summario Archipresbyteri num.*3. deponentibus Franciscum nunquam fuisse habitum nec reputatum, tanquam vnum de dicta Communia, nec vnquam fuisse admissum ad participatio-
17 nem fructuum; qui testes cùm sint numero plures plenè probant in omni negotio, *l. vbi numerus, C. de testibus cap. in omni negotio extra eodem tit.* & quod non fuerit Franciscus ordinatus ob necessitatem Ecclesiæ Communiæ vt asseritur in sententia Ordinarij, sed imò, & quod fuerit ordinatus ad titulum Patrimonij, patet ex donatione sibi facta à Rocco Patre, & ex literis patentibus Ordinarij,
18 *dicto summ. nouo num.* 4. eoque igitur magis detegitur iniusta sententia, & per consequens reuocanda, Seraph. *decis.*987 *n.*2. *&* 6.

Præterea dixerunt DD. nullo pacto Franciscam potuisse admitti ad Communiam de qua agitur, cùm ipse non habeat duo copulatiuè requisita, scilicet originem de terra fluminis Morum, & quod parentes sustinuerint onera realia, & personalia eiusdem Vniuersitatis, iuxta laudabilem dispositionem memorabilis consuetudinis illius loci canonizatæ per Rotam in decisione causæ, quam in hac parte firmam, & inconcussam remanere debere arbitrati sunt, ex rationibus & doctrinis ibidem allegatis. Et quamuis Fimianus sit originarius terræ fluminis Morum, non tamen probatur eius parentes sustinuisse onera realia, nec personalia eiusdem Vniuersitatis.

Quinimo totum contrarium apparet ex depositionibus plurium testium remissorialium datis *in* *summ.antiq.Archipresbyt.num.*3.& *summ. nou. num* 6. qui explicitè deponunt Rocchum Patrem Francisci originem trahere de Villa Sancti Roberti: & licet dicant eum vxorem duxisse in terra fluminis, ibique spatio multi temporis commoratum, subdunt nihilominus nunquam ibi contraxisse domicilium, neque fuisse reputatum vt ciuem illius loci, nec vnquam onera realia seu personalia illius Vniuersitatis sustinuisse, sed bene retinuisse domicilium in Casale Sancti Roberti, ibique semper onera realia, & personalia persoluisse, etiam de tempore quo cum vxore in terra fluminis habitabat, quinimo de eodem tempore fuisse electum pluries Syndicum in d. Casale; idemque probant 3. & 4. testes super quarto articulo dati non integrè *in summ. Fimiani num.* 3. Secundus enim dicit ibi: *Rocco Fimiano Padre di D Francesco se casò in questa terra di Fiumara doue habitò molti anni, mà non passò maj,ne fu tenuto per Cittadino d'essa terra*: qui etiam etsi asserat Rocchum occasione suæ vxoris habitasse in terra fluminis cum domo, & familia, postea tamen sum dictum declarat, ibi; *non portò maj li pesi, & impositioni di questa vniuersita di Fiumara di Muro, ne reale,ne personale.* Qui testes vti deponen- 19 tes de certa scientia, & tanquam bene informati plenè probant, attenta præcipuè illorum pluralitate, per quam testium defectus quatenus adesset suppletur, Gloss. *in l.* 3. §.1. *in verb.numerus ff.de testibus*, cum aliis latè cumulat. per Gabr. *de testibus conclus.*6. *num.*1. suntque ad inuicem conciliandi, 20 Farinac.*de testibus q.*65.*num.*37. *& seq.* Rot.coram Greg.XV. *decis.*309. *n.*1.

Ex quibus cessat distinctio facta inter onera realia, & personalia, ac diluitur responsio decisionis, dum firmat sufficere, quod parentes aliquando sustinuerint onera patrimonialia, licèt de præsenti ea non sustineant, cùm ex prædictis testibus euidenter constet, Parentes Francisci nullo vnquam tempore, nec de præsenti, nec de præterito sustinuisse onera Vniuersitatis terræ fluminis Morum, sed benè in Villa Sancti Roberti: pariterque cessat obiectum desumptum ex testibus remissorialibus, datis *in summario Francisci num.*4 deponentibus Casale Sancti Roberti habere iurisdictionem, & territorium indiuisum cùm terra Fluminis. Vnde inferri prætenditur, quod censeatur ei vnitum, ita & taliter, quod reputari debeat vicus, & de Comitatu d. terræ Fluminis, & propterea qui sustinet onera patrimonialia Villæ Sancti Roberti, censeatur sustinere onera Vniuersitatis terræ Fluminis, ex *l.qui ex vico ff.de municip.* cum aliis allegat.

Quia dicti testes etiamsi deponant super Iurisdictione & territorio indiuiso, non ideo sequitur, quod Casale Sancti Roberti sit vicus, & de Comitatu terræ Fluminis distantis per tria millia passuum: imò consideratis integrè dictis eorundem testium clarè probatur contrarium, dicunt enim quod loca ista sunt penitus distincta, nihilque commune habent inter se, quoad solutionem onerum realium & personalium, & quod Casale Sancti Roberti subiaceat duntaxat iurisdictioni Capitanei, & Curiæ terræ Fluminis, vt *in summario antiq. num.*4. & *nou. num.*7. & secundus & quartus testes ponderati pro parte Francisci idem deponant, quia secundus dicit, *che il territorio di questa terra di Fiumara di Muro è indiuiso con il detto Casale di S. Roberto, il quale sotto la Iurisdittione de Capitano, & Corte di Fiumara di Muro, in quanto alla sudetta Iurisdittione, mà in quanto alli pagamenti fiscali &*

& pesi viuono separatamente, & sono diuisi trà di loro portando la sudetta terra di fiumara li suoi pesi, & il d. Casale di san Roberto li suoi; idemque dicit quartus testis ibi; *mà in quanto alli pagamenti fiscali delle collette, & altri sono diuersi, & separati, & pagano separatamente alla Regia Camera per raggione di foco ogn'vno quello, che li tocca secondo la numeratione.*

Ex eo igitur quod Casale Sancti Roberti viuat sub Iurisdictione Capitanei, & Curiæ Terræ fluminis, non potest dici quod sit Vicus, & de eius Comitatu. Etenim bene possunt stare simul, quod Capitaneus habeat sub gubernio plura Castra, quæ nihilominus sunt inter se distincta adinstar Præsidis Prouinciæ & aliorum Gubernatorum; & in omnem euentum remouetur omnis dubietas ex consuetudine immemorabili supra relata, requirente quod prætendentes admissionem ad hanc Communiam debeant esse oriundi de Terra fluminis, & quod illius Vniuersitatis onera realia, & persona-
21 lia eorum parentes sustinuerint; quæ consuetudo tanquam restricta ad terram fluminis non potest extendi vlterius, quinimo esset attendenda, quamvis fuisset restricta ad homines vnius parochiæ tantùm, per ea quæ tradit Gonzal. *in reg. 2. glos. 9. §. 1. n. 14 & 15.*

Et ex his conclusum fuit vtraque parte informante recedendum esse à decisis, & consequenter sententiam esse informandam, firma tamen remanente immemorabili consuetudine.

Lucana Iurispatronatus.

Vener. 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Possidens beneficium ex titulo Apostolico vigore præsentationum ad sui fauorem à Patronis factarum in possessione est manutenendus, non obstante prætensa inualiditate præsentationis tanquam conditionalis ob pactum in ea appositum ab opponente adducta.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta per minorem partem Patronorum in consideratione non est habenda.*
2 *Præsentationes plures à Patronis & eorum Auctoribus respectiuè factæ & effectum sortitæ ad probandam pertinentiam Iurispatronatus sufficiunt.*
3 *Probationes leuiores sufficiunt quando de existentia Iurispatronatus non dubitatur.*
4 *Possessio in Iurepatronatu familiari omnibus de eadem familia suffragatur.*
5 *Ad Iuspatronatus familiares omnes de eadem familia vocati censentur & admittuntur.*
6 *Factum à maiori parte perinde habetur ac si omnes egissent.*
7 *Descendentium maior pars suffocat & absorbet minorem.*
8 *De suffragio minoris partis non est curandum.*
9 *Prouisio Apostolica ad fauorem alicuius cum derogatione Iurispatronatus pro medietate reductionem consensus plurium Patronorum ad solam medietatem operatur, adeò vt alia medietas in consideratione non habeatur.*
10 *Præsentatio labe Simoniæ aspersa nulla est & inualida.*
11 *Beneplacito Apostolico in præsentatione reseruato accedente, omnis suspicio purgatur omniáque rectè gesta dicuntur.*
12 *Præsentatio est valida conditione in ea apposita intra legitima tempora purificatâ.*
13 *Gratia Papæ ex sola Signatura à die datæ dicitur perfecta.*
14 *Resignante & Resignatario præmissa supplicatione reseruationis ex qua colligitur conuentio, signatâ, nulla Simoniæ labes vel confidentia potest opponi.*
15 *Subreptio vt euitetur sufficit aliquid virtualiter fuisse narratum, & concedentem potuisse de eo saltem in genere cogitare.*
16 *Attestatio Datariæ licet sit extraiudicialis nihilominus stylum sufficienter probat.*
17 *Stylo non exprimendi conuentionem stante scientia Papæ sufficiens ad eundem effectum præsumitur.*
18 *Intentio Papæ & eius gratia à stylo interpretationem recipit.*
19 *Expressio facta in literis licèt non sit in supplicatione sufficit, cùm ex scientia Officialium scientia Papæ inducatur.*
20 *Præsentationes aliorum Patronorum vitio vnius etiam prætextu Simoniæ non vitiantur.*
21 *Executor literarum Apostolicarum coram quo gratia iustificatur ritè & rectè procedere præsumitur.*
22 *Reo & possessori sufficit vincere per non ius Actoris absque alia proprij tituli iustificatione.*

DECISIO CIII.

BENEDICTO Bernardio possidenti parochialem Sanctæ Mariæ Filicorbi Lucanæ Diœcesis ex titulo Apostolico sibi concesso, per obitum q. Octauij vltimi possessoris, vigore præsentationum ad sui fauorem factarum à Rectore Hospitalis Misericordiæ, à quindecim de familia Podia, & quatuor de familia Burlamacchia, ad quorum triplicem præsentationem spectat huiusmodi Patronatus, se opposuit Hieronymus Sanctinus, asserens se ad eandem Ecclesiam, fuisse præsentatum ab aliis Compatronis, & præsentationem factam ad fauorem Bernardij fuisse inualidam, tanquam conditionalem ob pactum in ea appositum consentiendi reseruationi annuæ pensionis scutorum 80. ad fauorem eiusdem Francisci Podij Compatroni præsentantis. Ideo causa ad Rotam deuoluta & mihi commissa dubitaui, an Sanctinus esset instituendus, & Domini negatiuè responderunt.

Quia pro parte Sanctini non docetur de præsentatione facta ad sui fauorem à maiori parte Patronorum, prout de iure requiritur, sed tantùm de præsentatione facta per minorem partem, quæ non 1
est habenda in consideratione, iuxta dispositionem *text. in cap. 3.* vbi Glos. *verb. qui maioribus de Iurepatr.* Lamb. *eod. tract. lib. 2. part. 3. quæst. 4. art. 1.* Gutier. *lib. 2. canon. cap. 11. num. 20.* Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num. 257.* Lotter. *de re beneficiar. lib. 2. quæst. 11. num. 133.* Rot. *decis. 117. num. 1. part. 2. diuers.* & coram Illustrissimo D. meo Decano *decis. 464. num. 5.* & coram Buratto *decis. 942. num. 1.* ibique Addent.

Quod

Quod autem Sanctinus fuerit præsentatus à mi-
nori parte patet, quoniam Iuspatronatus huiusmo-
di diuiditur in tres partes, quarum prima spectat
ad Rectorem Hospitalis Misericordiæ, secunda ad
familiam de Podiis, & tertia ad familiam de Burla-
macchiis, vt desumitur ex vltimo statu, & ex plu-
2 ribus aliis præsentationibus effectum sortitis, factis
à prædictis Patronis, & eorum Auctoribus respe-
ctiuè, & in specie de annis 1592. 1594. & 1617.
de quibus in summario Bernardij *num*. 2. quæ suffi-
ciunt ad probandam pertinentiam Iurispatronatus,
Angel. *in auth. vt ligeat matri, & auia §. ad hac n*. 10.
Rota *in decis*. 224. *ad fin. part*. 1. *& in decis*. 606. *in fin.
part*. 3. *recent*. cum aliis relatis *in Florentina Capella
impress. apud Viuian. post tract. de Iurepatr. quæ est*
3 *decis*. 65. *sub num*. 1. maximè quando provt hîc de
existentia Iurispatronatus non dubitatur, quo casu
leniores probationes sufficere tenuit Rota *in decis*.
246 *n*. 1. *par*. 2. *& decis*. 179. *n*. 4. *par*. 3. *& decis*. 176.
n. 4 *par*. 4 *recent*.

Ex prædictis verò Compatronis Rector Hospi-
talis præsentauit Bernardium, & quod Rector sit
talis probatur ex assertione Notarij, iuncta admis-
sione Ordinarij in institutione facta ad fauorem
eiusdem Bernardij, ac in mandato procuræ dato
ad hanc litem *summario additionali num*. 2. vt in si-
milibus terminis tenuit Rot. apud Gregor. *decis*. 3.
num. 4. & facit *decis*. 301. *num*. 1. *part*. 2. *recent*. eun-
demque Bernardium præsentarunt pariter quinde-
cim ex familia Podia, & quatuor ex familia Burla-
macchia dicto *summario num*. 3. inter quos sunt ali-
qui, qui præsentauerant in præcedenti vacatione
anni 1617. & aliqui sunt filij eorum, qui aliàs præ-
sentarunt, itavt vel sunt in quasi possessione præ-
sentandi, vel habent causam ab aliis, qui olim præ-
4 sentarunt, quæ quasi possessio cùm versetur in Iu-
repatronatu familiari suffragatur omnibus de ea-
dem familia, ex adductis per Garz. *de benef. part*. 5.
cap. 5. *num*. 141 *&* 142. vbi Rotæ decisiones plures
5 refert, quia ad Iuspatronatus familiare omnes de
illa familia vocati censentur, Becc. *cons* 43. *num*. 7.
Menoch. *de præsumpt. lib*. 6. *præsumpt*. 16. *num*. 47. &
quod omnes admittantur, probatur *in l. cum ita, §. in
fideicommisso, ff. delegat*. 2 Peregr. *de fideicomm. art*. 12.
num. 17. Lambert. *de Iurepatr. lib*. 1. *part*. 2. *quæst*. 2.
art. 9. *num*. 12. cum aliis latè congestis per Viuian.
de Iurepatron. in lib. 4. *part*. 1. *cap*. 2. *num*. 28.
& 29.

Vnde cùm Sanctinus fuerit tantùm præsentatus
ab vndecim de familia Burlamacchia, & à quinque
de familia Podia, inter quos omnes adsunt quinque
qui sunt ex dicto numero demendi. Nam Scipio
Burlamacchius Philippus q. Ioannis, & Philippus
& Lelius q. Equitis Podij iam præsentauerant Ber-
nardium, & subsequentem præsentationem ad fa-
uorem Sanctini fecerunt, cum expressa protestatio-
ne de non recedendo à primæua, & Carolus de Po-
diis constituerat Procuratorem specificè ad præsen-
tandum Laurentium, vt *in dicto summario additionali
num*. 1. Procurator autem excedendo fines mandati
præsentauit dictum Sanctinum, quæ præsentatio
propterea inualida redditur; nulli dubium est quin
ipse habeat minorem partem, imò vnicam tantùm
vocem de Burlamacchiis, & Bernardius habet alias
duas voces, Rectoris scilicet Hospitalis, & illorum
de Podiis, quorum licèt aliqui pauci præsentaue-
rint Sanctinum, tamen cùm maior pars eorum præ-
sentauerit Bernardium, sequitur dicendum quod
iste totam familiæ Podiæ vocem habere dicatur,
nulla habita ratione minoris partis, ad not. per Abb.
in cap. Pastoralis in princ. vlt. col. de rescript. Factum 6
enim à maiori parte perinde habetur ac si omnes
egissent, *l. quod maior, ff. ad municip*. Cassad. *decis*. 2.
num. 1. *de Iurepatron*. & maior pars descendentium 7
suffocat, & absorbet minorem, Lambert. *eodem
tract. lib*. 1. *part*. 1. *quæst*. 4. *art*. 7 *num*. 2. Ita vt de suffra- 8
gio minoris partis non sit curandum, idem Lamber.
lib. 1. *part*. 2. *quæst*. 1. *art*. 27. *num*. 2. *vers. addit etiam
Rocchus*, Rota *decis*. 443. *num* 4 *part*. 2. *recent*. & co-
ram Caualer *decis*. 436. *per tot* & melius *in decis*. 519.
similiter per tot. & coram Greg *decis*. 452. *n*. 4. ibique
Adden. *n*. 23.

Præsertim attenta prouisione Apostolica ad fa- 9
uorem Bernardij, cum derogatione Iurispatrona-
tus pro medietate, vt *in summario num*. 4. & sic
quamvis Sanctinus haberet medietatem vocum,
nihil releuaret ob dictam derogationem, quæ ope-
ratur reductionem consensus plurium Patronorum
ad solam medietatem, adeò vt alia medietas non
habeatur in consideratione, Paris. *de resignat. lib*. 1.
quæst. 4. *num*. 55. Garz *de benef part*. 5. *cap*. 1. *num*. 585.
& tenuit Rota coram Cardinali Mantic. *decis*. 248.
in fin.

Non obstat vnicum obiectum super quo maximè
insistebant informantes pro Sanctino, scilicet quod
præsentatio Bernardij esset nulla, & labe simoniæ 10
aspersa tanquam facta cum pacto, vel conditione,
vt consentiretur annuæ pensioni ad fauorem alte-
rius ex Compatronis, *cap. præterea de transact*. Rom.
cons. 317. quem sequitur, & refert Dec. *in cons*. 118.
num. 1. *vol* 1. Quia in ipsa præsentatione fuit reser- 11
uatum beneplacitum Apostolicum, quo accedente
omnis suspicio purgatur, omniaque rectè gesta di-
cuntur, ex not. per Gloss. *in cap. cum pridem in verb.
licitè de pact*. Gig *de pens. quæst*. 6. *num*. 8. Hostiens. *in
cap*. 1. *circ. princ ne Prælat. vic. suas*. Ioan. Andr. *in c*. 1.
de Simon. Archidiac. *in cap. nonne sub num*. 89. Cassad.
decis. 3. *num*. 2. *de renunciat. & decis*. 2. *num*. 3. *& seq.
de Simon*. Guidop. *decis*. 163. cum aliis relatis per
Barbos. *claus*. 135. *num*. 1. declarat in puncto Nauar.
in manual. cap. 27. *num*. 107. *vers ad decimum*, Cùm au-
tem tam consensus, quàm beneplacitum intercesse-
rint, vt ex supplicatione, & literis Apostolicis da-
tis *in summario additionali num*. 3. expeditis sub ea-
dem data intra quadrimestre ad præsentandum, hæ-
sitari non potest de validitate præsentationis, quia 12
conditio in ea apposita fuit intra legitima tempora
purificata, vt argum. Clem. pluries, *§. fin de Iurepatr*.
cum Dominic *in cap*. 2. *de elect. in* 6. *sub num*. 4. docet
Lambert. *de Iurepatron*. 2. *part*. 2. *lib* 3 *art*. 5. *num*. 5. *&
art*. 9. *verb. honorificum quæst*. 8. *num*. 29. Garz. *de benef.
part*. 8. *cap*. 2. *num*. 1. & gratia Papæ ex sola Signatu- 13
ra à die datæ dicitur perfecta, vt respondit Rot. *in
decis*. 54 *n*. 8. *&* 9 *impress. apud Viuian post tract. de Iu-
repatr fol*. 115.

Neque releuat dicere quod dictum beneplacitum
Apostolicum non suffragetur, ex quo non fuit Papæ
expressa huiusmodi conditio reseruationis pensio-
nis, quoniam satis est quod in eadem supplicatione
Bernardius præsentatus à Patronis, & Franciscus
Podius Pensionarius supplicauerint Papæ super di-
cta reseruatione, ex qua supplicatione sufficit quod
Papa potuerit intelligere, quod inter eos præcesse-
rit huiusmodi conuentio, vt in simili fieri solet in
resignatione beneficij ad fauorem alterius cum pen-
sione, in qua semper præcedit conuentio, quod vnus
cedat beneficio, alter pensionem soluat, & tamen
id in supplicatione non exprimitur, sed solùm quod
Resignans liberè dimittit beneficium, reseruata sibi
annua pensione, vt habetur in formula resignationis

relata apud Parif. *de refignat.lib* 8. *quæft.7.num.* 95.
dictaque fupplicatione vt fupra fignata tuti funt
14 Refignans, & Refignatarius, quibus nulla Simo-
niæ labes, vel confidentia opponi poteft. Felin. *in
cap.ad audientiam* 2.*num.*21.*de refcript.Archiep.*Flor.
in 2.*part.fua fumma tit.* 1. *cap.* 5. Parif. *de confident.
quæft.*40.*num.* 38.*& de refignat. lib.*6. *quæft.* 2. *num.*
70.*cum feqq.*vbi de communi, & recepto ftilo te-
ftatur.

Sicut igitur nemo dixerit in cafu prædicto adef-
fe fimoniam, idem dicendum eft in cafu de quo
agitur, vbi in literis referuationis facta fuit expref-
fa mentio, quod Francifcus Podius Penfionarius
eft vnus ex Compatronis, ita vt facilius Papa, eiuf-
que Officiales cogitare potuerint de præcedenti
conuentione referuando penfionem; ad effectum
15 enim euitandi fubreptionem fufficit aliquid virtua-
liter fuiffe narratum, & concedentem potuiffe de
eo faltem in genere cogitare, Lap. *alleg.*89.*num.*6.
verf.item licet taciturnitas, *& num.*7. Aym.*conf.* 79.
*num.*8. Rot.*decif.*191.*num.*6.*in fin. & decif.*210.*num.*
5 *par.*1. *recent. & coram Illuftriffimo D. meo Decano
decif.*413.*num.*7.*& coram Buratto decif.*881.*num.*6.
ac in terminis præfentationum cum penfione, da-
tur atteftatio expeditorum Datariæ fuper ftilo non
exprimendi talem conuentionem, & tamen proui-
fiones cum penfione ita expediri, & pro vali-
dis femper fuiffe habitas abfque vlla difficulta-
te, vt *in dicto fummario additionali num.*4.
16 Quæ atteftatio licet fit extraiudicialis, nihilo-
minus ftilum fufficienter probat, vt aliàs tenuit
Rot.coram Greg.*decif.*484.*num.*6.*& decif.*644.*num.*
4.*par.*1.*& decif.* 725. *num.* 5.*par.*2. ac in fpecie de
ftilo Datariæ eft *decifio* 322.*num.*11. *& decif.* 244.
*num.*14.*par.*5.*recent.*quo ftilo ftante fufficiens præ-
17 fumitur fcientia Papæ ad iftum effectum, Mantic.
*decif.*214. *num.*4. *poft med.*Intentio enim Papæ, &
18 eius gratia à fupradicto ftilo interpretationem re-
cipit ex adductis per Felin.*in cap. fuper litteris nu.*8.
*de refcript.*Caffad *decif.*11.*num.*14. *de præben.*Pot.*de-
cif.*181.*num.*6.*lib.*1.*& coram Illuftriffimo D.meo De-
cano decif.*328 *num* 2. *& in recent decif.*50.*num.* 26.
19 *par.*5.& quod fufficiat expreffio facta in litteris li-
cet non effet in fupplicatione, cùm ex fcientia
Officialium inducatur fcientia Papæ, ex notatis
per Innoc *in c cum dilecta verb.confcientia de refcript.*
dixit Rota *in Hifpalen.beneficiorum* 6.*Martij* 1592.
coram Cardinali Millino impreff.in 4.*part.diuerf dec.*
701 *in cent.*7.*decif in ordin.*1.*n.*6.*fol. mihi* 385.vbi al-
legat.Caffador.*decif.*2.*num.*7.*de union.*

Et in omnem euentum quatenus præfentatio
facta per Francifcum ad cuius fauorem fuit refer-
uata penfio, effet nulla, quod ex fuperius pondera-
tis dici nequit, attamen exinde non vitiarentur
præfentationes aliorum Compatronorum, qui vti
finguli præfentarunt; prout etiam in dubio præ-
fumitur iuxta *decif.* Cæf.de Graff. 1. *&* 2 *de Iure*
20 *pat.*& propterea quot Patroni tot præfentationes
dicuntur, ita vt ex vitio vnius etiam prætextu Si-
moniæ non vitientur aliæ, Garz.*de benef.part.* 8. *c.*
1.*nu.*11.12.Rot.*decif.*550.*n.*1.*par.*4. *recent. fol.*305.
fecus in præfentationibus factis à Compatronis
vti ab vniuerfis, fiue iure Collegij *c.nobis de Si-
mon.*Garz *fupra d.num.*12.

Nec Bernardio incumbit onus iuftificandi fuam
21 gratiam, cùm iam fuerit iuftificata coram Exequu-
tore literarum Apoftolicarum, qui præfumitur ritè
& rectè proceffiffe, iuxta *conf.* Panorm. 41. *num.*
2.*lib.*1. per Rotam approbat.coram Card.Seraphin.
22 *in decif.* 1125. *num.*2. Et ideò Bernardio tanquam
Reo, & poffeffori fufficit vincere per non ius Acto-
ris abfque alia proprij tituli iuftificatione, ex re-
ceptiffima conclufione, quam procedere etiam in
beneficialibus dixit Rota apud Verall.*decif.*133 *par.*
3. *& coram Illuftriffimo D. meo Decano decif.* 785.
num. 1.

Ex quibus dixerunt Domini Sanctinum non
effe inftituendum, vtraque parte informante.

Calaguritana beneficij de Ceruera.

Vener. 25. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Manutentio an fit deneganda quando de
quafi poffeffione fatis dilucidè
conftat.

SVMMARIVM.

1 *Conftito de quafi poffeffione manutentio denegari
non poteft.*
2 *Poffeffio ex pluribus in proceffu caufæ contentis pro-
batur.*
3 *Priuatio habitum præfupponit.*
4 *Ad effectum manutentionis leniores fufficiunt pro-
bationes.*
5 *Sequeftrum fub prætextu attentatorum iis non exi-
ftentibus non poteft aliquem anteriori poffeffio-
ne priuare.*
6 *Quod noftrum eft fine facto noftro à nobis auferri
non poteft.*

DECISIO CIV.

Oftquam fub die 3. Maij præteriti
refolutum fuit Ioanni Gonzales non
effe adiudicandum beneficiũ de qua
agitur, dubitaui, an Gregorio Hie-
ronymo, & Aluarez fit dandum
mandatum de manutenendo, & affirmatiuè Do-
mini refponderunt. Quia conftat de eorum quafi 1
poffeffione, quo cafu manutentio denegari non
poteft, §. *retinendæ Inftit. de Interdict.* Afflict. *de-
cif.* 394. Greg. *decif.* 458. *num.* 1. & paffim in
aliis.

Quæ quidem quafi poffeffio fatis apparere vifa
fuit ex pluribus in proceffu caufæ contentis: ibi 2
enim legitur, quod d. Ioannes contra dictos Gre-
gorium, Hieronymum, & Aluarez obtinuit fe-
queftrum, illudque in partibus exequi intauit, &
coram Iudice per Rotam deputato ad effectum ap-
ponendi fequeftrum inftitit, vt eifdem prohibe-
retur, ne beneficio vllo modo inferuirent, nec
minus vti Capellani vel directè, vel indirectè il-
lius poffeffionem continuarent, vt *in eorum fumma-
rio num.*1. ex quibus affertionibus ac aliis actibus
fubfecutis fufficienter videtur probata quafi poffef-
fio ad effectum manutentionis; nam fi inferuire
defiftere debebant, & patientiam præftare pro op-
pofitione fequeftri, neceffariò venit dicendum,
quod poffeffio penes ipfos refidebat, cùm priuatio 3
præfupponat habitum, *l. manumiffionem ff.de Inft. &
Iur.l.decem ff de verb obligat.* Rot.*decif.*802. *part.* 1.
diuerf.& *decif.* 515. *num.*2. *part.*2. *recent.* & coram
Buratto *decif.* 460. vbi Addent. *num.*17. & coram
Greg.*d decif.* 458. *num.*3. & *decif.*258. *num.* 3. vbi
etiam

4 etiam firmatur quod ad effectum manutentionis sufficiunt leuiores probationes, ex Alex. *cons.* 103. *n.* 3. *lib.* 7. & Paleott. *decis.* 21.

Non obstat prætensum sequestrum appositum de ordine Rotæ, sub prætextu quod adessent attentata, vt in decisione coram me emanata, vna tantùm parte informante, sub die 28. Aprilis 1636. quoniam in dicta vltima decisione facta sub die 5.
5 Maij anni præteriti vtraque parte informante, gustata non existentia attentatorum fuit dictum quod esset renocandum, & ideo illud tanquam Iudiciale non potuit Gregorium, & litis consortes eorum anteriori possessione priuare, ex doctrina Bart. *in l. interesse*, & ibi Aretin. *ff. de acquir possess.* Cardin. *in Clem. vnic. num.* 23. Rebuff. *de sequest gloss.* 1 *art.* 1 *num.*
6 19. quia quod nostrum est, sine facto nostro à nobis auferri non potest, vt in puncto sequestri dixit Rota *coram Illustrissimo Domino meo Decano in decis.* 478. *num.* 10.

Quod eò magis videtur dicendum in præsenti, attento bono iure dd. Gregorij, & litis consortium firmato in dicta decisione sub die 5. Maij, vbi etiam ad sufficientiam satisfit repetito obiecto facto per Ioannem pro prætensis attentatis, vt *in* §. *vltimo prope fin. vers. dixerunt Domini.*

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Florentina Fideicommissi.

Lunæ 28. Iunij 1638.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum non datur quando de læsione non constat: vbi plura de reciproca de linea ad lineam deficiente, in quo casu ius de alia linea descendentibus non competit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab non reditam pro Apostolis intra 50. dies remanet diserta*
2 *Sententia lata ob lapsum fatalium sine prorogatione in iudicatum transeunt, adeòque sunt exequenda.*
3 *De prorogatione post integrum triennium pluries decursum non est agendum.*
4 *Restitutio in integrum intra quadriennium continuum de Iure peti debet.*
5 *Læsio sine qua restitutio de Iure, in sententiis iustis & validis considerari non potest.*
6 *Iudex ordinarius vbi causam in prima instantia delegat, appellatio à Delegato ad ipsum Delegantem non ad Superiorem interponitur.*
7 *Legatus Apostolicus in Florentina Prouincia Papæ vices gerit.*
8 *Ad Legatum potest appellari à sententia lata in suo Tribunali.*
9 *Attestationi quamuis extraiudiciali deferendum est ad effectum probandi stilum in Ordinatoriis.*
10 *Solemnitas deficiens ob non transportata acta duarum antecedentium instantiarum potest vitiare sententias subsecutas licet ageretur in causa prophana.*
11 *Acta in eodem Tribunali ac in officio eiusdem Notarij perinde habentur ac si coram Iudice appellationis facta fuissent.*
12 *Tutrix pro filio attenta ipsius pupillari ætate Procuratorem constituere debet.*
13 *Assertio concurrentibus adminiculis cùm sit verisimilis, probat.*
14 *Mandatum Procuræ ex quibus adminiculis præsumitur.*
15 *Mandatum Procuræ quando præsumitur, illud emanasse præsumitur cum omnibus requisitis vt actus validus dicatur.*
16 *Sententia contra Procuratorem tanquam Dominum litis effectum ferri potest.*
17 *Procurator semper admissus, & pro tali approbatus de defectu mandati procuræ in quæstionem adduci non debet.*
18 *Sententia lata non sustinetur, quando constat tunc temporis nullam sententiam fuisse scriptam exhibitam & publicatam, nisi de stylo contrarium seruetur.*
19 *Notario in Iudicialibus, & in his quæ spectant ad eius officium fides est adhibenda.*
20 *Reciproca in quolibet stipite circa hæreditatem inducta singula singulis referendo facit, vt cuilibet decedenti proprij filij & descendentes substituti dicantur.*
21 *Testator post duos, aut tres heredes institutos substituens etiam illorum filios & descendentes in infinitum quomodo est intelligendus.*
22 *In transuersalibus Rota semper solet inclinare contra fideicommissum, & sic pro libertate bonorum.*
23 *Dispositio dum paret effectum citra multiplicationem noui fideicommissi, nouum fuisse inductum nunquam censetur.*
24 *Reciproca de linea ad lineam non inducitur, nisi expressè facta sit substitutio vltimo morienti coniecturis necessariis concurrentibus.*
25 *Dictio* cuiuslibet *omnes vocatos distributiuè & separatim comprehendit.*
26 *Dictio* cuiuslibet *idem operatur ac si facta essent plures separatæ dispositiones.*
27 *Determinatio respiciens plura determinabilia omnia æqualiter determinat.*
28 *Verba quoties ad vnum grauamen congruè possunt referri ad plura extendi non debent.*
29 *Reciproca inter primos institutos inducta descendentes ab iis ad idem onus non astringit.*
30 *Clausula* in stirpes & non in capita *quidnam includit.*
31 *Restrictio quæ in fideicommissis tanquam in materia odiosa fieri debet in qualibet linea descendentium commodissimè recipi potest.*
32 *Decisio Florentina super fideicommisso circa reciprocam in quantum extenditur.*
33 *Reciproca substitutio quomodo à variis Authoribus accipitur.*
34 *Doctores de reciproca excludenda in fortioribus terminis loquuntur.*
35 *Reciproca deficiente de linea ad lineam, descendentibus ex alia linea nullum ius restitutionis in integrum competere potest.*

DECISIO CV.

CONSTARE de re iudicata, & consequenter non esse locum restitutioni in integrum responderunt Domini: quia ad fauorem Patrum S. Mariæ Nouellæ apparet *in eorum sum. n.* 2. & 3. duas in partibus fuisse latas conformes, à

quarum

1 quarum vltima licèt fuerit per Dom nos Soderinos
appellatum, tamen ob non reditu ṅ pro Apostolis
intra triginta dies appellatio deserta remansit,
Clem. *quamuis*, & ibi Glos. *verb. videtur de appel-
lat.* Scacc. *de appellat. lib. 2. cap. 2. q. 13. num. 24.
& seqq.* Rot. *decis.* 178. *num. 2. part. 1. diuers.* &
in decis. 420. *num 2. recent.* & coram Caualer *decis.*
194. *num.* 1. & coram Greg. *decis.* 573. *num.* 1.
vbi Adden. *num.* 12. etiamsi fuerit causa commissa,
& obtẽta inhibitio vsque de anno 1625. cùm non
doceatur de eius executione nisi sub die 15. Aprilis
1636. quo casu desertio euitari non potest, & sen-
tentiæ pro Patribus latæ ob lapsum fatalium sine
2 prorogatione in iudicatum tránsitum fecerunt, *auth.
ei qui C. de tempor. appellat cap. cum sit Romana de
appellat.* Clem. *sicut*, & Clem. *si appellationem eodem
tit.* Put. *decis.* 311. *lib.* 2. in correct. Rot. *decis.*
665. *num. 2. part.* 3. & *decis.* 220. *num.* 1. *part.* 4.
& *decis.* 412. *num.* 3 *part.* 5. *recent.* ideo veniunt
exequendæ, Verall. *decis.* 330. *part.* 2. Vestr. *in
prax. lib. 8. cap. vlt. num.* 8.

Nec prorogatio validè desumi potest ex com-
missione præsentata in actis sub die 29. Aprilis an-
ni præteriti cum facultate fatalia quatenus durent,
& quatenus sint lapsa restituendi in integrum, pro-
vt de iure aduersus eorum lapsum; tum quia post
3 integrum triennium pluries decursum non est am-
plius agendum de prorogatione, Staphil. *de signat.
liter. Iustitia in rubr. fatalia quo vigor prorogen. n. 1. vers.
qua debent, fol.* 751. Marchesan. *part. 3. de commiss.
prorogat fatal. §. 1. num. 41. vers. petique*, & *n.* 88.
vers. ratio est, Scacc. *de appellat. lib. 3. cap.* 20. tum
quia d. restitutio petita fuit longè post quadrienniũ
à fine primi triennij in quo dd. sententiæ transie-
4 rant in iudicatum, & tamen de iure quælibet resti-
tutio in integrum intra quadriennium continuum
peti debet, *l. fin. C. de temp. in integr. restit. c. 1. de
restit. in integr. in 6.* & Clem. 1. *eod. tit.* Rot. *dict.
decis.* 412. *num. 4. part. 5. recent.* & in terminis
commissionis concessæ cum clausula provt de iure
aduersus lapsum fatalium firmat Dec. *cons.* 436.
num. 7. vers. 3. quia de iure cum seqq. vol. 2. tum, &
5 etiam quia dd. sententiæ sunt validæ, & iustæ, &
sic non potest in illis considerari læsio sine qua re-
stitutio de iure, *ff. de minor. l. nam postea §. si minor
ff. de iur. iur. l. si ex causa iudicati ff. de minor* Natt.
cons. 548. Honded. *cons. 34. num. 37. vol.* 2. Canal.
decis. 194 *num.* 3. Rot. *decis.* 333. *num. 1. vers. &
successiue part. 4 recent.*

Quod autem dd. sententiæ sint validæ patet ex
reuolutione actorum, & quamuis contra eos plures
opponantur nullitates, nihilominus tamen satis di-
luuntur ex responsionibus datis per informantes
pro Patribus Sanctæ Mariæ.

Prima enim ex defectu iurisdictionis eo quòd se-
cunda sententia lata fuerit per Auditorem Nuncij
Florentiæ, non obstante, quod prima fuisset lata per
Iudicem ab eodem Nuncio deputatum non releuat,
quoniam sententiæ non subscribuntur à Nuncio, &
sic ad ipsum bene potuit interponi appellatio à pri-
ma sententia lata per Iudicem ab eo delegatum:
6 vbi autem Iudex ordinarius causam delegauit in
prima instantia, appellatio interponitur à delegato
ad ipsum delegantem, & non ad superiorem, *l.* 1. vbi
Bart. *ff quis, & à quo appell.* Scacc. *de appellat. lib. 3. c.
2. q. 8. num.* 14. Abb. *in cap. dilectus 55. n. 18. de appell.*
quod eò magis procedit in Nuntio qui habet facul-
tatem adinstar Legati Apostolici; Legatus enim
7 in illa Prouincia Papæ vices gerit, Card. *in c. cum
non ignoretis n. 2. de offic. Legat.* Gundisal. *de auth. Le-
gat de later. lib. 8 q. 87. num.* 107. Scacc. *de appell. q. 7.
n. 103. vers. ratio*, & propterea ad ipsum potest appel- 8
lari à sententia lata in suomet tribunali. Ita Felin.
in c. gratum 20. num. 10. limit. 8. de offic delegat. Scacc.
de appell q. 17. limit. 2. num. 66 attento præsertim in-
neterato stylo tribunalis Nuncij Florentini, com-
mittendi causas secundæ instantiæ aliis Auditori-
bus eiusdem Tribunalis, quamuis alter Auditor pro-
nunciauerit in prima instantia, qui stylus est seruan-
dus ex cumulat. per Rot. *in decis. 217. coram Buratt.
sub num.* 2.

Et de dicto stylo satis constare visum fuit ex at-
testatione Petri Bonsij Canonici Florentini, data *in
summ. addit. Patrum S. Mariæ num.* 1. qui vti primus
Auditor sententiam tulit ad fauorem illorum de
Soderinis, idémque demonstrant acta facta coram
deputato tanquam Iudice legitimo, cui attestationi, 9
quamuis extraiudiciali deferendum est ad effectum
probandi stylum in ordinatoriis, *l. 3. § sed & diui.* vbi
Florian. & Iacob. *de testibus*, Alex. *in l. dies cautioni,
§ hoc autem, n. 26. ff. de damn. infect.* Rot. *in d decis.
217. num. 3. coram Buratto.*

Secunda nullitas desumpta ex defectu transpor-
tationis actorum duarum antecedentium instantia- 10
rum, quæ solemnitas deficiens potuisset vitiare
sententias deinde subsecutas, licet ageretur in cau-
sa prophana, ex tradit. per Felin. *in c. Ecclesia S. Ma-
ria num. 12. de constit.* Gabr. *de sentent. & re iudic.
conclus.* 9. Cassad. *decis 2. num. 10. de appellat.* pariter
cessat. Nam cùm causa agebatur in eodem Tribu-
nali, ac in officio eiusdem Notarij, vbi facta fuit
expressa repetitio eorundem actorum, vt *in d sum.
addit num.* 2. & de stylo super hac etiam testatur
idem Bonsius, necessariò sequitur dicendum, quod
acta perinde habeantur, ac si fuissent facta coram 11
Iudice appellationis, *arg. text in l. singularia, ff si
cert petat. & l. licèt, § quoties, ff. de iur. dot.* Fulgos *cons.*
195. *col. 2. vers cum itaque.* Rota Romana *Spolij Do-
mus coram Manzanedo, sub die 3. Iunij* 1634. & quod
stylus in terminis reproductionis actorum in hoc
modo in causis fori Ecclesiastici Florentini sit at-
tendendus, dixit Rota *in d. decis. 217. n. 2. coram
Buratto.*

Tertia, & quarta ex defectu citationis Lauren-
tij, seu eius legitimi Procuratoris, attenta præcipuè
ipsius Laurentij pupillari ætate, ob quam causam 12
debebat tutrix pro eo constituere Procuratorem,
cum decreto Iudicis non subsistunt; quia vltra quod
sententia esset saltem valida contra Franciscum ci-
tatum iuxta text. *in l. de vnoquoque 47. de re iudic.*
Seraph. *decis. 597. num.* 5. Rot. *decis. 561. num. 13. par.
1. recent.* cessare videtur difficultas ex comparitione
Caroli Bottarij Prouincialis constituti per matrem
Laurentij eiusque tutricem, & curatricem, cum in-
dicatione instrumenti mandati procuræ, vt *in d. sum.
addit. num.* 4. quæ assertio concurrentibus adminicu- 13
lis, cùm sit verisimilis probat, per ea quæ tradit
Crauett. *in cons. 202. num.* 48. & in terminis confes-
sionis verisimilis scribit Alex. *in cons. 18. num. 3. vol.*
3. Cuman. *cons. 31. num.* 1. Mohed. *decis. 2. de confess.*
Seraph. *decis. 487. num.* 14. Rot *decis. 362. num. 8. in
fin. par. 1. recent.*

Pro adminiculis verò adsunt enunciatio ipsius 14
mandati, admissio pro tali ab eadem parte, & nun-
quam de mandato opponente, productiones iurium,
sustentatio litis cum impensa *in d. sum addit. num.* 5.
ex quibus mandatum præsumitur. Paris. *de resignat.
lib. 10. quæst. 8. num 55. & seq.* Surd. *cons 355. num.* 23.
& 24 & Rot. sæpius & signanter *in decis. 440. num.
6 par. 2. recent.* & coram Greg. *decis.* 44. & *decis.* 324.
vbi

vbi Adden. *num. 6.* præsumendum enim non est quod Carolus voluerit idem mandatum falsò vsurpare, vt *in l. falsus creditor 44. §. falsus Procurator, ff. de furt.* Bald. *cons.14.num.1.lib.1.* Dum igitur man-
15 datum præsumitur, illud emanasse præsumitur cum omnibus solemnitatibus requisitis, vt actus dicatur validus, *l. cum in testamento, §. hac verba, ff. de hared. Instit.* & ibi Cin. & Bald. dicentes notabiliter id fingi præcessisse, quod facit actum valere, Cassad. *decis.21. de prabend.* Rota *decis. 360. num 9. part.4. recent.* & in omnem eventum semper sustineretur prima sententia, tanquam lata contra Procuratorem Dominum litis effectum, post mortem Caroli ipsius Laurentij Patris secutam sub die 1. Maij 1621. vt *in eorum summario num. 2.* & pronunciatio senten-
16 tiæ fuit sub die 14. eiusdem, vt *in dicto summario addit. num. 3.* & quod contra Procuratorem tanquam Dominum litis effectum sententia ferri possit, est text. *in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunciat. l. nulla dubitatio,* vbi Alex. *num.3. cum seqq.* & Iason. *in fin. C. de procurat.* Surd. *cons.99.num 5.* Seraphin. *decis.804.num.1.* & *decis.1188.n.* Gregor. *decis.396. num 1.* & nouissimè fuit dictum coram me *in Ravennaten. concordia sub die 5. Martij præteriti.*

Defectus mandati procuræ in persona Ansaldi comparentis pro Patribus Sanctæ Mariæ, quæ est quinta nullitas, nec etiam obstat; quia vltra quod ex sustentatione litis per duas Instantias per ipsum facta cum expensis mandatum præsumitur, vt supra fuit firmatum, corruit obiectum ex quo d. An-
17 saldus semper fuit admissus, & approbatus pro tali, vt *in summario addit. num. 6.* quod sufficit, prout aliàs tenuit Rota coram Seraphino *in decis. 1407. num.1.* & postea coram Martin. Andr. *in decis. 28. num 9.* vbi aliæ concordantes adducuntur.

Sexta nullitas desumpta ex publicatione sententiæ post lapsum septem mensium, licet haberet
18 locum de iure communi, cùm sententia lata prout in cedula non sustineatur, quando constat tunc temporis nullam sententiam fuisse scriptam, exhibitam, & publicatam, ex tradit. per Paris. *in cons. 49.num.41.lib.3.* Gratian, *di cept.418. num.9.* Rot. coram Gregor. *decis.546. num. 8.* & *in recent. decis. 252. num.2. part.1.* & *decis. 510. num.1. part.2.* tamen secus dicendum est vbi contrarium de stilo seruatur, Roman. *cons. 367. num.11.* Franc. *in l.1 de temp. appellat. num. 6.* Rot. *decis.705. num. 4. lib. 3. part 3. diuers.* qui stilus probatur ex eadem attestatione Bonsij *dicto summario addit. num.1.* ac ex observantia practicata ab eisdem de Soderinis in sententia ad eorundem fauorem lata, & pronunciata sub die 16. Martij 1620. publicata verò sub die 21. Septembris eiusdem anni, vt *in dicto summario addit. num.7.* quod ponderauit Rota *coram Buratto in decis.304. num. 3. cum sequentibus,* & *in Ianuen. pecuniaria coram Vbaldo post secundum vol.cons.* Farinac. *decis.363. num. 3. vers. tum & eo,* & facit *decis.606. num.7. coram eodem Buratto.*

Septima, & vltima nullitas ex defectu citationis ad videndum aperiri cedulam sententiæ, prætterquam quod tollitur ex eodem stilo, de quo idem Bonsius *summario addit. dict. num.1.* vbi quod etsi d. citatio omittatur, non per hoc vitiatur sententia, cessare videtur omnis scrupulus, cùm ex facto con-
19 stet præcessisse d. citationem, vt ex attestatione, quam de ea facit Notarius *dicto summario addit. n.7.* cui in Iudicialibus, & in his, quæ spectant ad eius officium fides est adhibenda, *c. quoniam,* vbi Gloss. *verb duos,* & ibi Butr. *num 35.* Bart. *in l.1. & 2. C. de ponderat. lib. 10.* Ruin. *cons.56 num.15 lib.1.* Rot. *coram* Buratt. *decis.606.n.11. & 13.* & ex his patet sententias esse validas.

Quod verò sint iustæ ostenditur ex eo, quod in illis declaratur fideicommissum proueniens ex testamento q. Laurentij Senioris non fuisse purificatum ad fauorem DD. Francisci & Laurentij Iunioris, causam habentium à Nicolao, altero ex hæredibus institutis pro portione obuenta Patribus S. Mariæ ex persona fratris Iacobi q. Ioan Francisci alterius cohæredis, qui in sæculo Philippus vocabatur, vt in arbore de qua *in summ. num. 5.* & realiter ex verbis testamenti non constat de tali fideicommisso reciproco, itavt habeat locum de linea ad lineam, sed tantùm inter descendentes vniuscuiusque.

Testator enim instituit Nicolaum, Ioan. Franciscum, & Franciscum suos ex Bernardo fratre nepotes æquis portionibus, & deinde subdit sub his verbis; *& eos, & eiuslibet eorum filios,* & descendentes masculos inuicem substituit vulgariter, & per fideicommissum in stirpes & non in capita, vt in particula testamenti *summ. Patrum num.1.* ex quibus conuincitur tres fuisse hæredes, tresque stipites, & 10 in quolibet stipite vnam reciprocam fuisse inductam singula singulis referendo, iuxta Interpretationem Gloss. *in l. quæstionem, verbo vniuersitatis,* & Angel. *num 4. C. de fideicomm.* adeò vt cuilibet eorum decedenti proprij filij, & descendentes dicantur substituti, *cap.1. in tit. de duob. fratrib. à cap inuest.* Castr *cons.434. vol.1.* Ruin. *cons.121. num 8. lib.2.* & *cons.115.num.12.* & *cons.134.num.7 lib.3.* Peregr. *de fideicomm. art.13. num.72. propè fin. vers. ideoque substitutio,* Seraphin. *decis.1023. num.4. vers. non obstat,* & in puncto imo in fortioribus terminis tenuerunt Cephal. *cons.430. num.19. in fin. vers. secundò cum plurib. seqq. vol.3.* Odd. *cons.45. à num.29. vers.3.* principaliter vsque ad fin & præcipuè *n.43. vers. ad quintum,* Peregr. *cons.37. n.9. vers. & in fideicom. vol.3.*

Siquidem quotiescunque testator duobus, aut 11 tribus hæredibus institutis, post illos substituit etiam illorum filios, & descendentes in infinitum, non dicitur inter istos reciprocam constituisse, vt liberi, & descendentes ab vno dicantur substituti descendentibus ab alio, sed vniuscuiusque liberi, & descendentes, in portionem proprij Parentis duntaxat, vt præter mox citatos tradunt in specie Alciat. *in cons.87.num.2. & 6. vers. quod autem cum seqq. lib.9.* Menoch. *cons.318.n.33. & 34.* & melius *in cons.376. num.10.29. & 41. vol.4.* Beret *cons.18.n.22. & cons.75. num.15 lib 1* Peregr. *cons.43.num.2. & 3. vers. est etiam, vol.2.* & *cons.30.num 2. & 3.* & *cons.37.num.9.* & Rot. *decis.145.n.5.* & *316.n.4 par.1. recent.*

Quæ conclusio eò facilius est in præsenti casu amplectenda, cùm versemur non in descendenti- 12 bus, sed in transuersalibus, quo casu Rota solet semper inclinare contra fideicommissum, & sic pro libertate bonorum, Mantic. *de coniectur. lib.7. tit.5. num.17.* Rot. *dict. decis.316. num.4. part.1. recent.* materia namque fideicommissi est odiosa, & propterea dum dispositio potest patere effectum citra mul- 13 tiplicationem noui fideicommissi, nunquam censetur nouum fuisse inductum, *l. cum Pater, § vltim. ff de legat.3.* Fusar. *quæst.475. num.7.* & *cons.17. n.34.* Rot. *decis.466. num.3. part.4. diuers.* & coram Seraph. *à decis.1023. n.5.*

Vnde cùm in casu de quo agitur dispositio possit patere effectum fideicommissi, nedum successiui, sed etiam reciproci in eadem linea, non debet inducere fideicommissum inter diuersas lineas, & eò minus 14 reciproca de linea ad lineam non inducitur, nisi expressè dictum sit, vel sit facta substitutio vltimo

morienti concurrentibus coniecturis necessariis, relatis per Mantic. *de coniect lib. 6. tit 5. n. 15* Peregr. *de fideicom. d. art. 13. n. 73.* & *conf. 30. n. 5* & *conf. 37. n. 8. lib. 3.* Fusar *d. conf. 17 n. 15. 19. & 26.* Odd. *conf. 45. n. 91.* Seraph. *d. decis. 1013 n. 6.* ponderata præsertim
25 dictione illa *cuiuslibet*, cuius natura est omnes vocatos comprehendere distributiuè, & separatim, Bart. *in l. non distinguemus 37. § cum in pluries, ff de arbitr.* Roland. *conf. 70. n. 44 lib. 3.* Alex. *conf. 175. num. 1.*
26 *lib. 5.* qui sub *n. 2.* dicit quod idem operatur hoc distributiuum, ac si essent factæ plures separatæ dispositiones, Paris. *conf. 49. n. 3. & 5. lib. 1.* Bertaz. *clauf. 12. gloss. 2. n. 1.* itavt tribuat in solidum personis nominatis, sed distributiue, Butr *conf. 16. n. 2.*

Non obstat quod illa dictio ad inuicem sit in fine orationis polita, ideóque ficut importat reciprocam inter descendentes vniuscuiusque lineæ, eundem effectum operari debeat inter lineam, &
27 alteram, ex regula, quod vna determinatio respiciés plura determinabilia, omnia æqualiter determinet:
28 Quia quotiescumque verba possunt congruè referri ad vnum grauamen, non debent extendi ad plura, Peregrin. *de fideicom. d. art. 13. n. 31. prope fin.* Se-
29 raph. *d. decis. 1023. n 4. 5. 6. & 7.* Ex quo igitur fuerit inducta reciproca inter primos institutos, non tamen sequitur, quod descendentes ab eis sint eodem onere grauati, possunt enim intelligi inuicem substituti descendentes Nicolai in portione Nicolai, descendentes Io. Francisci in portione Io. Francisci, & descendentes Francisci in portione Francisci, ita eleganter Menoch. *in d. conf 982. n. 4.* & Fusar. *conf. 1 per tot.* & hoc importat dicta dictio *cuiuslibet* ex superius allegatis.

30 Nec obstat clausula *in stirpes, & non in capita*, quoniam illa potius videtur apposita ad dirimendam quæstionem, an scilicet ad hæreditatem Patrui debet succedi in stirpes, & non in capita secundùm diuersas DD. sententias, vt firmatur *in Bononien. de Bentiuolis 5. Maij 1621. coram Illustriss. D meo Decano*, & sic intelligi debeat, in qualibet linea fieri quidem poterat, quod Nicolaus superstitem reliquisset vnum filium, & tres nepotes ex altero filio, & tunc rectè applicabatur distributio in stirpes, & non in capita, Fusar. *in d. conf. 3. n. 4. cum seq.*

His itaque firmatis non aduersantur Bart. *decis. 9.* & Seraph *decis. 934.* cùm loquantur in diuersis terminis: Testator enim ibi vocauerat primos hæredes, & eorum filios, & descendentes, & quemlibet eorum deinde substituerat, & sic tota hæreditas erat peruentura ad vnum ex nominatis. Vnde nil mirum si inducebatur reciproca, peruenire namque ad vnum haud poterat hæreditas nisi inter illos reciproca adesset. & ibi iura non solùm erant apta inducere reciprocam de vna linea ad aliam, sed de necessitate verba cogebant interpretari, vt reciproca fuisset inducta de vna linea ad aliam,
31 quæ coactio in præsenti non datur, cùm commodissimè in qualibet linea possint recipere illam restrictionem, quæ in fideicommissis tanquam in materia odiosa fieri debet, ex latè tradit per Houded. *conf. 2. num. 25. & seqq.* & *conf. 8. num. 4. lib. 1.* Rot coram Seraph. *d. decis. 1023. num 2.* & *decis. 596. num. 4. part. 1. recent.*

32 Provt nihil facit decisio Florentina facta super hoc eodem fideicommisso, quia ex doctr. ibi allegat. vt patet ex eius lectura, firmatur tantùm adesse reciprocam inter filios, & descendentes Nicolai vnius ex tribus institutis; ad exclusionem creditorum Bernardi filij dicti Nicolai, & ideo non applicatur, cùm hodie non controuertatur reciproca in qualibet linea, sed de linea ad lineam.

Nec releuant Curt. Iun. *conf. 10 num 5.* Socin. Iun Gabr. *conf. 78. n. 25. lib. 3. conf. 110. n. 17. lib. 1.* Eugen *conf. 21 num. 19. lib. 2.* Decian. *conf. 41. n. 3. lib. 1.* Menoch *conf. 39 num. 23* Fusar *d. quæst. 475 num. 38. & 41.* quod dicebatur ferè in terminis verborum institutionis de qua agitur, consuluisse contrarium

Quoniam à primo vsque ad vltimum non susti- 33
nent reciprocam ex sola vocatione descensiua, & actiua, sed adiuncto aliquo signo, & coniectura voluntatis testatoris, quod scilicet vltimus vocatus habere deberet totam hæreditatem, itavt id aliter contingere non posset, quàm per repetitam reciprocam inter filios filiorum directæ lineæ, provt singulis sigillatim respondet Fusar. *in d. conf. 3. à n. 9. vsque ad fin.* Ita Curt. se declarat in *vers. 2.* principaliter ibi, reciprocam saltem esse causatam ex aliis subsequentibus verbis testatoris, in quantum post mortem omnium Institutorum substituit fœminas in tertia parte hæreditatis, & alias personas in duabus tertiis. Socin *num 28.* fatetur habitam fuisse rationem agnationis conseruandæ. Gabr *sub num. 20.* refert, in casu suo continere alia verba, ita quod hæreditas, & bona ipsius testatoris continuè, & perpetuò perueniant gradatim de vno ad alium descendentes ex dictis suis nepotibus, & sic de aliis, qui non simpliciter sustinent opinionem reciprocæ substitutionis ex verbis ad inuicem sub vnico verbo substituit, provt Eugenius *in d. conf. 25. sub num. 19.* sed quia ex aliis verbis importantibus necessarium implendi voluntatem testatoris, concludunt pro reciproca de linea ad lineam, quæ cùm deficiant in casu de quo agitur, meritò responsum fuit reciprocam non adesse de linea ad lineam, sed tantumdem inter descendentes vniuscuiusque lineæ.

Maximè quia DD. supra citati pro excludenda 34
reciproca loquuntur in fortioribus terminis. Nam Oddus loquitur in casu in quo testator dixerat eos, & quemlibet eorum ad inuicem, & vicissim, & cuiuslibet eorum hæredes, & successores substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Menoch. *in dict. conf 982.* loquitur de dispositione sic concepta; filios, & descendentes vsque in Infinitum masculos ad inuicem reciprocè vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit omni meliori modo, &c. & Fusar. *in dict. conf. 30.* loquitur de verbis in quibus Fratres, & eorum liberi & descendentes fuerant inuicem substituti.

Ex quibus censuerunt DD. in casu controuer- 35
so reciprocam deficere de linea ad lineam, & sic nullum ius competere DD. Francisco, & Laurentio de Soderinis descendentibus de linea Nicolai instituti, super bonis possessis per Patres sanctæ Mariæ Nouellæ, ex persona Fratris Iacobi descendentis de linea Francisci senioris alterius instituti, & consequenter non constare de læsione sine qua non datur restitutio in integrum, & propterea sententias ad fauorem Patrum prolatas, ac in iudicatum transactas esse validas & iustas.

Vtraque parte informante, &c.

Corduben.

Corduben. Decimarum de Lucena.

Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

De Remissoria deneganda vrgentissima suspicione calumniæ ac articulorum irreuelantia stante.

Vide suprà *Decis.* 97.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur vrgentissima suspicione calumnia ac irreuelantia articulorum attenta.*
2 *Suspicio calumnia quomodo probatur.*
3 *Articuli ad euertenda fundamenta decisionum causa concepti potius imaginarij quàm probabiles reputantur.*
4 *Regula licet qualibet de per se non iuuat attamen simul iuncta valent.*
5 *Lucena oppidum per Ferdinandum III. cognomento el santo Regem Castella à Mauris recuperata fuit.*
6 *Lucena à Ferdinãdo III. Ecclesia Cordubensi donata.*
7 *Priuilegium donationis Lucena in Archiuio Ecclesia Cordubensis seruatur.*
8 *Prouincia Batica & tota fere Hispania quo tempore per Saracenos fuerunt occupata.*
9 *Lucena nunquam pluries fuit deperdita nec nisi per Ferdinandum III. recuperata.*
10 *Historicis cùm standum est obiectum in contrarium inane & impossibile redditur.*
11 *Titulus immemorabilis cum fama priuilegij inclusiue titulum infeudationis tanquã contrarium excludit.*
12 *Allegãti immemorabilem cum fama priuilegij ad pratensam infeudationem connolare non licet.*
13 *Decima à Laico vigore immemorabilis cum fama priuilegij possessa & decima iure feudi possessa quomodo distinguuntur.*
14 *Probatio vnius est exclusio alterius.*
15 *Decimator quilibet Vicarius pro eorum mercede & congrua ex Iuris dispositione soluere tenetur.*
16 *Decima egentium sunt tributa.*
17 *Altari qui seruit de altari viuere debet.*

DECISIO CVI.

1 Pro denegatione remissoriæ fuit responsum, attenta vrgentissima suspicione calumniæ, ac irreleuantia articulorum. *l. ad probationem C. de probat.* Cassad. *decis.* 3. *num.* 1. *vers. qua remissio, de dilat.* Greg. *dec.* 356. *num.* 1. Caual *dec.* 265. *num.* 1. Suspicio calumniæ videtur potens ex eo
2 quod remissoria poterat peti tot annorum spatio, quo lis huiusmodi perdurauit, & tamen eam peterè fuit dilatum vsque ad tertiam instantiam, in vltimisque audiẽtiis pro impediẽda causæ expeditione: quo caso Rota passim consueuit remissoriam denegare, vt *in decis.* 322. *lib.* 3. *diuers.* & coram Canal. *decis.* 87. *num.* 1. & 208. *num.* 4. Buratt. *decis.* 551. *num.*
3 19. quæ suspicio augetur ex conceptione articulorum facta ad euertenda fundamenta decisionum causæ. Tunc igitur potius imaginarij, quàm probabiles articuli reputantur, Rot. coram Greg. *dec.* 211. *num.* 5. ibique Adden. & inter recen. *decis.* 250. *num.* 3. & 325. *num.* 21. & 22. *par.* 5. & coram Seraph. *dec.* 1460. *num.* 1. Maximè quia in partibus ad instantiam Excellentissimi D. Ducis de Cordona fuerunt examinati vltra centum Testes, qui nihil probarunt super prætensa infeudatione; ad not. per Ang. *in l. de die* §. *iubetur num.* 2. *ff. qui satisd. cogan.* Afflict. *decis.* 137. *num.* 4. Caputaq. *decis.* 63. *part.* 3. & tamen præsumitur fuisse examinatos testes melius informatos, & meliorem probationem factam, quæ fieri potuerit. Aym *cons.* 134. *nu.* 3. Rot. coram Greg. *dec.* 414. *num.* 1. & inter recen. *dec.* 491. *num.* 2. *par.* 2. & *decis.* 146. *num.* 3. *part.* 5. quæ regulæ, licet quælibet de per se forsan non iuuaret, attamen simul 4
iunctæ nulli dubium est quin sufficiant pro denegatione remissoriæ: vulgare enim est, quod quæ non prosunt singula, simul iuncta iuuant.

Irreleuantia verò nullo modo velari potest, quia articulatur concessionem feudalem decimarum, de quibus agitur, fuisse factam ad fauorem DD Oppidi de Lucena antecessorum D. Ducis ob expulsionem Maurorum ante Conc. Lateranẽse, vt *in eius Sum. n.* 4. & nihilominus contrarium constat ex adductis in vltima decis. causæ coram me emanata sub die 29. Maij præteriti sub *n.* 11. Nam siuè prohibitio infeudãdi fuerit facta in Concilio Lateranensi sub Alexãdro III. de anno 1179. siue sub Vrbano II. in Conc. Turonico, quod fuit de anno 1096. & sic per 83. annos ante Concil. Lateranẽse, vt per Balboa *in lib.* 1. *decretal. tit. de prascript c. causam* 7. *n.* 14. 19. & 24. Rebuff. *in tr. de decim q.* 10. *n.* 23. semper erit verũ quod D. Dux hanc infeudationem habere non potuerit.

Siquidem de anno 1240. Lucena, de cuius deci- 5
mis agitur, recuperata fuit à Mauris per Ferdinandum III. cognomento el Santo Regem Castellæ, vt testantur Historici, & præcipuè Mariana *de reb. Hispan lib.* 13. *c.* 1. Stephan. Garibay *lib.* 13. *c.* 2. *num.* 35. & 36. D. Roderic. Ximenez Archiep. Toletan. & Primas Hispaniarum *in Hispan. Illustrat. tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 17. *fol.* 146. & 147. Paulus Bombin. *in Breuiar. rer. Hispaniar lib.* 7. *fol.* 126. à quo postea ead. Luce- 6
na donata fuit Ecclesiæ Cordubensi, vt desumitur ex *d. Roderic. d. lib.* 9. *cap.* 17. & notant Gundisaluus Millan. *in vita eiusdẽ Reg Ferdinãdi fol.* 248. Petr. de Medina *de reb. memorab. Hispan. fol.* 48. Didac Perez de Messa *de reb. mirabil in addit. ad Petr. de Medin. fol.* 181. & Bernard. Alderete Canonicatus Corduben *lib.* 3. *de origin ling. Hispan. c.* 5. *in fin.* qui etiam testatur, priuilegium donationis d. Lucenæ seruari 7
in Archiuio eiusdem Ecclesiæ Cordubensis, per quam Ecclesiam fuit postea Lucena permutata cum antecessoribus D. Ducis de Cardona, vt ex eodem Alderete *loco supra citat.* Quamobrem vndique patet quod prohibitio infeudationis fuit ante recuperatam Lucenam à Mauris, & antequam fuisset Lucena acquisita ab antecessoribus D. Ducis: & sic penitus irreleuans detegitur materia articulata.

Nec dicatur quod antecessores D. Ducis potuerint acquirere titulum huiusmodi infeudationis vel durante Maurorum tyrannide, vel post expulsos prima vice Mauros ante Concil. Lateranense, qui postea iterum regiones illas occupauerint. Quoniã 8
certum est quod Prouincia Bætica, vbi sita est Lucena, & tota ferè Hispania fuerunt per Saracenos occupatæ de annis 713. 714. & 715. teste eod. Marian. *de reb. Hispan. lib.* 6. *c.* 22. 23. & 24. & scribit d. Roderic. Episcop. Toletan *in Hispan. Illustrat tit. de reb Hispan. lib.* 3. *c.* 19. 10. 21. 22. & 23. & nunquam 9
legitur quod Lucena fuerit pluries deperdita, nec recuperata nisi per d. Ferdinandum III. de anno 1240. Marian. *de reb. Hispan. d. lib.* 13. *cap.* 1. cum Steph de Garibay, & aliis sup. allegat. *in num.* 5.

Vnde cùm Historicis prædictis standum sit, text. est 10

in l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor. Bart. *in l. 1. num. 22. ff. si cert. petat.* Felin. *in c. ex parte il primo num. 49. vers. alia scriptura, de rescript. & c. inter dilectos n. 12. de fid. instrum.* ac in terminis loquens de Mariana, & Stephano de Garibay, adest decisio celebris *Cæsaraugustanæ Cathedralitatis corã Illustr. D. meo Decano impress. inter recen.* 353. vbi *sub n. 12.* ibi; *& præcipuè Mariana, & de Garibay sub n. 22 post Gundisaluum. de Illescas* ibi; *Stephanus de Garibay in cõpendio Histor. Hisp.* inane, & vt ita dicã, impossibile redditur obiectum.

Præterea ex testibus in effrænato numero per D.
11 Ducem in partibus examinatis remansit tantũ probata immemorabilis cum fama priuilegij, ex cuius tituli inclusione in consequentiam venit exclusio alterius infeudationis, tanquam inter se contrarij, Bellamer. *decis.* 287. Greg. *dec.* 353. vbi Adden *n.* 19. & ideò Duci, qui immemorabilem duntaxat cũ fa-
12 ma priuilegij allegauit, non licet hodie ad prætensã infeudationem conuolare, Caputaq. *decis. 28. p. 1. & decis. 304. p. 3.* Rot. *decis. 285. n. 4. part. 2. recent.* & eò minus cùm non doceatur de aliqua recognitione feudali, provt requiritur, ex allegat. *in vlt. decis. causa sub d. num.* 11

Quod autem isti tituli sint inter se cõtrarij, patet.
13 Etenim vt in vltima decisione firmatur sob *n. 12.* quãdo decimæ possidentur à Laico vigore immemorabilis cũ fama priuilegij, tunc liberæ, & tãquam allodiales ipsius Laici reputantur: quando verò possidétur iure feudi, tũc dominium directum remanet penes Ecclesiam, & dominium vtile transfertur in Laicũ. Berous *conf. 21. n. 1. vol.* 5. insimul igitur hæc duo
14 stare nequeunt, ex *vulgat. regul.* quod probatio vnius est exclusio alterios.

Nec obstant nonnullæ solutiones quarundã portionum tritici, & pecuniarum factæ à D. Duce aliquibus Vicariis, aliisque inseruientibus Ecclesiæ, quæ prætenduntur intelligi debere factæ pro recognitione feudali. Quia depositiones duorũ testium ad hunc effectum datæ *in sum. D. Ducis n. 5.* nõ probant solutiones prædictas cum hac qualitate recognitionis feudalis, sed solum quod antecessores dd. Ducis fundarunt, & dotarũt istas Ecclesias, & quod in concessione earundem decimarum habuerũt annexum hoc onus soluendi Curatis eam quantitatem. Hinc igitur propterea non concluditur recognitio feudalis, sed potius dici debet, quod solutio-
15 nes prædictæ fuerint factæ eisdem Vicariis pro eorum mercede, & congrua, sicut ex iuris dispositione quilibet decimator tenetur, ex tradit. per Rebuff. *de congr. port. n.* 47. & dixit Rot. apud Cas. de Grass. *decis. 6. de præben. n.* 9. & coram Greg. *dec. 397. num.* 1. &
16 ratio est, quia decimæ sunt tributa egentium. *c. re-*
17 *uertimini 16. q. 1.* & qui altari seruit, de altari viuere debet. *c. cum secundum de præben.*

Ex quibus, ac ex aliis latè congestis in decisionibus in hac causa factis, dixerunt Domini remissoriam esse denegandã, vtraque parte informante, &c.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1638.

ARGVMENTVM.

Executio primæ sententiæ retardari non debet eius validitate & iustitia attenta.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex reuolutione actorum resultat, vbi omnia adesse requisita apparet.*

2 *Tutrix super re obscura & dubia pupilli validè de Iure transigere potest.*

Maximè Iudicis decreto cum aliis solemnitatibus statutariis concurrente. ibid.

3 *Instrumenta publica transactionum probationem probatam, & veritatem faciunt manifestam.*

4 *Transactiones omnes habent vim rei iudicatæ, & executionem paratam, ita vt transigentes pro contentis in eis ad obseruantiam executiuè possint compelli.*

5 *Iustitia & validitate primæ sententiæ stante secunda est reuocanda, nec Iudex pronunciare poterat in illius executione esse supersedendam.*

6 *Dictiones* dicta & supradicta *in Instrumento apposita in indiuiduo superius expressa de sui natura repetunt.*

DECISIO CVII.

VÆ fuerunt in partibus prolatæ sententiæ in casu de quo agitur; Altera ad fauorem Andreæ cessionarij Ioannis in qua Prouincia tum fuit, esse dandam executionem Instrumentis factis inter Bartholomeum debitorẽ, & Ioãnem cedentem; & altera ad fauorem dicti Bartholómei, in qua dictum fuit suspendendam esse executionem primæ sententiæ, eo quia dictus Ioannes possidebat quoddam petium terræ dicti Bartholomei *detto le Crete*, quòd eidem restituere tenebatur: vnde causa ad Rotam deuoluta, & mihi commissa dubitaui; quænam sententia sit confirmanda, & Domini pro confirmatione primæ responderunt, attenta eius validitate, & Iustitia.

Validitas resultat ex reuolutione actorum vbi 1
apparet adesse omnia requisita relata *in vulg. decis.* Caputaq. 261. *num. 1. part...* Iustitia verò probatur ex publicis Instrumentis transactionum factis inter dd. Ioannem, & Bartholomeum, in quibus idem Bartholomeus, siue Barbara eius Mater, & Tutrix illius nomine se obligauit soluere eidem Ioanni libras 7502. in paghis faciendis sub diuersis temporibus, vt *in summario num. 1. & 2.* quæ obligatio per tutricem facta in transactione inita super re litigiosa, & dubia, vt patet ex lectura dd. Instrumentorum, optimè sustinetur, cùm Tutrix validè de Iure transigere pos- 2
sit super re obscura, & dubia pupilli, *l. Lucius Titius l. 2. §. fin.* & ibi Gloss. *verb. diminuendæ causa, ff. de adminicul. & pericul. Tutor. l. pactum Curatoris 22.* & ibi Gloss. *C. de pact.* Bald. *in l. Præses num. 5. cum seqq. C. de transactionibus*, concurrente provt hìc Iudicis decreto, aliisque adhibitis solemnitatibus statutariis, iuxta dispositionem *text. in l. non solum, C. de præd. & aliis rebus minor.* Gloss. *in l. 1. C. si aduers. transact.* Paris. *cons. 99. num. 35. cum seqq. lib. 1.* bene Gaill *pract. obseruat. obseruat. 72. per totum*, & signanter *sub num. 1. 2. & 3.*

Vnde cùm ex prædictis publicis instrumentis 3
transactionum oriatur probatio probata, & veritas manifesta, Bald. *in l. quoties in fin. C. de ind.* Dec. *cons. 36. num. 2.* latissimè Tiraq. *de retract. lignag. §. 2.*

§. 2. *gloss. 1. num. 20. cum seqq.* iustè fecit Iudex, dum pronunciauit eis dandam esse executionem, vt *in*
4 *dicto summario num. 4.* Quia transactiones omnes regulariter sunt seruandæ, habéntque vim rei iudicatæ, & executionem paratam, adeò vt transigentes pro contentis in eis ad obseruantiam executiuè compelli possint, *l. non minorem, C. de transact.* Cranett. *cons. 685. num. 27. vers. simili modo*, Gratian. *discept. 665. num. 11.* Duran. *decis. 218 num. 5. cum seqq.* Caual. *decis. 23. in fin.* & inter recent, *decis. 402. n. 3. part. 5. recent.*

Secundam autem sententiam existimarunt Do-
5 mini esse reuocandam, quoniam stante validitate, & iustitia primæ, vt supra fuit ostensum, non poterat Iudex pronunciare esse supersedendum in illius executione, sed partes ipsius erant dictam sententiam confirmare, non obstante obiecto desumpto ex eo, quod Ioannes possideret dictum petium terræ *detto le Crete*, quod eidem Bartholomæo restituere tenebatur, quasi quod donec constaret de restitutione d. petij terræ esset suspendenda executio, vt *in d. summ. num. 6.*

Quia vltra quod dictum petium terræ *delle Crete* non reperitur descriptum, nec nominatum inter bona subiecta prætenso fideicommisso maiorum dicti Bartholomei, quæ Ioannes restituere tenebatur, prout in effectu restituit, vt patet ex instrumento dato *in d. summ. num. 2.* vbi nomina bonorum fideicommissariorum expressa fuerunt, & nulla fit mentio de dicto *delle Crete*, cessat penitus difficultas ex datis *in eodem summ. num. 8.* vbi legitur instrumentum venditionis factum à Ioanne Baptista Patre d. Bartholomei de hoc petio terræ ad fauorem d. Ioannis, cum assertione, quod illud spectabat ad d. Ioannem Baptistam venditorem ex iustis & legitimis titulis, nulla facta mentione alicuius fideicommissi, & sic cùm omnia bona fideicommissaria expressa in transactione fuerint restituta, vt colligitur ex *d. Instrumento dicto summario, num. 2.* ibi dimisit, & relaxauit dicta, & supradicta bona, &c. pon-
6 deratis illis dictionibus, *dicta & supradicta*, quæ in indiuiduo superius expressa repetunt de sui natura, Hond. *cons. 60. num. 5. & seq.* & *cons. 72. num. 24. lib. 4.* Marescott. *var. resolut. cap. 57. num. 7. lib. 1.* Rot. *decis. 713. num. 2. & 3. part. 1. diuers.* non erat alia facienda restitutio, & consequenter executio primæ sententiæ retardari non debebat.

Et sic decisum vna tantùm parte informante, &c.

Romana Domus.

Vener. 12. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem domus de qua agitur nepti ab intestato succedenti est concedenda, non obstante odio prætenso ad exclusionem eiusdem à Testamento sufficienti pro parte adducto: vbi plura de Testamento caducato & legato ad merum vsumfructum restricto.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum per prædecessum hæredis remanet caducatum.*

2 *Testamentum nouum à priori caducato non condens ab intestato decedere voluisse censetur.*

3 *Prohibitio facta in casu testamentaria successionis non censetur repetita in casu successionis ab intestato.*

4 *Testamentum caducatum à substitutione vulgari vires assumit.*

5 *Testatoris verba dum sunt clara & expressè de vsufructu loquuntur, quæstio voluntatis non est admittenda.*

6 *Testatrice per modum dispositionis particularis ante institutionem hæredis procedente, legatario vel fideicommissario non accrescit tota hæreditas, etiamsi nullus hæres adsit, vel per prædecessum defecerit.*

7 *Legatarij rei particularis omni reali disiunctione respectu hæredis vniuersalis distincti dicuntur.*

8 *Verba*, à nemine posse expelli, aut alio quouis modo super illa (*sc. hæreditate*) molestari, *quomodo sunt intelligenda.*

9 *Communione cessante ex qua solent oriri discordia cessat etiam occasio vsufructu animi molestandi.*

10 *Obseruantia subsecuta & acquiescens decisioni Rotali super legato vsusfructus simpliciter debito, factum ita se habuisse ab initio quatenus esset dubium, declarat.*

11 *Testis vnicus (præcipuè in materia odiosa) nullum facit probationis gradum.*

12 *Testatrix ab intestato decedere volens odiúmque si quod habuisset nepotibus remisisse quomodo probatur.*

13 *Decedens receptis prius Confessionis, & Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentis, odium prætensum remisisse facilius censetur.*

Maximè quando odium ex leui causa procedit. ibid.

14 *Legatum ad merum vsumfructum restrictum morte finitur.*

15 *Immissio in possessionem ex interdicto quorum bonorum quandonam est concedenda.*

DECISIO CVIII.

ETENTI Franciscæ Christianæ coram A. C. immissionem super Domo, & bonis de qua agitur, vti nepti succedenti ab intestato Tulliæ de Fabianis, se opposuerunt DD. Franciscus, & Iosephus de Bacciotis hæredes quondam Turrini Bacciotti, cui d. Tullia ex testamento reliquerat vsumfructum dictæ Domus & bonorum, prætendentes sub dicto legato fuisse comprehensam etiam Domus proprietatem, vel in omnem euentum Franciscam vnà cum aliis de Christianis fuisse propter odium exclusos in dicto testamento Tulliæ, & ideo ei immissionem non competere, & consequenter ipsis DD. de Bacciottis tanquam Reis, & posterioribus, sufficeret vincere per non ius actoris. His tamē non obstātibus, cùm fuerit pro immissione ad fauorem Franciscæ prolata sententia, & causa per appellationem ad Rotam deuoluta, dubitaui, an testamentum Tulliæ obstaret Franciscæ, itavt illi esset deneganda immissio, & Domini testamentum non obstare, & proinde immissionem dandam esse responderunt.

Ratio resolutionis fuit, quia per prædecessum Pantasileæ hæredis institutæ in dicto testamento, idem testamentum caducatum remansit, *l. si nemo 9.* 1

ff.de testam.tut l.eam quam C.de fideico n & ideo cùm
in eo nulli legantur substituti, & postmodum non
2 appareat quod d. Tullia nouum condiderit testa-
mentum prout potuisset, procul dubio censetur de-
cedere voluisse ab intestato, *l.1. § cum autem C. de
caduc. tollen.§.1.Instit qu.b.mod.testam infirment.*

Non obstat quod Tullia in dicto suo testamento
reliquerit d.Franciscæ Iulios quinque, cum prohi-
bitione, quod in bonis & hæreditate ipsius nil aliud
petere, vel quauis causa & occasione prætendere
posset, *summ. illorum de Bacciottis n.3.* quoniam talis
3 prohibitio tanquam facta in casu testamentariæ suc-
cessionis, non censetur repetita in causa succcessio-
nis ab intestato: ita in specie ex *l. Paulo Callimaco
§.1. de legatis* 1. & ex Bart. *in l. quoties §.si duo n.2.*
consuluit Gabr. *in cons.129. num.9 vol. 2.* referens
Corn. *cons.118. num.14. vol.2.* & dixit Rota in hac
eadem causa sub die 10. Ianuarij 1610. coram bon.
memor. Scleuecien.

Prout non valet dicere Turinū fuisse substitutum
per vulgatem Pantasileæ, quæ prædecessit testatri-
ci, & propterea testamentum caducatum vires as-
4 sumat à substitutione vulgari, & Turinus ex substi-
tuto euaserit institutus, iuxta dispositionem, *l.vnic.§.
pro secundo*, vbi Glos. *in verb substitutus C. de caduc.
tollen* Bart. *in l.1. num.18.* siue primus sit exclusus *ff.
de vulgar.*

Quia contrarium probatur ex expressis verbis
testatricis ibi: *quo ipse D. Turinus superuiueret infra-
scripta eius haredi, tunc, & eo casu ei reliquit vsum-
fructum domus, in qua ipsa testatrix inhabitat*: & sic
5 patet, quod conclusio non applicatur; dum enim
verba Testatoris sunt clara, & expresse loquuntur
de vsufructu, non est admittenda voluntatis quæstio,
per *text. ille, aut ille 25. §. cum in verbis* vbi Glos.
& DD *ff de legat.3.l.non aliter 69.ff eodem*, & facit. *l.
voluntatis 7.* vbi Glos. *verb Iudicij C.de fideicomm.* ma-
ximè cùm Testatrix processerit per modum disposi-
6 tionis particularis ante institutionem hæredis, relin-
quendo Turino inter legata vsumfructum Domus
de qua agitur, quo casu Legatario, vel fideicommis-
sario non accrescit tota hæreditas, etiamsi nullus
hæres adsit, vel per prædecessum defecerit, Barb. *in
l.ex facto 35.num.2.ff de hared.instit.* & *in §. quartam
n.7.Instit.de inoff.* Bald. *in auth, nouissima n.2.C.de inoff.
testam.* Ruin. *cons.190.n.6.vol.2.* Crauett. *cons.856.n.
17.* Peregr. *de fideicom.art.34. num.55.vers. ratio*, latè
Bellon. *de Iur accrescen.c.7.q.11.n.1.cum seqq.* Et ra-
tio est, quia Legatarij rei particularis dicuntur omni
7 reali disiunctione disiuncti respectu hæredis vni-
uersalis: ita Rota sequens doctrinam Rip. *in l. re
coniuncti n.72.de Legat 3.in Cesenaten.hareditatis* 19.
Decembris 1631. *coram* R.P. *Domino meo Pirouano.*

Nec vlla vis fieri potest in verbis sequentibus
ibi: *à qua voluit à nemine eum posse expelli, aut alio
8 quouis modo super illa molestari*, nam vltra quod ea
intelligenda sunt ipso Legatario viuente, vt per
Menoch. *cons.1167.n.3. in fin. vol. 12.* potius retor-
quentur, & ostendunt testatricem intellexisse de
mero vsufructu, licèt de eo in legato nullam fecis-
set mentionem, siquidem si relinquebatur proprie-
tas cum vsufructu, non erat opus alia prohibitione,
9 quia cessante communione ex qua solent oriri dis-
cordiæ, *l.cum Pater §.dulcissimis de legat.2.l.final.§.
in re communi, ff.de ser. vrban. prad.* & *l. qui neque §.
final ff. de reb. eorum*, cessat etiam occasio vsufructu
animi molestandi, Dec. *cons.178. n.5.* Cephal. *cons.
37.n.33.vol.1.* Menoch. *d.cons.1167.n.1. & 2.* & *pra-
sumpt.134 n.17.lib.4.* Idque optimè agnouit Legata-
rius, dum egit pro consequutione Legati, & acquie-
uit decisioni Rotali, vbi firmatum extitit ei deberi 10
simpliciter legatum vsusfructus, quæ obseruantia
subsequuta bene declarat factum ita se habuisse ab
initio quatenus esset dubium, *l. quadam de reb dub.*
Bart. *cons.19.n.6.* Aymon. *cons.101.n.3.* & esset atten-
denda, vt in materia reuocationis testamenti, dixit
Rot. coram Papa Greg. XV. *decis.446.n.13.*

Minus releuat prætensum odium consideratum
in d. Tullia testatrice contra Franciscam, & alios de
Christianis, quod probare conantur testes pro Bac-
ciottis dati *in eorum sum.n.6.& 7.* Quia re vera Do-
minis visum fuit ex dd. testibus prætensum odium
non probari, itavt Testatrix illius causa volue-
rit Franciscam, & sorores sua hæreditate priuare;
non enim deponunt de aliqua causa odij capitalis,
imò fatentur quod illi de Christianis ipsius Testa-
tricis domum frequentabant, & occurrētes per viam
inuicem loquebantur; & licet secundus testis *d. sum.
n.7.* asserat, quod illi de Christianis obloquebātur de
honestate Testatricis, tamen cùm sit vnicus nullum 11
facit probationis gradum, *c.licet c.veniens*, & *cap.Iur-
iurandi de testibus.*

Vnde dum adest alia causa ad quam exclusio re-
ferri potest, quæ est existentia Pantasileæ sororis
Testatricis, & sic vti proximioris magis dilectæ, ve-
nit dicendum quod prædicta exclusio procederet,
viuente d. Pantasilea hærede instituta, non autē sim-
pliciter, & absolutè, etiam in casu, quo illa præde-
cessisset. Idque confirmatur ex eo quod Testatrix
superuixit Pantasileæ per integrum fere annum,
vt apparet ex fide obitus vtriusque dat. *in sum Fran-
cisca n.2. & 3.* quo medio tempore si voluisset illos
de Christianis excludere, faciliter potuisset aliud
condere testamentum; quod cùm non fuerit, si- 12
gnum est euidens voluisse ab intestato decedere, &
quod eius nepotes vti proximiores succederent,
odiumque si quod habuisset illis remisisse censetur;
ita in puncto notant *in l. fratres 27. C. de inoffic.
testam.* Bart. *n.6.* Bald. *n.11.* Iason. *n.9.* Peregr. *de Iure
Fisci lib.2.tit.3.n.13.& tit.18.n.9.* Bellon. Iun. *de Iure
accrescendi c.7.q.57.n.18.*

Tantò magis cùm d. Tollia decesserit, receptis
prius confessionis & Sanctissimæ Eucharistiæ Sa- 13
cramentis, vt testantur Parochus & testes dati in
summario Francisca num. 6. quo causa facilius dicitur
prætensum odium fuisse remissum, Bald. *in l.id quod
pauperibus n.34.C.de Episcop. & Cleric* Peregr. *de Iu-
re fisc.lib. 3. tit 13. num.9.* Mantic. *de coniect. lib6.
tit.10.n 8.* Bellon. *de Iure accrescendi dicta quast 57.
num. 20.* & transit sine difficultate dum odium pro-
cedit prout hîc ex causa leui, Bellon. *suprà
num. 36.*

Ex quibus cùm constet testamentum Tulliæ fuis-
se per prædecessum hæredis caducatum, Legatum 14
Turini restrictum ad merum vsumfructum, qui
morte finitur, *§. finitur, instit.de vsufruct.* Natt. *cons.
419. num.3.& 6.* Castill. *de vsufruct.cap. 61. num.7.*
& Franciscam per odium non fuisse exclusam, me-
ritò dixerunt Domini eidem Franciscæ dictum te-
stamentum non obstare, ipsique immissionem ex 15
Interdicto quorum bonorum esse concedendam, vti
venienti ab Intestato, *l.1.* vbi Doct. *C.de Interdict.
quorum bonorum.*

Et sic decisum vtraque parte, &c.

Brixinen.

Brixinen. seu nullius Iurisdictionis.

Vener. 19. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

De Remissoria stante releuantia articulorum concedenda, sine tamen summariissimi possessorij præiudiciol

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est deneganda quando causa est prophana, prout qualibet reputatur dum de titulo beneficij non agitur.*

2 *Articuli releuantes quomodo probantur.*

3 *Releuantia vnius articuli data remissoria quoad omnes conceditur.*

4 *Scripturæ ab Episcopo productæ quando probant contrarium eius quod per testes probari prætenditur, Remissoria est deneganda.*

5 *Scripturæ emanatæ ab Episcopo interesse habente non probant, maximè quando agitur de veritate enunciati.*

6 *Clausula* vt asseris *non iustificata nullum ius tribuit.*

7 *Abbates eorum Ecclesiæ & Ordini siue ignoranter siue scienter præiudicare non possunt.*

8 *Probatio probationem non excludit, clarior tamen præualere debet.*

DECISIO CIX.

ENSVERVNT Domini D. Abbati in Stambs esse dandam Remissoriam, cùm ea denegari nequeat stante rele-
1 uantia Articulorum etiam sine fumo, quando causa est propbana, prout talis quælibet reputatur dum non agitur de titulo beneficij, Caputaq. *decis.* 99 *par.* 1. Gregor. *decis.* 174. *num.* 7. *&* *decis.* 403. *num.* 1. maximè cùm causa pendeat in Rota in prima instantia, Greg. *vbi proximè num.* 4.

2 Quod autem articuli sint releuantes patet ex eorum lectura dati *in Sum. Abbatis num.* 1. tendunt enim ad probandum Monasterium Stambsense habere territorium separatum ab aliis, exercititium iurisdictionis spiritualis & quasi Episcopalis, regimen Ecclesiæ parochialis S. Ioannis Baptistæ spectare ad Abbates pro tempore, & quod d. Ecclesia soleat visitari à Superioribus Ordinis Cisterciensis priuatiuè quoad Episcopum, quibus quidem probatis fundata remanebit intentio Abbatis super exercitio iurisdictionis de qua agitur, non obstante iuris assistentia pro Reuerendiss. D. Episcopo Brixinen. allegata, Hostien. *in c. cum contingat num.* 1. *vers. sunt tamen aliqui*, Abb. *num.* 18. Butr. *num.* 12. *de for. compet.* cum aliis relat. per Rot. coram Andrea *in decis.* 74. *num.* 5. & coram Seraphino *in decis.* 1278.

Et licet fuerit replicatum omnia territoria esse particularibus confinibus distincta, & quibuscumque Abbatibus competere exercitium iurisdictionis in suis Abbatiis, & sic quoad istos duos articulos penitus deficere releuantiam, cùm non fuerit articulatum d. territorium esse separatum ab aliis diœcesibus, & Abbati in Stambs competere exercitium iurisdictionis priuatiuè quoad Episcopum super d. territorio, tanquam habito pro diœcesi eiusdem Abbatis prout requiritur, & fuerat in prioribus articulis deductum. Attamen quicquid sit de dd. duorum articulorum releuantia, dixerunt Domini, quod quoad alios duos super regimine Ecclesiæ parochialis S. Ioannis Baptistæ, & super iure visitandi priuatiuè quoad Episcopum, non posse negari quin constet de releuantia, & propterea intrat vulgaris conclusio, quam semper Rota sequi-
tur, vt data releuantia vnius articuli detur remisso- 3
ria quoad omnes, Cassad. *decis.* 5. *de sequestr possess & fruct.* Seraphin. *decis.* 1364. *num.* 3. Gregor. *d. decis.* 403. *num.* 4. & passim in aliis.

Nec obstant plures scripturæ pro D. Episcopo 4
productæ, quarum vigore dicebatur constare contrarium eius, quod per testes hodie probari prætenditur, & sic denegandam esse remissoriam, Seraphin. *decis.* 1460. *num.* 3. Gregor. *decis.* 253. *num.* 2. ibique Adden. *num.* 3 quia vltra quod vt videre est *in Sum. num.* 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9. *cum seqq.* sunt omnes
enunciatiuæ, quæ vel tanquam emanatæ ab eodem 5
Episcopo interesse habente non probant, Aym. *de antiq. temp par.* 1. §. 1 *num.* 7. *&* 9. Gregor. *decis.* 77. *n.* 8. & eo minus quando agitur de veritate enunciati, Paris *cons.* 94. *n* 19. *lib.* 1. Dec. *cons.* 148. *in fin.* Put. *dec.* 371. *n.* 1. *lib* 1. *in correct.* vel ad eius supplicationẽ à Pa-
pa cũ clausula *vt asseris*, quæ assertiua non iustificata 6
nullum ius tribuit, Clem *fin. in fin. de sent. excom.* Paris *cons.* 128. *n.* 12. *versic insuper n.* 4. Aretin. *cons.* 13. *n.* 8. *cum seqq.* Rot. *decis.* 197. *num.* 70. *cum seqq. par.* 5. *re-*
cen. vel denique vti prouenientes etiam ab ipsis 7
Abbatibus, qui eorum Ecclesiæ & Ordini siue ignoranter siue scienter præiudicare non potuerunt, Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 53. *de offic Vicarij*, Calderin. *cons.* 5. *num.* 1. *de confess* Castrens. *cons.* 338. *num.* 3 *lib.* 1. Rot *decis.* 480. *n* 4 *part.* 1 *recen.* & coram Seraph. *d. decis* 1278. *num* 3. & nouissimè *coram R. P. D. meo Pirouano in S. Angeli Lombardorum iurisdictionis sub die 6. Martij* 1637.

In omnem euentum placuit responsio quod hodie non sunt discutienda iura partium, sed sufficit docere de releuantia articulorũ ad hoc vt remissoria
concedatur, ex regula quod probatio probatio- 8
nem non excludit, postea vero videbitur quænam probatio clarior appareat, & præualere debeat, Ægid. *decis.* 65. *in fin.* Put. *decis.* 14. *lib.* 1. *& dec.* 63. *num.* 1. *lib.* 3. Rota coram Gregor. *decis.* 163. *num.* 8. vbi Adden. *num.* 12. & nouissime fuit dictum coram *R. P. D. meo Merlino in Vicen. iurisdictionis sub die* 5. *Iulij præsentis anni.*

Sed quia pro parte D. Episcopi fuit quoque deductum in actis, fuisse per cedulam suspensum petitorium; conclusum fuit Remissoriam Abbati esse concedendam, sine tamen præiudicio summarijssimi possessorij.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Nouan.

ff. de testam.sui l.cum quam C.de fideicom & ideo cùm in eo nulli legantur substituti, & postmodum non
2 appareat quod d. Tullia nouum condiderit testamentum provt potuisset, procul dubio censetur decedere voluisse ab intestato, *l. 1. §. cum autem C. de caduc. tollen.§.1.Instit quib.mod.testam infirment.*

Non obstat quod Tullia in dicto suo testamento reliquerit d.Franciscæ Iulios quinque, cum prohibitione, quod in bonis & hæreditate ipsius nil aliud petere, vel quauis causa & occasione prætendere posset, *summ. illorum de Bacciottis n.3.* quoniam talis
3 prohibitio tanquam facta in casu testamentariæ successionis, non censetur repetita in causa successionis ab intestato: ita in specie ex *l. Paulo Callimaco §.1. de legatis 1.* & ex Bart. *in l. quoties §. si duo n.2.* consuluit Gabr. *in cons.129. num.9 vol. 2.* referens Corn. *cons.118. num.14. vol.2.* & dixit Rota in hac eadem causa sub die 10. Ianuarij 1610. coram bon. memor. Seleuccien.

Provt non valet dicere Turinũ fuisse substitutum per vulgarem Pantasileæ, quæ prædecessit testatrici, & propterea testamentum caducatum vires as-
4 sumat à substitutione vulgari. & Turinus ex substituto euaserit institutus, iuxta dispositionem, *l.vnic.§. pro secundo*, vbi Glos. *in verb substitutus C. de caduc. tollen* Bart. *in l.1. num.18.* siue primus sit exclusus *ff. de vulgar.*

Quia contrarium probatur ex expressis verbis testatricis ibi: *quo ipse D. Turinus superuiueret infrascripta eius hæredi, tunc, & eo casu ei reliquit vsumfructum domus, in qua ipsa testatrix inhabitat*: & sic
5 patet, quod conclusio non applicatur; dum enim verba Testatoris sunt clara, & expressè loquuntur de vsufructu, non est admittenda voluntatis quæstio, per *text. ille, aut ille 25. §. cum in verbis* vbi Glos. & DD *ff de legat.3.l.non aliter 69.ff eodem*, & facit. *l. voluntatis 7.* vbi Glos. *verb Iudicij C.de fideicomm.* maximè cùm Testatrix processerit per modum dispo-
6 sitionis particularis ante institutionem hæredis, relinquendo Turino inter legata vsumfructum Domus de qua agitur, quo casu Legatario, vel fideicommissario non accrescit tota hæreditas, etiamsi nullus hæres adsit, vel per prædecessum defecerit, Barb. *in l.ex facto 35.num.2.ff de hæred.instit.* & *in §. quartam n.7.Instit.de inoff.* Bald. *in auth.nouissima n.2.C.de inoff. testam.* Ruin. *cons.190.n.6.vol.2.* Crauett. *cons.856.n.17.* Peregr. *de fideicom.art.34. num.55.vers. ratio*, latè Belloo. *de Iur accrescen.c.7.q.11.n.1.cum seqq.* Et ra-
7 tio est, quia Legatarij rei particularis dicuntur omni reali disiunctione disiuncti respectu hæredis vniuersalis: ita Rota sequens doctrinam Rip. *in l. re coniunctis n.72.de Legat 3.in Cesenaten.hæreditatis* 19. *Decembris* 1631. *coram* R.P. *Domino meo Pirouano.*

Nec vlla vis fieri potest in verbis sequentibus
8 ibi: *à qua voluit à nemine eum posse expelli, aut alio quouis modo super illa molestari*, nam vltra quod ea intelligenda sunt ipso Legatario viuente, vt per Menoch. *cons.1167.n.3. in fin. vol. 12.* potius retorquentur, & ostendunt testatricem intellexisse de mero vsufructu, licèt de eo in legato nullam fecisset mentionem, siquidem si relinquebatur proprietas cum vsufructu, non erat opus alia prohibitione,
9 quia cessante communione ex qua solent oriri discordiæ, *l.cum Pater §.dulcissimis de legat.2.l.final.§. in re communi, ff.de ser. vrban.præd.* & *l. qui neque §. final ff. de reb. eorum*, cessat etiam occasio vsufructu animi molestandi, Dec. *cons.278. n.5.* Cephal. *cons.37.n.33.vol.1.* Menoch. *d.cons.1167.n.1. & 2.* & *præsumpt. 134.n.17.lib.4.* Idque optimè agnouit Legatarius, dum egit pro consequutione Legati, & acquie-
uit decisioni Rotali; vbi firmatum extitit ei deberi 10
simpliciter legatum vsusfructus, quæ obseruantia subsequuta bene declarat factum ita se habuisse ab initio quatenus esset dubium, *l. quædam de reb.dub.* Bart. *cons.29.n.6.* Aymon. *cons.101.n.3.* & esset attendenda, vt in materia reuocationis testamenti, dixit Rot. coram Papa Greg.XV. *decis.446.n.13.*

Minus releuat prætensum odium consideratum in d. Tullia testatrice contra Franciscam, & alios de Christianis, quod probare conantur testes pro Bacciottis dati *in eorum sum.n.6.& 7.* Quia re vera Dominis visum fuit ex dd. testibus prætensum odium non probari, itavt Testatrix illos causa voluerit Franciscum, & sorores sua hæreditate priuare; non enim deponunt de aliqua causa odij capitalis, imò fatentur quod illi de Christianis ipsius Testatricis domum frequentabant, & occurrẽtes per viam inuicem loquebantur: & licet secundus testis *d. sum. n.7.* asserat, quod illi de Christianis obloquebãtur de
honestate Testatricis, tamen cùm sit vnicus nullum 11
facit probationis gradum, *c.licet c.veniens*, & *cap. Iusiurandi de testibus.*

Vnde dum adest alia causa ad quam exclusio referri potest, quæ est existentia Pantasileæ sororis Testatricis, & sic vti proximioris magis dilectæ, venit dicendum quod prædicta exclusio procederet, viuente d.Pantasilea hærede instituta, non autẽ simpliciter, & absolutè, etiam in casu, quo illa prædecessisset. Idque confirmatur ex eo quod Testatrix superuixit Pantasileæ per integrum fere annum, vt apparet ex fide obitus vtriusque dat. *in sum Franciscæ n.1. & 3.* quo medio tempore si voluisset illos de Christianis excludere, faciliter potuisset aliud
concedere testamentum; quod cùm non fuerit, si- 12
gnum est euidens voluisse ab intestato decedere, & quod eius nepotes vti proximiores succederent, odiúmque si quod habuisset illis remisisse censetur; ita in puncto notant *in l. fratres 27. C. de inoffic. testam.* Bart. *n.6.* Bald. *n.11.* Iason. *n.9.* Peregr. *de Iure Fisci lib.2.tit.3.n.13.& tit.18.n.9.* Bellon.Iun. *de Iure accrescendi c.7.q.57.n.18.*

Tantò magis cùm d. Tullia decesserit, receptis
prius confessionis & Sanctissimæ Eucharistiæ Sa- 13
cramentis, vt testantur Parochus & testes dati in *summario Francisca num. 6.* quo causa facilius dicitur prætensum odium fuisse remissum, Bald. *in l.id quod pauperibus n.34.C.de Episcop. & Cleric.* Peregr. *de Iure fisc.lib.3.tit.23.num.9.* Mantic. *de coniect. lib6. tit.10.n.8.* Bellon. *de Iure accrescendi dicta quæst 57. num. 20.* & transit sine difficultate dum odium procedit provt hîc ex causa leui, Bellon. *suprà num. 36.*

Ex quibus cùm constet testamentum Tulliæ fuis-
se per prædecessum hæredis caducatum, Legatum 14
Turini restrictum ad merum vsumfructum, qui morte finitur, *§. finitur, instit.de vsufruct.* Natt. *cons. 419. num.3.& 6.* Castill. *de vsufruct.cap. 61. num.7.* & Franciscam per odium non fuisse exclusam, meritò dixerunt Domini eidem Franciscæ dictum te-
stamentum non obstare, ipsique immissionem ex 15
Interdicto quorum bonorum esse concedendam, vti venienti ab Intestato, *l.1.* vbi Doct. *C.de Interdict. quorum bonorum.*

Et sic decisum vtraque parte, &c.

Brixinen.

Brixinen. seu nullius Iurisdictionis.

Vener. 19. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

De Remissoria stante releuantia articulorum concedenda, sine tamen summariissimi possessorij praeiudiciol

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non est deneganda quando causa est prophana, prout qualibet reputatur dum de titulo beneficij non agitur.*
2 *Articuli releuantes quomodo probantur.*
3 *Releuantia vnius articuli data remissoria quoad omnes conceditur.*
4 *Scriptura ab Episcopo producta quando probant contrarium eius quod per testes probari praetenditur, Remissoria est deneganda.*
5 *Scriptura emanata ab Episcopo interesse habente non probant, maximè quando agitur de veritate enunciati.*
6 *Clausula vt asseris non iustificata nullum ius tribuit.*
7 *Abbates eorum Ecclesiae & Ordini siue ignoranter siue scienter praeiudicare non possunt.*
8 *Probatio probationem non excludit, clarior tamen praeualere debet.*

DECISIO CIX.

CENSVERVNT Domini D. Abbati in Stambs esse dandam Remissoriam, cùm ea denegari nequeat stante releuantia Articulorum etiam sine fumo,
1 quando causa est prophana, prout talis quaelibet reputatur dum non agitur de titulo beneficij, Caputaq. *decis.* 99 *par.* 1. Gregor. *decis.* 174. *num.* 7. & *decis.* 403. *num.* 2. maximè cùm causa pendeat in Rota in prima instantia, Greg. *vbi proximè num.* 4.

2 Quod autem articuli sint releuantes patet ex eorum lectura dati *in Sum. Abbatis num.* 1. tendunt enim ad probandum Monastenum Stambsense habere territorium separatum ab aliis, exercititium iurisdictionis spiritualis & quasi Episcopalis, regimen Ecclesiae parochialis S. Ioannis Baptistae spectare ad Abbates pro tempore, & quod d. Ecclesia soleat visitari à Superioribus Ordinis Cistercienlis priuatiuè quoad Episcopum, quibus quidem probatis fundata remanebit intentio Abbatis super exercitio iurisdictionis de qua agitur, non obstante iuris assistentia pro Reuerendiss. D. Episcopo Brixinen. allegata, Hostien. *in c. cum contingat num.* 1. *vers. sunt tamen aliqui*, Abb. *num.* 18. Butr. *num.* 11. *de for. compet.* cum aliis relat. per Rot. coram Andrea *in decis.* 74. *num.* 5. & coram Seraphino *in decis.* 1278.

Et licet fuerit replicatum omnia territoria esse particularibus confinibus distincta, & quibuscumque Abbatibus competere exercitium iurisdictionis in suis Abbatiis, & sic quoad istos duos articulos penitus deficere releuantiam, cùm non fuerit articulatum d. territorium esse separatum ab aliis dioecesibus, & Abbati in Stambs competere exercitium iurisdictionis priuatiuè quoad Episcopum super d. territorio, tanquam habito pro dioecesi eiusdem Abbatis prout requiritur, & fuerat in prioribus articulis deductum. Attamen quicquid sit de dd. duorum articulorum releuantia, dixerunt Domini, quod quoad alios duos super regimine Ecclesiae parochialis S. Ioannis Baptistae, & super iure visitandi priuatiuè quoad Episcopum, non posse negari quin constet de releuantia, & propterea intrat vulgaris conclusio, quam semper Rota sequitur, vt data releuantia vnius articuli detur remisso- 3
ria quoad omnes, Cassad. *decis.* 5. *de sequestr. possess. & fruct.* Seraphin. *decis.* 1364. *num.* 3. Gregor. *d. decis.* 403. *num.* 4. & passim in aliis.

Nec obstant plures scripturae pro D. Episcopo 4
productae, quarum vigore dicebatur constare contrarium eius, quod per testes hodie probari praetenditur, & sic denegandam esse remissoriam, Seraphin. *decis.* 1460. *num.* 3. Gregor. *decis.* 253. *num.* 2. ibique Adden. *num.* 3. quia vltra quod vt videre est *in Sum. num.* 4. 5. 6. 7. 8. & 9. *cum seqq.* sunt omnes enunciatiuae, quae vel tanquam emanatae ab eodem 5
Episcopo interesse habente non probant, Aym. *de antiq. temp. par.* 1. §. 1 *num.* 7. & 9. Gregor. *decis.* 77. *n.* 8. & eo minus quando agitur de veritate enunciati, Paris. *cons.* 94. *n.* 19. *lib.* 1. Dec. *cons.* 148. *in fin.* Put. *dec.* 371. *n.* 2. *lib.* 1. *in correct.* vel ad eius supplicatione à Papa eũ clausula *vt asseris*, quae assertiua non iustificata 6
nullum ius tribuit, Clem. *fin. in fin. de sent. excom.* Paris. *cons.* 128. *n.* 12. *versic insuper n.* 4. Aretin. *cons.* 23. *n.* 8. *cum seqq.* Rot. *decis.* 197. *num.* 70. *cum seqq. par.* 5. *recen.* vel denique vti prouenientes etiam ab ipsis 7
Abbatibus, qui eorum Ecclesiae & Ordini siue ignoranter siue scienter praeiudicare non potuerunt, Vitalin. *in Clem.* 1. *num.* 53. *de offic. Vicarij*, Calderin. *cons.* 5. *num.* 1. *de confess.* Castrens. *cons.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. Rot. *decis.* 480. *n.* 4. *part.* 1 *recen.* & coram Seraph. *d. decis.* 1278. *num* 3. & nouissimè *coram R. P. D. meo Pirouano in S. Angeli Lombardorum iurisdictionis sub die 6. Martij* 1637.

In omnem euentum placuit responsio quod hodie non sunt discutienda iura partium, sed sufficit docere de releuantia articulorũ ad hoc vt remissoria concedatur, ex regula quod probatio probatio- 8
nem non excludit, postea vero videbitur quaenam probatio clarior appareat, & praeualere debeat, Ægid. *decis.* 65. *in fin.* Put. *decis.* 54. *lib.* 1. & *dec.* 63. *num.* 1. *lib.* 3. Rota coram Gregor. *decis.* 163. *num.* 8. vbi Adden. *num.* 12. & nouissime fuit dictum coram *R. P. D. meo Merlino in Vicen. iurisdictionis sub die 5. Iulij praesentis anni.*

Sed quia pro parte D. Episcopi fuit quoque deductum in actis, fuisse per cedulam suspensum petitorium; conclusum fuit Remissoriam Abbati esse concedendam, sine tamen praeiudicio summarissimi possessorij.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Nouantulana Vnionis.

Merc. 24. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

De Remissoria ad effectum probandi vnionem de qua agitur concedenda: vbi plura de Remissoria, maximè articulis de nouo exhibitis clarius quàm antea specificatis & explicatis, nouam quoque materiam continentibus, haudquaquam deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Causa vnionis ad effectum concedendi Remissoriam dicitur prophana.*
2 *Causa quelibet prophana reputatur dum super titulo beneficij non agitur.*
3 *Remissoria in prophanis indistinctè & sine aliquo fumo datur quando materia sunt relenantes.*
4 *Articuli vnius relenantia sufficit vt remissoria quoad omnes concedatur.*
5 *Probatio in materia vnionis qualis requiritur.*
6 *Probatio in materia vnionis per communem famam & reputationem sufficit & loco tituli deseruit.*
7 *Enunciatiua vnionis in literis per Abbates Ecclesia expeditis ipsam per se vnionem si essent antiqua probarent.*
8 *Solutiones annua praestationis ad fauorem Archipresbyteri à Vicariis facta, parochialem dignitati Archipresbyterali esse vnitam sufficienter probant.*
9 *Testes conformiter examinati cùm de facto proprio deponant pro remissoria concedenda magnum fumum prabent.*
10 *In materia vnionis testes etiam nulliter examinati pro fumo sufficiunt.*
11 *Testes de facto proprio deponentes etsi singulares essent attamen plus quàm semiplenam probationem facerent.*
12 *Probatio quando potest fieri per Scripturas non debet admitti per testes.*
13 *Originale vnionis facta cùm fuerit deperditum, nec in archiuio Apostolico ob antiquitatem temporis registratum reperiatur, probatio per testes de immemorabili deponentes debet admitti.*
14 *Testes examinare faciens meliores testes & quos habuerit magis idoneos induxisse prasumitur.*
15 *Testes pro seipso inducens meliorem ac pleniorem probationem quam potest facit.*
In quo casu Remissoria non est concedenda, ibid.
16 *Remissoria non potest denegari causa super toto negotio principali Rota commissa.*
17 *Testes alij in negotio principali possunt examinari non obstante publicatione testium primò productorum.*
18 *Probationes facta in Iudicio summario non faciunt fidem in Iudicio ordinario.*
19 *Articuli de nouo exhibiti quando clarius specificati & explicati sunt quàm antea, ad effectum concedendi Remissoriam sufficiunt.*

DECISIO CX.

R o concessione remissoriæ ad effe-
ctum probandi vnionem de qua
agitur ad fauorem Hieronymi Forzi-
roli fuit responsum: quia causa vnio- 1
nis ad effectum istum dicitur pro-
phana, Gonzal. *de reg.* 8. §. 2. *proœm. num.* 67. Ægid.
decis. 616. Seraph *decis.* 1355. *num.* 9. Caual. *decis.* 472. 2
num. 4. & talis quælibet alia reputatur, dum non
agitur super titulo beneficij, Caputaq. *decis.* 99. *part.*
1. In prophanis autem indistinctè, & sine aliquo 3
fumo datur remissoria, quando materiæ sunt rele-
uantes, Caputaq *decis.* 68 *part.* 3. Cæs. de Grass. *de-*
cis. 1. *num.* 10. *de dilat.* Imò vnius articuli releuantia 4
sufficit ac hoc, vt remissoria concedatur quoad om-
nes, Cassad. *decis.* 5. *de sequestr. possess. & fruct* Se-
raph *decis.* 1364 *num.* 3. & eò magis quando prout
hic causa reperitur commissa in prima instantia,
Greg. XV. *decis* 403. *num.* 4.

Quod autem materiæ articolatę sint relenantes,
satis superque visum fuit constare ex articulis datis
in summario d. Hieronimi num. 2. qoibus nec ex 5
immemorabili eum omnibus requisitis per Glos. *in*
cap. 1. *de præscript. in* 6. vel ex quadragenatia cum ti-
tulo probati prætenditur, Ecclesiam Parochialem
della Rocchetta esse vnitam dignitati Archipres-
byterali eiusdem loci, quam probationem sat esse
in hac materia vnionis, & transite absque contro-
uersia dixit Oldrad *in cons.* 296. *num.* 3. Anchar. *cons.*
161. *in fin.* Rot. *decis.* 9. *de reb. Eccles. non alien. in an-*
tiq. Caputaq. *decis.* 344. & 347. *part.* 3. & in recent. 6
decis. 233 *part.* 1. *recent.* & quod probare commu-
nem reputationem & famam sufficiat, & deseruiat
loco tituli, tradit Gatz *de benef part.* 12. *cap.* 2. *num.*
246. Rot. *decis.* 724. *num.* 2 *part.* 2 *recent* & latè Ad-
dent ad Greg. X V. *in decis.* 196. *num.* 3. §. *quando igi-*
tur vers. sufficit tamen.

Maximè stante fumo huiusmodi probationis,
(licèt non esset necessarius) proueniente tum ex
enunciatiuis eiusdem vnionis in literis expeditis 7
per Abbates Ecclesiæ Nouantulãtę ad fauorẽ Vica-
riorũ huius Parochialis, quæ saltẽ fumum præbent,
cùm probarent de per se ipsam vnionem si essent
antiquæ, iuxta decis. Put. 109. quæ est in nou. 204.
lib. 2. Seraph. *decis.* 1172. *in princip.* & in recent. *decis.*
626 *num* 2. *in fin.* tum ex solutionibus annuæ præ-
stationis factis ab eisdem Vicariis Archipresbyte-
ro, vnà cum conuentione firmata inter eos de di-
cta annua præstatione soluenda, vt *in summario num.* 8
3. & 4. quæ annua præstatio ad fauorem Archipres-
byteri, relicta portione pro Vicario Curato, sig-
num euidens denotat, quod hæc parochialis sit
vnita dignitati Archipresbyterali, Cardin. *in Clem.*
1. *vers* 7. *quæst.* 15. & ibi Imol. *num.* 23. Crescent. *decis.*
2. *de decim.* Mohed. *decis.* 5. *eodem tit.* Caputaq. *decis.*
339. *part.* 3. cum aliis relat, per Rot. *in decis.* 626. *num.*
3. *part.* 2. *recent.*

Tùm, & denique ex obseruantia subsequota
40. annorum, & vltra, quibus Vicarij eiusdem Eccle-
siæ easdem portiones soluerunt Archipresbyteris
pro tempore, vt deponunt testes *d. summario num.* 5.
qui etsi concludenter non probant d. quadragena-
riam, attamen, cùm sint conformiter examinati,
& aliqui eorum deponant de facto proprio, negari
non potest qoin præbeant magnum fumum pro 10
remissoria concedenda; in hac enim materia testes
etiam nulliter examinati sufficiunt pro fumo,
Cassad. *decis.* 3. *de dilat.* Peregr. *decis.* 213. *lib.* 1.
Rot.

Rot.*decis.*18.*num.*3. & *decis.*661. *num.*1. *part.* 2.
*recent.*eóque igitur magis idem est dicendum, dum
prout hîc fuerunt ritè & rectè examinati, & aliqui
11 eorum deponant de facto proprio, qui quatenus
essent singulares, facerent tamen plusquam semi-
plenam probationem, Achil. *decis.* 3. *de probat.*
Cæs.de Grass.*decis.* 2. *de empt & vendit.* Scraphin.
decis. 889. *num.* 3. & in recent. *decis.* 252. *num.* 2.
*part.*1.

Non obstat quod in præcedenti causæ disputa-
tione in summario fuit datum excẽplum literarum
prædictæ vnionis per informantes pro Hierony-
12 mo, sieque intret vulgata conclusio, quod dum pro-
batio potest fieri per scripturas non debet admitti
per testes, Rot. *decis.*40. *de testibus in antiq.* Ægid.
*decis.*9. & apud Gregor. XV.*decis.*253. *num.*2. Ibi-
que Adden. *num.*3. Quia cum d. exemplum sit
13 simplex copia, quæ nihil probat, & originale fue-
rit deperditum, & non inueniatur registratum in
archiuio Apostolico ob antiquitatem temporis, de-
bet admitti probatio per testes deponentes de im-
memorabili super d. vnione, Felin. *cons.* 2. *num.*
16. & 21. Caputaq. *d. decis.* 347. *num.* 4. *part.*
3. Gregor. *in d. decis.* 596. & in recent.*decis.*626.
*num.*4.

Minus obstat, quod in principio huius litis mo-
14 tæ in partibus Hieronymus testes examinare fece-
rit, & proinde præsumatur induxisse meliores testes,
quos habuerit magis idoneos, Ægid. *decis.* 38. *post
princ.ex doctr. Innoc in cap.auditis de restit. in integr.*
& meliorem, ac pleniorem probationem fecisse,
15 quam potuerit, Aym. *cons.* 134. *num.* 3. quo casu
non solet concedi remissoria, Seuerol. *de remiss.
cap.*6.*num.*1. Put.*decis.*101 *lib.*1. Caputaq *decis.*63.
*part.*3.

Quoniam vltra quod testes in partibus exami-
nati nihil deposuerunt in materia immemorabilis,
super qua hodie examinari prætenditur, itavt su-
per ea dici nequeant requisita testificata, Greg. *de-
cis.*81.*num.*4. cessat penitus obiectum, ex eo quod
causa pendebat in partibus in possessorio tantùm,
non autem in petitorio, prout in Rota, vbi re-
16 quiritur commissa super toto negocio principali,
tunc enim remissoria non denegatur, Buratt.*decis.*
17 392. & possunt alij testes examinari, vt Rota cen-
suit *in decis.*13 *ante med. vers fuit conclusum, de testi-
bus in nou.* non obstante publicatione testium primò
productorum, text. est *in cap.veniens, cap.series*, &
cap.cum in tua de testibus, Gabr.*eodem tit.conclus.*21.
18 *num.*60. Et ratio est, quia probationes factæ in Iu-
dicio summario non faciunt fidem in Iudicio Ordi-
nario, Bart.*in extrauag. ad reprim.in verb summariè
num.*9. Roman *in l. naturaliter* §. *nihil commune num.*
43.*ff de acquir. possess.* Berou.*cons.*60.*num.*57. *lib.* 2.
Mantic.*decis.*206.*num.*4.

Idque eò facilius est admittendum in præsen-
19 ti, vbi articuli de nouo exhibiti sunt clarius specifi-
cati & explicati, quàm antea, & nouam mate-
riam etiam continent, quod sufficit ad effectum
concedendi remissoriam, ex text.*in cap. fraternitatis*,
& ibi Glos *in verbis nouis*, vbi Butr. & Felin. *de
testibus*, Mantic. *decis.* 374. *num.* 5. Rot. *coram
Buratto decis.* 824. *numer.* 3. & ad propositum
immemorabilis *coram eodem dict. decis.* 392.
*num.*2.

Et sic decisum vtraque parte Informante.

Romana de Mongellinis.

Vener. 26. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Obligatus in Instrumento transactionis reddere fidele computum cum reliquatus restitutione iuxta formam secundæ donationis à partibus Rota approbante acceptatæ, nihil potest petere nisi prius factis computis & reddita ratione administrationis, vigore transactionis à qua recedi non potest.

SVMMARIVM.

1 *A forma transactionis recedi non potest cùm in ea pœnitentiæ locus non detur.*
2 *Transactionis forma debet seruari ne lis semel extincta per transactionem amplius instauretur.*
3 *Ratio semel reddita amplius reddi non debet.*
4 *Regula de ratione semel reddita procedit quando ratio bene semel reddita fuit, non contra.*
5 *Transacta vel iudicata firma semper manere debent.*
6 *Transactiones omnes sunt seruandæ cùm vim rei iudicatæ & executionem habeant paratam.*
7 *Transactio non refertur ad ea quæ sunt iam terminata & vel per sententiam vel per Instrumentum decisa.*
8 *Verba* per totum tempus suæ administratæ tutelæ & curæ *quomodo sunt intelligenda.*
9 *Voluntas expressa transigentium quando clarè apparet omnis interpretatio contraria cessat.*
10 *Consignatio quomodo & quando fieri debet.*
11 *Transactio nil aliud est quàm recessus à lite tam præsenti quàm futura.*

DECISIO CXI.

IERONIMVS Lucatellus post finitam tutelam Dominici Mongellini eius nepotis, instituto iudicio redditionis rationis in foro Capitolino, fuit declaratus creditor eiusdem Dominici tunc minoris in scut. 1918. quæ cum solemnitatibus statuti Vrbis d. Dominicus soluere promisit per Instrumentum publicum rogat. sub die 13. Maij 1634. per acta Arigonij Notarij Capitolini.

Deinde sub die 24. eiusdem mensis idem Dominicus cum solemnitatibus requisitis omnia sua bona donauit d. Hieronymo reseruatis sibi scutis 50. tantùm ad effectum testandi: anno verò sequenti 1635. mutato consilio dictam donationem reuocauit, aliamque fecit ad fauorem Virginiæ & Angelæ eius sororum pro duabus tertiis partibus, & pro alia tertia parte ad fauorem eiusdem
Hieronymi, pacto tamen inter cætera adiecto 5
quod Dominus Hieronymus teneretur reddere fidele computum cum reliquatus restitutione omnium eius bonorum, & ad suas manus peruentorum per totum tempus suæ administratæ tutelæ, & curæ.

Hinc orta lite inter Donatarios an prima, vel secunda donario esset attendenda, Rota sub die 14. Ianuarij 1636. coram me, censuit attendendam esse secundam, coi resolutioni partea acquiescentes deuenerunt ad transactionem, in qua prædictæ liti renunciarunt, & d. Rotalem decisionem comprobarunt, ac Hieronymus in specie se in forma Cameræ obligauit reddere fidele computum cum reliquatus restitutione, ioxta formam secundæ donationis.

Hodiè autem cùm Hieronymus d. transactione non obstante prætenderet consequi ab Angela, & Virginia duas ex tribus partibus supradicti sui prætensi crediti scutorum 1918. absque quod teneretur aliam reddere rationem; dubitaui an ipsi obstaret dicta transactio, & sine vlla difficultate fuit affirmatiuè responsum.

Nam licet dd. sorores vti Donatariæ debeant pro rata soluere debita donantis, tamen cùm huiusmodi prætensum creditum proueniat ex administratione, & redditione rationis tutelæ, & curæ bonorum ipsius Dominici, & in Instrumento transactionis d. Hieronymus expresse se obligauerit reddere fidele computum cum reliquatus restitutione, &c. nihil potest hodie petere, nisi prius factis computis, & reddita ratione administrationis,
1 ioxta formam d. transactionis, à qua recedi non
potest cùm in ea non detur locus pœnitentiæ, *l.*
2 *quamvis 19. C. de transact.* vbi Ias. dicit hoc esse speciale in trãsactione, ne lis semel extincta per transactionem amplius instauretur, *l. fratris 10. C. eodem*, quod procedit etiamsi transactio non solùm tendat ad liberandum, sed ad obligandum, Gloss. *in dict. l. quamvis vers. illud procedit, l. si super C. de transact.*

Non obstat quod computa iam fuerant facta, &
3 ratio semel reddita, amplius reddi non debeat, vt
per Archidiacon. *in cap. vnico de Cleric. egrot. in 6.* Montan. *de Iur tutel. cap. 18. num. 118. cum seqq.* Roland. *cons. 49. num. 39. lib. 1.* Rot. *decis. 257. num 1.*
4 *part. 4. recent.* Quia id procedit quando ratio fuit
bene semel reddita iuxta allegat. per Gratian. *in discept. 563. num. 30. cum seqq.* & per Escobar. *de ratiocin. cap. 40. à num. 7. vsque ad num. 18.* In proposito autem apparet ex conuentione partium, quod illa non fuit habita pro bona, & bene reddita, dum Hieronymus in transactione postea facta se præcisè obligauit denuo rationem reddere, & propterea dicta transactio est attendenda, & ad
5 vnguem adimplenda, cùm, vt inquit Iurisconsul-
tus, ea quæ sunt transacta, vel iudicata, semper firma manere debeant, *l. 1. in fin ff. de Tertull.* Rot. *decis. 113. num. 3. part. 5. recent.* & regulariter trans-
6 actiones omnes sunt seruandæ, cùm habeant vim
rei iudicatæ & executionem paratam, adeò vt transigentes pro contentis in eis ad obseruantiam executiuè compelli possint, per text. *in l. non minorem C. de transact.* Craoet. *cons. 685. num 27. vers. simili modo*, Gratian. *discept. 665. num. 11.* Caual. *decis. 23. in fin.* Duran. *decis. 216. num. 5. cum seqq.* & inter recent. *decis. 402. num. 3. part. 5.*

Nec releuat quod promissio de reddenda ratione suæ administrationis, intelligi debeat de ratione alterius administrationis per Hieronymum gestæ, post factum Instrumentum d. redditionis rationis per acta Arigoni ex receptissima conclusione, quod
7 transactio non referatur ad ea, quæ sunt iam ter-
minata, & decisa vel per sententiam, vel per Instrumentum, *l. si de certa*, vbi Ias. & alij *C. de transact.* Curt. Sen *in l. causas num. 8. C. eodem*, Rot. *decis. 534. num. 5. par. 2. recent.*

Quoniam licet conclusio verissima sit, non tamen applicari potest in præsenti casu: nam vltra quod non docetur Hieronymum amplius administrasse post dictum Instrumentum, quod sufficeret pro responsione, cessat penitus obiectum tam ex lectura secundæ donationis, quàm Instrumenti
transactionis, ponderatis illis verbis vtrobique po-
sitis, ibi; *per totum tempus sua administrata tutela* 8
& cura, quæ verba, cùm de tempore quo fuit reddita ratio Dominicus desiisset esse sub tutela, pernecesse ostendunt Hieronymum se obligasse reddere iterum rationem, aliàs malè redditam, ne repugnet ratio recti sermonis, Bart. *in d. l. si de certa num. 1. C. de transact.* & *in l. tres fratres num. 5. ff. de pact.* & *in l. si ex pluribus ff. de solut.* Mantic. *de tacit. lib. 16. tit. 6. num. 12.* Surd. *cons. 267. num. 12. cum duobus sequentibus*, Honded. *cons. 49. num. 24. lib. 2.* Rot. coram Gregor. XV. *decis. 286. num 7.* & sic cùm ex
prædictis constet de expressa voluntate transigen- 9
tium, cessat omnis contraria interpretatio, Menoch. *cons. 79. num. 11.* & *cons. 374. num. 58.* & consequenter non potest habere locum allegata communis conclusio.

Neque contrarium suadere visa fuit consignatio librorum facta Dominico de tempore redditæ ra-
tionis. Qoia d. consignatio fieri debebat ex natura 10
redditionis rationis tunc temporis factæ, *argum. text. in l. ad rem mobilem ff. de procurat.* & fuit consideratum *in Perusina ratificationis sub die 11. Martij 1611. coram Reuerendiss. P. D. meo Merlino*: sed cùm postea partes noluerint d. redditionem rationis habere pro bona, bene potest Hieronymus denuo super eisdem libris rationem reddere, provt se obligauit in transactione, quæ aliàs non operaretur recessum à lite inter partes tunc vertente super donationibus Dominici, quarum secundam Rota dixit esse attendendam, vbi idem Dominicus donat tertiam partem suorum bonorum Hieronymo, ad hoc vt ipse redderet fidele computum omnium bonorum ad suas manus peruentorum, per totum tempus suæ administratæ tutelæ &
curæ, quod non est dicendum, cùm transactio nil 11
aliud sit quam recessus à lite, *l. 1. ff de transact. leg. 1.* & *l. si profundo C. eodem*, Corn. *cons. 167. post num. 15. lib. 2.* Roland. *cons. 28. num. 16. lib. 4.* & tam à lite præsenti quàm futura, *l. fratris*, & *l. causas & lites, C. de transact.* Rota coram Gregor. XV. *dict. decis. 286. n. 6.*

Et sic decisum vtraque parte informante.

Valentina Decanatus & Canonicatus.

Lunæ 29. Nouembris 1638.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in possessione Decanatus & Canonicatus de quibus agitur, non obstante appellatione pendente prouiso Apostolico est concedendum; attenta eius iusta possessione in vim mandati Rotalis capta.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Possidens authore Pretore iustè possidet.*
2 *Possidenti auctoritate Prætoris licet possessio sit instrumentalis manutentio competit.*
3 *Iudex ritè & rectè procedens possessione quemlibet potest priuare absque aliqua eiectione.*
4 *Rotam pronunciando immissionem esse dandam prouiso Apostolico non obstante anteriori alterius possessione, rite & rectè processisse quomodo probatur.*
5 *Beneficia* in regula 4. hodie 5. Cancell. *Papæ reseruata referuntur.*
6 *Literæ Apostolicæ executionem paratam habent.*
7 *Clausula* motu proprio *in literis Apostolicis apposita vt gratia iustificari non debeat operatur.*
8 *Gratia subrogationis gratiosa iustificatis tribus requisitis necessariis pro obtinenda immissione sufficit.*
9 Regula Cancell. *pro inducenda reseruatione, quod subcollector sit vnicus requirit.*
10 *Impetranti immissionem sub forma reseruationis incumbit onus probandi vnicitatem tanquam fundamentum suæ intentionis.*
11 *Pluritas quando non præsumitur ea præsumptio onus probandi in alium transfert.*
12 *Prouiso Apostolico sufficit probare deputationem subcollectoris, ad effectum transferendi onus probandi in partem aduersam.*
13 *Iudex inferior stante appositione manus Papæ in deputatione præcedente, in alia se postea ingerere deputatione non potest.*
14 *Affectio in beneficiis semel data semper durat.*
15 *De deputatione alicuius in subcollectorem quandò docetur, omnes alij, qui tunc temporis adessent habentur pro reuocatis, etiamsi de illorum reuocatione nulla mentio fuerit facta.*
16 *Prouisus ab Ordinario cùm sit legitimus contradictor contra eum executiuè & summariè procedi nequit.*
17 *Regula* contra prouisum ab Ordinario non posse executiue & summariè procedi, *in quo casu locum habet.*
18 *Immissio in clara & indubitabili reseruatione prouiso Apostolico denegari non potest, maximè subrogatione gratiosa etiam quoad possessionem defuncti attenta.*
19 *Possessor ab Ordinario prouisus non potest ex suo titulo impedire immissionem, quam ipse in concursu cum prouiso Apostolico stante notoria reseruatione obtinere non potest.*
20 *Prouisus ab Ordinario motu proprio in mense eiusdem Ordinarij ad iustificationem suæ gratiæ non tenetur.*
21 *Regula* Prouisum ab Ordinario motu proprio ad iustificationem suæ gratiæ non teneri, *in quibus casibus procedit.*
22 *Iuspatronatus Ecclesiasticum etiam sub reseruationibus Apostolicis cadit.*
23 *Iuspatronatus Ecclesiasticum dicitur quia præsentatio ad Ecclesiasticum spectat.*
24 *Appellatio quoad effectum suspensiuum non datur à sententia super immissione vigore literarum Apostolicarum lata.*
25 *Clausula* sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum *executionem preseruat.*

DECISIO CXII.

ESOLVTVM fuit R. P. D. meo
Rojas prouiso Apostolico dandum
esse mandatum de manutenendo in
possessione Decanatus & Canoni-
catus, de quibus agitur, attenta
eius iusta possessione capta in vim
mandati Rotalis, vt *in eius summ num.* 4. ex regula
iustè possidet, qui possidet authore Prætore, *l. iustè* 1
possidet 11 ff. de acquir. possess. l. qui vniuersitas §. item
cum Prætor ff. eodem tit cuius possessionis vigore li- 2
cet Instrumentalis competere manutentionem sæ-
pissimè Rota censuit, & præsertim coram S. mem.
Gregor XV. *in decis.* 582. & coram Card. Caualer.
decis. 42. & in recent. *decis.* 79 *n.* 1. & aliàs pluries,
non obstante anteriori possessione Domini Francis-
ci Borgiæ prouisi ab Ordinario, quia Iudex ritè, & 3
rectè procedens eum priuauit sua possessione abs-
que aliqua eiectione, Angel. *in l. clam possidere §.*
qui ad Nundinas num. 2. in fin. Alex. *num.* 2. Roman.
num. 3 ff. de acquir. possess. Compostell. *in cap. trans-*
missam num. 3. vers. de possess. alterius de elect. Ferret.
cons. 18 *num.* 10. Rot coram Seraph. *dec.* 1325. *n.* 1. &
in recent. *decis.* 515. *num.* 3 & *decis.* 557. *n.* 2. *part.* 1.
Quod autem Rota in præsenti ritè, & rectè 4
processit, dum pronunciaunt eidem R. P. D. meo
Rojas immissionem esse dandam, haud hæsitari po-
test: Nam validitas sententiæ constat ex reuolutio-
ne actorum vbi apparet interuenisse omnia requi-
sita, relat. *in vulgar. decis.* Caputaq. 262. *part.* 2.
num. 2.
Iustitia verò patens, & indubitabilia redditur,
ex eleganter & optimè congestis in decisione hu-
ius causæ emanata sub die 5. Iulij 1617. coram
Illustris. D. meo Decano, ibi enim firmatur colla-
tionem dd. Decanatus, & Canonicatus vacantium
per obitũ Gasparis Vines vnici subcollectoris, spe-
ctare ad S. D. N. tanquam de reseruatis *in regul.* 5
4. *hodie* 5. *Cancell.* vbi reseruatur omnia benefi-
cia Ecclesiastica quorumcunque collectorum &
subcollectorum, quæ durante eorum officio obti-
nuerint, ac in quibus, seu ad quæ ius eis competie-
rit, & sic d. reseruatione stante merito fuit conces-
sa immissio prouiso Apostolico vigore literarum 6
Apostolicarum, quæ habent executionem paratam,
cap. si Capitulo, & ibi Glos. *de concess. præbend. in* 6.
Sarnen. *in tract. breuium n.* 4. Gigas. *de pensionibus*
quæstione 35. *num.* 9. Mohed. *decis.* 23. *vt lit. penden.*
Rot *decis.* 45. *num.* 1. & *decis.* 192. *n.* 1. *part.* 1. *recent.*
maximè cùm emanauerint cum clausula *motu pro-* 7
prio, quæ operatur, vt gratia iustificari non de-
beat, Glos *in Clem.* 1. *verb. fecisse narramus de probat.*
Alex. *cons.* 112. *num.* 1 *lib.* 7. Oldrad. *cons.* 258 plenè
Gabr. *de probat. conclus.* 2 *num.* 55. Minsing. *centur.* 5.
obseruat. 34. *num.* 7. *& seq.* Achill. *decis.* 10. *de pro-*
bation. Rot. *decis.* 633. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* acce-
dente præterea gratia subrogationis gratiosæ ab 8
eodem prouiso Apostolico obtenta, quæ iustificatia
tribus requisitis prout in præsenti, nempe reserua-
tione, Clericatu, & obitu Defuncti in possessione,
sufficit pro obtinẽda immissione, Gõzal. *super reg.* 8.
§. 7. *proœm. n.* 212. Mohed *dec.* 11. *vt lit. penden.* Seraph.
decis. 1426. *num.* 1. & in puncto affectionis Buratt.
decis. 36. *num.* 1 *vbique* Adden. *lit. A.*
Nõ obstat quod regula prædicta Cancel. pro indu- 9
cẽda reseruatione requirat pro forma, quod subcol-
lector sit vnicus, vt scribit Belin. *in tr. de char. subsid.*
q. 118. *in fin.* & ita impetrãti sub tali forma incũbat 10

onus probandi vnicitatem, tanquam fundamen-
tum suæ intentionis, Glos *fin. in l. cum actum ff. de*
neg. gest. Felin. post Io. Andr. & Abb. *in cap. au-*
ditis num. 33. 2. conclus. de præscription. Quia
21 contrarium est verius ex quo pluralitas non præsu-
mitur, *l. 1. & ibi* Bald. *col. 2. vers. ego dico, C de error.*
aduoc. Butr. *in c. cum Ioannes Eremita de fid. instrum*
quæ præsumptio onus probandi in alium transfert,
l. non est verisimile, ff. quod met causa, l. siue possidetis,
C. de probat. Abb *in cap. 15. qui de sponsalibus*, Paris.
cons. 40. num. 14. & seq. vol. 1. & ideo sufficit prouiso
22 Apostolico probare deputationem subcollectoris,
prout probauit, ad effectum transferendi onus pro-
bandi in partem aduersam; ita Mandos. super hac
regula *quæst. 1. num. 4.* vbi refert decisionem Rotæ
in causa Calaguritana Scholasticæ de Logrono
coram R. P. D. Antonio Augustino sub die vltima
Maij 1546. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part. 5. col-*
lect. 1647. vers. notandum est secundò, Garz. *de benef.*
part. 5. cap. 1. num. 156.

Nec etiam obstat quod pro parte D. Francisci
Borgiæ probetur alium fuisse deputatum sub colle-
ctorem à Nuncio Hispaniarum, vt *in eius summ.*
num. 2. indéque constet de defectu intentionis Pa-
pæ, qui collectionem fecit sub expressione vnici
subcollectoris. Quoniam vltra quod non probatur
d. deputationem fuisse factam de tempore, quo d.
Gaspar obtinuit dicta beneficia, ad effectum vt dici
non posset vnicus subcollector tunc temporis, in
omnem euentum nec minus releuaret, cùm prædi-
23 cta deputatio fuerit facta à Iudice inferiori, qui
stante appositione manus Papæ in deputatione
præcedente non poterat se postea ingerere in alia
deputatione, ex *cap. cum inferior de maior. & obedient.*
cap. 2 de offic. legat. Sbroz. *de offic. Vicar. q. 39. num. 2.*
lib. 2. Fusch. *de visitat. lib. 2. cap. 10. num 2.* Moneta *de*
commut. vltim. volunt. cap. 8. num. 486. & vltra prædict.
& alios relatos in decis. causæ *in §. remanet*, faciunt
ad propositum ad notata *in cap. 1. & 2. de confirmat.*
vtil. vel inutil. & *in cap. vt nostrum 56. de appellat.*
Æne. de Falcon. *de reseruat. benef. prælud. 3. num. 4.* Pa-
ris. *cons. 47. num. 39. & 31. lib. 4.* Rot. *decis. 570. n. 2.*
part. 1. recent.

Quinimò ad effectum, vt beneficia de quibus
agitur dicantur reseruata, sufficit quod Gaspar Vi-
24 ues illorum possessor aliquando fuerit vnicus sub-
collector, quia in beneficiis semel data affectio
semper durat, Rot. *decis. 10. & 12. circa princip. de*
præben. in nou. & 13. & 14. eod. tit. in antiq. vbi Ad-
dent. *lit. A.* referunt Æneam de Falco *in tract. reseru.*
in 4. quæst. princ. effect. 17. & Felin. *in cap. in nostra*
vers. vigesimum primum. Corolar. *de rescript.* eoque
25 ipso quod docetur de deputatione Gasparis in sub-
collectorem, censetur probata qualitas vnicitatis, &
omnes alij subcollectores, si qui adessent tunc tem-
poris in eadem diœcesi seu ciuitate, habentur pro
reuocatis, etiamsi de illorum reuocatione nulla fue-
rit facta mentio, Bellenein. *in tract. de Charit. subsid.*
quæst. 109. in princip. Mandos. *super hac regul. 4. hodie*
5. quæst. 10. n. 2. Rot *decis 9 de offic. delegat. in nou.* &
decis. 1. de præben. in antiq. in puncto, & quidem in
fortioribus terminis *in Placentina, seu Compostellana*
Thesauraria 25. Maij 1609. coram Ortembergo, quæ
est *decis. 251. num. 5. part. 1. recent.* vbi deputatio sub-
collectoris non est facta à Papa, sed à Nuncio His-
paniarum.

Minus releuat quod D. Franciscus Borgia tanquã
26 prouisus ab Ordinario sit legitimus contradictor,
per ea quæ tenuit Rota apud Put. *in decis. 120. lib. 1.*
in correct. & tradit Gonzal. *in reg. 8. gloss. 11. num. 40.*
& *41. cum seq.* contra quem propterea executiuè,
& summariè procedi nequeat. Quia etsi conclusio
verissima sit, & procedat, quando reseruatio pro- 17
uisi Apostolici esset turbida, vt dixit Rot. apud Il-
lustrissimum D. meum Decanum *in decis. 124. num. 7.*
tamen non applicatur in præsenti casu, vbi in con-
tinenti docetur de clara, & indubitabili reseruatione
ex superius ponderatis, tunc enim immissio dene-
gari nequit Prouiso Apostolico, attenta præcipuè 18
subrogatione gratiosa etiam quoad possessionem
defuncti, Rot. *apud Viuian. de Iure patron. decis. 47.*
in princ. & *per tot.* & signanter *sub num. 9. vers. minus*
obstat cum seqq. & in recent. *decis. 66. num. 7. cum seqq.*
part. 5. vbi dicitur quod esset inconueniens posses- 19
sorem ab Ordinario prouisum posse ex suo titulo
impedire immissionem, quam ipse in concursu cum
prouiso Apostolico obtinere non posset, stante no-
toria reseruatione, Verall. *decis. 349. lib. 1.* & in re-
cent. *decis. 711. n. 2. part. 1.* in punct. Buratt. *decis. 888.*
per tot. & præcipuè *sub n. 7. & 8.*

Vndè resultat etiam responsio ad id, quod dice- 20
batur D. Franciscum tanquam prouisum ab Ordina-
rio motu proprio in mense eiusdem Ordinarij, non
teneri ad Iustificationem suæ gratiæ, Felin. *in c. aud.*
aures n. 15. concl. 14. de rescript. Gonzal. *§. 6. in proœm.*
num. 10. eique propterea immissionem esse dandam,
vel ex remed. *l. fin C. de edict. diu. Adrian toll.* vel of-
ficio Iudicis, Menoch. *de adipiscen. remed. 6. num. 34.*
Rot. *in Calaguritana Canonicatus Doctoralis sub 17. Iu-*
nij 1610. coram Illustrissimo D. meo Decano, & conse-
quenter habere iustum titulum, cuius respectu ipse
in concursu prouisi Apostolici posterioris præferri
debebat; siquidem obiectum procederet, quando 21
doceretur de asserto iusto titulo, & quando non
constaret de clara reseruatione, vt supra fuit firma-
tum, vel quando Ordinarius haberet facultatem ex
aliquo indulto conferẽdi etiam beneficia reseruata,
prout erat in casu d. decisionis Calaguritanæ Do-
ctoralis per informantes pro D. Francisco allegatæ,
secus autem in præsenti vbi de aliquo indulto non
apparet, nec de aliquo iusto titulo, qui etiamsi hodie
post immissionem exhiberetur, stante clara reserua-
tione non posset executionem immissionis impedi-
re, ita & neque manutentionem, vt in simili est *decis.*
Seraph. *357. per tot.*

Demum non obstat quod prouiso Apostolico
denegari debebatur immissio saltem quoad Cano-
nicatum, cuius præsentationem ad Archiepiscopum
spectare prætenditur ex Bulla erectionis quatuor
præbendarum, vt *in summario D. Francisci n. 3.* Quia
quatenus hoc iustificaretur in facto, non releuaret 22
in Iure, cùm etiam Iuspatronatus Ecclesiasticum ca-
dat sub reseruationibus Apostolicis, *c. dilectus*, & ibi
Gloss. *verb. in concessione, vers si vero pertinet*, Abb. *n. 1.*
Butr. *n. 13. de offic. legat.* Gemin *in c. 2. n. 11. de præben.*
Mandos. *super reg. 1. quæst. 10. num. 5.* Garz. *de benef. p. 5.*
cap. 1. sub. num. 552. & eo ipso dicitur Ecclesiasticum, 23
quod præsentatio ad Ecclesiasticum spectat, *c. vnico,*
§. fin. & ibi scribentes de Iurepatr. *in 6.* Paris. *consil.*
128. num. 19. cum seqq lib. 4. Gonzal. *super regul. 8. glos.*
18. num. 5. Rot. *coram Andrea decis. 22. n. 7.* & *decis. 48.*
n. 8. part. 5 recent.

Ex quibus cùm constet mandatum de immitten-
do ad fauorem R. P. D. mei Rojas prouisi Apostoli-
ci, fuisse ritè & rectè per Rotam relaxatum, meritò
dixerunt Domini eidem quoque manutentionem
esse concedendam, non obstante, quod eius possessio
fuerit capta appellatione pendente; quia quoad ef-
fectum suspensiuum appellatio non datur à senten- 24
tia lata super immissione vigore literarum Aposto-
licarum

lcarum, quæ sui natura adinstar *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. toll.* habeat executionem paratam ex supra deductis, quod optimè perpensum fuit à Iudice à quo, & per Signaturam, dum ille appellationem reiiciens dedit refutatorios, & ista causam prætensæ appellationis mihi commisit cum clausula *sine præ-*
25 *iudicio executionis literarum Apostolicarum*, quæ clausula executionem præseruat. Mart. *de clauf.* 160. *n.* 1. vbi plures decisiones Rotæ refert.

Et ita decisum vtraque parte informante &c.

Leodien. Castri de Monbeck,

Vener. 10. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

De concedenda Declaratoria contra renitentem mandato de manutenendo Rotali ad fauorem alterius relaxato.

SVMMARIVM.

1 *Mandato Rotali seruatis quatuor terminis seruari solitis vnà cum eius exequutione in actis producto dum nulla paritio præstatur, nil aliud superest quàm vt declaratoria concedatur.*

2 *Stylus Rotalis seruatis quatuor terminis vsitatis in executorialibus mandati de manutenendo ob identitatem rationis locum habet.*

3 *Recursus habitus ad Iudices laicos pro reuocatione mandati Rotalis & impedienda illius executione, sufficit vt declaratoria concedatur.*

4 *Contumacia quæ in non parendo consistit ex contemptu mandati Rotalis & contrauentione resultat.*

5 *Inobedientia voluntaria est qua quis monitionem Iudicis adimplere contemnit, ob quam declaratoria datur.*

6 *Inobedientia & contumacia graue est delictum & deterrimi exempli.*

7 *Mandatis spretis de Iurisdictione & regimine Ecclesiastico actum est.*

DECISIO CXIII.

PRo informante fuit responsum, & sic dandam esse declaratoriam contra Godefredum, de cuius renitentia in parendo mandato de manutenendo Rotali ad fauorem Othonis relaxato, constat ex datis *in summ.* 2. & 3. vbi legitur dictum mandatum sibi personaliter fuisse intimatum, & ipse noluit illi parere, quinimo ad Cameram Spirensem recursum habuit, ac mandatum cum præcepto pœnali obtinuit pro illius reuocatione.

1 Vnde cùm idem mandatum Rotale vnà cum eius exequutione, & contradictione fuerit in actis reproductum, & seruatis quatuor terminis seruari solitis ad docendum se paruisse non doceatur de paritione, nil aliud superest, quàm declaratoriam concedere iuxta receptum stilum, de quo Felin. *in cap. ad probandum num* 6. *de re iudic.* & *in cap. Rodulphus num.* 41. *de rescript.* Vestr. *in prax. cap. vlt. lib.* 8. *num.* 19. Cassad. *decis* 6. *num.* 10. *de caus. possess.* & *propriet.* Cresc. *decis.* 1. *de sequestr. possess.* & *fruct.* Mohed. *decis.* 1. *de sentent. excom.* Rota coram Caual. *decis.* 364. *num.* 1.

Quem stilum habere locum in executorialibus 2
mandati de manutenendo ob identitatem rationis
sæpissimè Rota censuit, vt *in decis.* 445. & 591.
part. 2. *recent.* & in puncto coram Martino Andrea
in decis. 107. *num.* 2. quam, & alias refert Adden. ad 3
Buratt. *in decis.* 17. *num* 5. maximè attento prædicto
recursu habito ad Iudices laicos pro habenda reuocatione mandati Rotalis, & pro impedienda illius executione, quo casu solùm id sufficeret pro concessione declaratoriæ, vt dixit Rota *in Vlixbonen. beneficij* 10. *Aprilis* 1617. & *in Astoricen. præstimoniorum* 13. *Iunij* 1622. *coram Vbaldo*, & in puncto *in Leodien. Declaratoriæ* 13. *Nouembris* 1624. *coram Bu-*
ratto, quæ inter eius impress. est *decis.* 825. *n.* 5. ex 4
huiusmodi enim contemptu mandati Rotalis, & contrauentione resultat propriè contumacia quæ consistit in non parendo, *l. contumacia, vers. contu-*
maces non videntur, ff. de re iudic. ac in voluntaria 5
inobedientia, qua quis monitionem Iudicis adimplere contemnit, ob quam datur declaratoria, Socin. *in cap. nulli num.* 7 *de sentent excom.* Abb. *in c.* 1. *n.* 10. *de Iudic.* Cassad *decis* 5. *num.* 7. *de const. c. absit* 11. *q.* 3. Rot. *coram Buratto decis.* 748. *n.* 3.

Graue quidem delictum, & deterrimi exempli 6
est inobedientia, & contumacia, Gloss. *in c. duo sunt* 96. *distinct.* Abb *in cap.* 1. *num.* 10. & ibi Rip. *num* 19. *de iudic.* Couarruu. *in c. Alma mater, part.* 1. §. 9 *num* 3. *de sentent. excomm. in* 6. vt respondit Rot. *in decis.*
404. *num.* 9. *part* 5. *recent.* spretis enim mandatis 7
actum est de Iurisdictione & regimine Ecclesiastico.

Et ita decisum vna tantùm parte informante.

Moguntina hæreditatis.

Merc. 15. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Sententia à Nuncio Apostolico contra Capitulum Moguntinum ad fauorem aliorum prolata, stante eius nullitate & iniustitia in rem iudicatam transire non potest.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando est nulla & iniusta in rem indicatam transire non potest.*

2 *Nuncius in gradu appellationis interposita ab aliis contrariis sententiis post lapsum biennij aut triennij absque aliqua prorogatione fatalium pronunciare non potest.*

3 *Citatio partis in productione iurium requiritur.*

4 *Citatio contra Decanum Capituli executa non adhibita diligentia pro congregatione Capituli non suffragatur.*

5 *Citatio contra particulares de Capitulo exequuta est nulla, Capitulo capitulariter non congregato.*

6 *Citatio ad valuas Ecclesiæ non præcedente prius citatione personali fieri non potest.*

7 *Capitulum non præcedente citatione personali verè contumax dici nequit, & propterea ad euitandum rem iudicatam à die habita notitia infra decem dies potuit appellare.*

8 *Testamentum est nullum quando caret testibus & aliis solemnitatibus pro ipsius valida confectione requisitis.*

9 *Attestatio simplex Syndicorum Capituli ad probandam consuetudinem cùm sit extraiudicialis nihil probat.*

10 *Consuetudinem allleganti onus illam probandi incumbit.*

11 *Consuetudo vt excludatur vnicus actus contrarius sufficit.*

DECISIO CXIV.

1 NON constare de re iudicata dixerunt Domini, quia sententia D. Nuntij Coloniensis prolata ad fauorem hæredum Iodoci a Riede contra Capitulum Moguntinum est nulla & iniusta, & ideo in rem iudicatam transire non potuit, *l. si se non obtulit* 4. §. *Condemnatum*, *ff. de re iudic.* Felin. *in cap. super litteris, num* 15. *de rescript.* Cæsar. de Graff. *decis.* 2. *num* 8. *de solut.* Seraph. *decis.* 1469. *num* 3.

2 Nullitas apparet primò ex eo, quod D. Nuncius pronunciauit in gradu appellationis interpositæ ab aliis contrariis sententiis latis ad fauorem Capituli, post lapsum non solùm biennij, sed etiam triennij, absque aliqua prorogatione fatalium, & sic postquam eius Iurisdictio expirauerat, & appellatio diserta remanserat, Clem. *si appellat.* & ibi Gloss. *in* §. *collige de appellat.* Butr. *in c. ex ratione de appellat.* Cassad. *decis.* 6. *num.* 8. *eod. tit.* Rot. *decis.* 453. *num.* 1. *part.* 4. *recent.*

3 Secundò quia Capitulum contra quod fuit lata sententia unnquam fuit citatum, & tamen in productione Iurium requiritur partis citatio, ex doctr. Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de sent. ex breui recit.* Sarnen. *regul. de annal. quæst.* 4. *num.* 5. Hondcd. *consl.* 75. *num.* 33. *lib.* 1. Caputaq. *decis.* 99 *part* 2. Cæs. de Graff. *decis.* 5. *num.* 7. *de restit. spoliat*, & in alio quocumque actu præiudiciali, Clem. *sæpè de verbor. signif.* Caputaq. *decis.* 375 *num.* 2. *part.* 2.

4 Nec suffragatur citatio executa contra Decanum ipsius Capituli data *in summario assert. hæred. num.* 5. cùm non appareat fuisse adhibitam diligentiam pro congregatione Capituli, iuxta Gloss. *in cap. si capitulo in verb. factum de concess. præbend. in* 6. & dixit Rota *in Terdunen. bonorum* 15. *Decembris* 1614. *coram*

5 *Manzanedo*, aliàs autem citatio contra particulares de Capitulo executa, eodem Capitulo capitulariter non congregato est nulla, ex tradit. per DD. *in c. eam te de rescript.* Put *decis.* 10. *lib.* 1. Alex. *consil.* 219. *n.* 2. & 11. *lib.* 6. Seraphin. *decis.* 857. *num.* 7. cum aliis per Adden. ad Papam Gregor. XV. *in decis. vlt. num.* 6.

6 Minus releuat dicere quod saltem interuenerit citatio ad sententiam contra Capitulum, quia illa fuit exequuta ad valuas Ecclesiæ, quod non præcedente prius citatione personali fieri non poterat, Clem. 2. *de re iudic.* Afin. *in praxi* § 6. *c.* 1. *num.* 4. Caputaq. *decis.* 107. *num* 4 *part.* 1. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 83. *in fin.* Rot. coram D. Seraph. *decis.* 1276. *num.* 4. & coram Papa Gregor. XV. *decis.* 430.

7 *num.* 3. & ibi Adden. *num.* 5. Imò ex quo non præcessit personalis citatio, Capitulum verè contumax dici nequit, & propterea appellare potuit infra decem dies à die habitæ notitiæ prout fecit, ad euitandum rem iudicatam, *l.* 1. §. *vltim. ff. appelland. sit c. biduum*, §. *si aduersus absentem* 11. *quæst.* 6. Vestr. *in praxi, lib.* 7. *cap.* 3. *de appellat. num.* 21. *circa med.* & hoc idem sensit Rota *in Volaterrana beneficij* 14. *Maij præteriti coram me*, licet ibi pro re iudicata fuerit responsum, quia agebatur contra verum contumacem ab initio personaliter citatum.

8 Iniustitia verò satis supérque visa fuit DD. constare ex eo, quod per d. sententiā datur executio prætenso testamento d. Iodoci à Riede, & tamen ex lectura eiusdem testamenti de quo *in summ. assert. hæred. num.* 1. apertè conuincitur illud esse nullum, cùm careat testibus, & aliis solemnitatibus requisitis pro ipsius valida confectione, iuxta dispositionem *l. hac consultissima* 21. *in testamentis* 26. *C. de testam. l. conficiuntur* 1. §. 1. & ibi Gloss. *ff. de iure Codicillorum.* 8

Nec obstat, quod ex consuetudine immemorabili Capitulares Ecclesiæ Moguntinæ, qualis erat D. Iodocus, possint testari per schedulam priuatam sine interuentu testium, & absque alia Iuris solemnitate, dictáque schedula per se valida sit, debitúmque effectum sortiri debeat, ac si esset testamentum solemniter confectum.

Quoniam de tali consuetudine non constat nisi ex quadam simplici attestatione Syndicorum Capituli Moguntini, *d. summ. assert. hæred. n.* 1. quæ cùm sit extraiudicialis nihil probat, Rot. *decis.* 244. *num.* 2. *coram Buratt.* & *decis.* 468. *num.* 3. & 5. *coram eod.* 9
Alleganti autem consuetudinem incumbit onus illam probandi, Gloss. *in l.* 1. *verb. probatus, C. quæ sit long. consuetud.* Cou. *consl.* 274. *num.* 5. *lib.* 2. Paris. *consl.* 25. *num.* 18. *lib.* 1. Rimin. Sen. *consl.* 307. *num.* 16. & quidem in terminis casus controuersi Oldrad. *consl.* 237. Anchar. *consl.* 339. *num* 8. Aymon. *consl.* 96. *n.* 4. 10
Cæs. de Graff. *decis.* 6. *num.* 5. *de præbend.* & quod illa fuerit semper obseruata, itavt nullum actum habeat contrarium, cùm pro exclusione consuetudinis vnicus actus contrarius sufficiat, Bart. *in l. semper in stipulationibus in fin.* & ibi Cagnol. *num.* 12 *de regul. iur.* Bero. *consl.* 5. *num.* 23. *lib.* 1. Scrader. *de feudis part.* 10. *sect.* 20. *num.* 157. Surd. *consl.* 195. *num.* 23. & 24. 11

Et sic vtraque parte informante resolutum fuit.

Florentina Fideicommissi.

Vener. 17. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

De Fideicommisso ad fauorem causam ab altero ex hæredibus habentium non purificato.

Vide suprà *Decis.* 105. vbi hæc materia prolixè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ex testamento vnius proueniens ad fauorem alterius ex eadem linea non dicitur purificatum, nisi de tali fideicommisso reciproco constat.*

2 *Alleganti verba inducentia fideicommissum non fuisse ita concepta prout leguntur in authentico in actis producto, Rota ex solita sua bonitate nouam audientiam concedit.*

DECISIO

DECISIO CXV.

Esolutum fuit sub die Lunæ 18. Iunij præteriti pro Patribus Sanctæ Mariæ Nouellæ constare de re iudicata,& consequenter non esse locum restitutioni in integrum,ad fauorem Dominorum de Soderinis, attenta validita-
1 te,& Iustitia sententiarum, quibus declaratur fideicommissum proueniens ex testamento q.Laurentij Senioris, non fuisse purificatum ad fauorem DD. Francisci & Laurentij Iunioris ,causam habentium à Nicolao altero ex hæredibus institutis, pro portione obuenta dd. Patribus S.Mariæ, ex persona Fr.Iacobi filij q Ioannis Frācisci alterius coheredis qui in seculo Philippus vocabatur,ea præcipuè ratione, quia de tali fideicommisso reciproco non constat, adeò vt habeat locum de linea ad lineam, sed tantùm inter descendentes vniuscuiusque lineæ ex latè deductis in decisione sub dicta die extensa.

Cuius decisionis vigore, dum in relatione causarum habita ante ferias generales instabatur pro expeditione,fuit pro parte illorum de Soderinis petita noua audientia,non ad effectum impugnandi decisionem ex tunc deductis, sed ex nouiter deducendis, cum supposito quod erant expeditæ literæ Compulsoriales in partibus pro compulsando testamento originali dicti Laurentij Senioris,in quo as-
2 serebant informantes pro Soderinis verba inducentia fideicommissum non fuisse ita concepta, prout leguntur in sumpto authentico eisdemmet Soderinis in actis producto, & propterea Domini ex eorum solita benignitate nouam audientiam concesserunt.

Verùm quoniam post lapsum ferè sex mensium, nihil pro dd.de Soderinis in actis fuit productum, proposui denuò dubium super eisdem, & in decisis persistendum fore fuit responsum; causamque esse expediendam Patribus S.Mariæ tantùm informantibus,& Soderinis licèt quàm pluries citatis, informare non curantibus,&c.

Romana Vineæ.

Vener.24. Decembris 1638.

ARGVMENTVM.

Constito de interesse euidenti ipsi quorum interest ad causam sunt admittendi.

SVMMARIVM.

1 *De interesse illius agitur qui alterum à molestiis illatis liberare tenetur.*
2 *Molestias illatas ipsisque quorum interest intimatas fuisse quomodo probatur.*
3 *Ad causam vt aliquis admittatur sufficit etiam de interesse apparenter docere.*

DECISIO CXVI.

Quia Iosephus,& Iacobus de Moscatis iudiciū associationis intentarunt super vinea, de qua agitur,contra Augustinum,& alios de Scaliis,& isti præuia intimatione molestiarum facta Carolo & Vincentio de Totis hæredibus Antonij Desiderij eiusdem Vineæ venditoris, appellarunt à mandato de associando per dictos de Moscatis obtento, & causam appellationis mihi committi obtinuerunt; Iidem de Totis ad effectum liberandi à molestiis dictos de Scaliis, aliam commissionem impetrarunt pro eorum admissione ad causam, & proposito dubio an constet de interesse, fuit affirmatiuè responsum,

Nam de interesse eorumdem de Totis satis superque constare visum fuit, dū ipsi tenētur liberare 1 dd.Augustinum,& alios de Scaliis à molestiis super d.vinea illatis pro parte illorum de Moscatis;quódque teneantur pro liberatione à molestiis, & quod molestiæ intercesserint, & fuerint sibi ipsis intimatæ,patet ex datis *in eorum summario*, vbi legitur fides publica Brunonij R.C.Notarij attestātis in eius officio de anno præfeti corā D.Thesaurario ad instātiam dd. Augustini, & aliorum de Scaliis contra dictos de Totis vti hæredes Antonij, Desiderij fuisse productum instrumentum venditionis d.vineæ vnà cum mandato de associando Rotali super ea per Moscatos obtento, ac eosdem de Totis fuisse citatos, ad tradendum vineam liberam, & faciendum consentire dictos de Moscatis. Cùm igitur ex his constet de euidenti interesse, debent ipsi de Totis 3 ad causam admitti, cùm ad hunc effectum sufficiat etiam de interesse apparente docere,*c.veniens il 2.* & ibi Innocent. *de testib.*Felin.*in cap. auditis col.19. vers dixit de præscript.*& *in cap.cum super de offic. delegat.*Rota *decis.11.de iudic.in antiq.* Bisignet.*decis.1. de rescript.* Dec. *in l.final. num.16. C.de edict. Diui Adrian.tollen.*

Et sic decisum vna tantùm parte informante.

Terraconen. Beneficij.

Lunæ 10. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

Constito de bono iure possessoris circa beneficium de quo agitur, purificatisque in eo conditionibus in fundatione appositis,mandatum de manutenendo denegari non potest.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ad fauorem certæ cuiusdam personæ in testamento apposita facit vt eidem ex necessaria collatione beneficium debeatur.*
2 *Conditiones ad certas quasdam personas restituta in fundatione beneficij rectè apponi possunt.*
3 *Conditiones in fundatione beneficij apposita etiam ex dispositione Sacri Concilij Tridentini ad vnguem sunt seruanda.*
4 *In materia Iurispatronatus descendentiam ab eo qui est in illius possessione vel quasi, sufficit probare.*
5 *Admissio fororum consobrinarum ad legatum pro nubendis puellis de genere Fundatoris sicut requisitas eas qualitates habere probat, ita quoque respectu aliorum collateralium conuincit.*
6 *Sententia Ordinarij super statu personæ prolata facit Ius quoad omnes.*
7 *Consanguinitas in genere vt verificetur leuiores probationes*

bationes etiam ex induciis & coniecturis prouenientes admittuntur.

8 *Opponens se alicui beneficio nisi à Patrono fuerit præsentatus nullum ius acquirere potest.*

9 *Ius considerabile ex oppositione acquiritur quando beneficium certo generi personarum ex vi fundationis debetur.*

10 *Vocatus specialiter vti de familia vigore fundationis præsentato per Patronos assimilatur.*

11 *Fundatoris dispositioni Patroni contrauenire nequeunt.*

12 *Sententiam ab Ordinario qualitatibus canonizatis pro institutione obtinenti, etiam in terminis oppositionum ad beneficia patrimonialia ius præseruatum censetur.*

13 *Iuspatronatus laicale vel mixtum sub regula reseruatoria non cadit.*

14 *Gratia non expressis in ea requisitis remanet nulla.*

15 *Papa personis quibus ex fundatione Ius competit præiudicare velle haudquaquam censetur.*

16 *Clausula* dummodò à die data præsentium alteri non fuerit ius quæsitum, *quidnam includit.*

17 *Constito de bono iure alicuius manutentio attenta anteriori possessione Instrumentali ei debetur*

18 *Possessio anterior sufficit alio in possessione non existente.*

19 *Possessio anterior iuniori præfertur, licet iunior esset titulata & anterior titulo careret.*

20 *Possessore anteriori non citato possessio iunior dicitur attentata & proinde nullatenus est manutenibilis.*

21 *Monitorium continens clausulam* si quis, &c *resoluitur in simplicem citationem, & litem ex parte impetrantis inducit.*

22 *Lite pendente possessio absque vitio attentatorum capi nequit.*

23 *Renunciatione litis ad fauorem alterius facta tollitur impedimentum quod ex eadem lite poterat causari.*

DECISIO CXVII.

DE beneficio S. Nicolai de quo agitur Iurispatronatus relicti à Petro Soler, vacante per obitum Petri Castello, fuit ab Ordinario prouisus Vincentius Ferrer vti Presbyter de genere fundatoris, qui eiusdem beneficij possessionem assequutus fuit, non obstante præsentatione facta per Patronos ad fauorem Iohannis Saragossa, ex quo iste à contraria sententia dicti Ordinarij non appellauit, sed potius liti, & causæ renunciauit.

Verùm quia idem beneficium vti de vacante in mense reseruato sedi Apostolicæ impetratum fuit à Michaele Vidal, per cuius obitum in Curia nondum habita possessione fuit & iterum collatum in personam Iacobi Mallob, qui vigore monitorij A. C. pro executione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ possessionem accepit, non citato d. Vincentio possessore: ideo fuit causa introducta in Rota, disputatóque dubio, cui esset dandum mandatum de manutenendo, placuit Dominis sub die 28. Ianuarij 1636. mandare quod videretur de bono Iure, iuxta quem ordinem hodie causa reproposita fuit resolutum constare de bono Iure Vincentij, eique propterea esse dandum mandatum de manutenendo.

Nam satis de eius bono iure constare visum fuit, dum ex particula testamenti Petri Soler data *in summario num.* 1. apparet beneficium de quo agitur
fuisse institutum cum conditione, vt alicui Presby- 1
tero de genere ipsius Petri fundatoris conferri de-
beat, quæ conditio in Vincentio purificata facit,
vt illi beneficium debeatur ex necessaria collatio-
ne, tanquam de beneficiis debitis certo generi per-
sonarum, Rebuff. *in prax. tit. de collat. num* 1. &
quæst. 14. *de nominat. num.* 131. Petr Gregor. *de benef.*
cap. 39. *num.* 3. Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 15. *num.* 1.
huiusmodi enim conditiones in fundatione bene- 2
ficij rectè apponi possunt, per ea quæ ex *l. in tra-*
ditionibus, ff. de pact. & ex Felin. *in tract. quando*
litera Apostol. sub num. 1. scribit Garz. *in dict. par* 7.
cap. 15. *num.* 3. referens Rocch. *de Iur. patr. verb. ho-*
norificum quæst. 18. *ad fin.* Guttier. *Canon. quæst.*
lib. 2. *cap.* 11. *num.* 37. Lara *de anniuersar. & Ca-*
pellan. lib. 2. *cap.* 2. *num.* 1. Azor. *instit. moral.* 2. *part.*
lib. 6. *cap.* 4. *quæst.* 25. cum aliis pluribus, & ideo
sunt ad vnguem seruandæ, etiam ex clara disposi- 3
tione Sac. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 5. *de reform.*
Guttier. *cons.* 2. *num.* 2. Garz. *vbi supra num.* 4. Rocch.
de Iur. patr. verb. pro ea quæst. 12. Socin. *cons.* 30.
num 4. *lib.* 3. Viuian. *de Iur. patr. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 4.
Rota coram Seraph. *decis.* 774. *n.* 1.

Quod autem dictus Vincentius sit Presbyter de
genere Fundatoris, & sic fuerit in eius persona pu-
rificata conditio prædicta, probatur ex articulis, &
testibus super illis examinatis *d. summario num.* 5. &
6. ex quibus quidem apparet Vincentium esse ne-
potem Annæ filiæ Antonij, qui fuit frater Bartho-
lomei Carbonelli admissi ad hoc idem beneficium,
tanquam de genere fundatoris *d. summ. num* 4. quæ
probatio suffragatur, cùm in materia Iurispatro- 4
natus sufficiat probare descendentiam ab eo qui est
in illius possessione, vel quasi, prout pluries tenuit
Rota, & signanter *in decis.* 146. *num.* 1 & *decis.* 224.
num 8. *part.* 1. *recent.* Gregor. *decis.* 149. *num.* 1. Idque
etiam probatur ex eo quod Agnes, & Maria so-
rores consobrinæ dicti Vincentij, fuerunt admissæ
ad legatum factum ab eodem Petro fundatore
pro nubendis puellis, quæ essent de suo genere, vt
deponunt testes *summario num.* 7. & 8. quæ sororum
admissio sicut probat eas habere qualitates requi- 5
sitas, cùm aliàs admitti non potuissent, vt in mate-
ria Iuris præsentandi arguit Lambert. *de Iurepatr.*
lib. 2 *part.* 2. *quæst.* 10. *art.* 4. *num.* 11. *in fin.* Caspar.
Thesaur *quæst foren.* 61. *num.* 9. *vers. nisi*, & dixit
Rota coram Buratto *in decis.* 559. *num.* 3. & *decis.*
709. *num.* 6. ita quoque probat respectu aliorum
collateralium qualis est Vincentius, Angel. *in auth.*
vt liceat matri & Auiæ §. 1. *vers. ad hac in fin.* Alex.
in 1. *sæpe num.* 51. Idem etiam sensit Angel. *de re dec.*
Tiraq *de nobilit cap.* 17. *num.* 9. Cotta *in memorial.*
vers. sententia dicta pro vno ex multis fratribus, Rota
coram Illustrissimo D. meo Decano decis. 105. *num.* 1.
inter eius impress. accedente præsertim sententia
Ordinarij data super institutione istius beneficij ad
fauorem dicti Vincentij tanquam de genere fun-
datoris; quæ sententia vti prolata super statu per- 6
sonæ facit Ius quod omnes, *l. Ingenium ff. de stat.*
homin. Rot *decis.* 71. *num.* 2. *part.* 3. & *decis.* 348. *num.*
10 *part.* 5 *recent.*

Et huiusmodi probatio eò magis visa fuit suf-
ficiens in hac materia, cùm agatur tantùm de pro- 7
banda consanguinitate in genere, absque alio con-
currente eiusdem familiæ, quo casu leuiores pro-
bationes admittuntur etiam ex indiciis, & conie-
cturis prouenientes, Gloss *in l.* 1. *verb quoties, ff. de*
probat. & ibi Salicet *num.* 1. Aretin. *cons.* 37. *num.* 2.
Anchar. *cons.* 52. Fulgos. *cons.* 184. *num.* 1. Rota
in Placentina Capella 15. *Nouembris* 1593. *coram*

Penia

Penia relat. per Garz. *de benef. dict. part.7. cap. 15. num.18.*
8 Nec obstat quod Vincentios non fuerit præseo-
tatus à Patrono, sed solùm se opposuerit huic be-
neficio, ex qua oppositione nullum Ius acquirere
potoerit, ex ootat. per Cassad. *decis.* 18. *num. 3. de*
9 *prebend.* Quia vltra quod etiam ex oppositione ac-
quiritur Ius considerabile, quando provt hîc bene-
ficium debetur certo generi personarum ea vi fuo-
dationis, & nullus alius adest oppositor, Gonzal.
super reg.8.gloss.9.à num.88.vsque ad 96. Anton.Au-
gustin. *in Epitom tit de prabend.in c.de mod prouision. num.1.* Sarnen.*super reg de Iure quasit. non tollen.q.1. num.10.* Garz.*de benefic.part.4.cap.3.num.61.*Cassad.
dicta decis.18.num.5. Butatt. *decis.55. num.4.* ibique
Adden.*num.9.& 10.*& sic Vinceotius vti de familia
10 specialiter vocatus ea dicta fundatione assimilatur
præsentato per Patronos, Put.*decis.252. num.3.lib.3.*
11 *in correct.* qui dispositioni fundatoris contrauenire
nequeunt, Bald *cons.38.num.2.lib* 4. Mandos.*cons.51. n.12.* Cessat penitus difficultas ea eo, quod d. Vin-
centius non solùm se opposuit huic beneficio, sed
12 etiam sententiam ab Ordinario obtinuit pro insti-
tutiooe, tanquam de genere Fundatoris, vt *in d.sum. num.1.*& ideo dum res est iam in Iudicium deducta,
suntque per sententiam canonizatæ qualitates di-
cti Vincentij, etsi essemus in terminis oppositio-
num ad beneficia patrimonialia, in quibus loquon-
tur doctrinæ per Cassad.adductæ *in dicta decis.18.de praben.*adhuc eiusdem Vincentij Ius censeretur præ-
seruatum, Put.*d. decis.252.num.2.& 3.lib.3.* Sarnen.
dicta quast. 1. vers. tertius modus in fin. Bellamer.
cons.14.num.21.& 24.col.3.vers quod tamen modico in puncto, Rot.*in decis.97.per tot.* & signanter *n.3. p.3. recent.* vbi contrariis respondetur.
Mious nbstat quod idem beneficium fuerit per
13 Iacobum obtenium à S D.N. vti de reseruato. Tum
quia est Iuspatronatus laicale, vel saltem miatum,
cùm fuerit reseruatum Beneficiato altaris S. Cathe-
rinæ, cum consensu tamen & volontate Iuratorum
Villæ nuncupatæ de Vallibus, & sic non cadit sub
regula reseruatoria, Achil.*decis.3 de Iurepatr.*Cassad.
decis.7.num.10. Crescent. *decis.3. circa finem eod. tit.*
Seraph. *decis.1334. num.7.* Canal. *decis.699. num.4.*
14 Tum & etiam quia Iacobus in sua gratia non ex-
pressit qnod hoc beneficium erat debitum certo ge-
neri personarum provt exprimere debebat, vnde
eius gratia remanlit nnlla. Gloss. magn. *in fin. in c. cum Eccles.de prabend. in 6.* Æneas de Falcon.*de reseruat.quast.3.num.22.* pruvt io his terminis Seraph.
decis.1403. n.3. cùm Pontifex si sciuisset hanc qua-
litatem, vel gratiam denegasset, vel non ita facilè
eam concessisset *c. super litteris,* cum ibi notat.*de rescript.* Put.*decis.152. in fin lib.3.* Papa enim personis
15 quibus ex fundatione Ius competit non censetur
velle præiudicare, Felin. *in tract.quando lit. Apost.noceant patronis Eccles.limit.2.* Oied.*de incompat. benef. part.1.cap.24.num.9.* Rot.coram Seraph. *decis.1420.*
16 *num.3.* Imo staote clausula, *dummodo à die data prasentium non fueris alteri Ius quasitum*, apposita in
dicta prouisione Iacobi, fuit indubitanter præsenta-
tum Ius Vincentij, tanquam ex genere Fundatoris
ex supra allegatis, & ideo idem Vincentios debet
præferri prouiso Apostolico, Rota coram Seraph.
decis.1263. num. 4. & coram Botatt. *dict. decis.55. num.1.*
Ea qnibus cùm constet de bono Iure d. Vincentij
in beneficiu de quo agitor, eidem qooque manuten-
17 tio debetur, attenta eios anteriori possessione In-
strumentali, de qua *in summ pracedentis positionis n.3.*
quæ sufficit alio non existente io possessione, *l. pradia, ff.de acquir possess.* Seraph.*decis.1065.num.2.* etiam 18
in beneficialibus, & præfertur iuniori in manuteu-
tione, licet Iunior esset titulata, & anterior careret 19
titulo, Rot.*decis.595.num.8. part.1. diuers.* & coram
Gregor.XV.*decis.40.* & ibi Adden.*num.5.* non ob-
stante posteriori possessione Iacobi; qnoniam vltra
quod vti posterior non est manutenibilis, *l.clam possidere, §.qui ad nundinas. ff. de a:quir. possess.* cum ibi
notat.per DD.& *in c.licèt causam de probat.*nec etiam
vllo pacto suffragari posset tanquam capta vigore
monitorij A.C. eapediti in vim Breuis Apostolici,
cum clausula *si quis senserit,&c.* quia cùm non fuerit 20
citatus Vincentius possessor, talis possessio dicitur
attenta & proinde nullatenus est manutenibilis,
Rota apud Illustriss. D. meum Decanum *decis.492. num.5.*Doran.*decis.389.num.2.* vbi firmatur quod vi-
gore huiusmodi monitorij potest capi possessio, dum-
modo non adsit alius possessor. Si autem provt in
præsenti adesset alius possessor, tunc tãquam legiti-
mus contradictor venit citandus, & monitorium 21
continens clausulam, *si quis*, resoluitur in simplicem
citationem, & inducit litem ex parte impetrantis,
Gabr.*de Iudic.concl.1.num 2.* Chassan. *cons.45.n.27.*
lite igitur pendente possessio capi nequit absque vi- 22
tio attentatorum, Clem.*2.vt lit pend.* Rom.*cons.330. num.2.ante fin.*Lancellot. *de attent. p.2.c.3. in prafat. num.56.*
Nec aliquid facit, qood Vincentius mediante in-
stitutione ab Ordinario obtenta, acceperit possessio-
nem neglecto Ioanne Saragossa præsentato à Patro-
no pendente termino decem dierum ad appellan-
dum; Quia dictus Ioannes coosensit, & liti renoo-
ciauit, vt *in summario prima positionis num.3.* per quam
renunciationem factam ad fauorem Vincentij sicut
fuit extincta lis ex parte Iohannis, ita fuit qnoque
sublatum impedimentum, quod poterat causari ex
eadem lite respectu apprehensionis eiusdem pos-
sessionis, vt declarat Lancell. *de attent p.2 c.5 limit.6. num.2.& cap.12 limit.42.num.12.* Cresc.*decis.2.vt lit. penden.* vbi agebator de consensu tacito.
Et sic decisum vna tantùm parte informan-
te, &c.

Valentina Decanatus & Canonicatus.

Ven. 28. Ianuarij 1639.

ARGVMENTVM.

De sententia Rotali circa immissionem in possessionem Decanatus & Canonicatus de quibus agitur, tanquam iusta & valida confirmanda.

SVMMARIVM.

1 *Immissio non potest denegari stante prouisione Apostolica motu proprio emanata qua sui natura executionem habet paratam.*
Maximè concurrente ex abundanti subrogatione gratiosa ad partes obtenta & iustificata, ibid.
2 *Iuspatronatus vt probetur instrumentum publicum fundationis debet in actis exhiberi.*

3 *Beneficium Ecclesiasticum etiamsi e reali Iurepatronatus constet sub reseruationibus Apostolicis cadit.*

4 *Beneficium ab Episcopo de bonis Ecclesiasticis dotatum & ad fauorem personarum Ecclesiasticarum reseruatum dicitur Ecclesiasticum.*

DECISIO CXVIII.

SENTENTIAM Rotalem, qua pronunciatum extitit R.P.D. meum Rojas fore immittendum in possessionem Decanatus, & Canonicatus, de quibus agitur, censuerunt Domini esse confirmandam tanquam validam, & iustam.

Validitas ex reuolutione actorum, Iustitia verò ex duabus decisionibus in causa factis satis superque constare visa fuit, dum in illis firmatur d. meo Rojas dandam esse immissionem vigore prouisionis
1 Apostolicæ motu proprio emanatæ, quæ sui natura
habet executionem paratam, concurrente ex abundanti subrogatione gratiosa ad partes obtenta, & iustificata per reseruationem ex capite subcollectoriæ Gasparis Viues, per obitum eiusdem in possessione dd. Decanatus, & Canonicatus, & per Clericatum Prouisi Apostolici, cui propterea nullo modo immissio denegari poterat ex rationibus, & auctoritatibus adductis, tam in prima decisione causæ coram Illustriss. D. m. Decano sub die 5. Iunij 1637. quàm in secunda emanata sub die 29. Nouemb. anni præteriti coram me, in quibus ad saturitatem fuit responsum omnibus contrariis obiectis: quod autem ex decisionibus ostendatur iustitia sententiæ, dixit Rot. *in decis.* 350. *num.* 1. *p.* 1. *& decis* 668. *num.* 1. *p.* 2. *& decis.* 395. *num.* 1. *in fin. p.* 4. *recen.* & sæpissimè in aliis

Nec obstat quod Canonicatus de quo agitur sit de iurepatronatus Episcopi Valentini, cui proinde spectet illius præsentatio; Quia vltra quod ad docendum de prætenso iurepatronatus non datur in
2 summario D. Francisci nisi simplex folium, quod
nihil probat cùm deberet in actis exhiberi instrumentum publicum fundationis, vt dixit Rot. *in decis.* 102. *num.* 5. *impress. apud Viuian. post tract. de iurepatr.* In omnem euentum cessat penitus difficul-
3 tas, quoniam etsi de reali iurepatronatus constaret,
adhuc vti Ecclesiasticum caderet sub reseruationibus Apostolicis, *cap. dilectus*, & ibi Gloss. & DD. *de offic. legat.* Felin. *in tract. quando lit. Apost. noceant patr. limit.* 3. Æneas de Falc. *de reseruat. effect.* 14. Cassad. *decis.* 4. *num.* 1. *&* 2. *de iurepatr.* Rot. *decis.* 273. *num.* 1. *ad fin. part.* 3. *recen.* & coram Buratto *decis.* 103. *num.* 3.

4 Quodque in præsenti esset Ecclesiasticum, probatur tam ex eo, quod asseritur dotatum ab Episcopo de bonis Ecclesiasticis, *cap. Apostolicos*, iuncta gloss. *in verb. construxisse*, Archidiacon. *num.* 3. Præposit. *num.* 2. 12. *q.* 2. Abb. *cons.* 57. *circa fin lib.* 1. Rot. *dict. decis.* 273. *num.* 1. quàm ex eo quod dicitur reseruatum ad fauorem personarum Ecclesiasticarum, *c.* 1. *§. fin. & ibi omnes de iurepatr. in* 6. Gonz. *sub reg.* 8. *gloss.* 18. *num.* 5. Paris. *cons.* 128. *num.* 19. *lib* 4. Rot *dec.* 740. *num.* 2. *p.* 2. *rec. & decis.* 83. *apud Viuian post tract. de iurepatr. num.* 5. cum aliis alleg. *in* 2. *dec. causa in §. demum in fin.* Et sic decisum vna tantùm parte informante, altera pluries citata.

Valentina Decanatus & Canonicatus.

Vener. 25. Februarij 1639.

ARGVMENTVM.

Prouisionem Apostolicam in forma gratiosa & motu proprio expeditam habenti, beneficia de quibus agitur vigore sententiæ Rotalis sunt adiudicanda.

Vide suprà *Decis. proximè praeced.* & latiùs, *Decis.* 112.

SVMMARIVM.

1 *Prouisio Apostolica in forma gratiosa & motu proprio expedita, cùm solo verbo Papæ innitatur iustificari non debet.*

2 *Manus Papæ in priori deputatione apposita Nuncius tanquam inferior in alia se deputatione ingerere non potest.*

3 *Affectio in beneficiis semel data semper durat.*

4 *Deputatio per Papam facta qualitatem vnicitatis de qua agitur, probat.*

5 *Canonicatus non obstante iurepatronatus sub reseruationibus Apostolicis cadit.*

6 *Prouisio Ordinarij ad fauorem alicuius facta non est habenda in consideratione cùm non sit in actis producta.*

7 *Prouiso Apostolico tanquam Reo & possessori sufficit vincere per non Ius Actoris.*

DECISIO CXIX.

POSTQVAM conclusum fuit R. P.D. meo Rojas dandum esse mandatū de manutenendo in possessione Decanatus, & Canonicatus, de quibus agitur, & sententiam Rotalem ad eius fauorem latam super immissione in possessionem eorundem esse confirmandam, dedi dubium, an eidem quoque iidē Decanatus, & Canonicatus sint adiudicādi, quod sine difficultate fuit affirmatiuè resolutū.

Quandoquidem ipse habet prouisionem Aposto- 1
licam in forma gratiosa, & motu proprio expeditā, quæ cùm innitatur solo verbo Papæ, iustificari non debet, *c. si motu proprio* 23. *de praben in* 6. *Clem* 1. *verb. fecisse narramus de probat.* Oldrad. *cons.* 258. latè Gabr. *de probat. concl.* 2. *n.* 55. Achil. *dec.* 10. *de probat.* Seraph. *decis.* 1484. *n* 10. & fuit dictum in *Virdunen Monasterij* 8. *Februar.* 1638. *coram Illustriss. D meo Decano*, cum aliis adductis in primis duabus decisionibus causæ, vbi plenè etiam firmatur reseruatio dictorum Decanatus, & Canonicatus vti vacantium per obitum Gasparis Viues vnici subcollectoris, absque quod dari possit de defectu intentionis Papæ, ex eo quod pro parte D. Francisci Borgiæ probetur alium subcollectorem fuisse, deputatum à Nuncio Hispaniarum, vt in eius *Summ. dato sub die* 29. *Nouembris anni præteriti num.* 2.

Quia præterquam quod non docetur deputationē prædictam fuisse factam de tēpore, quo dictus Gaspar obtinuit dictos Decanatum, & Canonicatum, ad hoc vt dici non posset vnicus Subcollector tunc temporis, cessat penitus difficultas, tum ex eo, quod
per appositionem manus Papæ in præcedente 2
deputa-

deputatione, Nuncius Hispaniarum tanquam inferior non poterat postea in alia deputatione se ingerere, *c.eum inferior de maiorit. & obedien. cap. 2.de offic.legat.* tum quia sufficit quod dictus Gaspar fuerit aliquando vnicus subcollector ad effectum in-
3 ducendi affectionem quæ in beneficiis semel data semper durat, Rot.*decis.*10.& 12.*circa princ.de praben. in nou.*

Quodque aliquando fuerit vnicus Subcollector,
4 probatur ex deputatione facta per Papam, quæ deputatio probat qualitatem vnicitatis, ita vt omnes alij Subcollectores si qui adessent tunc temporis in eadem diœcesi, seu Ciuitate, habeantur pro reuocatis, etsi de illorum reuocatione nulla fuerit facta mentio, Mandos.*super regul.4 hodie 5.q.*10.*n.*5.in punct.Rot.*decis.*252. *n.* 5. *part.*2. *recen.* cum aliis latius congestis tam in prima decisione causæ coram Illustriss. Domino meo Decano die 5. Iunij 1637. *à §. huic fundamento vsque ad §. respectu etiam*, quàm in secunda emanata sub die 29. Nouembris anni præteriti coram me *in §. nec etiam, & in §. quinimò, vbi in §. demum* respondetur etiam obiecto Iurispatronatus aliàs ex aduerso excitato quoad Canonicatum de quo agitur, siquidem qua-
5 tenus de dicto Iurepatronatus manifestè constaret, adhuc tanquam Ecclesiasticum caderet sub reseruationibus Apostolicis, *cap.dilectus*, & ibi Gloss. & Doctores *de offic.legat* Cassad *decis.4.n.*1.& 5.*de Iurepatr.* Buratt.*dec.*103. *n.*3.& plenius in tertia decisione causę à me pariter extensa sub die 28. Ianuar. præteriti *in §. nec obstat*, quæ datur in hodierno *Summario num.*5.

Cùm igitur vigore dictæ prouisionis Apostolicæ sic motu proprio emanatæ, fuerit per dictum Dominum meum Rojas obtenta immissio præuia sen-
6 tentia Rotali, & prouisio Ordinarij facta ad fauorem Domini Francisci Borgiæ, vltra quod non est habenda in consideratione cùm non sit in actis producta, Castren.*in l.ait Prætor § si Iudex.ff de re indic.* Rot.*decis.*404.*n.*5.*p.*1.*recen.* apparet euidenter nulla ex supradictis, & latius ponderatis in decisionibus causæ, ex quarum lectura patet nullū Ius dicto prouiso ab Ordinario competere; meritò dixerunt Domini Decanatum, & Canonicatum esse adiudican-
7 dos eidem prouiso Apostolico, cui tanquam Reo, & possessori sufficit vincere per non Ius Actoris, *vulg. l.qui accusare C. de edendo*, Rot. *decis.*1. *de re indic. in nou.* eidemque proinde etiam venit absolutoria concedenda, vt dixit Rot. coram Buratt.*decis.* 548. *n.*1.& melius *in decis.*380.*n.*1. vbi Adden.*n.*9 *lit. A.*

Et sic decisum vna tantùm parte informante, altera pluries citata & informare non curante.

Signina Saluiani.

Lunæ 14. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

De immissione in possessionem ex Saluiano in bonis de quibus agitur sub prætextu residui dotis prætensæ, non obstantibus his quæ contra duo extrema in hoc iudicio requisita sufficienter probata de nouo opponuntur.

Vide suprà *Decis.*90.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium reportari non potest vbi debitum de pecuniis debitoris soluitur.*

2 *Solutio pro rata summa de pecuniis hæredis principalis debitoris facta non cedere debet in causam sortis, sed fructuū qui summam tunc excedebāt.*

3 *Legataria in re legata loco hæredis habetur.*

4 *Fideiussor pro sua maiori indemnitate censum emere potest, & soluendo cessionem translatiuam & non extinctiuam reportare.*

5 *Verba intelligenda sunt vt est verisimile contrahentes facere voluisse.*

6 *Subhastatione & deliberatione bonorum pro pretio creditum excedente facta, pro illis obstat exceptio solutionis mediante deliberatione secuta.*

7 *Census per fundi deliberationem deuenit ad casum à quo incipere non potest.*

8 *Deliberatio pro diuerso credito facta exceptionem solutionis in casu de quo agitur parere non potest.*

9 *Census super fundo alieno contra coobligatum exceptuatum stante reseruatione durat, quamuis fundus fauore Communitatis fuerit liberatus.*

10 *Reseruatio facit vt nihil contra exceptuatum actum censeatur.*

11 *Dos vxoris quando effectualiter consistit in terris iam restitutis & partim in mobilibus & censibus datis inæstimatis, hæredibus non competit actio seu retentio contra bona viri, nisi de eorum reali alienatione & extinctione culpa eiusdem viri sequuta constet.*

12 *Retentio non competit vbi pro residuo prætenso exceptio compensationis intrat.*

13 *Calculus inter partes & hæredes defuncti pro residuo prætensa dotis factus cæteris creditoribus non citatis præiudicare non potest.*

14 *Crediti turbiditate stante immissio ex Saluiano retardari non potest, cùm exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittantur.*

15 *Ratio in solutum pro prætenso residuo dotis in præiudicium creditorum fieri non potest, sed contra eadem corpora bonorum dotalium actio pro fundo dotali competit.*

16 *Legatum de integra dote vxori restituenda quandò certam summam non continet, nihil probat neque confessionem inducit.*

17 *Legatum integræ dotis vxori per virum factum quomodo sit intelligendum.*

18 *Legatum creditoribus præiudicare non debet.*

DECISIO CXX.

POST binas resolutiones ad fauorem Cassandræ de-Vindictis & Iulij Cæsaris Rorij emanatas, super immissione in possessionem ex Saluiano in bonis de quibus agitur, pro fructibus duorum censuum à Sulpitio Papio debitorum, quorum alter est scut. 500. in sorte principali impositus ad fauorem Neapolionis Ignatij, & alter in solidum cū Communitate Signina scut. 500. monetæ, impositus ad fauorem q. Lauræ Parabiacchæ, quem idem Sulpitius in se totū accollauit de anno 1605. fuit ad petitionem Laurorū concessa noua audiētia; Ideo causa super eisdem reproposita, Domini, & iterum standum esse in decisis responderunt. Quia duo extrema in hoc iudicio requisita, nempe creditum cū hypotheca, & possessio debitoris de tēpore obligationis, vel postea cum identitate bonorum hypothecatorū hodie à dd. Lauris Reis conuentis posses-

ſorũ,adhuc viſa fuere ſufficiẽter probata ex deductis
in prima deciſione cauſæ ſub die 16. Aptil.anni præ-
teriti in princip. non obſtantibus his, quæ de nouo
contra ea opponontur.

Nam primò non obſtat,quod quoad fructus cen-
ſus Ignatij ceſſi Caſsãdræ ceſſet hypotheca,ex quo
Caſſandra illius ceſſionem acquiſiuerit quoad ſum-
mam ſcut.100.cum pecuniis Panetij hæredis d.Sul-
pitij principalis debitoris, vt in *ſum Laurorum num.*
4.& quoad reſiduum cũ pecuniis Ioſephi de Cred-
dis, qui dd. pecunias depoſuerat in ſacro Monte
Pietatis ad effectum fructus ſoluendi, & eumdem
cenſum extinguendi, iuxta formam mandati rela-
xati ad inſtantiam fideiuſſorum, ad quorum fauo-
rem d.Ioſeph in ſolidum cum Panetio d extinctio-
nem facere promiſerat per totum annum 1623. vt
1 in *d. ſumm num.* 3.& ſic intret concluſio,quod ceſſio
Iurium reportari non poſſit vbi debitum ſoluitur
de pecuniis debitoris,*l.nulla* 5.*C.de ſolut.* Bart. *in l.
Modeſtinus* 76. *num.*4.*ff. eod.* Rota coram Gregor.
XV. *deciſ.* 68. *num.* 5. *&* coram Caual. *deciſ.* 568.
*num.*1.

2 Quia licet admittatur,quod ſolutio pro rata ſcut.
100. facta fuerit de pecuniis Panetij hæredis prin-
cipalis debitoris, non tamen illa cedere debet in
cauſam ſortis, ſed in cauſam fructuum qui vltra d.
ſummam tunc excedebant,*l.fideiuſſores* 69.*§.pro Au-
relio verſ ſed quidquid ex bonis*, & ibi Gloſ. *verb. in
vſuras ff de.fideiuſſ.*Surd.*conſ.*290.*num* 61.*lib.*2.Gra-
tian.*diſcept.*224.*num.*30.quod procedit etiam ſi ſo-
lutio facta fuiſſet ſimpliciter in ſortem & vſuras,
vt expreſsè diſponitur *in l.in his vero §.apud Marcel-
lum & l.non enim* 6. & ibi Gloſ. *ff. de ſolut.* Peregr.
*conſ.*99.*num.*16. *lib.*1. Cenc.*de cenſib.part.*3.*c.*1.*q.*3.
*art.*1.*num.*8 *fol.*22.*ſecundum antiq impreſſionem*, qui
fructus pro rata dd.ſcut. 100.hodie per Caſſandram
non petuntur,& ita quoad eos ceſſat obiectum.

Quo verò ad reſiduũ cõſideratũ fuit,quod Ioſeph
primus maritus Caſſãdræ ei legauit dd.pecunias de-
poſitatas in Monte Pietatis, ex quarum ſolutione
reportata prætenditur ceſſio prædicta, quo fit, vt
quemadmodum ipſe Ioſeph fideiuſſor Panetij po-
tuiſſet contra eumdem agere pro releuatione, &
ſoluendo potuiſſet etiam efficacem ceſſionẽ contra
omnes reportare,ita & eodem modo potuit legata-
ria vigore vtilium actionum in pecuniis legatis ſibi
competentiũ,quæ in ipſam ipſo iure trãſierunt, *l.ex*
3 *legato* 18. *C.de legat.* ſiquidem in re legata legataria
loco hæredis habetur, *l.id tempus* 14. §. 2.*ff. de vſu
cap.*

Nec viſum fuit releuare,quod Ioſeph deponen-
do d. reſiduum de ſuis propriis pecuniis pro ſolu-
tione d cenſus, hoc fecerit contemplatione Pane-
tij debitoris, ſicut eius contemplatione ſe obliga-
uerat illum extinguere, quia potius dicendum eſt
depoſitum factum fuiſſe contemplatione propriæ
perſonæ vt ſe liberaret à fideiuſſione: & propterea
ſicut ipſe Ioſeph fideiuſſor, ita quoque Caſſandra
eiuſdem depoſiti legataria potuit translatiuè,& non
4 extinctiuè pro ſua indemnitate cenſum acquirere,
vt quotidie practicatur in fideiuſſore, qui pro ſua
maiori indemnitate poteſt cenſum emere, & ſol-
uendo ceſſionem translatiuam & non extinctiuam
reportare, prout in ſpecie concludit Gratian. *diſ-
cept.*459.*num.*19.cum pluribus ſeqq.Cenc.*de cenſib.
part.*1.*cap* 2.*quæſt.*2.*art.*5.*n.*1.*cum ſeqq.fol.*155.Rot.
apud eundem *deciſ.*95.*num.*4.*ſecund.antiq.impreſſ.*Et
licet idem Ioſeph in teſtamento mandauerit pecu-
nias depoſitatas perſolui, vt ſe liberaret à prædi-
cta fideiuſſione, non inde ſequitur quod legataria
non valuerit ceſſionem tranſlatiuam reportare:nec
aliter ſunt interpretanda verba defuncti, qui non
prohibuit legatariæ vt ſe abſtineret à reportanda
ceſſione translatiua, ſed tantùm vt ſe liberaret ab
illa obligatione prout eſt veriſimile,& quod verba 5
intelligenda ſint,vt eſt veriſimile contrahentes fa-
cere voluiſſe, ex Socin.Sen.*conſ.*9.*num.*18. *& conſ.*
5.*num.*30.*lib.*1.dixit in fortioribus terminis Rot. *in
Romana Saluiati* 25 *Maij* 1618.*coram Ramboldo* im-
preſſ.apud Cenc.*de cenſib.*quæ eſt *deciſ.*366. *num.*8.
& ſeq.iuxta modern.impreſſ.

Secundò non obſtat, quod fructus alterius cen-
ſus Parabiacchæ ceſſi Iulio Cæſari Rorio non de-
beantur,ex quo pro decurſis vſque ad 15.Septẽbris
1621. in quantitate ſcut. 408. fuerit expeditum
mandatum ad inſtantiam eiuſdem Rorij, cuius vi-
gore prætenditur fuiſſe factam ſubhaſtationem, & 6
deliberationem bonorum hæreditariorum Sulpitij
in cenſu in ſolidum obligati pro pretio excedente
creditum fructuum tunc decurſorum, & ſic pro il-
lis obſtet exceptio ſolutionis mediante deliberatio-
ne ſecuta, per *text in l.à diuo Pio* 15.*§ ſi pignora*,vbi
Alex *num.* 9. *&* 10. Iaſ. *num.*2. *&* 3. *ff.de re iudic.*
Mangil.*de ſubhaſt.quæſt.*60.*num.*6.*&* 7.pro aliis ve-
rò ab inde citra decurrendis ceſſauerit eorum cur-
ſus ob liberationem factam ab eodem Rorio, tam
ratione ſortis principalis, quàm fructuum decur-
ſorum, & decurrendorum ad fauorem Communi-
tatis Signinæ,ſuper cuius bonis cenſus erat impoſi-
tus:vnde inferebant informantes pro Lautis,quod
per fundi liberationem cenſus deuenerit ad caſum 7
a quo incipere non potuit, & conſequenter fuerit
reſolutus etiam non concurrente actu retroſimili,
Rot.apud Cenc.*de cenſib. deciſ.* 283.*num.*7.*iux. an-
tiq impreſſ fol.* 227.& coram Duran.*deciſ.*449.*num.*
3.*&* 4.

Quoniam etſi pro fructibus decurſis vſque ad
25.Septembris 1621.fuiſſet expeditum mandatum
per acta Muſchæ A. C. Notarij, vt in *ſumm.Lau-
rorum num.*1.attamen deliberatio bonorum hæredi-
tariorum Sulpitij non fuit facta vigore d. mandati,
ſed virtute aliorum duorum mandatorum pro di-
uerſo credito obtentorum per acta Columnæ in
ſumma ſcut. 1064.vt paret tam ex lectura dd.man-
datorum, quàm mandati de deliberando eamdem
ſummam continentis, vt in *ſum Rorij dato in reſ-
ponſionibus num.*1. & ideò hęc deliberatio tamquam 8
pro diuerſo credito facta non poteſt parere ex-
ceptionem ſolutionis in caſu de quo agitur,Seraph.
*deciſ.*1107.*num.* 2. *&* 3.Reſpectu verò fructuum
poſtea decurſorum ab anno 1621.liberatio Ro-
rij facta ad fauorem Communitatis Signinæ non
officit, quia fuit facta cum expreſſa reſeruatione
iurium ſibi competentium contra alios obligatos,
quorum vnus eſt Sulpitius contra cuius bona nunc
agitur, & proinde quamuis fuerit liberatus fundus
fauore Communitatis, attamen contra Sulpitium 9
coobligatum exceptuatum durat cenſus ſuper fundo
alieno, Greg.*deciſ.*445.*num.*5. illa enim reſeruatio
facit, vt nihil cenſeatur actum reſpectu d.Sulpitij 10
exceptuati, *l teſtamento* §.1 *ff de manum.teſtam.*Put.
*deciſ.*197.*num.*23. *lib.*1. *& deciſ.*23. *lib.*2. Rot.apud
Cenc.*de cenſib.deciſ.*104.*num.*5.*& ſeq.iux.antiq. im-
preſſ.fol* 88.& fuit dictum *in Reatina cenſus* 13 *Febr.*
1632.*coram Illuſtriſſ D.meo Decano.*

Ex quibus cùm conſtet inconcuſſa remanere cre-
dita Rorij & Caſſandræ, dixerunt Domini eiſdem
dandam eſſe immiſſionem petitam ſuper bonis de
quibus agitur, non obſtante repetita exceptione
retentionis pro dote Hieronymæ vxoris d. Sul-
pitij

pitij & sororis Porciæ matris illorum de Lauris:
qoia præmittenduoi est, qood licèt prædicta dos
11 Hieronymæ sit anterior, tamen cùm illa effectuali-
ter consistat in tribus rubris cum dimidio terrarom,
quæ iam fuerunt restituta, & partim in mobilibus,
& ceosibus datis inæstimatis, vt *in sum.antiq. Lauror.*
num. 1. sequitur dicendum quod Lauris caosam ha-
bentibus à Hieronyma non competat actio, seu re-
tentio cootra bona Solpitij viri, sed tantùm contra
eadem corpora in dotem data, nisi constet de eo-
rum reali alienatione & extinctione culpa eiusdem
Sulpitij viri secuta, *l.in rebus cum ibi notat. C.de iur.*
dot. Practic. Papien. *in forma libelli quo vxor agit ad*
*dot.verb ac etiam castrum num.1.vers.*ex quibus Gabr.
*cons.*60. *in fin. lib* 2. Alex. *cons.*18. *post princ. lib.*2.
Caual. *decis.* 574. *num.* 2. cum aliis adductis *in* 2.
decis. causa sub 13. *Iunij anni præteriti in* §. *tamen*
in fin.

Nec obstat quod ex datis in hodietno *sum. Lau-*
rorum num. 8. prætendatur apparere de extioctioni-
bus censuum dotalium Hieronymæ factis per Sul-
pitium, & ideò pro illorum quantitate extiucta com-
petat retentio, quoniam sex sunt censos, qui præ-
tenduntur extincti, primus scut. 100. in sorte princi-
pali, vt *in d.summ num.*7. *litter.D.* secundos scut. 100.
in sorte principali *littera E.* tertius scut. 200. in
sorte *d. summ. littera G.* quartus scut. 25. pro me-
dietate Hietonymæ *d. sum. lit. L.* quintus scut. 300.
pro medietate Hieronymæ *d sum lit. A.* sextus & vl-
timus scut. 600. pro medietate Hieronymæ vt *in d.*
summ lit. P. Ex quibus duobus vltimis dicitur ab in-
formantibus pro Lauris creatum fuisse censum scut.
1000. io sorte cum Communitate Signina, & illum
postea extinctum ab eadem Hieronyma cum præ-
sentia, & consenso Sulpitij, vt *in d.sum num.* 9. ita vt
dd. extinctionibus etiam suppositis, vt vnus ex Do-
minis dicebat, ex illis iuxta calculum Laurorum
constaret ad manus Sulpitij peruenisse scut. 1425.
tantùm. Cùm igitur Rota firmauerit ad hunc effe-
ctum fuisse restituta scut. 1310. in pecuniis, vt ap-
paret *in* 1. *decis. causa* §. *non obstat, &* §. *quo vero, &*
in 2. *sub* §. *tamen*; adhuc venit dicendum non esse lo-
cum prætensæ retentioni, & residuum pretij dd. ex-
tinctionum, quod esset scut. 105. vel illud censetur
restitutum in aliis partitis in calculo eorumdem
Laurorum contentis, vt ponderatum fuit *in* 1. *decis.*
in § *penult.* vel redditur illiquidum ex perceptione
fructuum bonorum de quibus agitur à die motæ li-
12 tis, adeò vt iotret exceptio compensationis, & con-
sequenter nulla retentio competere possit, Surd. *de-*
*cis.*117. *num.*1. *per tot.* Rot *decis.*443. *num.*4. *part.* 2.
& 411. *num.*26. *&* 27. *part.*5 *recent.* & coram Caoal.
*decis.*539. *num.* 5. *&* 6. & fuit dictum *in Auximana*
censu 10. *Martij* 1636. *coram Reuerendiss. P. D. meo*
Ghislerio.

Hinc existimarunt Domini nihil releuare posse
dationem in solutum postea factam ab hæredibus
Sulpitij de d. Terris, ad fauorem Laurorum in com-
putum dotis d. Hietonymæ, vt *in eorum sum.antiq.*
n. 7. Quia cùm de d. dote non appareat peruenisse
in dominium Sulpitij viri nisi summam scut. 1425.
occasione prætensarum extinctionum censuum, &
eandem quantitatem fuisse antea restitutam constet
ex deductis in decisionibus causæ, non poterant
pro residuo dari in solutum terræ de quibus agitur,
sed tantùm competebat actio pro fundo dotali con-
tra bona dotalia data inæstimata, iuxtam dispositio-
nem text. *in l.in rebus*, & ibi Doctor. *C. de iur. dot.*
& l.etiam, vbi Bald. *ff.de fund. dot.* Caual. *decis.* 274.
13 *num.* 2. nec calculus factus inter Lauros & hæredes
Sulpitij potuit aliis eiusdem Sulpitij Creditoribus
præindicare illis non citatis, plenè Surd. *decis.* 256.
per tot.

Quinimò ex quo dicta datio in solutum fuit
facta, tam ex causa dotis qoàm occasione aliorum
debitorum Sulpitij, & quidem posteriorum credi-
tis dd. Cassandræ, & Iulij Cæsaris, eò magis red-
ditur turbidom creditum dotale, cuius residuum si
quod esset vltra d. sommam scutor. 1310. restitutum,
censetur absorptum ex aliis partitis d. computi, vel
ex fructibus in dd. terris perceptis tanto temporis
spatio post motam litem; vnde stante hac crediti 14
turbiditate non potest retardari immissio ex Saluia-
no, cùm in hoc iudicio non admittantur exceptio-
nes requirentes altiorem indaginem. Rip *in rubr.*
*ff.de pignor. num.*19 *propè fin.* Becc. *cons.*80. *num* 2.
Sord. *cons.*4 *num.*36. Rot. *decis.*679. *num.*5. *part.*1. *re-*
cent. & in dict. Auximana censu 10. *Martij, &* 27.
Iunij 1636. *coram Reuerendiss. P. D. meo Ghislerio,*
cum aliis adductis *in* 2. *decisione causa in* §. *penult.*
& vlt.

Minus obstare dictum fuit, quod dos prædicta
detractis etiam rubris tribus cum dimidio terrarum,
vt dicitur *al Pantanello*, & mobilibus inæstimatis,
sit, vt prætenditur, in totum scutor. 2170 vt calcu-
latur io summario Laororum dato sub die 18. Iunij
anni præteriti num. 1. & 2. & ideò subductis quo-
que scut. 1320. ad eius computum receptis, vt in de-
cisionibus firmatur, adhuc pro residuo sustineatur
datio in solutum: quoniam quidquid sit de veritate
calculi d. dotis, certom est quod illa fuit tradita in
censibus, ac in aliis bonis inæstimatis, & propter-
ea cùm dicta rubra tria cum dimidio terrarum *del*
Pantanello fuerint restituta, & summa redacta ex
prætensis extinctionibus sit dumtaxat scut. 1425.
pro d. tantum rata teneretot Sulpitius, quam fuisse
restitutam fuit superios ostensum, & latius appa-
ret in duabos præcedentibus decisionibus, & sic da- 15
tio io solutum postea secuta in terris de qoibus agi-
tur pro prætenso residuo, fieri minimè poterat in
præiodicium Creditorum, sed contra eadem cor-
pora bonorum dotalium competebat actio pro fun-
do dotali, *iuxt. text. in dict. l in reb.*30. *cum ibi not. C.*
de iur. dot. Gab. *dict. cons.*60. *num.*7. *lib.*2. & nouissimè
fuit dictum *in Romana dotis, & antephati sub die* 10.
Ianuarij præteriti coram Reuerendiss. P. Dom. meo
Merlino.

Demum non aduersatur legatum factum per Sul- 16
pitiom de integra dote Hieronymæ vxoti restituen-
da, quippe quod vti non continens summam cer-
tam, nihil probat neqoe confessionem inducit, §. *sed*
*si vxori, Instit. de legat. mort. cons.*60. *num.*6. Roman.
*cons.*445. *num.*9. Gratian. *discept.*823. *num.*4. Seraph.
*decis.*487. *num.*4. *per tot.* & qood legatum integræ 17
dotis factum vxoti per virum, intelligi debeat de
bonis dotalibus quæ probentur ab eo actualiter re-
cepta, consuloit in punct. Paris. *cons.*95. *num.*6. *ad*
*fin. lib.*2. vltra quod huiusmodi legatum non præiu- 18
dicat Creditoribos, vt concludit Munent. *in dec.*40.
*n.*10. *cum seqq.*

Et sic decisum vtraque parte informante.

Romana locorum Montium.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

Exactione actuali fructuum ex quietantiis per possidentem factis in actu receptionis in libris Depositarij probata, mandatum de manutenendo est concedendum.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio præcipuum signum possessionis probat.*

2 *Possessione probata non est dubium quin manutentio concedatur.*

3 *Hæres ex testamento fructus exigens, hæreditario nomine & ad sui propriam vtilitatem exegisse censetur.*

4 *Possessio instrumentalis alio existente in possessione nullius est considerationis.*

5 *Mandatum de immittendo per Iudicem concessum cum clausula*, quatenus possessio sit vacans & sine præiudicio meliora & potiora iura habentium, *rem integram constituit perinde ac si nihil esset per Iudicem gestum.*

6 *Mandatum de immittendo sine executione nullam possessionem transferre potest.*

7 *Possessio manutenibilis ex instantia apud Secretarium facta acquiri non potest, inhibitione ei in contrarium à Iudice commissa.*

8 *Exceptio dominij tanquam respiciens petitorium & altiorem indaginem requirens, in Iudicio summariissimo manutentionis non admittitur.*

DECISIO CXXI.

SIMONI Dario dandum esse manda-
tum de manutenendo quasi in posses-
sione locorum Montium de quibus
agitur responderunt Domini, quia de
eius quasi possessione cōstat ex actuali
fructuū exactione, probata ex quietantiis per ipsum
factis in actu receptionis in libris Depositarij, quo-
rum partitæ formaliter extractæ dantur *in eius sum.*
1 *num.* 10. quæ quidem fructuum perceptio præcipuum
signum possessionis probat, Socin. Sen. *cons.* 13.
num. 14. *lib.* 4. Samen. *de annal. quæst.* 47 *num.* 1. *&* 2.
Cæs. de Grass. *decis.* 10. *num.* 3. *de caus. possess. & propr.*
& in terminis locorum Montium, Rot. *decis.* 248.
num. 4. *part.* 5. *recen.* & fuit dictum *in Romana hæredi-
tatis de Cinciis sub diebus* 15. *Decembris* 1623. & 1.
Iulij 1624 *coram R.P.D. meo Pirouano*: probata au-
2 tem possessione non est dubium quin concedatur
manutentio, *§. retinenda Instit. de Interdict.*

Nec obstare dictum fuit, quod prædicta exactio
fuerit facta pro Clementia d. Simonis vxore, in cu-
ius persona dicta loca Montium erant descripta, &
ideo eidem Simoni acquiri non potuerit quasi pos-
sessio. Quia cùm non solùm in vita D. Clementiæ,
3 sed ea etiam defuncta d. Simon eius hæres ex testa-
mento adhuc dictos fructus exegerit, censetur hæ-
reditario nomine, & ad sui propriam vtilitatem exe-
gisse, ex dispositione *l. hæredem* 59. & *l. hæreditas* 62.
ff. de reg. Iur. Bellamer *cons.* 12. *num.* 5. Rot. *decis.* 262
num. 5. *part.* 1. *diuers.* non obstante quòd exactio dicat
pro Clementia, sub cuius nomine ad euitandas ex-
pensas adhuc constabant literæ patentes, Rot. *de-
cis.* 764. *n.* 3. *in fin. p.* 2. *recent.*

Prout nec aduersari visa fuit possessio instrumen-
talis Antonij, de qua *in suo summ. num.* 5. capta vi-
gore mandati de immittendo per Iudicem Capitoli-
num, relaxati ad eius fauorem vti filij d. Clemen-
tiæ, & eius succedentis ab intestato, cum clausula
quatenus possessio sit vacans, & sine præiudicio ha-
bentium meliora, & potiora Iura, *summario Simonis
num.* 6. Quoniam cùm dicta possessio tunc tempo-
ris non esset vacans, sed plena tanquam retenta
ab eodem Simone ex testamento hærede, *d. summ.
num.* 5. qui fructus dictorum locorum exigebat, non
potest illa Antonio suffragari ad effectum manu-
tentionis, ex receptissima conclusione quod possessio
Instrumentalis alio existente in possessione nullius 4
est considerationis, *l. clam possidere §. qui ad nundi-
nas ff. de acquir. possess.* Rot. coram Gregor. XV. *decis.*
138. *num.* 2. & 258. *num.* 4. mandatum autem de im-
mittendo per Iudicem concessum cum clausula qua- 5
tenus possessio sit vacans, & sine præiudicio haben-
tium meliora, & potiora iura, omnia Iura Simonis
reseruauit, & vti conditionale nullam Antonio tri-
buit possessionem, neque impedit, vt d. Simon ha-
bens meliora, & potiora Iura ex testamento proue-
nientia, non sit manutenendus, vt in specie aduertit
Gratian. *discept. forens. cap.* 732. *num.* 12 referens Put.
decis. 32. *num.* 1. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 810. *in princip.* Rot.
decis. 161. *n.* 6. *p.* 4. *diuers.* & latè quidem & rectè di-
stinguit Add. ad decis. Greg. XV. *in decis.* 332. *num.* 6.
& ratio est quia dicta clausula rem integram consti-
tuit perinde ac si nihil esset per Iudicem gestum,
Peregr. *de fideicom. art.* 48. *n.* 36.

Quinimo fuit consideratum in casu præsenti nul-
lam adesse possessionem; nam dicta possessio Instru-
mentalis frustratoria, & absque nullo effectu reman-
sit, ob non factam descriptionem dd. bonorum in
persona d. Antonij in libris Depositarij, & ob non
subsecutam aliquam fructuum exactionem, vt fuit
seruatum *in d. Romana hæreditatis de Cinciis* 15. *De-
cembris* 1623. *§. docent enim, & in eadem sub* 1. *Iulij*
1624. *in §. quia satis*, coram R.P.D. meo Pirouano,
& mandatum de immittendo sine executione nul- 6
lam possessionem transferre potest, *l. sciendum, § qui
fundum, ff. qui satisd. cogan. l. non est mirum in fin. ff.
de pignorat. act. notat.* Gloss. reputata singularis *in §. fin.
Instit. de offic. Iudic.* Bart. & alij *in l. ex hoc Iure ff. de
inst. & Iur.* Alex. *cons.* 90 *num.* 9. *lib.* 2. Cassad. *decis.* 7.
de caus. possess. & propriet. Rota coram Gregor. XV.
decis. 546. *n.* 9. Caual. *decis.* 650. *n.* 1.

Nec aliquid facit Instantia ab Antonio facta
apud Secretarium pro descriptione in libris penes
eum existentibus, quia cùm ipse Secretarius habuis-
set inhibitionem concessam ad instantiam Simonis 7
ab eodem Iudice, qui mandatum de immittendo
ad fauorem d. Antonij relaxauerat, vt *in summario
Simonis num.* 7. iustè describere recusauit, & conse-
quenter nulla possessio manutenibilis ex dicta In-
stantia acquiri potuit, per ea quæ notantur per Ad-
den. ad Gregor. XV. *in decis.* 364. *num.* 6. *littera B. vers.
secus autem*, & facit *d. decis.* 359. *n.* 4. *vers. quia respon-
debatur coram Caualer.*

Denique existimarunt Domini nihil releuare
posse obiectum, quod dd. loca Montium spectent
ad Antonium filium, & hæredem proprietarium
Iosephi, vti prouenientia ex hæreditate paterna,
quia hæc exceptio dominij, tanquam respiciēs peti-
torium, & altiorem requirens indaginem, non ad-
mittitur

mittitur in hoc summariissimo Iudicio manutentionis, Bart. *in l.naturaliter §.nihil commune num. 2. ff.de acquir. possess.* Natt *consil.419. num 5.lib.2.* Menoch.*de retinen.remed.3. n.675.* Caputaq. *decis.345. n.4.p.2.*Rot.*decis.106.n.13 part.5.rec.*

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Romana Beneficij.

Lunæ 28. Martij 1639.

ARGVMENTVM.

De possessione triennali. An successor stante triennali pacifica possessione Resignantis ei beneficium, eiusdem iure & titulo gaudere liberè posit?

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius licet non sit triennalis possessor illi tamen sufficit triennalem pacificam possessionem sui Auctoris probare.*
2 *Triennalis possessor per regulam aduersus omnes titulo suo est tutus.*
3 *Succedens in ius alterius non magis grauari debet quàm prædecessor si viueret.*
4 *Potentia stante possessione tituli validi præsumptionem inducit.*
5 *Præsumptio alterius tituli per productionem tituli inualidi cessat.*
6 *Regula de triennali cùm sit personalis succedenti non suffragatur.*
7 *Resignans cùm fuerit pacificus triennalis possessor, successor sui auctoris iure se iuuare potest.*

DECISIO CXXII.

ENEFICIVM simplex de quo agitur situm in parochiali Ecclesia S.Mariæ de Monticellis de Vrbe, vacans per obitum Andreæ Focciardi Romani, fuit de mense Maij 1630. collatum per clar. mem. Cardinalem Ludouisium tunc Vicecancellarium Iulio Cæsari Pattonio Vrbinatensi, qui postea de mense Augusti 1633. illud resignauit ad fauorem Iosephi Meruli: At quia ex constitutione Leonis X. prohibetur beneficia in Vrbe existentia conferri non posse nisi Romanis, Franciscus Ferdighinus Romanus de mense Ianuarij eiusdem anni 1633.idem beneficium vti adhuc vacans à Sede Apostolica impetrauit, & causam in Rota committi obtinuit vsque de anno 1634. quam volens hodie prosequi impediebatur ex parte d. Iosephi Resignatarij cum exceptione regulæ de triennali; ideò dedi dubium an d. regula obstaret, & illud affirmatiuè fuit resolutum.

1 Quia licèt ipse Ioseph non sit pacificus triennalis possessor, illi tamen sufficit probare triennalem
pacificam possessionē Iul.j Cæsaris sui auctoris, iuxta
decisionem Cassad. 2.*num.4. & 6.*& *decis.3.de caus.*
*possess.& propriet.*Sarnen. *super dicta regula de trien.*
q.16. Mohed *decis.19. num.1. de renunciat.* Roman.
2 *consil.465.per tot.* ibique Adden. *sub litera A.* Triennalis
enim possessio per regulam aduersus omnes
est tutus titulo suo, vt ait Rota apud Achil.*in decis.*
3 *14. de probat.* & ideo sicut ille non tenebatur aliud
iustificare, ita nec successor, ne magis grauetur is, qui succedit in ius alterius quàm prædecessor si viueret, contra *regul. qui in alterius, de regul. Iuris in 6.* & quod Iulius Cæsar resignans fuerit triennalis pacificus possessor, patet ex eo quod obtinuit beneficium de anno 1630. & lis fuit introducta de anno 1634 vt ex prouisione, & citatione ad dicendum contra respectiuè dat *vt summ eiusdem Francisci num.1. & 4.*apparet.

Nec obstat quod dictus Iulius Cæsar Resignans
non possit iuuari priuilegio d.regulæ, cùm tanquam
forensis fuerit incapax, & sic nulliter punitus stante
d. constitutione Leonis X. quæ est prima in ordine
inter eius impress.*in nou Bullar* Quoniam firmato,
quod ipse fuerit triennalis pacificus possessor
ante factam resignationem, etiamsi probetur illum
habuisse ab initio titulum inualidum, sufficit
quod potuerit validus superuenire, scilicet per dispensationem,
aut alio quovis modo, cùm in hac
materia attendatur potentia, quæ stante possessione 4
inducit præsumptionem tituli validi, vt tradunt
Innoc. & Abb. *in c. sollicitè de restit. spoliat.* Cassad.
d.decis.3.& 4.de caus.possess.& propriet. Sarnen.*super
d.regul.quæst.10.in fin.*& *quæst.26 num. 11.* Put *decis.
356.in fin lib.1.*dummodo tamen prout hic ab ipsomet
possessore non fuerit productus titulus inualidus,
quia tunc per productionē tituli inualidi cessaret 5
præsumptio alterius tituli, Put.*decis.239.n.2.lib.
3.*Crescent.*decis.11.de probation.*

Minus obstat, quod regula de triennali sit personalis 6
ex adductis per Sarnen. super eadem reg.*in
quæst.13* & sic quatenus suffragaretur Iulio Cæsari,
non tamen idem dicendum sit ad fauorem Iosephi
successoris, Cassad.*decis.10.num.1.*& *decis 14.post n.
2.super regul Cancellar.* quia cùm constet d. Iulium
Cæsarem resignantem fuisse triennalem pacificum 7
possessorem, dixerunt Domini quod dictus Ioseph,
poterat se iuuare iure sui auctoris ex allegatis
per lapsum *in allegat. 89.* quæ post editionem d.
regulæ de triennali restricta est ad triennium, vt
aduertit Cassad. *in decis.8.super regul.Cancell. num.4.
circa fin.* Achil *d.decis.14.de probat.* & latè recteque
explicat Marescott.*var.lib.1.cap.41.per tot.*& signanter
sub num.5.& 33.

Et ita vtraque, &c.

Moguntina hæreditatis.

Vener. 1. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

De attentatis reuocandis, tam ob defectum citationis Capituli quàm Nuncij absque aliqua Iurisdictione procedentis.

Vide suprà *Decis.* 114.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
2 *Causâ appellationis vigore signaturæ iustitia alicui commissâ omnia interim gesta remanent nulla & attentata.*
3 *Sententia cum concessione sequestri absque citatione Capituli emanante appellano à die habita notitia interponi potest.*
4 *Citatio partis vbi non præcesserit omnia postea gesta*

à vitio attentatorum excusari nequeunt.

5 *Gesta post inhibitionem executam attentata dicuntur, etiamsi ageretur actus qui ante executam inhibitionem licitè fieri posset.*

6 *Attentata quando reuocantur lasus in pristinum statum reponi debet.*

DECISIO CXXIII.

POSTQVAM Rota in hac causa sub die 15. Decembris anni præteriti, respondit non constare de re iudicata ex eo, quod sententia D. Nuncij Coloniensis prolata ad fauorem assert. hæredis Iodoci à Riede Scholastici Ecclesiæ Moguntinæ contra Capitulum Moguntinum, laborabat vitio nullitatis & Iniustitiæ, dubitaui an ex parte dd. assert. hæred. constet de attentatis, quæ veniant reuocanda, prout prætendebatur ab agentibus pro Capitulo, & affirmatiuè fuit responsum.

Quia post interpositam appellationem pro parte dicti Capituli fuit ad instantiam dd. assert. hæred. Iodoci deuentum ad executionem sequestri relaxati à dicto D. Nuncio, qui vlterius etiam procedens in negotio principali sine citatione Capituli, & absque aliqua Iurisdictione cùm essent lapsa fatalia, protulit sententiam super Immissione vigore testamenti d. Iodoci nulliter confecti ad fauorem dd. assert. hæred. vt firmatum fuit in præcedenti decisione; vnde attentata clara dicuntur, cùm appel-
1 latione pendente nihil sit innouandum, vt expresè disponitur *in cap. non solum 7. de appellat. in 6.* Gloss. *in cap. diebus 55. verb. exequendam de appellat.* Rot. *decis. 10. vt lit. penden. in nou.* & in aliis passim.

Nec dubitatum fuit quin in præsenti casu dare-
2 tur appellatio, cùm Signatura iustitiæ simpliciter causam appellationis commiserit D. Abbati S. Pantaleonis, vt *in summario Capituli num. 3.* quo fit, vt omnia interim gesta remaneant nulla, & attentata, quia perinde habetur ac si declarasset vsque ab initio per appellationem fuisse inductum effectum suspensiuum, ex *tex. in l. vnic. in princ. ff. nihil nou appell. penden.* Gloss. *in l appellatione 3. verb deliberationis*, & ibi Bald. *C. de appellat.* Lancellot. *de attent. appellat. penden. ampliat. 19. num. 1 fol. 223.* & fuit dictum *in illa Romana de Zacconis 17. Maij 1621. coram Vbaldo*, & *in Vrbeuetana bonorum 26. Ian. 1624. coram eodem*, ac *in Romana Domus 27. Octobris 1625. coram Illustrissimo D. meo Decano.*

Nec obstat, quod relaxatio sequestri, & probatio sententiæ D. Nuncij sint sub diebus 21. Ianuarij & 12. Septembris 1636. vt *in summ Capituli num. 1. & 6.* appellationes verò fuerint interpositæ sub diebus 4. Febr. & 10. Nouembris eiusdem anni *dicto summario n. 2. & 7.* & sic post lapsum terminum decem dierum datum ad appellandum. Quia cùm tam
3 concessio sequestri, quàm prolatio sententiæ emanauerint absque citatione Capituli, potuit ab eodem Capitulo appellatio interponi à die habitæ notitiæ, vt ex *l. 1. §. vlt. ff. quando appell. lic.* & *ex cap. biduum §. si aduersus absentem 11. quæst. 6.* docet Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 3. de appellat. num. 21. circa med. vers. quod si contra absentem*, Clem. *causam de elect.* & in Clem.
4 *si ante de dol. & contum.* & propterea omnia postea gesta à vitio attentatorum excusari nequeunt, Rot. *decis. 656. num. 1. part. 1. recent.* & coram Cardinali Canaler. *decis. 121. n. 1.*

Præterea attentata confirmantur ex eo quod sub die 29. Ianuarij 1637. ad instantiam dd. assert. hæred. obtentum fuit sibi ipsis consignari partem bonorum sequestratorũ in executionem d. sententię D. Nũcij, vt *in d. sum. Capituli n. 8.* & tamen præcesserat intimatio Inhibitionis D. Abbatis S. Pãtaleonis Iudicis commissarij, tam contra D. Nuncium sub die 14. Decembris 1638. quàm contra dd. assert. hæredes sub die 2. Ianuarij 1637. *eodem summario num. 5.* & certum est quod gesta post Inhibitionem executam attentata dicuntur. Rota coram S. m. Greg. XV. 5
decis. 435. n. 2. cum seqq. etiamsi ageretur actus qui licitè ante executam Inhibitionem fieri posset, Mandos. *de Inhibit. quæst. 75. num. 8.* Lancellot. *de attentatis post Inhib. cap. 20. ampliat. 1. num. 1.* & latè *per tot.*

Ex quibus censuerunt Domini constare de at- 6
tentatis, quæ veniunt reuocanda, reponendo Capitulum in pristinum statum, Caputaq. *decis. 150. p. 1.* Seraph. *decis. 1176. num. 2.* non obstantibus his quæ in memoriali pro parte d. d. assert. hæred. Iodoci à Riede dato deducebantur circa validitatem, & iustitiam dictæ sententiæ, ac circa remissionem huius causæ per Signaturam Iustitię ad Nuncium, quia allegata pro iustificatione narratorum in d. memoriali non subsistunt, nec sunt præsentis inspectionis.

Et ita decisum, &c.

Romana seu Perusina Census.

Ven. 8. April. 1639.

ARGVMENTVM.

De mandato relaxato pro solutione fructuum census de quo agitur exequendo, non obstante exceptione nullitatis obligationis ob defectum solemnitatum in contractibus minorum requisitarum.

Vide suprà *Decis. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis maiores 20. annis ad quoslibet contractus habilitat.*

2 *Casus aliquis sub particulari loci cuiusdam statuto non comprehensus sub dispositione Iuris communis censetur relictus.*

3 *Defectus nullitatis contractus ex iuramento in obligatione apposito suppletur.*

4 *Constitutio Ægidiana locum non habet quando in contractu duplex adest iuramentum.*

5 *Constitutio Ægidiana non impedit effectum iuramenti.*

6 *Obligatio Cameralis duplex continet iuramentum.*

7 *Constitutionis Ægidiana extensio à Cardinali Carpensi facta, extra prouinciam vbi legatus erat locum non habet.*

DECISIO CXXIV.

CONFIRMARVNT Domini decisionem coram me in hac causa emanatam sub die 4. Iulij 1635. & sic iterum dixerunt mandatum relaxatum pro solutione fructuum census de quo agitur,

agitur, ad fauorem D. Comitis Annibalis de Somalia esse exequendum contra D. Sfortiam Oddium fideiussorem, non obstante repetita exceptione nullitatis obligationis ob defectum solemnitatum requisitarum in contractibus minorum.

Quia (prætermissa disputatione quodnam statutum sit attendendum, an scilicet illud loci contractus qui fuit in Vrbe, siue potius illud loci originis obligati qui est Perusia) vtcumque sit, cùm d. Sfortia de tempore commissæ stipulationis esset maior 20. annis, validè absque dd. solemnitatibus obligari potuit in instrumento census de quo agitur, vt *infrà* patebit.

Nam aut ipse prætendit annullare obligationem,
ex eo quod non fuerint in ea adhibitæ solemnita-
1 tes requisitæ à statuto Vrbis *cap.* 151. *lib.* 1. in con-
tractibus minorum; & id nihil releuat, quia dictum
statutum loquitur de minoribus 20. & non maiori-
bus, imò illos illud habilitat ad omnes contractus,
vt patet ex *cap.* 47 *eodem lib.* 1. aut ex eo quod defi-
ciant solemnitates requisitæ ex statuto Perusino, &
illud (iuxta deducta per informantes eiusdem
Sfortiæ) nihil statuit circa solemnitates adhiben-
das in contractibus maiorum 20. & minorum 25.
2 & ideo casus iste quatenus non comprehendatur
sub illius dispositione, sumpto argumento à con-
trario sensu, vt fuit firmatum in decisione causæ,
in omnem euentum censebatur relictus sub dis-
3 positione Iuris communis, cuius nullitatum de-
fectus suppletur ex iuramento in dicta obligatio-
ne apposito, per *text. expressum in auth. Sacramenta puberum*, ibique Bart *numer* 4. *Cod. si aduers. vendit*. Paris *cons.* 97. *numer.* 1. *& seqq. lib.* 1. & in terminis maioris 20. tenet Gratian. *d scept. forens cap.* 555. *num.* 21. *in fin.* & *num.* 22. *tom.* 3. & in puncto dixit Rota *in decis.* 643. *num.* 4. *&* 5. *part.* 3. & *in decis.* 168. *n.* 6. & *decis.* 345. *n.* 2. *part.* 4. *recent.* Put. *decis.* 94. *lib.* 3.

4 Aut verò recurrit ad constitutionem Ægidia-
nam, ex quo non fuerint seruatæ solemnitates per
illam requisitæ, & illa locum non habet, quando in
contractu adest duplex iuramentum, Socin. Iun.
cons. 3. *num.* 26. *lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 518. *num.* 9.
quos & alios refert Boccac. *ad eandem Constitut.*
gloss. 2 *num.* 65. & fuit dictum *in Viterbien. terra*
Vetralla 14. *Maij* 1614. *coram R.P.D. meo Pirouano*,
5 quæ est *decis.* 561. *part.* 3. *recent.* vbi sub *num.* 4.
dicitur quod constitutio Ægidiana non impedit
effectum Iuramenti.

Quod autem duo Iuramenta præstita fuerint
in vno eodémque contractu, non autem in di-
uersis, vt prò parte d. Sfortiæ prætenditur, patet
ex lectura Instrumenti census de quo agitur, dat.
in summario d. Comitis num. 1. vbi licèt legantur
duo contractus distincti, primus scilicet imposi-
tionis census cum accessione d. Sfortiæ, & secun-
dus recognitionis bonæ fidei per eundem factæ
pro rata scut 500. attamen in quolibet de per se
continentur duo, siue plura iuramenta. In primo
enim adest vnum Iuramentum expressum in illis
6 verbis ibi: *& sic tactis*, &c. *Iurauit*; & alte-
rum siue alia duo resultant ex obligatione Came-
rali, vt notat Zacch. ad Galles. *de obligat. Camer.*
quæst. 25. *num.* 7. & *quæst.* 17. *num.* 16. Rota *in*
Aretina Commenda 19. *Iunij* 1587. *coram Orano*,
quæ est *decis.* 29. impress. apud eundem Zacch.
num. 3. In secundo verò vltra obligationem Ca-
meralem alia duo explicita leguntur Iuramenta,
& sic dubitari nequit, quin in vno quoque con-
tractu duo, imo plura iuramenta concurrant, vltra quod ut supra dictum fuit, sub sola obligatione Camerali duplex Iuramentum continetur, vt præter mox allegatos tenuit Rota *in decis.* 800. *num.* 4. *part.* 3. *diuers.*

Nec obstat quod Cardinalis Carpensis extẽderit
constitutionem Ægidianam ad omnia Instrumenta
minorum 25. annis, etiamsi fuerint illa duplici Iu-
ramento munita, vt in tenore dict. constitutionis
impress. apud eundem Boccac. *in princip. sub* §.
quam quidem constitutionem, *&c.* Quia supradicta
extensio non habet locum extra prouinciam Mar- 7
chiæ, vbi dictus Cardinalis erat legatus, ex notat.
per Bart. Bald. & Saliect & alios *in l. cunctos populos Cod. de sum. Trinit. & fid. Catholic.* Paris. *consil.* 12. *n.* 47. *vol.* 3. & in terminis dictæ cõstitutionis dixit Rota *in decis.* 375. *numer.* 5. & *in dict. decis.* 561. *in fin. part.* 3. *recent.* Adden. ad Buratt. *in decis.* 924. *numer.* 10. cum aliis allegat. *in decis. causa sub* §. *vltim.*

Et ita vtraque parte, &c.

Romana Domus.

Ven 8. April. 1639.

ARGVMENTVM.

Testamento caducato hæreditas ad succedentes ab intestato deuoluitur, non obstante odio aut alio aliquo prætextu cuius causa excludi debere prætenditur.

Vide suprà *Decis.* 108.

SVMMARIVM.

1 *Testamento per prædecessum hæredis instituti caducato hæreditas ad venientes ab intestato deuoluitur.*

2 *Prohibitio nihil vltra prætendendi in legato adiecta, intelligitur apposita fauore hæredis scripti & rebus in eodem statu permanentibus, secus verò causa testati cessante.*

3 *Clausula codicillaris cuius vigore prætenditur prohibitionem nihil vltra legatum prætendendi vigere etiam testamento caducato, in quantum procedit.*

4 *Clausula codicillaris nullo alio in testamento substituto non debet in odium ab intestato venientis retorqueri.*

5 *Actus in mente retentus nihil operatur, multáque dicuntur quæ ad effectum non perducuntur, vel ab eis receditur.*

6 *Testatoris voluntas non dicitur perfecta donec coram Notario & testibus fuerit declarata.*

7 *Testator nuncupatiuè faciendo institutionem, vel alia legata cum solemnitatibus requisitis, si morte præuentus non potuerit procedere uti volebat, testamentum in totum dicitur nullum.*

8 *Exclusio à legato sub prætextu odij vel alterius causa, non debet extendi extra suum casum in præiudicium venientium ab intestato.*

9 *Determinatio vnica respiciens plura determinabi-*

lia omnia æqualiter determinare debet præcipuè vnicitate Orationis concurrente.

10 *Testatrix hæredi instituta sup ř iuens dum nullum aliud condidit testamentum, excluso omni odio successionem ab intestato tacitè permisisse præsumitur.*

11 *Confessa & viatico refecta decedens omne odium si quod habuit remisisse censetur.*

12 *Legatum ad vsumfructum formaliter restrictum morte finitur.*

DECISIO CXXV.

ON acquiescentibus DD. Bacciottis resolutioni factæ sub die Ven. 12. Nouembris anni præteriti, in qua dictum fuit Testamentum Tulliæ non obstare, & consequenter Franciscæ eius nepti vti venienti ab intestato dandam esse immissionem sub domo, & bonis de quibus agitur; proposita denuo causam super eisdem, & Domini itandem esse in decisis censuerunt.

Nam vera visa fuit conclusio in decisione fir-
1 mata, quod nempe testamento caducato per prædecessum hæredis instituti, hæreditas deuoluitur ad venientes ab intestato, qualis est Francisca in casu præsenti, non obstante quod in legato Iuliorum quinque eidem facto per Tulliam testatricem
2 fuerit adiecta prohibitio, vt nihil aliud quanis causa, & occasione prætendere posset, quia talis prohibitio intelligitur apposita fauore hæredis scripti, & rebus in eodem statu permanentibus, secus verò cessante causa testati, vt bene explicat Bart. *in l. quoties 9. §. si duo numer. 5. ff de hered. instit.* Corn. *consil* 118 *numer.* 14. *lib.* 2. & magistraliter firmat Gabr. *in consil.* 129. *numer.* 8. & *seqq. vol.* 1. cum aliis allegat. *in decis. causa sub. §. non obstat.*

Nec aliquid releuare dictum fuit Caual. *decis.* 381 *num.* 10. vbi firmari videtur similem prohibitionem extendi etiam ad casum intestati, quia in casu dictæ decisionis prohibitio erat facta indigno, vt patet ex verbis testatoris ibidem ponderatis *sub vers. altera*, & propterea non applicatur in præsenti, vbi Francisco, nec per Testatricem fuit indigna vocata, nec alibi eam talem fuisse probatur.

3 Prout nec aduersari potest clausula codicillaris, cuius vigore prætenditur dictam prohibitionem vigere etiam testamento caducato, quoniam id procederet, vel ad fauorem eorumdem venientium ab intestato, vt in casu Menochij *cons.* 482. *num.* 13. vel quando superesset aliquis in eodem testamento de directo vocatus, cui venientes ab intestato possent hæreditatem restituere, in quibus terminis loquuntur Bald. *in consil* 170. *num.* 3. *lib.* 5. Angel *consil.* 104. Corn. *consil.* 131. *num.* 4. *lib* 3. cum aliis pro Bacciottis allegat vt in specie eos referens adnectit, & declarat Gabr. *in dicto consil.* 129 *à num.* 10 *vsque ad* 15. Cùm autem in
4 proposito nullus adsit substitutus in testamento, neque compareant alij venientes ab intestato præter Franciscam Actricem, effectus clausulæ codicillaris ad eius fauorem inductus non debet in eius lem odiom retorqueri, *l. quod fauore Cod. de legib*

Nec obstat, quod prohibitio prædicta censeatur facta ex causa odij, quo Tullia illos de Christianis prosequebatur, quod odium sufficienter probatum prætenditur ex testium depositionibus datis in nouo summario *à num.* 4. *vsque ad numerum* 10. & in eo dict. Tulliam vsque ad mortem perseuerasse, eo quia illi impediuerant eidem matrimonium contrahere, litibus eam vexauerant, ac eiusdem bonorum successioni aspirabant.

Quia Domini rectè ponderatis dd. testium depositionibus, dixerunt ex illis concludenter quidem probari propositum, quod Tullia vsque ad mortem habebat, nihil relinquendi illis de Christianis de suis bonis, sed ex quo in articulo mortis, nec antea nullum aliud confecit testamentum, dictum propositum frustratorium remansit, & factus fuit locus successioni ab intestato, cùm actus 5
in mente retentus nihil operetur, & multa dicuntur, quæ non perducuntur ad effectum, vel ab iis receditur, vt notat Bald. *in l. multum interest col.* 2. *Cod. si quis alter, vel sibi*, & *in cap. fin. col. fin. de Iuram calum.* Dec. *cons.* 105 *num.* 5. *vers. vnde testis*, Rimin. Inn. *consil.* 196. *num.* 7 *lib* 1. nec voluntas 6
Testatoris dicitur perfecta, donec coram Notario, & testibus rogatis fuerit declarata, Seraph n. *decis.* 1357 *num* 7. 8. Imò si quis cœperit nuncupatiuè facere testamentum cum omnibus solemnita- 7
tibus requisitis, & fecerit institutionem, vel aliqua legata seu capitula, & morte præuentus non potuit vlterius procedere prout volebat, testamentum dicitur nullum in totum, text. est expressus *in l. si is qui testamentum, ff. de testamentis leg. ex eo scriptura ff. eodem §. eo autem solo instit. quibus mod. testament. infirm.* cum aliis congestis per Anton. Gom. *in l.* 3. *Tauri num* 18. Ideóque plerumque accidit hominibus, vt morte præuenti non possint disponere de rebus suis prout volebant, hinc eorum bona transierunt ad personas etiam sibi ipsis inuisas.

Nec facit quod probato semel quod Tullia exclu serat illos de Christianis vti odiosos, hoc sufficiat ad docendum, quod vsque ad mortem durauerit huiusmodi causa odij, itavt censeatur etiam à successione ab intestato eos voluisse excludere: etenim cùm exclusio prædicta potuerit contingere tam ex causa odij, quàm ex causa prædilectionis Pantasileæ sororis hæredis institutæ, existimarunt Domini quod potius ad hanc secundam causam ea referri debeat, cùm certum sit illam fuisse factam cum supposito, quod testamentum valeret, & ex eo d. Pantasilea hæres instituta succederet, & ideo nulla ratio suadet, quod extendi debeat extra suum 8
casum in præiudicium venientium ab intestato, vt ex dispositione *text. in cap odia* 15. *de regul. Iur. in* 6. tenet in punct. Gabr. *in dict. consil.* 129. *num.* 18.

Quod eò facilius venit dicendum in præsenti, ex eo quod eadem prohibitio legitur facta Marcellæ filiæ Marij fratris prædefuncti eiusdem testatricis, contra quam nulla causa odij præcedebat, nec quoad illam aliquid deponunt testes pro Bacciottis inducti: sicut igitur exclusio dictæ Marcellæ non processit ex odio, ita & nec minus odiosa dici potest exclusio illorum de Christianis, cùm vnica de- 9
terminatio respiciens plura determinabilia omnia æqualiter determinare debeat, argum. text. *in l iam hoc Iure ff de vulgar. & pupill.* Bart. *in l fi Legatarius §.* 1. *ff de legat.* 2 Surd *consil* 31. *num* 5 *vol.* 1 concurrente præcipuè vnicitate Orationis, Alex. *in dict. l. iam hoc Iure col* 2 & *in l. Gallus §. quidam rectè col.* 3. *ff. de liber. & posthum.* Ruin. *consil.* 3. *num.*

num.10. vol. 2. Idem Surd. *consil. 45. num.37. eodem vol.1.*

Prædictaque omnia confirmantur optima ratio-
10 ne, siquidem dum Tullia Testatrix superuixit Pantasileæ hæredi institutæ per integrum fere annum, & nullum aliud confecit testamentum, quo Franciscam, & alios venientes ab intestato excludere poterat, præsumitur omne odium si quod habebat remisisse, & Franciscæ, & aliis si qui essent, successionem ab intestato tacitè permisisse, vt in specie notant DD. *in l.fratres 27. Cod.de inoffic.testam.* & consuluit in puncto Cæsar. Manent.*in. consil. 515. num.3.& seqq.lib.2.*cum aliis cumulat. *in decis.causa*
11 *sub §.vnde dum adest*, iuncto præsertim adminiculo desumpto ex eo, quod d.Tullia decessit confessa, & viatico refecta, Bellon.*de Iure accrescendi cap.7.q.77. num.20.*& *36.* Peregr.*de Iure fisc.lib.3.tit.13. num.9.* Mantic.*de coniect.lib.6 tit.10. num.8.* & *lib.8. tit.4. num.6.* cum aliis adduct. *in decis. causa in §. tantò magis.*

Quibus sic stantibus conclusum fuit nullam esse habendam rationem Legati vsusfructus huius domus relicti Turino Auctori illorum de Bacciottis, sub quo prætendebatur fuisse comprehensam etiam proprietatem; Quia verba testamenti sunt nimis clara exprimentia solùm vsumfructum, ibi: *reliquit vsumfructum domus, in qua ipsa Testatrix inhabitat.* Vnde cùm non fuerit legata domus ad vsu-
12 fructuandum, sed vsofructus domus duntaxat, Legatum restringitur ad vsumfructum formalem, qui morte finitur, iuxta distinctionem Bart. *in l.4.in fin. ff.de aliment.Legat.* Surd *de aliment tit.2. q.1.num.11.* Nec contrarium colligitur ex testibus datis pro Bacciottis in *eorum summ. num.* 10. deponentibus, quod Testatrix dixerat velle domum Turino relinquere, cùm huiusmodi verba verificentur in legato vsusfructus iam in testamento relicti.

Et ex his omnibus responderunt Domini standum esse in decisis vtraque parte audita, &c.

Brixien. Iurisdictionis.

Lunæ 11. Aprilis 1639.

ARGVMENTVM.

Episcopus manutenendus est in sua possessione exercendi in Monasterio & Ecclesia parochiali de quibus agitur, ea quæ Ordinarij locorum in Monasteriis & Ecclesiis Regularium in sua Diœcesi sitis exercere solent, donec de releuantia priuilegij pro parte Abbatis in contrarium videatur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet de iure intentionem fundatam super exercitio Iurisdictionis in omnibus locis intra fines suæ diœcesis existentibus.*

2 *Episcopus ex iuris assistentia in sua Episcopali iurisdictione manuteneri debet.*

3 *Ecclesia qualibet in aliqua diœcesi esse censetur nisi territorium separatum habere probetur.*

4 *Territorij separatio quæ à Papa fieri non potest cùm non probetur, præsumptio stat pro Episcopo viciniori.*

5 *Confessiones plurimæ ab Abbatibus circa situationem monasterij emanatæ ad eandem probandam in hac materia sufficiunt.*

6 *Enunciatiuæ licet ab Episcopo interessato emanatæ, cùm sint numero plures antiquissimæ & in actu proportionabili Episcopali iurisdictioni emissæ, Episcopo suffragantur.*

Maximè quia recipiunt fomentum ab actu in quo fuit enunciatum, ibid.

7 *Qualitas enunciantis probationem multùm coadiuuat.*

8 *Enunciatiuæ Papæ concurrentibus adminiculis magis probant.*

9 *Episcopus non potest exercere actus Iurisdictionales sibi in beneficiis & Ecclesiis suæ tantùm diœcesis competentes, nisi in locis suæ Iurisdictioni subiectis.*

10 *Recognitiones in Episcopum diœcesanum factæ habent vim confessionis, dominiúmque contra recognoscentem probant.*

11 *Subsidium charitatiuum non soluitur nisi Diœcesano, & pro Ecclesiis in eadem diœcesi existentibus.*

12 *Coniectura & leniores probationes ad effectum probandi situationem & confines sufficiunt.*

13 *Iuris assistentia quoad loca de quibus dubitatur an sint in diœcesi Episcopo non suffragatur.*

14 *Lis non terminato prius petitorio impedit decisionem possessorij.*

15 *Abbate super possessione deputandi Vicarios in parochialibus monasterio subiectis nihil probante, intentio Episcopi turbari non potest.*

16 *Episcopus in sua possessione debet defendi & conseruari, donec de releuantia priuilegij in contrarium videatur.*

DECISIO CXXVI.

PETENTI D.Abbati in Stambs remissoriam ad effectum probandi monasterium Stambsense habere territoriom separatum ab aliis, & exercitium iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis, regiménque Ecclesiæ Sancti Ioannis Baptistæ spectare ad Abbatem pro tempore, & dict. Ecclesiam solere visitari à superioribus Ordinis Cisterciensis priuatiuè quoad Reuerendissimum Dominum Episcopum Brixinen. opponebatur inter alia pro parte eiusdem D. Episcopi fuisse in actis per cedulam suspensum petitorium, & ideo Rota habita pro reseruanti materia articulata concessit remissoriam, sine tamen præiudicio summariissimi possessorij, vt in decisione coram me extensa sub die 19. Nouembris anni præteriti, seruando stylum seruari solitum in hac materia possessoria, relatum apud Seraphin. *in decis. 294.num.1.*

Hodie autem iuxta præmissa prosequendo disputationem ad instantiam dicti D. Episcopi dobitaui; An eidem sit dandum mandatum de manutenendo in possessione exercendi in monasterio eiusque Parochiali Ecclesia Sanct. Iohannis Baptistæ in Stambs, ea quæ Ordinarij locorum exercere possunt in Monasteriis, & Parochialibus Regularium sitis in eorum diœcesibus: & Domini affirmatiuè responderunt. Quia cùm
Episcopus habeat de Iure intentionem fundatam 1

ſuper exercitio iuriſdictionis in omnibus locis intra
fines ſuæ diœceſis exiſtentibus, *cap. cum perſona 7. in fin. de priuileg. in 6. c. conquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Epiſcopus eodem tit. in 6. cap. conſtitutus 6. & cap. ſeq. de religioſ. domib. cap. omnes Baſilica 16 quæſt. 7.*
& cauetur in Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.* & *ſeſſ. 21. c. 8.* vt aduertit Rot. *in deciſ. 301. n.*
2 *1. p. 2. recent.* ex hac tantùm Iuris aſſiſtentia debet
in ſua Epiſcopali Iuriſdictione manuteneri, vt notant DD. omnes *in d. c. cum perſona de priuileg. in 6.*
& tenuit pluries Rota, vt apud Verall. *deciſ. 306. num. 7 p. 1. & 203. part. 2.* & coram Seraphino *deciſ. 1063. num. 3.* & *deciſ. 1164* & *deciſ. 1278. num. 1 ac in recent. deciſ. 382. num. 5.* & *deciſ. 501. p. 2.* & *alibi* ſæpè.

Quod verò Abbatia ſeu Monaſterium in Stambs
ſit intra fines diœceſis Brixinenſis, viſum fuit conſtare ex pluribus. Primò ex generali præſumptione,
3 quod quælibet Eccleſia cenſetur eſſe in aliqua Diœceſi, niſi probetur habere territorium ſeparatum,
c. omnes 16. q. 7. cum perſona de priuileg. in 6. Felin *in c. graue num. 2 verſ. immo videtur de offic. Ordin.* & ſic
4 cum in præſenti non probetur talis territorij ſeparatio quæ fieri non poteſt à Papa, *cap. cum contingat.*
vbi Butr. *n. 11. verſ. de conſuetudine*, Abb. *n. 19. de foro competent.* Rot. *deciſ. 324. n. 2. part. 1. recent.* nec alius
Epiſcopus in hac iuriſdictione concurrat, ſequitur dicendum præſumptionem ſtare pro D. Epiſcopo
Brixinenſi viciniori, vt in terminis dixit Rota coram Buratto *deciſ. 578. n. 1.*

Secundò ex pluribus confeſſionibus Abbatum
dicti Monaſterij, & ſignanter ex illa facta ſub die
6 Februarij 1451. *ſumm. D. Epiſcopi num. 7.* vbi apparet quod Abbas in Stambs tunc temporis non valens perſonaliter interuenire conuocationi Prælatorum factæ ab Eminentiſſimo Cardinali Alemaniæ
Legato, ſuum Procuratorem conſtituit Gerhardum
Abbatem Monaſterij Victorienſis ordinis, & in
principio narratiuæ fatetur d. Monaſterium Stambſenſe eſſe Diœceſ. Brixien. ibi: *Nos frater Georgius S. Io. Baptiſtæ in Stambs ordinis Ciſtercienſis Brixinen. Diœceſis* &c. & huic confeſſioni adhærent quamplures aliæ ſimiles in aliis, & diuerſis actibus emanatis, vt *in dicto ſummario nempe de anno* 1459. *num. 10. de annis* 1483. *&* 1519. *num 15. & de annis* 1593.
5 *&* 1601 *num. 10.* quas confeſſiones eſſe in hac materia ſufficientes in puncto tenuit Rot. *in d. deciſ. 578. num. 4. coram Buratto*, vbi refertur ita quoque
aliàs Rotam reſpondiſſe *in Calaguritana iuriſdictionis 4. Iunij 1603. coram Penia*, & *in Fanen. Iuriſdictionis 18. Maij 1609. coram Iuſto.*

Tertiò ex pluribus enunciatiuis Epiſcoporum
Brixinen. vltra 100. annos in diuerſis Inſtrumentis
6 emanatis, vt *in dicto ſumm. num. 4. 6. 8. & 9.* & licèt
illæ emanauerint ab Epiſcopo intereſſato, ex quo tamen ſunt numero plures, & antiquiſſimæ, & earum aliquæ emiſſæ in acto proportionabili iuriſdictioni Epiſcopali, prout eſt actus geſtus de anno
1491. *dicto ſumm. num. 4.* vbi Epiſcopus petiit à Monaſterio tanquam ſito intra fines ſuæ diœceſis ſubſidium charitatiuum, & altera de eodem anno *dicto ſummario num. 8.* vbi Epiſcopus petiit, & obtinuit
ab Innocentio Papa declarari exemptionem aliàs conceſſam Ordini Ciſtercienſi non ſuffragari, quominus Monaſterium prædictum eiuſdem Ordinis teneretur ſoluere Epiſcopo ſubſidium charitatiuum;
ſuffragantur eidem Domino Epiſcopo, quia recipiunt fomentum ab actu in quo fuit enunciatum,
Achil. *deciſ. 1. de Confeſſion* & *7. de Ireпатr.* Rot. *deciſ. 148. num. 3.* & *deciſ. 224. num. 5. part. 1. recent.* & *deciſ. 386. in fin. coram Illuſtriſſimo D. meo Decano* & fuit dictum *in Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quartò ex enunciatiuis Iohannis XXIII. *dicto ſummario num. 10.* & Innocentij VIII. *numer. 11.* & 13. vbi legitur à prædictis Pontificibus dari licentiam Abbatibus pro tempore huius Monaſterij
benedicendi omnia ad cultum diuinum neceſſaria, ordinéſque minores conferendi nouitiis, & Monachis, & Breuia ſunt directa Abbatibus Monaſterij Io. Baptiſtæ in Stambs Ciſtercienſis ordinis 7
Brixinen. Diœceſ. qualitas autem enunciantis multum probationem coadiuuat, Crot. *conſil. 332. num. 10 & ſeq. lib. 3.* Rot. *deciſ. 405. num. 3.* vbi loquitur de enunciatiua Epiſcopi *part. 1. recent.* & in terminis enunciatiuæ Papæ Corn. *conſil. 22. num. 5.* 8
lib. 3. quæ omnes enunciatiuæ quatenus de per ſe non ſufficerent, negari non poteſt quin deſeruiant
pro adminiculandis dd. Abbatum confeſſionibus, quæ concurrentibus adminiculis eò magis probant, ex tradit per Gloſſ. *in cap. dudum il 2. verb. de veritate de elect.* Seraphin *deciſ. 192. num. 3.* & fuit dictum
in *Aprutina iuriſdictionis 16. Martij 1624. coram Seleucien.*

Quintò ex actibus Iuriſdictionalibus ab Epiſcopo factis in hoc ipſo Monaſterio, vt dixit Rota *in Adrien. iuriſdictionis 27. Iunij 1622.* & *30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Pironano.* Etenim Epiſcopus de annis 1572. 1600. & 1608. contulit ordines Monachis huius monaſterij *dicto ſummario numer. 18.* & mortuo ſuffraganeo quo vtebatur, conceſſit Epiſcopo Curien. pro ea vice duntaxat facultatem benedicendi Abbates, & Monachos dicti monaſterij ad eorumdem Monachorum & Abbatis preces, *dicto ſummario num. 19.* licentiam abſoluendi in caſibus ſibi reſeruatis tribuit tribus Confeſſariis in Eccleſia dicti monaſterij, ad ſupplicationem eiuſdem Abbatis & Monachorum *d. ſummario num 21.* ac demum præſentatos à Monachis ad parochiales vacantes approbauit, *dicto ſummario num. 16.* quos actus eidem Epiſcopo facere non 9
licuiſſet, niſi monaſterium de quo agitur eſſet intra fines diœceſis Brixinen. cum ſint omnes actus iuriſdictionales Epiſcopo in beneficiis, & Eccleſiis ſuæ tantùm diœceſis competentes, per text. *in cap. 1. de religioſ. domib. cap. ex frequentibus de inſtit.* Rot. *deciſ. 5. de conceſſ. præben. in nou.* & in ſpecie aduertit *in dict. deciſ. 578. num. 9. coram Buratto.*

Quibus accedunt libri conſiſtoriales, & Datariæ, in quibus hæc Abbatia deſcribitur vti ſita intra limites Diœceſ. Brixinen. & vlterius recognitiones in Epiſcopum Diœceſanum factæ ab eodem 10
Abbate *dicto ſummario num. 19.* quæ recognitiones dominium contra recognoſcentem probant & habent vim confeſſionis, Bart & Bald. *in leg. cum falſa Cod. de Iur. & fact. ignor.* Paul. de Caſtr. & Aretin *in l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* Crauett. *conſ. 157. num. 7. verſ. ſecus ſi quis*, & quod facit ceſſare in hac difficultatem, eſt ſolutio charitatiui ſubſidij facta ab Abbate dict. Epiſcopo Brixinenſi præuia eiuſdem Epiſcopi citatione, & præcepto, *dicto ſummario n. 9.*
cùm certum ſit ſubſidium charitatiuum non ſolui 11
niſi Diœceſano, pro Eccleſiis in eadem Diœceſi exiſtentibus, *cap. conquerente*, vbi ſcribentes *de offic. ordin* Vitalin. *in Clem. 1. num. 73. de conſil.* Pariſ. *conſil. 27. numer. 2. lib. 4.* & in terminis charitatiui ſubſidij dixit Rota *in Calaguritana iuriſd. Etionis 26. Iunij 1604. coram Penia*, relat. per Buratt.
in

in dict. decis. 578. *num.* 10. & sequitur Bollencin. *in tractatu de charitat. subsid. quæst.* 1. *num.* 1. Barbos. *de Iur. Ecclesiastic. cap.* 21. *de charitat. subsid. num.* 3.

Et prædicta omnia visa fuerunt Dominis super-
12 abundare, cùm ad effectum probandi situationem & confines sufficiant coniecturæ & leuiores probationes, Bart. *in l. cum aliis num.* 2. *C. de Iur. deliberan.* Gloss. *in cap. si Papa verb. probatam de priuileg. in* 6. Paris. *cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. Buratt. in sæpius repetit. *decis.* 578. *num.* 13. nec applicari *decis.* 1278. coram Seraphin. & *decis. in Apruntin. Iurisdictionis* 10. *Martij* 1724. *coram Seleuciens.* quæ est *decis.* 184. *impress. apud Modern. post tract. de manutenen.*
13 vbi dicitur non suffragari Episcopo assistentiam Iuris, quoad loca, quæ est dubium an sint in diœcesi, quia tam decisiones prædictæ quàm omnes alij authores ex aduerso allegati procedunt, quando in effectu adsunt aliqua & quidem vrgentia, quæ turbare possunt intentionem Episcopi, vt erat *in terminis dd. decisionum Seraph. & Seleucien.* hìc verò omnia intentionem Episcopi probant, & pro parte Abbatis nihil penitus adducitur.

14 Nec obstat, quod Abbas prætendat Monasterium prædictum esse extra fines diœcesis Brixinen. & super hoc pendeat lis, quæ non terminato prius petitorio, impedit decisionem possessoris, vt fuit seruatum *in dict. decis.* 1278. *num.* 4. *vers. quibus sic stantibus, coram Seraphin.* Quia vltra quod lis non
15 pendet super situatione Monasterij, sed super possessione deputandi Vicarios ad nutum amouibiles, vel perpetuos in parochialibus eidem Monasterio subiectis, vt in commissione ad instantiam Abbatis obtenta, de qua *in dicto summario num.* 3. cessat difficultas ex eo, quod pro parte Abbatis nihil datur, quod turbare possit intentionem D. Episcopi, vt erat in casu *dict. decis.* 1278. *coram Seraphin,* provt patet ex lectura, & signanter *sub num.* 2. *in fin.* & versa vice ex superius ponderatis constat situationem d. Monasterij S. Ioan. Baptistæ in Stambs esse intra fines diœcesis Brixiensis.

Minus releuat remissoria ad instantiam eiusdem Abbatis expedita, qua probare prætendit dictum Monasterium habere territorium separatum ab aliis, & exercitium iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis, regiménque Ecclesiæ S. Ioan. Baptistæ spectare ad Abbates pro tempore, & d. Ecclesiam solere visitari à superioribus Ordinis Cisterciensis priuatiuè quoad Episcopum Brixien. quoniam donec, & quovsque non fuerit discussa releuantia probationis resultantis ex d. remissoria,
16 debet D. Episcopus in sua possessione defendi, & conseruari, vt in fortioribus terminis, id est quando à Prælato inferiori exhiberetur etiam priuilegium ad sui fauorem, non esse Episcopo denegandam manutentionem, donec de releuantia priuilegij videatur, dixit Rot. *in decis.* 491. *num.* 7. & 9. *part.* 1. *recent.* Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 5. cum aliis relat. per Adden. ad Greg. XV *in dec.* 312. *num.* 4.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Senogallien. Dotis.

Lunæ 9. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandatum contra filios hæredes de subministrandis Matri alimentis & sumptibus litis vsque ad restitutionem dotis arbitrio Rotæ taxandis, etiam super fructibus quorumcunque bonorum est exequendum.

SVMMARIVM.

1 *Filius iuxta obligationem naturalem de proprio matrem inopem alere tenetur.*
2 *Restitutio dotis patrimonium mulieris dicitur.*
3 *Mulier vltra dotem inops & nihil habere præsumitur.*
4 *Reus alimenta & sumptus litis in quibus casibus simpliciter præstare tenetur.*
5 *Alimenta mulieri repetenti dotem debentur quando adhibuit omnem diligentiam nec aliunde habet.*
6 *Ablatiuus absolutus prolatus ab eo qui facultatem disponendi habet dispositionem importat, Iudicisque iurisdictionem suspendit.*
7 *Rescriptum signaturæ quando est clarum & præcisum, Rota vti merus executor ad illius obseruantiam procedere debet.*
8 *Arbitrium Rotæ vltra commissionem operari non debet.*
9 *Rescriptum signaturæ præcisum alterari haud potest, sed debet in forma specifica seruari.*
10 *Lis per cessionem vnius ex collitigantibus non extinguitur.*

DECISIO CXXVII.

HÆc causa fuit mihi commissa ad instantiam Comitissæ Octauiæ contra Comitem Carolum, & Claudium filios, & hæredes quondam Iohannis Baptistæ de Mannellis sui viri, cum clausula *subministratis alimentis, & sumptibus litis, vsque ad dotis restitutionem arbitrio Rotæ taxandis*, propositóque dubio sub die 23 Februarij præteriti, ad quam summam essent alimenta taxanda, & sumptus litis, fuit responsum quod darentur scut. 10. quolibet mense pro alimentis, vsque ad dotis restitutionem, & successiuè iuxta prædictam resolutionem fuit relaxatum mandatum. Sed quia pro parte dd. Caroli & Claudij dicebatur, dictum mandatum non posse exequi, nisi contra bona hæreditaria d. Iohannis Baptistæ d. dotis debitoris; Ideò dubitaui, an, & contra quæ bona mandatum sit exequendum, & DD. censuerunt illud esse exequendum etiam super fructibus quorumcunque bonorum.

Quoniam rescriptum Signaturæ Iustitiæ mandans subministrari Comitissæ matri alimenta, vt *in eius summario num.* 1. obligat filio etiam in bonis propriis: tum ex quo referri potest ad obligationem natura- 17
lem, qua filius de proprio alere tenetur matrem inopem, *l.* 1. *filia*, vbi Glos. *C. de patr. pot. l.* 1. & 2. *C. de alend. liber. lib.* 1. § *sed & nullus ff. de tutel. & ration.*

ſuper exercitio iuriſdictionis in omnibus locis intra fines ſuæ diœceſis exiſtentibus, *cap cum perſona 7. in fin de priuileg. in 6. c. conquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Epiſcopus eodem tit. in 6. cap. conſtitutus 6. & cap ſeq. de religioſ. domib. cap. omnes Baſilicæ 16 quæſt. 7.* & cauetur in Sac. Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap 8. de reformat.* & *ſeſſ. 21. c. 8.* vt aduertit Rot. *in deciſ. 301. n.*
2 *1. p. 2. recent.* ex hac tantùm Iuris aſſiſtentia debet in ſua Epiſcopali Iuriſdictione manuteneri, vt notant DD. omnes *in d. c. cum perſona de priuileg. in 6.* & tenuit pluries Rota, vt apud Verall. *deciſ. 306. num. 7 p. 1. & 203. part. 2.* & coram Seraphino *deciſ. 1063. num. 3.* & *deciſ. 1164* & *deciſ. 1278. num. 1. ac in recent. deciſ. 382. num. 5.* & *deciſ. 501. p. 2.* & *alibi* ſæpè.

Quod verò Abbatia ſeu Monaſterium in Stambs ſit intra fines diœceſis Brixinenſis, viſum fuit conſtare ex pluribus. Primò ex generali præſumptione,
3 quod quælibet Eccleſia cenſetur eſſe in aliqua Diœceſi, niſi probetur habere territorium ſeparatum, *c. omnes 16. q. 7. cum perſona de priuileg. in 6.* Felin *in c. graue num. 1. verſ. imo videtur de offic. Ordin.* & ſic
4 cum in præſenti non probetur talis territorij ſeparatio quæ fieri non poteſt à Papa, *cap. cum contingat.* vbi Butr. *n. 11. verſ. de conſuetudine,* Abb. *n. 19. de foro competent.* Rot. *deciſ. 324. n. 2. part. 1. recent.* nec alius Epiſcopus in hac iuriſdictione concurrat, ſequitur dicendum præſumptionem ſtare pro D. Epiſcopo Brixinenſi viciniori, vt in terminis dixit Rota coram Buratto *deciſ. 578. n. 1.*

Secundò ex pluribus confeſſionibus Abbatum dicti Monaſterij, & ſignanter ex illa facta ſub die 6 Februarij 1451. *ſumm. D. Epiſcopi num. 7.* vbi apparet quod Abbas in Stambs tunc temporis non valens perſonaliter interuenire conuocationi Prælatorum factæ ab Eminentiſſimo Cardinali Alemaniæ Legato, ſuum Procuratorem conſtituit Gerhardum Abbatem Monaſterij Victorienſis ordinis, & in principio narratiuæ fatetur d. Monaſterium Stambſenſe eſſe Diœceſ. Brixien. ibi: *Nos frater Georgius S. Io. Baptiſtæ in Stambs ordinis Ciſtercienſis Brixinen. Diœceſis* &c. & huic confeſſioni adhærent quamplures aliæ ſimiles in aliis, & diuerſis actibus emanatis, vt *in dicto ſummario nempe de anno 1459. num. 10. de annis 1483. & 1519. num 15. & de annis 1593.*
5 *& 1601 num. 10.* quas confeſſiones eſſe in hac materia ſufficientes in puncto tenuit Rot. *in d. deciſ. 578. num. 4. coram Buratto,* vbi refertur ita quoque aliàs Rotam reſpondiſſe *in Calagurritana iuriſdictionis 4. Iunij 1603. coram Penia,* & *in Fanen. Iuriſdictionis 18. Maij 1609. coram Iuſto.*

Tertiò ex pluribus enunciatiuis Epiſcoporum Brixinen. vltra 100. annos in diuerſis Inſtrumentis
6 emanatis, vt *in dicto ſumm. num. 4. 6. 8. & 9.* & licèt illæ emanauerint ab Epiſcopo intereſſato, ex quo tamen ſunt numero plures, & antiquiſſimæ, & earum aliquæ emiſſæ in actu proportionabili iuriſdictioni Epiſcopali, prout eſt actus geſtus de anno 1491. *dicto ſumm. num. 4.* vbi Epiſcopus petiit à Monaſterio tanquam ſito intra fines ſuæ diœceſis ſubſidium charitatiuum, & altera de eodem anno *dicto ſummario num. 8.* vbi Epiſcopus petiit, & obtinuit ab Innocentio Papa declarari exemptionem aliàs conceſſam Ordini Ciſtercienſi non ſuffragari, quominus Monaſterium prædictum eiuſdem Ordinis teneretur ſoluere Epiſcopo ſubſidium charitatiuum; ſuffragantur eidem Domino Epiſcopo, quia recipiunt fomentum ab actu in quo fuit enunciatum, Achil. *deciſ 1. de Confeſſion* & *7. de Iurepatr.* Rot. *deciſ. 148. num. 3.* & *deciſ. 224. num. 5. part. 1. recent.* & *deciſ. 386. in fin. coram Illuſtriſſimo D. meo Decano* & fuit dictum *in Sorana beneficij 26. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Quartò ex enunciatiuis Iohannis XXIII. *dicto ſummario num. 10.* & Innocentij VIII. *numer. 11.* & 13. vbi legitur à prædictis Pontificibus dari licentiam Abbatibus pro tempore huius Monaſterij benedicendi omnia ad cultum diuinum neceſſaria, ordinéſque minores conferendi nouitiis, & Monachis, & Breuia ſunt directa Abbatibus Monaſterij Io. Baptiſtæ in Stambs Ciſtercienſis ordinis 7
Brixinen. Diœceſ. qualitas autem enunciantis multum probationem coadiuuat, Crot. *conſil. 332. num. 10 & ſeq. lib. 3.* Rot. *deciſ. 405. num. 3.* vbi loquitur de enunciatiua Epiſcopi *part. 1. recent.* & in terminis enunciatiuæ Papæ Corn. *conſil. 22. num. 5.* 8
lib. 3. quæ omnes enunciatiuæ quatenus de per ſe non ſufficerent, negari non poteſt quin deſeruiant pro adminiculandis dd. Abbatum confeſſionibus, quæ concurrentibus adminiculis eò magis probant, ex tradit per Gloſſ. *in cap. dudum il 2. verb. de veritate de elect.* Seraphin *deciſ. 292. num. 3.* & fuit dictum in *Aprutina iuriſdictionis 16. Martij 1624. coram Seleucien.*

Quintò ex actibus Iuriſdictionalibus ab Epiſcopo factis in hoc ipſo Monaſterio, vt dixit Rota *in Adrien. iuriſdictionis 27. Iunij 1622.* & *30. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Pironano.* Etenim Epiſcopus de annis 1572. 1600. & 1608. contulit ordines Monachis huius monaſterij *dicto ſummario numer. 18.* & mortuo ſuffraganeo quo vtebatur, conceſſit Epiſcopo Curien. pro ea vice duntaxat facultatem benedicendi Abbates, & Monachos dicti monaſterij ad eorumdem Monachorum & Abbatis preces, *dicto ſummario num. 19.* licentiam abſoluendi in caſibus ſibi reſeruatis tribuit tribus Confeſſariis in Eccleſia dicti monaſterij, ad ſupplicationem eiuſdem Abbatis & Monachorum *d. ſummario num 22.* ac demum præſcutatos à Monachis ad parochiales vacantes approbauit, *dicto ſummario num. 16.* quos actus eidem Epiſcopo facere non 9
licuiſſet, niſi monaſterium de quo agitur eſſet intra fines diœceſis Brixinen. cum ſint omnes actus iuriſdictionales Epiſcopo in beneficiis, & Eccleſiis ſuæ tantùm diœceſis competentes, per text. *in cap. 1. de religioſ. domib. cap. ex frequentibus de inſtit.* Rot. *deciſ. 1. de conceſſ. præben. in nou.* & in ſpecie aduertit *in dict. deciſ. 578. num. 9. coram Buratto.*

Quibus accedunt libri conſiſtoriales, & Datariæ, in quibus hæc Abbatia deſcribitur vti ſita intra limites Diœceſ. Brixinen. & vlterius recognitiones in Epiſcopum Diœceſanum factæ ab eodem 10
Abbate *dicto ſummario num. 19.* quæ recognitiones dominium contra recognoſcentem probant & habent vim confeſſionis, Bart & Bald. *in leg. cum falſa Cod. de Iur. & fact. ignor.* Paul. de Caſtr. & Aretin *in l. ſi rem aliquam, ff. de acquir. poſſeſſ.* Cranett. *conſ. 157. num. 7. verſ. ſecus ſi quis,* & quod facit ceſſare in hoc difficultatem, eſt ſolutio charitatiui ſubſidij facta ab Abbate dict. Epiſcopo Brixinenſi præuia eiuſdem Epiſcopi citatione, & præcepto, *dicto ſummario n. 9.*
cùm certum ſit ſubſidium charitatiuum non ſolui 11
niſi Diœceſano, pro Eccleſiis in eadem Diœceſi exiſtentibus, *cap. conquerente,* vbi ſcribentes *de offic ordin* Vitalin. *in Clem. 1. num. 73. de conſil.* Pariſ. *conſil. 27. numer. 2. lib. 4.* & in terminis charitatiui ſubſidij dixit Rota *in Calagurritanana iuriſd. Ellebnis 26. Iunij 1604. coram Penia,* relat. per Buratt. in

in dict. decis. 578. *num.* 10. & sequitur Bollencin. *in tractatu de charitat. subsid. quæst.* 3. *num.* 1. Barbos. *de Iur. Ecclesiastic. cap.* 21. *de charitat. subsid. num.* 3.

Et prædicta omnia visa fuerunt Dominis super-
11 abundare, cùm ad effectum probandi situationem
& confines sufficiant coniecturæ & leuiores probationes, Bart. *in l. cum aliis num.* 2. *C. de Iur. deliberan.* Gloss. *in cap. si Papa verb. probatam de priuileg. in* 6. Paris. *cons.* 104. *num.* 24. *lib.* 1. Buratt. in sæpius repetit. *decis.* 578. *num.* 13. nec applicari *decis.* 1178. coram Seraphin. & *decis. in Apruntin. Iurisdictionis* 10. *Martij* 1724. *coram Seleucien.* quæ est *decis.* 184. *impress. apud Modern. post tract. de manutenen.*
13 vbi dicitur non suffragari Episcopo assistentiam Iuris, quoad loca, quæ est dubium an sint in diœcesi, quia tam decisiones prædictæ quàm omnes alij authores ex aduerso allegati procedunt, quando in effectu adsunt aliqua & quidem vrgentia, quæ turbare possunt intentionem Episcopi, vt erat *in terminis dd. decisionum Seraph. & Seleucien.* hic verò omnia intentionem Episcopi probant, & pro parte Abbatis nihil penitus adducitur.

14 Nec obstat, quod Abbas prætendat Monasterium prædictum esse extra fines diœcesis Brixinen. & super hoc pendeat lis, quæ non terminato prius petitorio, impedit decisionem possessoris, vt fuit seruatum *in dict. decis.* 1278. *num.* 4. *vers. quibus sic stantibus, coram Seraphin.* Quia vltra quod lis non
15 pendet super situatione Monasterij, sed super possessione deputandi Vicarios ad nutum amouibiles, vel perpetuos in parochialibus eidem Monasterio subiectis, vt in commissione ad instantiam Abbatis obtenta, de qua *in dicto summario num.* 3. cessat difficultas ex eo, quod pro parte Abbatis nihil datur, quod turbare possit intentionem D. Episcopi, vt erat in casu *dict. decis.* 1278. *coram Seraphin*, provt patet ex lectura, & signanter *sub num.* 1. *in fin.* & versa vice ex superius ponderatis constat situationem d. Monasterij S. Ioan. Baptistæ in Stambs esse intra fines diœcesis Brixiensis.

Minus releuat remissoria ad instantiam eiusdem Abbatis expedita, qua probare prætendit dictum Monasterium habere territorium separatum ab aliis, & exercitium iurisdictionis spiritualis, & quasi Episcopalis, regiménque Ecclesiæ S. Ioan. Baptistæ spectare ad Abbates pro tempore, & d. Ecclesiam solere visitari à superioribus Ordinis Cisterciensis priuatiuè quoad Episcopum Brixien. quoniam donec, & quovsque non fuerit discussa releuantia probationis resultantis ex d. remissoria,
16 debet D. Episcopus in sua possessione defendi, & conseruari, vt in fortioribus terminis, id est quando à Prælato inferiori exhiberetur etiam priuilegium ad sui fauorem, non esse Episcopo denegandam manutentionem, donec de releuantia priuilegij videatur, dixit Rot. *in decis.* 491. *num.* 7. & 9. *part.* 1. *recent.* Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. cum aliis relat. per Adden. ad Greg. XV. *in dec.* 312. *num.* 4.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Senogallien. Dotis.

Lunæ 9. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandatum contra filios hæredes de subministrandis Matri alimentis & sumptibus litis vsque ad restitutionem dotis arbitrio Rotæ taxandis, etiam super fructibus quorumcunque bonorum est exequendum.

SVMMARIVM.

1 *Filius iuxta obligationem naturalem de proprio matrem inopem alere tenetur.*
2 *Restitutio dotis patrimonium mulieris dicitur.*
3 *Mulier vltra dotem inops & nihil habere præsumitur.*
4 *Reus alimenta & sumptus litis in quibus casibus simpliciter præstare tenetur.*
5 *Alimenta mulieri repetenti dotem debentur quando adhibuit omnem diligentiam nec alimnde habet.*
6 *Ablatiuus absolutus prolatus ab eo qui facultatem disponendi habet dispositionem importat, Iudicisque iurisdictionem suspendit.*
7 *Rescriptum signaturæ quando est clarum & præcisum, Rota vti merus executor ad illius obseruantiam procedere debet.*
8 *Arbitrium Rotæ vltra commissionem operari non debet.*
9 *Rescriptum signaturæ præcisum alterari haud potest, sed debet in forma specifica seruari.*
10 *Lis per cessionem vnius ex collitigantibus non extinguitur.*

DECISIO CXXVII.

Æc causa fuit mihi commissa ad instantiam Comitissæ Octauiæ contra Comitem Carolum, & Claudium filios, & hæredes quondam Iohannis Baptistæ de Mannellis sui viri, cum clausula *subministratis alimentis, & sumptibus litis, vsque ad dotis restitutionem arbitrio Rotæ taxandis*, propositóque dubio sub die 13 Februarij præteriti, ad quam summam essent alimenta taxanda, & sumptus litis, fuit responsum quod darentur scut. 10. quolibet mense pro alimentis, vsque ad dotis restitutionem, & successiuè iuxta prædictam resolutionem fuit relaxatum mandatum. Sed quia pro parte dd. Caroli & Claudij dicebatur, dictum mandatum non posse exequi, nisi contra bona hæreditaria d. Iohannis Baptistæ d. dotis debitoris; Ideò dubitatum, an, & contra quæ bona mandatum sit exequendum, & DD. censuerunt illud esse exequendum etiam super fructibus quorumcunque bonorum.

Quoniam rescriptum Signaturæ Iustitiæ mandans subministrari Comitissæ matri alimenta, vt *in eius summario num.* 1. obligat filio etiam in bonis propriis:
tum ex quo referri potest ad obligationem natura- 17
lem, qua filius de proprio alere tenetur matrem inopem, *l.* 1. *filia*, vbi Glos. *C. de patr pot. l.* 1. & 2. *C. de alend. liber. lib.* 1. § *sed & nullus ff. de tutel. & ration.*

destr. Iaſ. *in l.* 1. *num.* 15. *ff. ſoluto matrim.* Surd. *de alimentis tit.* 1. *quaſt.* 22. *num.* 1. *& ſeqq.* qoam inopiam ſatis Signatura canonizauit, dum reſtringit onus
2 alimentorum temporaliter vſque ad reſtitutionem dotis quæ dicitur patrimonium mulieris, Angel.
3 *conſ.* 81. *num.* 2. *poſt med.* & vltra illam mulier inops, & nihil habere præſumitur, Gregor. *deciſ.* 398. *num.* 5. Buratt *deciſ.* 906 *num.* 5.

Tum etiam quia agitur de alimentis, & ſomptibus litis peodente lite debitis, ad quorum præſtationem
4 bus litis peodente lite debitis, ad quorum præſtationem pariter Reus ſimpliciter tenetur, concurrentibus pro parte Actoris duabus qualitatibus, paupertatis ſcilicet, & præſumptionis boni Iuris, Surd. *de alimentis tit.* 1. *quaſt.* 120. *n.* 1 *& ſeqq.* Seraph *deciſ.* 416. *num.* 1. Add. ad Greg. XV. *deciſ.* 189. *num.* 7. quarum neutra hîc deficit, vt benè perpendit Signatura, dum ſic præcisè reſcripſit; huiuſmodi enim obligatio prouenit ex ipſa lite, & ab Actoris paupertate, ne ſcilicet ob defectum alimentorum & expenſarum, ipſe Actor cogatur litem deſerere, præſertim quia Comitiſſa fecit omnem diligentiam pro dote recuperanda, ſuſtinendo diuturnam litem, obtinendo tandem mandatum, cuius tamen executionem conſummare non potuit ob exceptiones, & impedimenta filiorum; quo caſu intrat concluſio,
5 quod mulieri repetenti dotem quando adhibuit omnem diligentiam, nec aliundè habet, alimenta debeantur, vt *in l. diuortio ff. ſolut. matrim.* notat Ang. *num.* 4. *verſ. ſi autem mulier*, cum aliis adductis per Surd. *de alim. tit.* 1. *quaſt.* 45. *num.* 15. *in fin. & num.* 16. & ſecuta fuit Rota apud Buratt. *in deciſ.* 906. *num.* 1.

Qua lite pendente dici nequit, an bona ſint fideicommiſſoria aut propria Reorum conuentorum, vel hæreditaria debitoris, nec ſuper huiuſmodi exceptione audiri debeant Rei conuenti, niſi prius ſubminiſtratis alimentis, quando prout in præſenti Signatura reſcripſit per ablatiuum abſolutum ibi;
6 *ſubminiſtratis alimentis*, qui ablatiuus prolatus ab eo qui facultatem diſponendi habet diſpoſitionem importat, ex allegat. per Roman. *in conſ.* 32. *num.* 7. & ideo ſuſpendit Iudicis iuriſdictionem ſuper reliquis, donec alimenta præſtita fuerunt, vt in ſpecie aduertit Rota coram Gregorio XV. *in deciſ.* 189. *num.* 5.

Maximè qoia Signaturæ fuit narratum in genere, mulieri ſatisfieri non potuiſſe, ob diuerſa impedimenta ex aduerſo præſtita, vt patet ex lectura dictæ commiſſionis; quæ quidem impedimenta proueniebant occaſione prætenſi fideicommiſſi, & ta-
7 men reſcriptum eſt clarum, & præciſum, mandans alimenta præſtari donec dos reſtituatur, & ideò ab illius forma recedi non licet, ſed Rota vti merus executor ad illius obſeruantiam procedere debet, vt dixit Rota apud Seraphin. *in deciſ.* 357. *num.* 6. & nouiſſimè *in Placentina decimarum* 19. *Nouembris* 1638. *coram R. P. D. Pirouano*, non obſtante quod in eadem commiſſione legatur appoſita clauſula *ar-*
8 *bitrio Rota*, quando arbitriom non cadit ſuper præſtatione alimentorum, ſed ſoper taxatione ibi; *arbitrio Rota taxandis*, & ſic vltra illam arbitrium non debet operari, *l. fin. §. Titia*, vbi Bart. *ff. de lib. leg* vt in puncto declarauit Rota coram Gregorio XV. *in deciſ.* 534. *num.* 1. cum aliis addoctis per Adden. ad eundem *in d. deciſ.* 189. *n.* 9.

Quibus porro ſic ſtantibus nihil releuant adducta ex aduerſo ſuper articulo præſtationis alimentorum circa beneficium Inuentarij, & Iuſtitiam vel iniuſtitiam Laudi inter partes ſecuti, ac ſuper executione facta à Commiſſario ex cauſa paopertatis filiorum. Nam vltra quod apparet executionem factam conſummari non potuiſſe ob impedimenta ab iiſdem filiis præſtita, nec eorum prætenſa paupertas aliquo modo probatur, ceſſare viſa fuit penitus difficultas ex eo, quod hæc omnia non ſunt diſcutienda in præſenti diſputatione, cùm deciſa remanſe-
runt ex præciſo Signaturæ Reſcripto, quod pro- 9
pterea alterari haud poteſt, ſed debet in forma ſpecifica ſeruari, vt *in d. deciſ.* 357. coram Seraph. cum aliis ſupra allegatis.

Idemque ſequitur dicendom quoad prætenſam ceſſionem litis de bonis hæreditariis datam *in ſummario Comitum ſub die* 28. *Februarij præteriti num.* 1. Quia Signatura mandauit alimenta præſtari vſque ad dotis reſtitutionem, non autem vſque ad litis ceſſionem, & ideo donec doceatur de integra reſtitutione dotis, alimenta debentur, præſertim cùm adhuc duret lis circa qualitatem bonorum, an ſcilicet propria ſint, an fideicommiſſoria, vel hæreditaria vt *ſupra* dictum fuit. Præterea addebat vnus ex DD. quod prætenſa ceſſio litis fuit facta pro parte Com. Caroli tantùm, cùm de mandato procuræ, nec de ſatisfactione alterius fratris non conſtet, & pro-
pterea eò minus debet attendi, quia lis non extin- 10
guitur per ceſſionem vnius ex colligitantibus, vt per Gloſſ. *in Clem. in verb. proſequitur*, & *verb. mori, vt lit. penden.* cum aliis allegatis *in Conchen. Archipresbyteratus* 19. *Ianuarij* 1598. *coram bon. mem. Litta.*

Et ita deciſum vtraque parte, &c.

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 16: Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum nuncupatiuum in ſcriptis per Notarium rogatum coram ſeptem teſtibus & Vicario Ordinarij in forma publici Inſtrumenti redactum ſolemne eſt & validum, non obſtante quocumque prætextu litis conſortum, ipſos quoque tanquam re coniunctos cum vniuerſali hærede vniuerſaliter inſtitutos prætendentium.

Vide ſuprà *Deciſ.* 64. & *Deciſ.* 88.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamento ſecundùm omnes ſolemnitates & diſpoſitionem ſtatuti loci facto, hæres vniuerſalis inſtitutus fundatam in eo habet intentionem, donec contrarium per euidentiſſimas rationes appareat.*

2 *In dubio præſumitur pro inſtrumento quod ſit verum & ſolemne.*

3 *Inſtrumentum quale apparet in ſui prima figura talis præſumitur actus qui in eo continetur.*

4 *Teſtamentum tale præſumitur in materia quale eſt in forma.*

5 *Teſtamentum per ſcripturam publici Inſtrumenti probatur etiamſi nullum fiat teſtium examen.*

6 *Hæres vniuerſalis in publico & ſolemni teſtamento ſcriptus*

scriptus priuatiuè quoad omnes in vniuersa testatoris hareditate succedere debet.

Maximè stante expressa voluntate Testatoris qua in his ad vnguem est seruanda ac exequenda, ibid.

7 *Institutio vniuersalis haredis ad suggestiuam & fraudulentam interrogationem Notarij facta nulla est, & ad cumulatiuam vocationem omnium Institutorum partes per concursum sibi facientium conducit.*

8 *Testes examinati in Iudicio criminali & non repetiti in ciuili nihil probant.*

9 *Declaratio à non habente speciale mandatum emanata non nocet.*

10 *Patrem de iure posse ea omnia facere pro filio qua speciale mandatum requirunt, in quibus casibus procedit.*

11 *Testamentum non inualidatur ex eo quod Testator haredem vniuersalem ad interrogationem Notarij instituerit.*

12 *Testamentum per Notarium scriptum & non publicatum, licet non possit dici perfectum voluntatem tamen Testatoris probat.*

13 *Testatoris voluntas ex his qua ante conditum testamentum dixit probatur.*

14 *Testator quando id dixit ante testamentum institutionem deliberatè fecisse prasumitur.*

15 *Fraus & dolus sine causa non committuntur.*

16 *Vicario in confectione & stipulatione testamenti interueniente omnis fraudis & dolosa suspicionis suspicio excluditur.*

17 *Iudicis iussu aliquid faciens non videtur dolo malo facere quia parere necesse habet.*

18 *Testamentum ad interrogationem Notarij exprimentis nomen haredis valet, etiamsi Testator illud solùm confirmauerit per verbum affirmatiuum* sic *respondendo.*

19 *Error Notarij partibus nocere non debet.*

20 *Verba* mi pare potrebbe esser *& similia tanquam dubia non releuant.*

21 *Deponens de auditu nihil probat.*

22 *Deponens de nominatione simpliciter facta de institutione vniuersali nihil concludit.*

23 *Testes cùm agatur de reprobando instrumento testamenti, contrarium eius quod in testamento est scriptum necessariò & concludenter probare debent*

24 *Testes non quatuor sufficiunt sed septem requiruntur, ad inducendam nouam & contrariam dispositionem ab illa qua fuit scripta & in testamento expressa.*

25 *Dispositio noua contra declarationem voluntatis prioris vt inducatur, eadem solemnitas requiritur qua in testamento adhibetur.*

26 *Testes quinque ad probandum substantialem errorem non sufficiunt, licet ad probandum ipsum testamentum sufficiant.*

27 *Testamentum ab vltimo actu conclusiuo recipit perfectionem.*

28 *Testes affirmantes aliquem fuisse institutum haredem vniuersalem tam in dictatione quàm in publicatione testamenti debent attendi, & in aliorum concursu tanquam conuenientes cum natura negotij sunt praferendi.*

29 *Prasumptio stat pro perfectione testamenti, & pro Notario qui nihil aliud scripsit quàm quod mandauerit Testator.*

30 *Testes cum testamento omni modo quo fieri potest sunt concordandi.*

31 *Voluntas testatoris ad fauorem illius quem ante testamentum instituere velle haredem dixerat colligitur.*

32 *Testator nihil respondens secunda interrogationi per Notarium circa institutionem haredis vniuersalis facta, an in prima institutione permanisse censeatur.*

33 *Taciturnitas Testatoris non refragatur interrogationi à Notario facta, quando ex impatientia respondendi propter infirmitatem vel aliud accidens prouenit.*

34 *Onus assumendi cognomen & arma testatoris pro conseruandis in eo testatoris familia & agnatione haredi iniungitur.*

35 *Splendor familia & agnationis sine bonis & diuitiis conseruari haud facilè potest.*

36 *De iure naturali est, vt vbi collocantur incommoda etiam commoda & vtilitates prouenientes collocentur.*

37 *Testator aliquem nomine suo aut cognomine appellari iubens, eundem inter alios pradilexisse atque maiori portione dignum existimasse prasumitur.*

38 *Instituti in eodem testamento in rebus particularibus cum expressa prohibitione ne vltra aliquid quouis iure aut titulo petere possint, cum harede vniuersali postea concurrere non possunt.*

39 *Prohibitio nihil vltra legatum petere, iure pralegati non verò iure institutionis ab ipsa hareditate separata censetur.*

40 *Clausula* quovis iure *prater ius legitime ascendentibus aut descendentibus debita, omne aliud ius ac titulum etiam vniuersalis institutionis comprehendit.*

41 *Ius succedendi sine difficultate transit, dum in testamento institutio vniuersalis ad fauorem alterius adest.*

42 *Haredes in legatis sibi relictis particulariter tantùm instituti, cum harede vniuersali cumulatiuè vocati dici non possunt.*

43 *Ius accrescendi inter re coniunctos datur ex Iuris dispositione & coniecturata mente testatoris.*

44 *Fictiones naturam imitantur.*

45 *Ius succedendi non procedit quando ex expressa voluntate testatoris contrarium apparet.*

46 *Verba testatoris quando sunt clara voluntatis quastio non est admittenda.*

47 *Ad succedendum in testamentis non attenditur paritas gradus, sed verba clara testatoris ac eius dispositio.*

48 *Ius accrescendi non habet locum inter eos qui diuerso successionis genere vel diuerso iure succedunt.*

DECISIO CXXVIII.

FIRMATVM fuerat per duas decisiones coram me emanatas sub diebus 22. Iunij 1617. & 15. Martij anni præteriti, constare de re iudicata ad fauorem P. Pauli de Angelis, attenta validitate, & iustitia sententiæ D.V. Gerentis pro eo latæ, & in iudicatum transactæ, in qua declaratur testamentum Iohannis Baptistæ Zacconij esse validum, & consequenter dictum P. Paulum prout legitur fuisse legitimè hæredem vniuersalem institutum. Sed, quia Franciscus Cruccius, & alij litis consortes decisionibus prædictis acquiescere noluerunt, prætendentes saltem cumulatiuè ipsos quoque fuisse vniuersaliter institutos cum eodem P. Paulo, quod ex testium depositionibus probari dicebatur, licet in testamento scriptum non reperiatur;

Ideo

Ideo ad eorumdem instantiam causam super eisdem
proposui, ac post secundam propositionem re ma-
ture de ordine Rotæ ab omnibus DD. discussa fuit,
& iterum responsum standum esse in decisis.

Quandoquidem Petrus Paulus habet pro se te-
1 stamentum nuncupatiuum redactum in scriptis per
Notarium rogatum in forma publici Instrumenti
coram septem testibus, & Vicario Ordinarij, cuius
vel alterius Iudicis præsentia requirebatur ex dispo-
sitione statuti Tiburtini *summ.d. D. Pauli num.1.* in
quo propterea vti hæres vniuersalis habet intentio-
nem fundatam, donec contrarium appareat per
euidentissimas rationes, ad tradit. *per text in l. vnic.
§.si heres ff. si tabul.testam.null. extab.& l. fin.* iuncta
Glos. *verb.manifestum C.de reb credit* & in specie fir-
mauit Rota *in Regien. hereditatis 27. Februarij 1636.
§.2.& 24. April. 1637.§.1 coram Illustrissimo D. meo*
2 *Decano*; & in dubio præsumitur pro Instrumento,
quod sit verum, & solemne, Socin *cons.213.num.7.*
3 *vol.2.* & quale Instrumentum apparet in sui prima
figura, talis præsumitur actus, qui in eo contine-
tur, secundum Bald. *in cap.1.in princ de feud.dat inui-
cem leg com ffor.* & tale præsumitur in materia quale
4 est in forma, Bald *cons 456.col.1.vol.1.* Tiraq. *de re-
tract. consangn.§.1 glos.1.n.20. & seqq.* Becc. *cons 51.*
5 *n.2.& seqq.* testamentum autem probatur per scri-
pturam publici Instrumenti etiamsi nullum fiat te-
stium examen, voluit Gloss. *in l. heredes palam in
principio, ff. de testamentis*, & *in l. finali. C. de fidei-
commissis*, ac *in l.2. ff quemadmodum testam. aper.* &
ita seruatur de consuetudine, secundum Gloss. *in
l.1.* vbi Bald. *num.15. C.de testamentis*, Card. Man-
tica *in tract de vltim.volunt.lib.2.tit.12.num.1.* Vnde
dum in dicto publico & solemni testamento solus
6 P. Paulus hæres vniuersalis scriptus reperiatur,
dixerunt Domini, quod ipse quoque solus priua-
tiue quoad omnes in vniuersa testatoris hæreditate
succedere debet, iuxta ipsius testatoris expressam
voluntatem, quæ in his ad vnguem est seruanda, ac
exequenda. *l.1.* vbi Bald. *C de sacros Eccles l.1.* vbi
Bart *ff.de testamentis, l cum proponebatur*, & ibi Gloss.
de legat.2. Grat. *cons.31.num.14.lib.2.* Rot. coram
Seraph *decis.409.num 9.*

Neque contrarium apparet ex depositionibus
testium datis in summario Francisci Cruccij & alio-
rum litis consort. *num.1.* ex quibus probari præten-
ditur, quod Testator dictum P. Paulum instituerit
ad suggestiuam interrogationem Notarij, & post-
quam iam ore proprio nominauerat in eius hære-
des vniuersales Corneliam, Flaminium, Marcum
7 Antonium, Cæsareum, Franciscum & Iosephum,
hincque inferri possit vel ad nullitatem subsequen-
tis Institutionis dicti Petri Pauli, vti factæ ad sug-
gestiuam & fraudulentam interrogationem, ex ad-
ductis per Clar. *in §. testamentum quæst.37.num.2 in
princip & num.6.* vel saltem ad cumolatiuam voca-
tionem omnium Institutorum, qui vti re coniuncti
faciunt sibi partes per concursum, ex notatis per
Cin. *in l.vnica, § bis ita definitis sub num.4. post me-
dium, C de caducis tollen.* Anton. Gomez *in tom.1.var.
c.10.num 24. vers. coniuncti re.*

8 Quoniam præterquam quod testes prædicti vti
examinati in iudicio Criminali, & non repetiti in
Ciuili nihil probant, secundùm Bald. *in l 2.num.27.*
Alex. *num.26. C de edendo*, Felin. *in cap. causam quæ
el 1 num.4.de testibus*, Rot. *decis.250. num.1. part.5.
diuers.*

Nec subsistit in facto, quod ab eodem P. Paulo
fuit declaratum, eos velle habere pro ritè & rectè
9 examinatis, cùm prædicta declaratio fuit producta
à Musio Patre, vt patet ex adnotatione facta in
margine Broliardi dicto summario P. Pauli *num.8.*
& sic vti emanata à non habente speciale manda-
tum non nocet, *l.1.C.quibus res Iudic. non noc.l.3. §.
sed etsi forte ff. Iudic. soln.* Bald. *in l.1.num.5.ad fin.C.
de procurat.* non obstante quod Pater de iure possit 10
ea omnia facere pro filio quæ speciale mandatum
requirunt, ex *l. Patri pro filio in princ.ff.de minor.* Ias.
in l.qui Iurasse, §. si pater num.6. ff. de Iur. Iur. quia
hoc procederet, vel quando pater agit pro suo pro-
prio interesse, vel quando fuit postea ratificatum
per filium id quod Pater gesserat, vt bene per Felin.
*in c.nouelli, § sunt & alij num.16. post princip vers.
& pro istis de rescript.* vbi Adden. *sub littera B.* & in
specie Bart. *in dict l.Patri pro filio in 1.not.& per tot.*
Abb. *in cap.cum olim.de offic.delegat.* quorum neutrum
applicatur in præsenti, & multò minus dum ex ap-
probatione d. examinis resultare poterat iniuria fi-
lij, *l.Papinianus 8.* vbi Gloss. *ff de inoffic.testam.* & no-
tat. per Gloss. *in dict. l Patri pro filio verb. nolit, ff. de
minor.* In omnem casum dd. testibus etiam admissis,
adhuc ex eorum dictis, nec suggestiua, & fraudu-
lenta institutio P. Pauli probatur, nec cumulatiua
omnium vocatio colligi potest.

Non quidem probatur fraudulenta institutio P.
Pauli, quia ijdem testes non deponunt de aliqua
fraude, seu dolosa suggestione facta à persona sus-
pecta, sed tantummodò quod testator d. P. Paulum
instituit hæredem vniuersalem ad interrogationem 11
Notarij, quo casu testamentum non inualidatur, vt
declarat idem Clar. *in dict. §. testamentum, quæst.37.
num.2.vers.contrariam*, per Gloss. communiter rece-
ptam, *in l. Iubemus, C.de testamentis*, ibique scriben-
tes omnes, & in specie Fulgos. qui dicit quod ita
communiter tenetur, Alex. *num 9* Corn. *cons.261.
in litt. B.lib.4.* Crauett. *cons.117.n.1.* Afflict. *decis.143.
num.3.*

Quinimo quæcunque suspicio dolosæ suggestio-
nis in præsenti diluitur ex eo quod vniuersalis in-
stitutio ad fauorem d. P. Pauli, nedum probatur ex
testamento solemni, ac septem testibus testamenta-
riis, vt *in suo summario 3.* sed vlterius ex depositio-
nibus Vicarij, & Virginij Zacconij, qui deponunt
de contentis in d testamento, & signanter quod in-
stitutio vniuersalis solius d. P. Paoli fuit dictata ore
proprio, per Testatorem coram eisdem septem te-
stibus ante publicationem testamenti, *d sum num.4.*
Ex quibus conuincitur voluntatem Testatoris fuis-
se, quod solus P. Paulus esset eius vniuersalis hæres;
nam testamentum per Notarium scriptum, & non 12
publicatum, licèt non possit dici perfectum probat
tamen voluntatem Testatoris, ex relat. per Menoch.
*de præsumpt lib.4. præsumpt.5. num.7. vers.non defue-
runt*, & sufficit ad multa, secundum doctr. Bart *in l.
fideicommissa, §.quoties*, & in præsenti ob superue-
nientiam solemnitatis publicationis cum omnibus
aliis requisitis, facit probationem probatam, & rem
manifestam, & sufficiẽs redditur ad euitandam quã-
cunque fraudis suspicionem; quia voluntas Testa- 13
toris probatur ex his, quæ dixit ante conditum te-
stamentum, Bart. *in l.2.ff de vulgar.& pupillar.* Bald.
in l.precibus col.3.de impuber. Alex. *cons.169. num 4.
vol.5.* & Testator præsumitur institutionem fecisse 14
deliberatè quando id dixit ante testamentum; vt in
punct. Surd. *in cons 414.num 65.*

Qua expressa Testatoris voluntate stante, quam-
vis Notarius Testatorem postea interrogauerit an
vellet d. P. Paulum instituere hæredem vniuersalem,
hæc interrogatio non potest dici facta per dolosam
suggestionem, quia fraus, & dolus non committun- 15
tur

tur sine causa, Corn. *cons.* 212. *num.* 6. *vers. & dolus*
lib. 4. accedente præsertim interuentu Vicarij in
16 confectione & stipulatione testamenti, qui omnem
fraudis & dolosæ suggestionis suspicionem exclu-
dit, ex *l. fin. in princ. ff. de eo quod met. caus.* Crauett.
cons. 114. *num.* 2. & in terminis testamenti ex Bald.
in l. 1. *num* 8. *in fin C si quis aliquem testari prohib.* fir-
mat Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 128. *num.* 7.
Bart. *in l. fin. num.* 4. *ad fin eodem tit.* maximè cùm præ-
dicta interrogatio fuerit facta præcedête iussu eius-
dem Vicarij; qui audiens Testatorem confundere
hæredes particulares cum vniuersali, præcepit No-
tario, vt Testatorem melius ioterrogaret, vt suam
expressam voluntatem declararet, circa vniuersalis
hæredis institutionem, *summario P. Pauli num.* 4. qui
17 autem iussu Iudicis aliquid facit, non videtur dolo
malo facere, quia parere necesse habet, vt est text.
expressus *in l non videtur* 123. *§ fin ff. de regul. Iur.* vbi
Gloss. & Reuerard. *in cap. quod quis mandato de reg.*
Iur. in 6. *l. quamquam l. quod Principis, ff. de aqu pluu.*
18 *arcen.* & quod testamentum valeat ad interrogatio-
nem Notarij exprimentis nomen hæredis, etiamsi
Testator illud confirmauerit solùm respondendo
per verbum affirmatiuum *sic*, dixit Rota *in decis.*
638. *num.* 1. & *per tot. part.* 1. *d. vers.* & in specie *sub*
num. 4. admittitur persona Notarij pro non suspecta,
& in puncto quando scilicet Testator prius expo-
suerat suam voluntatem Notario, & postea interro-
gatus in conformitatem præcedentis expressionis
respondeat per verbum affirmatiuum *sic*, quod va-
leat talis institutio probat bonus text. *in l. Pamphilo*
39 *§ propositum*, vers. *etiam ipso Testatore interrogato,*
ff de legat. 3. *l. hac consultissima* 8. *§. At cùm humana*
fragilitas, C. qui test. am facer poss Gloss. communiter
recepta *in dict. l. Iubemus verb. quemadmodum, C de*
testam. benè Roman *cons.* 306 *num.* 6. *ego verò*, Bellon.
cons. 74. *num* 14. cum aliis relat. per Clar. *in d. §. testa-*
mentum quæst. 37. *n.* 7. ac in terminis consuluit Surd.
dict. cons. 414. *num* 54.

Nec etiam ex dd. depositionibus testium Crucij
& litis consortum colligi potest eorum omnium
cumulatiua vocatio insimul cum P. Paolo, ex eo
quod deponant in actu stipulationis Testatorem à
Notario interrogatum fuisse, quemnam vellet hæ-
redem vniuersalem instituere, & ipsum respondisse
ibi: *Cornelia, Flaminio, Marco Antonio, Cesareo, Fran-*
cesco, & Gioseppe: Quia licet in testamento nuncu-
patiuo possit institutio probari per testes, quamvis
Notarius institutionem huiusmodi scribere omise-
19 rit, cùm error Notarij partibus nocere haud debeat,
iuxta text. *in l. errore, C. de testamentis*, vbi Castr.
num. 3. Alex. *num.* 4. Buratt. *decis.* 897. *num.* 1.

Attamen vltra quod ex præfatis testibus exceptis
quatuor, nempè Vincentio, Virginio, P. Paulo &
Sicinio, reliqui scilicet, Io. Dominicus, Lodouicus,
20 & Nicolaus deponunt per verba *mi pare potrebbe*
esser, & similia, summario Crucij & aliorum *num.* 1.
quæ tanquam dubia non releuant, *l. non hoc, C. vnde*
legi cap. in præsentia, §. præterea, & ibi late Gloss. *in*
verb. dubium de probat. & Notarius, etsi computari
possit, vt tradit Ruin. *cons.* 1. *num.* 21. *lib.* 2. deponit
de auditu à Vicario, & quod Testator prædictus
nominauit simpliciter, non autem tanquam hære-
21 des vniuersales, & ideo tanquam deponens de au-
ditu nihil probat, *l. testium C. de testibus c. tam is*
eodem tit cap. testes. 3 *quæst.* 9. Gregor. XV. *decis.* 572.
22 *num.* 1. tanquam verò deponens de nominatione
prædictorum facta simpliciter non concludit de in-
stitutione vniuersali: qoia licet dicta nominatio se-
cuta fuerit ad interrogationem de hærede vniuer-
sali, nihilominus ad illam referri non potest, quia
ex antecedentibus & sequentibus dictam nomina-
tionem constat, testatorem voluisse præfatos no-
minatos instituere solùm hæredes particulares, quo
casu necesse non est vt responsio congruat interro-
gationi, Bart *in l. si defensor, §. qui interrogatus ff. de*
interrog. actionib. & d. Vicarios quamvis & ipse quo-
que admittat veram fuisse d responsionem testato-
ris nominando Corneliam, Flaminium, & alios, de-
clarat tamen quod Testator confundebat hæredes
particulares, & hæredem vniuersalem, & ita non
potest dici contestis cum aliis quatuor, præcipuè
cùm agatur de reprobando Instrumento testamenti, 23
quo casu testes debent necessariò, & concludenter
deponere contrarium eius, quod est scriptum in te-
stamento, aliter testamentum ipsum debet iuuari &
tolerari, Bald. *in glos. l iuris gentium, §. quod ferè, in*
verb. contrarium probetur, ff. de pact. Ias. loquens de
testibus reprobantibus Instrumentum testamenti, *in*
cons. 13. *num.* 12. Alex. *cons.* 33. *num.* 15. *lib.* 3. quam do-
ctrinam secuta fuit Rota *in dict. Regien. hæreditatis*
sub die 24. *Aprilis* 1637. *coram Illustriss. D meo De-*
cano, & sic ex quo non agitur de interpretanda te-
statoris voluntate, sed de inducenda noua & con- 24
traria dispositione ab illa quæ fuit scripta, & ex-
pressa in testamento, non sufficiunt quatuor, sed
septem testes requiruntur, iuxta dispositionem *text.*
in d. l. hæredes palam, §. si quis, ff de testam vbi Gloss.
bene distinguit inter declarationem voluntatis in- 25
ductam, & nouam dipositionem inducendam, vt in
primo casu duo testes sufficiant, in secundo verò
eadem solemnitas requiratur, quæ in testamento ad-
hibetur, Gratian. *discept. forens. c.* 650. *num.* 14. & 15.
Honded. *cons.* 51. *num.* 76. *lib.* 2. & in indiuiduo Dec.
cons. 105 *n.* 3. *lib.* 1. vbi euidenti ratione ostenditur,
quod ad probandum substantialem errorem testa- 26
menti, nec etiam sufficiant quinque testes, licet suf-
ficerent ad probandum ipsum testamentum, quia
ex eo quod testamentum probari petit per quinque
testes, non benè arguitur, quod error substantialis
cum ipsius testamenti etiam quinque testibus pro-
bari possit, Dec. *ibidem num.* 4.

In omnem euentum visa fuit cessare omnis dif-
ficultas, ex eo quod ponderando totam facti seriem,
apparet enixā voluntatē Testatoris tam ante quàm
post stipulationem testamenti fuisse, velle instituere
suum vniuersalem hæredem d. P. Paulum, & non
alios; & sic dicendum est d. responsionem factam
ad interrogationem Notarij, in qua nominauit Cor-
neliam, Flaminium, & alios, potius fuisse confusio-
nem hæredum particularium quàm ipsam vniuersa-
lem institutionē, vt agnouit Vicarius, qui propterea
mandauit Notario, vt iterum Testatorem interroga-
ret, qui post reiteratas interrogationes apertè dixit
se nominare in hæredē suum vniuersalem d. P. Pau-
lum, prout deponunt idē Vicarius *d. sum. P. Pauli n.* 4.
ibi: *Il Testatore connominare coloro si intricaua & con-*
trariaua a quello, che haueua fatto scriuere; & ibi, *che lo*
facesse specificare meglio & l'interrogasse di nuouo, si
come il Notaro fece, che gli lo disse piu volte, che di-
chiarasse, chi faceua suo herede vniuersale, & il Testa-
tore rispose Pietro Paolo de Angelis; & Notarius ibi-
dem: *Io non intesi quello che mi rispose il Testatore alla*
prima interrogatione, che lui se fermo, doppo il Vicario
mi disse costui repiloga gli heredi particolari, e mi disse,
che replicasse, che specificasse l'Erede vniuersale & fi-
nalmente, il Testatore rispose che lui instituiua herede
vniuersale Pietro Paolo de Angelis figliolo di Cornelia
sua sorella.

Reliquerat enim Testator lore institutionis par-

ticularis Flaminio sextam partem bonorum emphyteuticorum S.Petri de Vrbe,& reliquum Corneliæ, vt in testamento integrè dato *in summario d.P. Pauli in dict. 1. decis. sub num.* 1. ibi; *instituit suam hæredem D Corneliam,* videlicet *in quinque ex sex partibus*; in sexta verò parte bonorum prædictorum instituit, & ore proprio nominauit d.Flaminium Raulinum, & Marco Antonio reliquit prædium cum vinea, domo, sylua, & aliis membris pro æquali portione cum dicto Flaminio fratre, & Francisco, Cæsareo, & Iosepho fratribus de Crucis reliquit ducatos centum pro quolibet ibi; *Instituit, & ore proprio nominauit suos hæredes Reuerendum Dominum Cæsareum, D.Iosephum, & D. Franciscum de Crucius, &c. in ducatos 400. de Carolenis*; vnde nil mirum si postea in actu stipulationis morbi etiam grauitate grauatus, ad interrogationem Notarij pro habenda institutione hæredis vniuersalis prima vice confuderit prædictam institutionem particularem cum vniuersali, quam postea melius interrogatus specificè expressit ad fauorem solius P. Pauli de Angelis, sicut & ante stipulatio-
27 nem nominauerat, & certum est, quod testamentum perfectionem recepit ab vltimo actu conclusiuo, vt per Bald. & Imol. *in l si is qui, ff de testam.* Socin.Sen *cons.92.num 3.lib.3.* Rot.*decis.173.num.6. part. 2. diuers* cum aliis allegat. *in secunda decisione causa §.nec releuat.*

Quod autem tam ante quàm post stipulationem testamenti Testator nominasset suum hæredem vniuersalem d P Paulum, probant dd. testes testamentarij dati integre *in dicto summ P. Pauli num.3.* & præcipue Virginius Zaccarius ibi; *Il Testatore nominò due volte P.Paolo de Angeli in quel testamento, vna volta mentre si scriueua, & vn' altra volta nelle atto della stipulatione,* & Ludouicus Theobaldus ibi; *Il Testatore fece, & nominò suo herede il P. Paolo quando lo interrogaua, & dimandò il Notaro, eli fu dimandato mentre se scriueua, & poi gli lo dimandò doppò che fu scritto, dicendoli, chi fate vostro herede, & lui rispose P. Paolo de Angelis con patto, che si chiami di casa Zacconi.* Cum quibus concordant cæteri testes, nempe Nicolaus Tontus, Dominicus Paulatius, P. Paulus Martius, Tholomeus Bonadeus, & Sicinius Sebastianus, qui quidem testes
28 affirmantes institutum fuisse hæredem vniuersalem P.Paulum tam in dictatione, quàm in publicatione testamenti, debent attendi, & in aliorum concursu præferendi, vt conuenientes cum natura negocij, id est cum contentis in Instrumento testamenti, *l.3.§.eiusdem, ff de testibus*, Gloss. *in l.hoc carmen, §. in verb. in pari eodem tit.* pro cuius validitate in dubio iudicandum est, Alex. *cons.43. num 19. & d. cons.33 num.12.* Barbat.*cons.6.col.2.vol.1.* cum aliis relatis per Surd. *in d. cons 414. num.101. & 102.* &
29 præsumptio stat pro perfectione testamenti, & pro Notario, qui nihil aliud scripserit, quàm quod Testator mandauerit, vt inquit Bald. *in l.errore 7. n.2. in princip. vers nam pro Tabellionio,* Dec. *cons.105.n.4. vers non est verisimile lib. 1.*

Ac proinde reducendo ad concordiam omnes
30 d. testes cum testamento, prout concordandi sunt omni modo, quo fieri potest, Greg.XV. *decis.144. num 14* & Adden.ad eundem *decis.240. num.9.* dicendum est, quod nominatio facta à Testatore de Flaminio, Marco Antonio, Francisco & aliis intelligatur de institutionibus particularibus, & institutio P.Pauli fuerit vniuersalis, vt ponderatum fuit *in secunda decisione causa, d. §. nec relenat.in fin.* aliàs enim sicut Testator solum P. Paulum nominauit ore proprio in hæredem vniuersalem in dictatione testamenti, ac in vltimo actu conclusiuo stipulationis, ita etiam si voluisset Flaminium, Franciscum, & alios pariter vniuersaliter cumulatiuè instituere cum eodem P.Paulo, eos quoque in ipso testamento ante publicationem describere curasset, cùm voluntas Testatoris declaretur ex his quæ dixit ante conditum testamentum vt supra fuit firmatum, & consuluit Ruin. *in cons.192. num.5. & 9. vol.2.* vbi dicit ad fauorem testamenti volontatem Testatoris, 31
qui instituerat sororem hæredem colligi ex eo, quod ante testamentum dixerat velle sororem instituere, sequitur Socin.Iun.*cons.32.n.11.vol.4.* Alciat. *cons.570.n.1.*

Nec relenat quod secundæ interrogationi factæ 32
per Notarium circa institutionem hæredis vniuersalis, nihil Testator responderit, ex qua taciturnitate censeatur ipsum permansisse in eadem voluntate nominandi Corneliam, Flaminiam & alios; & ideo licèt postea interrogatus nominauerit d P.Paulum, non per hoc intelligatur reuocata prima institutio Corneliæ, ex tradit per Castr *in cons. 55. num.1. post med. vers. sed hic interuenit lib.1.* Socin. Iun.*cons.144 num 9. & 51.lib.2* Rot *in Romana testamenti coram Sacrato impress. apud Marches. part.1. fol.146 ante med. vers. in proposito autem.*

Quia obiectum forsan procederet, si non constaret de antecedenti, & continuata voluntate Testatoris, qui solùm dictum P.Paulum instituere voluit, prout euidenter constat ex superius ponderatis, & propterea illa taciturnitas non potest dici quod prouenerit ex eo, quod Testator vellet reuocare institutionem vniuersalem iam factam ad fauorem Corneliæ, & aliorum, quam nunquam fecit, sed potius prouenisse dicendum est ex grauitate morbi, quo Testator torquebatur, vt probant ijdem testes dati *in dicto summario P. Pauli num 3.* & præsertim Nicolaus Tontus in ordine primus ibi: *Signorsi, che nell' atto della stipulatione quando si arriuò al particolare dell' Erede vniuersale, & il Testatore all' hora si fermò, & stette vn poco suspeso vn' Aue Maria, & poi disse che dite Miser Paolo* (hic est Notarius) *il quale li replicò, indico se chi fate Erede vniuersale di tutti gli altri beni, & lui rispose P. Paolo mio nepote*; & sequitur Ludouicus Theobaldus secundus testis ibi: *Signorsi, che rispose il Testatore se bene lento, & affannato nel modo che haueua risposto prima, affannato, e lento per la grauezza del male, & il Notaro l'interrogò chi faceua herede, & lui rispose P. Paolo de Angelis*; & Tolomeus Bonadeus tertius testis dicit; *e poi il Notaro gli adimandò chi lasciaua suo herede generale, & il detto Signor Gio: Batta rispose se bene affannatamente, io lascio il tale nominandoli vno de Angelis,* & idem dicunt in substantia reliqui.

Quibus stantibus Domini ex aduerso allegati retorquentur, & faciunt pro P. Paulo: nam Castr. *in dict.cons.155.in vers. enim* Bald dicit valere interrogationem, quæ fit à Notario adhibito per Testatorem ad scribendum suam volontatem, si præcessit scriptura facta per manum ipsius Notarij eandem voluntatem continens; & *in vers.tunc ergo*, ait satis etiam esse, quod Testator ad interrogationem Notarij respondeat per verbum, *sic*, quando constat Testatorem priusquam interrogetur ita disponere voluisse; *in vers.*autem, *sed hic interuenit*, loquitur de Interrogatione facta per Notariũ vocatum à propinquis, corã quo Testator nolebat loqui, nõ ex defectu

impo

impotentiæ, seu causa morbi, sed ex defectu voluntatis, qui non est casus noster. Socin. Iun. in d. conf. 144. n. 9. lib. 2. tractat obiectum ratione dubitandi, at in n.
33 51. in fin. tenet, taciturnitatem Testatoris non refragari quādo prouenit ex impatientia respōdendi propter infirmitatem, vel aliud accidens, qui est propriè casus noster; imò sumus in facilioribus terminis quia testator in nostro casu loquutus fuit, & loqui voluit. Et demum decisio Romana testamenti apud Marches. part. 1. fol. 146. num. 6. loquitur de testatore qui iam diuerterat ad nominationem executorum, nec postea verbum aliquod protulit: in casu verò proposito testator post d. nominationem Corneliæ & aliorum, immediatè instituit expressè hæredem suum vniuersalem d. P. Paulum, & ideo patet ex aduerso adducta non applicari.

Præterea ex abundanti in præsenti duæ inter alias concurrunt vrgentes coniecturæ supradictam veritatem suadentes. Prima est, quod Petrus Paulus fuit hæres institutus cum onere assumendi cognomen, & arma testatoris, quod onus Flaminio, Marco Antonio, & aliis nullibi legitur iniunctum, quapropter verisimile non est testatorem voluisse eos instituere
34 æqualiter cum Petro Paulo, cùm onus assumendi cognomen, & arma testatoris iniungatur hæredi pro conseruandis in eo testatoris familia, & agnatione, Ripa in l. Centurio num. 164. de vulgar. & præcipuè in Italia, vt tradit Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 14. num 4. & 5. & signanter num. 8. vbi Adden. & sequitur Perez de Lara in tract. de vit. homin. cap. 13. numer. 32. cum sequentibus, Castill. tom. 5. controu. cap. 136 num 35. & 160. Peregr. conf. 5. numer. 5. vol. 5. Decian. conf. 31. num. 93. vol. 1. Thesaur. decis. 270. numer. 10. Rot. decis. 319. num. 4 part. 1. recent.

Penes quem igitur Testator voluit familiam, & agnationē suam conseruare, censetur quoque suas facultates, aut saltem maiorem partem illarum perma-
35 nere voluisse; quia familiæ & agnationis splendor sine bonis & diuitiis conseruari facilè haud potest, Bald. inter consil. Ang. conf. 68. num. 4. Alex. conf. 56. n. 8. Roman. conf. 411. in fin. Ber. conf. 121. n. 60. & 61. lib. 2. vers. quia per diuitias, & conf. 134. num. 2. lib. 6. Cuius rei rationem post Barbat tradit in puncto Cellugo, in consil. 20. num. 40 vers. est ergo aequum, inquiens esse
36 de iure naturali, vt vbi collocentur incommoda, scilicet onus assumendi cognōmen, & arma pro conseruatione domus & familiæ, ex l. lex quæ tutores Cod. de admin. tutor. collocentur etiam commoda, & vtilitates prouenientes ex ipsa familia: ideoque hæreditas apud illum esse debet, cui onus prædictum
37 impositum fuit, cùm præsumatur testatorem inter alios illum prædilexisse, atque maiori portione dignum existimasse, dum eius nomine, aut cognomine appellari iusserat, text. in l. cum filius, § Pater de legat. 2. ibi: *Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei*, l. vxorem ff. de manum. testam. l. filia sua § Titia, ff. de condit. & demonstr. Bald. in dict. conf. 68. numer. 3. Molin. de Hispan. d. lib. 2. numer. 3. 5. & 6. & num. 26. vbi Addent. plures cumulat, Thesaur. dict. decis. 270. numer. 33. Castill. tom. 5. controu. cap. 136. numer. 74. Fusar. de substit. quæst. 465. in fin.

Secunda coniectura desumitur ex eo quod Flami-
38 nius, Marcus Antonius, & cæteri fuerant instituti in eodē testamento in rebus particularibus cum expressa prohibitione, ne de bonis & hæreditate ipsius testatoris plus quouis iure, aut titulo petere possent, vt in dicto testam. dato sub die 2. decis. summ. numer. 1. quæ quidem prohibitio inutilis, & supernacanea foret, si prædicti hæredes possint cōcurrere cum vniuersali hærede, sibique contrarius fuisset testator, quia ex plus petere, & plus non petere contrarietas manifesta inducitur: vnde fatendum est, testatorem voluisse d. Petrum Paulum dumtaxat esse vniuersalem hæredem, Barr. in leg. quoties §. si duo numer. 1. ff. de hered instit. Ruin. conf 90. numer. 11. lib. 2. Surd. conf. 230. numer. 27. & seq. & conf. 279. numer. 14. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 5. numer 9. Rot. decis. 635. numer. 4. part. 1. recent.

Nec dicatur quod prædicta prohibitio solùm importet, 39 ne plus petere possint iure prælegati, secus verò iure institutionis, quo casu censetur separata ab ipsa hæreditate, l. Titia 35. §. 1. de legat. 2. Odd. conf. 3. numer. 12 Rot decis. 274 numer. 1. part. 3. recent. quia huic interpretationi expressè repugnat generalitas clausulæ *quouis Iure*, quæ præter ius legitimæ ascendentibus, aut descendētibus debitæ, qui non est 40 casus noster, omne aliud Ius, ac titulum etiam vniuersalis institutionis comprehendit, Bald. in l si quando §. si generaliter num. 1. Ias. num. 4. Cod de inoffic testam Alex. conf. 81. num. 1. in fin. lib. 4. & facit Rota in decis. 368. num. 8. vers tertio suadetur part. 1 diuers. & id 41 sine difficultate transit, dum adest in testamento prout hic institutio vniuersalis ad fauorem alterius, Rot. dict. decis. 635. num. 5. in fin vers. hac tamen part. 1. recent. siquidem si admitteretur institutio cumulatiua, testator contraria disposuisset, & magis honorasset Flaminium, & alios, quàm d. P. Paulum vniuersalem hæredem grauatum onere assumendi arma, & cognomen testatoris, quod est contra regulam, *quem non honoro grauare non debeo*, & contra tradit, per Vgon supra in d. conf. 20.

Ex quibus cùm constet in casu proposito testatorem ad fauorem d. Corneliæ, Francisci & aliorum, nullam aliam institutionem fecisse, quàm par- 42 ticularem in legatis eisdem relictis, cum prohibitione ne plus de ipsius testatoris bonis petere possint, non possunt dici omnes cumulatiuè vocati cum d. P. Paulo hærede vniuersali, & quod vti re coniuncti faciant sibi partes per concursum, iuxta not. per Cin in dict. l. vnic. § hic itaque n. 5. Cod de caduc. tollen. cum aliis adductis in §. neque contrarium in fine.

Etenim licet verum sit quod inter re coniunctos detur ius accrescendi, ex dispositione iuris & ex coniectura mente testatoris, Donell. lib. 7. coment. c. 13. 43 vel quia non decedat pro parte testatus vel pro parte intestatus, vt tenet Bart. cum antiquorum schola in l re coniuncti ff. de legat. 3. ex mente Iuris consulti in l. Ius nostrum ff. de regulis Iur. Matteac. lib. 2. de via Iur. cap. 20. num. 12. Trentacinq. de substit. part. 1 cap. 15. num. 2. vel ne defunctus pro parte repræsentetur, & pro parte non; quia vt naturaliter non potest homo esse viuus pro parte, & ita nec haberi per fictionem, cum fictiones naturam imitentur, cuius sub- 44 tilis rationis inuentor non fuit Anton. Fab. vt ipse gloriatur in tract. de error. pragmat. decad. 49. error. 3. Duarenus, qui ante d. Fabr. eam clarè exposuit, in lib. 1. de iure accresc. c. 2. & eam sequuntur cum recentiorum schola Anton. Gomez dict. cap. 10. num. 27. §. vnde dico, Vasquez de success. lib. 3. in præfat. numer. 1. Donell. dict. lib. 7. coment. cap. 12. vbi Osuald. litera B. & congerit plurimos.

Nihilominus hoc non procedit, quando ex expressa voluntate testatoris contrarium apparet, præ- 45 cipuè concurrente prohibitione ne hæredes particulares plus petere possint, dict. leg. quoties vbi Bart. §. si duo ff. de hered. instit. & aduertit etiam ipse Anton. Gom. in d c. 10. n. 10. dum enim verba testatoris sunt 46

clara non eſt admittenda voluntatis quæſtio, *l. ille aut ille §.fin ff.de legat.*3.maximè ceſſantibus nuper allegatis pro introducendo iure accreſcendi, prout ceſſant in præſenti; nam Teſtator inſtituendo hæredem vniuerſalem d. P. Paulum, & in rebus particularibus alios, nec decidit pro parte teſtatus, & pro parte non, nec eius perſona pro parte repræſentatur, & pro parte non, & ita ceſſat ius accreſcendi, ex tradit. per Anton. Gom. Fab. Duaren. Donell. & alios nuper allegat.

Nec refert quod Marcus Antonius, Flaminius & alij ſunt coniuncti teſtatori in pari gradu cum d. P. Paulo: quia ex hoc non ſequitur eos etiam
47 fuiſſe intimatos inſimul cum P. Paulo, cùm in teſtamentis ad ſuccedendum non attendatur paritas gradus, ſed verba clara teſtatoris, ac eius diſpoſitio, *l.in condit ff.de condit.& demo ſtrat.§ diſponat. in auth.de nuptiis*, Roland.*conſ.*76.*num* 19.*lib* 1.Clar. *in §.teſtamentum quæſt.*61.*num.*1.Seraph *deciſ.*1412. *num* . vnde cùm Teſtator proceſſerit per modum diſpoſitionis particularis ad fauorem Corneliæ, & aliorum, & per diſpoſitionem generalem titulo inſtitutionis vniuerſalis ad fauorem d. P. Pauli in tota hæreditate, ceſſat ius accreſcendi ad fauorem Legatariorum. Et ratio eſt, quia legatarij rerum particularium dicuntur omni reali diſiunctione diſiun-
48 cti reſpectu hæredis vniuerſalis, & inter eos qui diuerſo ſucceſſionis genere vel diuerſo Iure ſuccedunt, non habet locum Ius accreſcendi, Bart.*in l.ex facto* §.*num.*1 *ff.de hæred. Inſtit.* Bellon. *de Iure accreſcen.cap.*7 *quæſt.* 1.*num.*1.& ex *l. ſi ſub conditione* 16 *ff quibus modis vſufruct. amittat.l ſed cum* 6.*ff.de bonorum poſſeſſ.* Vaſq.*lib.* 3.*de ſucceſ progreſſ* §.23.*num.* 8. Anton Gom *d cap* 10. *num* 16. Sneu.*de iur accreſc.lib.*2.*cap.*1.*& cap.*3 Oſuald.ad Donellum *d.lib.* 7.*cap.*13.*litera A.*& fuit dictum *in Ceſenaten. hæreditatis* 19.*Nouembris* 1631.*coram R. P. D meo Pirouano*, & nouiſſimè *in Romana Domus* 12.*Nouembris coram me in §. quia contrarium.*

Ad id quod repetebatur de ſubtractione minutæ teſtamenti, iuxta cuius tenorem prætenditur teſtatorem teſtari voluiſſe, dixerunt Domini ſatis fuiſſe reſponſum in ſecunda deciſione cauſæ ſub die 15. Maij 1638. §. *tum etiam*, vbi oſtenſum fuit, quod teſtator requiſiuit quidem minutam, ſed audito, quod erat deperdita, etiam ſine illa voluit ſuum conficere teſtamentum, prout confecit cum omnibus ſolemnitatibus à Iure, & ſtatuto Ciuitatis Tiburtinæ requiſitis, vt patet ex depoſitionibus teſtium teſtamentariorum *dicto ſummario P. Pauli num.*3. ac ex lectura ipſius publici, & authentici teſtamenti, & ideo materia benè diſcuſſa, pro tertia vice ſtandum eſſe in deciſis cenſuerunt, vtraque parte informante.

Calciaten. Iuris Corrigendi.

Vener 27. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non eſt concedenda quando de euidenti contumacia partis non conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria iuxta receptum ſtylum Rotalem concedi ſolita in quibus caſibus procedit.*
2 *Verbalis paritio quando verſamur in incorporalibus ad euitandam declaratoriam ſola ſufficit.*
3 *Parati obedire patientiam præſtando ſatis parere videntur, nec dici poteſt eos eſſe in contumacia ſine qua declaratoria concedi nequit.*
4 *Ius proprium nemo ſpontè deſerere cogitur.*

DECISIO CXXIX.

POSTQVAM per tres ſententias Rotales conformes fuit declaratum, Epiſcopum Calciatenſem cognoſcere poſſe cauſas criminales Capitularium in quacunquè parte ſuæ Diœceſis vſque ad ſententiam excluſiuè, ac Adiunctos teneri aſſiſtere in proceſſibus, Iudiciis, & cauſis criminalibus quæ fiunt, mouentur, & intentantur pro tempore contra prædictos Capitulares in domo eiuſdem Ordinarij, & eius conſueto Tribunali in qualibet parte ſuæ diœceſis, vbi prædictæ cauſæ Criminales agitabuntur vſque ad illorum condemnationem, ac eoſdem de Capitulo potuiſſe, & poſſe carcerari in carceribus eiuſdem Ordinarij, ibique retineri quouſque cauſæ criminales fuerint finitæ, vt *in eius ſummario num.* 1. fuerunt etiam relaxatæ executoriales, quibus in partibus contra dictos particulares intimatis, ac in actis reproductis, prætendenteque Epiſcopo non fuiſſe ab eiſdem Capitularibus præſtitam ſolitam obedientiam, diſputari obtinuit; An ſit danda declaratoria, & negatiuè fuit reſponſum.

Quia licet regulariter poſt intimationem executorialium ac illarum reproductionem, ſeruatis quatuor terminis ſeruari ſolitis ad docendum ſe paruiſſe, non docto de paritione, concedi ſoleat declaratoria iuxta receptum ſtilum, de quo Felin *in cap. ad probandum num* 6 *de re iudicat.*& *in cap Rodulphus num.*41.*de reſcript* Caſſad.*deciſ.*6.*num.*10.*de cauſ.poſſ. & propriet.*Canal.*deciſ.*364.*num.*1 hoc tamen procedit quando ille contra quem executæ fuerunt executoriales, debet aliquid poſitiuè adimplere; ſecus autem, quando non tenetur ad aliquem actum poſitiuum adimplendum, ſed ſolùm ad præſtandam patientiam, iuxta magiſtralem diſtinctionem à Rota factam apud Mohed.*in deciſ...de ſent. & re iudic.*tunc enim cùm verſemur in incorporalibus, ſola verbalis paritio ſufficit ad euitandam declaratoriam, Rot. 2
*deciſ.*339.*num.*1 *part.*2.& *deciſ.*649. *num.*1.*part.*4.*recent.*& coram Seraph.*deciſ.*754.*num.*1.& coram Canal.*d.*364.*num.*2. & 3.

Vnde cùm dictæ ſententiæ, & executoriales intimatæ dictis Capitularibus, declarent d. Epiſcopum poſſe cognoſcere cauſas criminales eorumdem Capitularium, eóſque punire in qualibet parte ſuæ diœceſis, Iidem Capitulares pro earum paritione nihil poſitiuè facere tenentur, ſed ſolùm præſtare patientiam, vt adueniente caſu delicti Epiſcopus cognoſcat, & propterea dum ipſi in actis Intimationis dictorum executorialium reſponderunt ſe eſſe paratos illi obedire, vt *in eorum ſumm. num* 1. patientiam præſtando ſatis parere videntur, Rota *deciſ.*
*596.num.*2.*part.*3.*rec.* & conſequenter dici nequit 3
eos eſſe in contumacia ſine qua non datur declaratoria, *cap.*1 *in fine de lit.non conteſt.*.Socin.*in cap.nulli num.*7.*& ſeqq de ſent.excom.* Caſſad. *deciſ.* 5.*n.*7.*de conſtit.*

Nec obſtat quod dicti Capitulares quando fuerunt ſibi intimatæ dictæ executoriales, multa appo-

fuerunt

fuerint excipiendo, & respondendo contra sententias, & rem iudicatam, ex quibus apparere prætenditur acquiescere noluisse, & adhuc contumaces esse: quia cùm in primis, & ante omnia dixerint velle executorialibus prædictis obedire, licèt postea in continenti sibi reseruauerint facultatem Iura sua deducendi in petitorio, non ideo per hanc reseruationem inferri potest ab inobedientia,
4 cùm nemo cogatur Ius proprium sponte deserere,
vt declaratur *in dicta decis. 9. de sentent. & re Iudic.* apud Mohed. Anton. August. *in Epitom. eodem tit. num* 3. Seraph *dicta decis. 754. num. 3.* Rota *in dicta decis. 649. num. 2. in fin. part. 4. recent.* & fuit dictum *in Gerunden. Iurisdictionis 24. Aprilis 1637. coram R.P.D. meo Merlino.*

Ad id verò quod dicebatur circa non expressa in dictis executorialibus, super quibus petebatur subscribi particularia dubia, ad effectum reportandi declarationem Rotalem, fuit responsum quod cùm casus euenerit poterit dubitari.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Romana hæreditatis de Serenis.

Lunæ 30. Maij 1639.

ARGVMENTVM.

De hæredibus vniuersalibus in testamento pro æquali portione institutis: An & quomodo bonorum diuisio sit facienda?

SVMMARIVM.

1 *Hæredibus per aditionem hæreditatis ius acquiritur, ita vt ex officio Iudicij possint petere diuisionem à communione discedere volentes.*

2 *Communio cùm soleat excitare discordias etiam inter fratres, nemo in ipsa communione permanere inuitus cogitur.*

3 *Diuisio hæreditatis iuxta mentem Testatoris debet esse æqualis suam vnicuique portionem assignando.*

4 *In modo diuisionis ratio commodi & oneris hæreditatis est habenda.*

5 *Perito legitimè electo & modum testamenti seruanti standum est.*

6 *In bonis quæ commodam diuisionem non recipiunt quomodo sit procedendum.*

DECISIO CXXX.

IN testamento Alexandri de Serenis fuerunt vniuersales hæredes institutæ Margarita, Martia, & Flaminia pro æquali portione. Martia post obitum Testatoris pro consequutione suæ portionis prouocauit cohæredes ad diuisionem coram Eminentissimo D. Cardinali Vbaldo Iuniore tunc Rotæ Auditore, institit que pro electione peritorum, vt *in summario Margaritæ num. 2.* Cæterum quia pro parte Margaritæ cohæredis & administratricis testamentariæ, opponebatur d. hæredem esse ære alieno inuolutam, vltra legata ab eodem Testatore relicta, & ipsam Margaritam partem d. æris alieni soluisse: ideo Rota mandauit, quod prius soluerentur debita, & legata, ac ratio administrationis redderetur, antequam petita diuisio fieret.

Quibus omnibus adimpletis per Margaritam, ac reportata vlterius sententia absolutoria super redditione rationis, præuiis duabus decisionibus coram me emanatis sub diebus 26. Iunij 1637. & 15. Ianuarij 1638 eaque in iudicatum transacta ob non interpositam appellationem, obtinuit etiam ipsa taxari expensas, & pro illis mandatum, & modò prosequendo Iudicium diuisionis, factaque in actis Iudiciali relatione per Peritum seruatis seruandis electum, dubitaui an & quomodo sit facienda diuisio, & Domini diuisionem esse faciendam responderunt iuxta modum inferius exprimendum.

Etenim per aditionem hæreditatis hæredibus Ius 1
acquiritur, & res hæreditariæ inter ipsos communicantur, itavt possint petere diuisionem ex officio
Iudicij volentes discedere à communione per actionem familiæ herciscundæ *l. 1. l. qui erat 49. in fin. ff. fam. hercisc.* Paz. *in prax. 3. tom. cap. 1. §. 6. per tot.* &
tradit nouissimè Balboa *ad tit de prob. in cap. ex litteris 3, num. 44. cum seqq.* Cùm igitur materia com-
munionis soleat excitare discordias etiam inter fra- 2
tres, nemo engitur inuitus in ipsa communione
permanere, *l. in hoc Iudicium 14. §. si conueniat, ff. de com. diuid. l. fin. C. eodem tit. l. cum pater 77. §. dulcissimis, ff. de legat. 2. l. 2 C. quand. & quib. 4. part. deb. l. si non forte, §. si commun, ff. de seruit. Vrban. præd.* Guttier. *de Iuram. confirm part. 1. cap. 58. num. 2.* Vasqez *de success. creat. lib. 1. § 6. num. 1.* Palat. *in rubr. de donat. inter virum, §. 54. num. 4.* Rot. *decis. 241. num. 32. & 33. part. 5. recent.* vltra quod in præsenti concurrit etiam
mutuus partium consensus, vt *in dicto summ. num. 1. & 2.* nec in contrarium adest præceptum Testatoris.

Modus autem diuisionis erit, vnicuique ex tri- 3
bus hæredibus assignare suam portionem hæreditariam pro æquali, iuxta mentem Testatoris, per text. *in l. cui fundus, ff. de condit. & demonstr.* Gratian. *dis-*
cept. 320. num. 46. habita ratione commodi, & one- 4
ris eiusdem hæreditatis, *l. item ex diuerso 19. litem labeo 21. ff. fam. hercisc. l. si fratres, C. com. vtriusque Iud.* Bald. *in l. si familiæ in 3. notab. C. fam. hercisc.* Vuesenbece. *in tit. ff. fam. herc. num. 5.* Seraph.
decis. 723. num. 2. & hunc modum fuisse seruatum 5
per Peritum legitimè electum constat ex relatione
data *in d. summario num. 4.* cui standum est *l. 3. C. fin. regund. c. proposuisti*, vbi Abb. *in 4.* Felin. *num. 6. de probat.* Seraph. *decis. 655. num. 2.* & quatenus adessent bona aliqua quæ commodam diuisionem non 6
reciperent, vel alternis temporibus adiudicentur,
vel licitatione admissa & compensatione pretij facta, alteri res alteri pretium abdicatur, *dict. l. Item labeo 22. §. 1. ff. de fam. hercisc. l. 1.* vbi Bart. & Bald. *C. com. diuid.* Gozzad. *cons. 44. num. 15.* Afflict. *dec. 23.* Boër. *decis. 46.* Vuesembece. *in d. tit. de fam. hercisc. n. 6.* Gratian. *discept. 905. n. 15.*

Et ita decisum Margarita tantùm informante, &c.

Romana Vinearum.

Ven. 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

De iniustitia mandati de associando Monialibus super caducitate & deuolutione vinearum de quibus agitur concessi, quo casu ob ortam læsionem restitutio in integrum datur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de associando à Iudice concessum quando est nullum & iniustum, restitutio in integrum conceditur.*

2 *Iniustitia sola causa ad effectum restitutionis in integrum sufficit.*

3 *Agens ad caducitatem & deuolutionem vineæ dominium eiusdem plenè & concludenter probare debet.*

4 *Probationes leuiores ad effectum recognitionis & perceptionis Canonis admittuntur.*

5 *Probatio plena ad effectum deuolutionis & Canonizationis dominij requiritur.*

6 *Dominium ad effectum rei vindicationis ex Instrumentis locationum, solutionibus, confessionibus & aliis adminiculis nequaquam probatur.*

7 *Dominus directus identitatem bonorum contra possidentem ex nouo titulo sufficienter probare tenetur.*

8 *Vis fieri non potest in positionibus super probatione dominij datis & habitis pro confessatis.*

9 *Actorum exhibitorum nulla est ratio habenda cum reputentur ac si extra mundum essent.*

10 *Alienationes cum clausula* saluo & reseruato consensu proprietariorum & non aliàs *emanantes nullam causant caducitatem seu deuolutionem, etiamsi secuta fuerit traditio rei alienatæ ante consensum impetratum.*

11 *Verba* & non aliàs *faciunt deficere partium consensum, ita vt nihil factum esse videatur nisi Domini consensus accesserit.*

12 *Alienatio non potest dici facta nec intrat caducitas Domini consensu deficiente.*

13 *Iniustitia mandati de associando stante, oritur læsio propter quam restitutio in integrum datur.*

DECISIO CXXXI.

Existimarunt Domini constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Alphonsi, quia mandatum de associando concessum Monialibus S. Cosmati à Locumtenente Vicarij Vrbis super caducitate, & deuolutione vinearũ de quibus agitur, est nullum, & 1 iniustum, quo casu passim conceditur restitutio in integrum, vt tenuit Rota *in decis. 307. num. 1. part. 2. recent.* Imò sola causa. Iniustitiæ sufficit ad hunc 2 effectum, vt notat Odd. *de restit. in integr. quæst. 77. art. num. 28. & 29.* Rot. *decis. 1. num. 1. eodem tit. in nou.* Mohed. *decis. 2. num. 2 de appellat.* Cæsar de Grass. *decis. 10 num. 12. de sent. & re Iudic.*

Ideo vltra nullitates deductas, ex quo scilicet Moniales processerunt executiuè contra tertium, & sine clausula constituti ad earum fauorem, ac etiam quoniam plura Iura in actis non fuerunt exhibita, & sic mandatum tanquam in actis non iustificatum, euadit notoriè nullum; strictè quoad iniustitiam dixerunt Domini de ea manifestè constare ex eo, quod dd. Moniales egerunt ad caducitatem, & de- 3 uolutionem dd. Vinearum, absque quod probauerint earum dominium plenè & concludenter prout debebant, *l. officium l. in rem ff. de rei vendicat. l. cum res, C. de probat.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 5. n. 171.* Caputaq. *decis. 280. part. 1. num. 1.* Seraph. *decis. 1453. num. 1.* cum aliis allegat. *in Portuen. stagni 29. Iunij 1637. coram R. P. D. meo Panzirolo.*

Nam se fundarunt duntaxat super enunciatiuis factis in Instrumentis alienationum dd Vinearum, quod scilicet illæ existerent sub directo dominio earum Monasterij, vt in dd. Instrumentis datis in eorumdem *summ. num 2* quæ licet ad effectum recog- 4 nitionis, & perceptionis Canonis sufficerent, ex quo ad illum effectum leuiores probationes admittuntur, *l. indicia C. de rei vendicat.* Bart. *in l. quidam num. 4. ff. de condit. institut.* Paris. *cons. 104. num. 103. lib. 1.* & dixit Rota *in d. Portuen. stagni coram R. P. D. meo Panzirolo*; non tamen dicendum est idem ad effectum deuolutionis & Canonizationis dominij, quia 5 tunc requiritur plena probatio, vt per Bart. *in l. penult. num. 4. ff. de condit. institut.* Caputaq. *in d. decis. 280. vbi sub num. 5.* dicitur ex instrumentis locationum, solutionibus, & aliis confessionibus, & ad- 6 miniculis, non probari dominium ad effectum rei vendicationis, *cap. inter dilectos prope fin. de fid. Instrum. l. ad probationem C. locat.* Ruin *cons. 47. num. 6. lib. 1.* cum aliis relat. per Marescott. *var lib. 1. cap. 85. num. 7. & 9.* Rot. *decis. 606. num. 3. part. 1. recent.* Seraph. *in d. decis. 1453. eodem num. 1.*

Quod eò facilius visum fuit dicendum esse in proposito, quia prædictæ enunciatiuæ factæ fuerunt à d. Alphóso qui dictas vineas habuit titulo dotis, cui propterea de facili potuit esse ignota huius rei veritas, prout colligitur ex Instrumento concessionis dat. *in eius summ. num. 1.* vbi apparet sex petias terræ fuisse à Monialibus in emphyteusim concessas, & vineæ de quibus agitur sunt sexdecim petiarum, vt ex Instrumento dato *in d. summ. num. 3.* quæ diuersitas quantitatis minuit fidem eiusdem Alphonsi assertioni. Quinimo ex hoc excluditur etiam dd. bonorum identitas, quam Dominus di- 7 rectus sufficienter probare tenetur contra possidentem ex nouo titulo, vt est Alphonsus in præsenti ex causa dotis, Surd *cons. 410. num. 34.* Rot. *decis. 295. num. 11. part. 1. recent.* & sequitur Adden. ad Greg XV. *in decis. 575. num. 11.* absque quod vlla vis fieri possit in positionibus datis super probatione 8 dominij, & habitis pro confessatis; quia stilum huiusmodi probationis Rota non admittit, vt testatur Vestr. *in prax. lib. 5. c. 14. n. 4.* Gregor. *dec. 460. n. 14.* & ibi Add *num. 18.*

Præterea dictum fuit, quod quatenus etiam constaret de concludenti probatione dominij, prout non constare iam fuit supra ostensum, adhuc dictũ mandatum de associando esset iniustum, quia fuit concessum occasione prætensæ deuolutionis, vt dicebatur, secutæ ob alienationes factas dd. vinearum, irrequisito d. Monasterio Domino directo; & tamen ex quo alienationes prædictæ emanarunt cum clausula, saluo, & reseruato in primis & ante omnia consensu dd. Monialium S. Cosmati proprietariarum, & non aliàs, nec alio modo, vt legitur in dd. Instrumentis dict. summ. *Alphonsi num. 2. & 3.* & de

de aliis in actis non exhibitis, non est ratio ha-
benda, cùm reputentur ac si essent extra mundum,
Castr. *in l ait Prætor, § si Iudex vers. & pro hoc de ro*
Iudic. Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 224 *num.* 6.
10 nullam causarunt caducitatem, seu deuolutionem,
etiamsi secuta fuerit traditio rei alienatæ ante im-
petratum consensum, vt tenet Bald. *in cap.* 1. *§. fin.*
num. 5. *in fin.* quæ fuit prima causa benef amit. Ri-
pa *in cap. cum M. num.* 80. *vers. secundo intellige de*
constit. Cotta *in memorialibus in verb. emphyteuta*
alienans, Rimin. Inn. *cons.* 285. *numer.* 59. Cerbul. *de*
Iur. Emphyt. sit de caus. priuat. ob alienat. limit. 37. di-
11 cta enim verba *& non aliàs* &c. faciunt deficere
partium consensum itavt nihil factum esse videa-
tur, nisi Domini consensus accesserit, Curt. Sen.
cons. 8. *num.* 4. Cephal. *cons.* 118. *num.* 13. *& seq. lib.* 1.
Roland. *cons.* 63. *num.* 29. *& seq. lib.* 4. & deficiente
12 Domini consensu non potest dici facta alienatio,
vt bene distinguendo in casu, quo non adessent
dd verba, *& non aliàs*, tradit Clar. *in §. Emphyteu-*
sis quæst. 13. *in vers. benè verum est*, & ibi Adden.
sub litera C, & consequenter non intrat caduci-
tas, vt ponderat Marescott. *var. lib* 1. *cap.* 78. *num.* 2.
& 3. *cum seqq.* & facit Seraph. *in decis.* 838. *n.* 6. *&* 7.
Ex quibus cùm constet de iustitia d. mandati de
13 associando Monialibus concessi, oritur læsio pro-
pter quam datur restitutio in integrum, Abb. *in c.*
ex literis num. 5. *in fin. de restit. in integr. l. nam postea*
§. si minor ff de Iur. iuran l minoribus, Cod de in integr.
restit. Rot. coram Seraphin. *decis.* 1138. *num.* 1. & co-
ram Canal. *decis* 194 *num.* 1. & ideò meritò eam es-
se dandam dict. Alphonso Domini responderunt,
vtraque parte informante, &c.

Romana Domus.

Ven. 10. Iunij 1639.

ARGVMENTVM

De hæreditate ab intestato defunctæ. An renuncianti ad fauorem alterius omnia & quæcunque iura quomodolibet & qualitercunque sibi competentia super hæreditate & bonis prætensis, detur regressus ad iura quæ semel receptis pecuniis per transactionem remisit?

SVMMARIVM.

1 *Proximior ad hæreditatis successionem est admittendus.*

2 *Remittentibus iura sua non datur amplius ad ea regressus.*

3 *Exceptio transactionis dicitur exceptio litis finitæ ac litis ingressum prohibet.*

4 *Causa falsa stante ipsa transactio corruit.*

5 *Causa finalis & contrahentium intentio vnde colligetur.*

6 *Timor litis est principale & vnicum motiuum transactionis.*

7 *Timore litis tãquam causa finali quæ attendi debet non deficiente, transactio ex eo fundamento sustineri potest.*

8 *Assertioni transigentium ad inducendum timorem litis non statur, sed debet aliunde de eo constare.*

9 *Timor litis vt probetur etiam coniecturæ & verisimilitudines sufficiunt.*

10 *Iuramento in transactione emisso stante, pars læsionem prætendens absolutionem antequam agit à Iuramento obtinere debet.*

11 *A iuramento in transactione emisso non absolutus à iudicio exceptione periurij repellitur.*

12 *Læsionem prætendens super asserta læsione audiri non potest pecuniis in transactione receptis haud restitutis.*

13 *Transactio cum clausula sublata & decreto irritanti authoritate Apostolica confirmata quosnam habet effectus.*

14 *Clausula* omni meliori modo, *vt Actor obtinere possit ex causa probata quamvis in libello deducta non fuerit, operatur.*

15 *Clausula* quam & quas *vigore omne ius competens in iudicium deductum censetur.*

DECISIO CXXXII.

DVM instabatur pro parte Franciscæ de Christianis pro expeditione mandati de immittendo in possessionem Domus, & bonorum de quibus agitur, vti neptis & succedentis ab intestato Tulliæ de Fabianis, non obstantibus exceptionibus DD. de Bacciottis, quæ præuia matura discussione vti irreleuantes fuerunt per DD reiectæ, ex rationibus adductis in duabus decisionibus coram me emanatis sub diebus 12. Nouembris 1638. & 8. Aprilis præteriti, venit ad causam Marcella de Fabianis pariter neptis eiusdem Tulliæ testatricis, prætendens, vel penitus excludere d. Franciscam tanquam odiosam testatrici, vel saltem concurrere cum ea pro medietate hæreditatis vti coniuncta in pari gradu: Ideo Domini mei mandarunt, vt causam iterum super eisdem reproponerem, citata etiam dicta Marcella; quo ordine ad vnguem seruato, hodieque causa reproposita fuit, & iterum responsum standum esse in decisis, non obstantibus, nec exceptionibus dd de Bacciottis, nec prætensionibus dictæ Marcellæ.

Nam quoad sæpius repetitas exceptiones illorum de Bacciottis iam illæ fuerunt satis discussæ in
dictis duabus decisionibus, quarum fundamenta vi-
sa fuerunt inconcussa remanere, & ideo circa hoc
vlterius non est laborandum, agitur enim de hære-
ditate Tulliæ defunctæ ab intestato, ad quam dicti
Bacciotti, nec ex eorum propriis personis, neque ex
persona eorum authoris Turini mariti Pantasileæ
sororis dictæ Tulliæ venire possũt, & propterea Frã- 1
cisca vti proximior est admittenda ad successionem,
ex dispositione *text. in l.* 1. vbi scribentes *C. de inter-*
dicto quorum bonorum.

Quo verò ad prætensiones dictæ Marcellæ, fuit
dictum quod ipsa non potest penitus excludere Frã-
ciscam, nec vti odiosam Testatrici, nec cum ea con-
currere ad successionem pro æquali portione, quia
obstat ei transactio, in qua receptis scutis 400. re-
nunciauit ad fauorem Franciscæ & Ioannis Bapti-
stæ de Christianis omnia, & quæcunque iura quo-
modolibet & qualitercunque sibi competentia, de
& super hæreditate, & bonis prædictæ Tulliæ, *sum,*
Francisca num. 2. remittentibus autem iura sua, non 2
datur amplius ad ea regressus, *l. quaritur §. si venditor,*
ff de ædilitio edict. Crauet. *cons.* 114. *numer.* 10. Surd.
decis. 266. *n.* 12. Rota *decis.* 382. *n.* 1 *pars.* 1. *recent.* cùm
exceptio transactionis dicatur exceptio litis finitæ,
ac

ac prohibeat litis ingressum, *l.fratres C.de transa-*
ctionibus cap.1.de lit contest. in 6. Rota *coram S. mem.*
*Gregor.XV. decis.*354.*num.*1.

Nec obstat falsitas causæ transactionis prouenientis
scilicet ex eo, quod Marcella credidit Franciscam
& Ioan.Baptistam esse hæredes pro alia medietate,
quod tamen non subsistit, ex quo ipsi vti odiosi erãt
exclusi in concursu aliorum venientium ab intesta-
to, vigore prohibitionis de vlterius non petendo
appositæ in testamento Tulliæ, quæ prohibitio etiam
caducato testamento sustinetur vigore clausulæ co-
dicillaris, ex deductis *in secunda decisione causæ in §.*
4 *prout nec aduersari*; & propterea stante hac falsa
causa transactio ipsa corruat, ex tradit per Castrens.
*in l.si ex falsis sub num.*3.*C.de transact* ibique Rimin.
Sen.*num.*2. Alciat.*num.*22. Bellon.Iun.*cons.*77.*sub n.*
10.*& seq.*& dixit Rota *in Bononien. transactionis* 25.
Februarij præteriti coram R.P.D.meo Merlino.

Quia quicquid sit de effectu clausulæ codicillaris
in præsenti, præsertim cùm in dd. decisionibus cau-
sæ firmetur Franciscam, & alios de Christianis non
fuisse exclusos propter odium in testamento Tulliæ,
sed ratione prædilectionis Pantasileæ eiusdem Te-
statricis sororis, ac hæredis institutæ; in omnem euen-
tum adhuc dixerunt Domini dictam transactionem
5 obstare d.Marcellæ, ex eo quod causam transactioni
dedit non simultanea successio transigentium, sed
molestiæ, & lites cum magno dispendio incundæ,
pro recuperandis bonis hæreditariis detentis à lega-
tariis, & ab aliis personis, vt legitur in procemio d.
transactionis, à quo causa finalis, & contrahentium
intentio colligitur, *l.fin.ff. de hæred.instit.l.*1. *in princ.*
*ff.de Macedon.*Becc.*cons.*10.*num.*11.Crauett.*cons.*245.
6 *num.*2.Rot.*decis.*403 *n.*1. *part.*1.*recent.*regulare enim
est, quod timor litis sit principale, & vnicum mo-
tiuum transactionis, *l.*1 *ff.de transact.l.*11. *& l. si pro*
*fundo C.eodem tit.*Roland *cons.*28.*num.*16.*lib.*4. Corn.
*cons.*167 *post n.*15.*lib.*1.Buratt.*decis.*280.*n.*11. Greg.
XV.*decis.*286.*num.*5.

7 Vnde dum timor fuit causa finalis, quæ attendi
debet pro annullanda transactione ad notat.*in l.Do-*
mus ff.de condit.& demonstrat. Gregor.XV.*decis.*149.
*num.*1.& iste non defecerit, ex hoc tantùm funda-
mento potest sustineri transactio, *l.*2.cum ibi no-
tat.*C.de transact.* Paris. *cons.*32. *num.*18.*lib.*1. Natt.
*cons.*465.*num.*2. Becc.*cons.*100. *num.*6.*lib.*1. Seraph.
*decis.*638.*num.*7.vbi dicit sufficere solam suspicioné
litis, Rot.*decis.*169.*n.*3.*part.* 1.*recent.* & licet quoad
8 hunc timorem litis non stetur assertioni transigen-
tium, sed debet aliunde de eo constare, ex notat.per
Bart.*in l si forte num.*4.*de castr.pecul.* Dec.*cons.*351.*n.*
3.Rot.*decis.*327.*in princip.part.*2.*diuers.*Surd.*dec.*104.
*num.*2.*&* 3.& *decis.*131.*num.*10.attamen in casu pro-
posito sumus in Claris, cùm vltra alias, lis diutur-
na subsecuta cum dd. Bacciottis bonorum hæredita-
riorum detentoribus prius coram A. C. & postea in
hoc Sacro Tribunali adhuc duret, & quidem cum
immodicis expensis, vt est notum, & sic satis su-
perque fuit probatus timor litium in procemio trã-
sactionis narratus, cùm adhuc effectum sufficeret
9 etiam de eo apparere per coniecturas & verisimili-
tudines, Dec. *cons.* 202. *num.*6. Cranet. *cons.* 275.
num. 9. Seraphin. *decis.* 737. *per tot.* & signanter
num 5.

Minus obstat læsio aduersus d.transactionem alle-
gata, quod scilicet hæreditas Tulliæ ascendat ad scu-
ta 1600. & Marcella receperit tantummodo scuta
400. Quoniam in summario dato pro parte d. Mar-
10 cellæ ista prætensa læsio non probatur: imò stante
Iuramento emisso in d. transactione, debebat ante-
quam ageret obtinere absolutionem à dicto Iura-
mento, Gabr.*cons.*9.*per tot lib.*2.Picus ad *statut.Vrb.*
*gloss.*23.*n.*22.Rot.*decis.*102.*n.*9.*part.*1.*diuers.*Adden.
ad Gregor.XV.*in decis.*64. *n.*14. quod cùm non fe- 11
cerit, repellitur à Iudicio exceptione periurij, *l. si*
quis maior C.de transact.cap.paruuli, vbi Gloss.*in verb.*
causa 22.*quæst.*5.Specular *de Actor.n.*16. Rot.*decis.*
5.*n.*1.*p.*2.*recent.* & eò minus d.Marcella audiri po-
test super asserta læsione, non restitutis prius scutis 12
400.in transactione receptis, *l si diuersa.ff de trans-*
act. Honded. in terminis læsionis *cons.*34. *num.*34.
*lib.*2.Rot.coram S.mem Gregor.XV. *decis.*418.*n.*9.
cum aliis allegat. per Adden. ad eundem *in decis.*
354.*num.*19.

Quibus accedit quod transactio est confirmata 13
authoritate Apostolica cum clausula sublata, & de-
creto irritanti, quodque de subreptione & obre-
ptione dari non possit, vt *in dicto summario Francisca*
*num.*5.cuius clausulæ natura est claudere os Iudici,
& parti, donec à Papa aperitio oris obtineatur, siue
confirmatio emanauerit motu proprio, siue ad in-
stantiam partis, Put.*decis.*50 *lib.*1.Verall.*decis.*134.
*lib.*3.Rot.*decis.*62.*n.*1. & 2. & *decis.*461.*n.*1.*part.*1.
recent.

Demum non releuat, quod Francisca Actrix in
principio non deduxerit ius cessionis resultantis
ex d. transactione contra illos de Bacciottis; tum
quia etiam illud implicitè comprehenditur in clau-
sulis petitionis, & signanter in clausula *omni meliori* 14
modo, quæ operatur, vt Actor obtinere possit ex cau-
sa probata quamvis in libello deducta non fuerit,
Capicc. *decis.*96.*num.*8. Tum & etiam, quia causa
fuit in Rota commissa cum clausula *quam, & quas*, 19
cuius vigore censetur deductum in iudicium omne
ius competens Actori, Sarmien. *de infirm. resignat.*
*quæst.*34.*vers.& hoc vlterius*, Cæsar.de Grass. *decis.*1.
*num.*2.*de Iudic.*Gregor XV.*decis.*270.*n.*4.*&* 5.Rota
*decis.*360.*num.*9.*part.*1.*recent.*& Iudex hoc casu po-
test etiam nouum ius canonizare, vt per Put.*in decis.*
7.*de appellat* Ægid.*decis.*661.relat.*in decis.*47. *n.*10.
inter impress.Illustrissimi D.mei Decani.

Ex quibus dixerunt Domini standum esse in de-
cisis, & quoad Bacciottis causam esse expediendam,
reseruatis tamen Iuribus Marcellæ, quæ interim
dum non possidet non valet impedire immissionem
Franciscæ ex superius deductis, vt fuit seruatum *in*
causa Meliten. commenda de Mazara contra Equi-
tem Saracenum venientem ad causam pro suo iure
& interesse, *sub die* 24. *Aprilis* 1637. *coram bon.*
mem.Motmanno.

Et sic decisum omnibus partibus auditis, &c.

Romana Pecuniaria.

Merc. 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Mandatum A. C. ad fauorem partis læsæ relaxatum cùm constet de eius validitate & iustitia est exequendum; vbi plura de restitutione in integrum ex iniustitia prioris sententiæ resultante.

Vide suprà *Decis.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum solidationis computorum &*

& promissionis de soluendo, probationem probatam, factum notorium & rem manifestam facit.

2 *Creditum illiquidum cum credito claro & liquido per susceptionem termini confessato & obligatione Camerali vallato compensari non potest.*

3 *Creditum nomine sociali prætensum non potest cum credito proprio & particulari compensari.*

4 *De salario certo conuento quando non constat, pro illius consequutione via executiua non competit.*

5 *Creditor quoad prætensum salarium dum soluere promittit certam summam ei à quo prætenditur, exceptionem compensationis allegare amplius non potest.*

6 *Promittens soluere tempore quo ipse Creditor erat, ad non compensandum se obligasse videtur.*

7 *Debitorem se constituens in Instrumento solidationis computorum, totum præcedens debitum si quod fuerit solutum fatetur.*

8 *Contrapositio partitarum in libris rationis inducta solutionem ac extinctionem prætensi salarij probat.*

DECISIO CXXXIII.

POSTQVAM sub die 4. Iulij 1635. resolutum fuit constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Oliuerij, attenta iniustitia sententiæ cōtra eum latæ à Locumtenente Vicarij Vrbis, qua dicebatur dictum Oliuerium esse debitorem Alexandri in summa scutorum 700. occasione prætensi salarij, de quo tamen idem Alexander erat iam satisfactus, mediante solutione computorum inter eos secuta, imò remanserat ipse debitor in scutis 606. quæ per Instrumentum publicum Camerali obligatione vallatum sub die 29. Maij 1623. infra annum soluere eidem Oliuerio promisit, vt *in eius summario num* 1. dubitaui an mandatum A. C. ad fauorem eiusdem Oliuerij relaxatum pro dictis scutis 606. esset contra D. Alexandrum exequendum, & Domini affirmatiuè responderunt, cùm constet de illius validitate, & iustitia.

De validitate apparet ex reuolutione actorum, vbi leguntur omnia requisita relata *in vulgat. decis.*
1 Caputaq. 160. *part.* 2. Iustitia verò satis constare visa fuit ex dicto publico Instrumento solidationis computorum, & promissionis de soluendo, quod facit probationem probatam, factum notorium & rem manifestam, *l. Census, ff. de probat. cap. scripta de fid. Instr.* ibique Innoc. *num.* 3. Alex. *cons.* 135. *lib.* 6. Rot. *decis.* 234. *n.* 2. *p.* 5. *recent.* & coram S. mem. Greg. XV. *decis.* 180. *num.* 1. *& decis.* 157. *n.* 13.

Non obstat prætensum creditum Alexandri scut.
2 700. ex causa Salarij, cum quo compensare prætendit debitum in dicto mandato contentum; quia cùm creditum quod ipse intendit compensare sit illiquidum, non potest compensari credito Oliuerij claro & liquido per susceptionem termini etiam confessato, *dicto summario num.* 2. *l. final. Cod. de compensat. l. bona fides, ff. deposit. § in bonæ fidei Institut. de actionibus*, maximè obligatione Camerali vallato, Cassad *decis. vnica de mutua petit.* Gallef. *ad form. Cam. part.* 4. *quæst.* 1. *num.* 17. & *quæst.* 2. *num.* 6.

Quod autem d. creditum Alexandri sit illiqui-
3 dum, patet tum quia fundatur in salario ab eo prætenso nomine sociali, quod propterea non potest compensari cum credito proprio dicti Oliuerij, ad trad. per text. *in l. id quod ff. de compens.* Socin Sen. *in cons.* 73. *n.* 10. *lib.* 1. Rot. *Iannea decis.* 26. *n.* 30. Tum
quia non constat de certo salario conuento, quo ca- 4
su pro illius consequutione non competit via executiua, & sic non potest compensari cum credito liquido habente executionem paratam vigore obligationis Cameralis, Bart *in l. aufertur, § qui compensatione, ff. de Iure fisci*, Gratian. *disc. forens. c.* 734. *n.* 14. Gallef. *de oblig Cam. q.* 18. *n.* 6. ibique Addent. *n.* 8. Marescott. *var. lib.* 2. *c.* 121. *n.* 53.

Tum etiā, quia assertum debitū salarij fuit cōtractum ante hanc obligationē Cameralē, cuius vigore fuit relaxatum mandatum, de cuius executione agi-
tur; vnde sequitur quod dictus Alexander quatenus 5
etiā fuisset Creditor, dum postea medio Iuramento promisit soluere dicta scuta 606. dicto Oliuerio, non possit amplius allegare exceptionē compēsationis, Abb. *in c. ad nostram n.* 2. *vers. quod dicend. de Iur. Iur.* Afflict. *decis.* 381. *n.* 2. *&* 4. Surd *cons* 246. *n.* 15. *lib.* 2. Gallef. *ad* 4. *partic. oblig Cam q.* 2. *n.* 9. Et ratio est eui-
dēs, quia dū quis promisit medio iuramento soluere 6
tempore, quo iam ipse erat creditor, videtur se obligasse ad non compensandū, vt in specie aduertit, & declarat Marescott. *var. lib.* 2. *in d. c.* 121 *n.* 54. *&* 55.

Quinimo nō solùm ex prædictis visum fuit assertum creditum salarij esse illiquidum, sed fuit dictum, nullam de eo habendam esse rationem, cùm dictus Alexander in dicto Instrumento solidationis
computorum se constituerit debitorem dicti Oliue- 7
rij in dictis scutis 606. pro residuo & finali solutione computorum & prætensionum, vsque tunc inter eos vertentium, & ideo fassus fuit totum præcedens debitum si quod esset, fuisse solutum, vt notat Gloss. *in l. ex pluribus in verb. reliquum*, vbi Paul. Ang. Imol. & alij, *ff. de solut.* & *in leg. si quidem Cod. de transact.* Dec. *l.* 2. *in fin. Cod. de hæred. instit.* Corn. *cons.* 35. *col.* 4. *in fin.* & in terminis verbi pro residuo, Folgos. *cons.* 131. *in fin.* quam sequitur Rota apud Buratt. *decis.* 544. *numer.* 18. Rota *Iannen. decis.* 60. *numer.* 6. cum aliis allegatis in decis. extensa sub d. die 4. Iulij 1635. in qua
fuit quoque firmatum, quod per contrapositionem 8
partitarum scriptarum manu dicti Alexandri in libris rationis fuerit inducta solutio, ac extinctio debiti dicti salarij, prout ponderat Socin. *in cons.* 65. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 121. *n.* 43. & præter ibi alleg. tradit Mascard. *de probat conclus.* 1319. *n.* 5. & fuit dictum *in Romana pretij fundati* 20. *Februarij* 1612. *coram Card. Sacrato.*

Et sic decisum vna tantùm parte informante, altera pluries citata, &c.

Venafrana Beneficij,

Mercurij 22. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Prouisus auctoritate Apostolica de beneficiis in mense reseruato vacantibus, illorúmque possessionem vigore literarum Apostolicarum assecutus, in sua possessione est manutenendus; maximè cùm constet de notoria reseruatione & inualiditate vnionis à partibus prætensæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessio instrumentalis alio in possessione existente non suffragatur.*

2 *Exceptio altiorem indaginem requirens in summariissimo possessorio admitti non debet.*

3 *Mensis reseruatus continet decretum irritans quod inficit titulum & possessionem.*

4 *Decretum quando non est appositum certo corpori beneficij detentationem facti non tollit.*

5 *Vacatio beneficiorum quando est notoria uti contingens Sede Episcopali vacante & de mense reseruato, dispositio decreti irritantis intrat perinde ac si certo corpori beneficij appositum esset.*

6 *Decretum irritans quando est instificatum detentationem & facti insistentiam tollit.*

7 *Vnio beneficiorum per Ordinarium vigore Concilij Tridentini facta sustineri potest.*

8 *Subcollector vnicus præsumitur nisi contrarium ex aduerso probetur.*

9 *Episcopo ex dispositione Concilij Tridentini attributam esse facultatem vniendi etiam beneficia reseruata, in quantum extenditur.*

10 *Distinctio inter reseruationem existentem de tempore vnionis, & ex post superuenientem, licet sit dura & contra mentem Concilij, tamen cùm habeat declarationem Interpretum Concilij est amplectenda.*

11 *Vnio ab Ordinario facta licet sit valida, non tamen impedit vacationem beneficij, aut prouisionem Papæ, sed donec prouisus à Papa cedat vel decedat in mense Ordinario, suspenditur.*

DECISIO CXXXIV.

ER obitum Pauli Gratiani secutum extra Curiam de mense Augusti 1635. vacaruur tria beneficia simplicia, alterum sub inuocatione Sancti Bartholomei, alterum sub inuocatione Sanctissimæ Trinitatis, alterum, & tertium sub iouocatione S. Delphini in ciuitate Venefrana, de quibus vti vacantibus in mense reseruato, fuit Apostolica auctoritate prouisus Iulius Cæsar Sertonus, qui in vim Breuis expediti vigore literarum Apostolicarum illorum possessionem fuit etiam assecutus de mense Aprilis 1636. vt in eius summario dato in antecedenti positione *num.* 1. & 2.

Sed quia Antonius Siluestrius & Augustinus Caprarius, prætendentes existere in possessione dd. beneficiorum vigore assert. vnionis de eis factæ per Ordinarium Venefranum præbendæ S. Mariæ Lauretanæ, & Parochiali Ecclesiæ per ipsos respectiuè possessis, obtinuerunt à Vicario Generali Venefrano manutentionem; fuit pro parte d. Serroni interposita appellatio, & causa ad Rotam deuoluta, mihique commissa dubitaui sub die 8. Februarij anni præteriti, an dicto Sertono esset dandum mandatum de manutenendo, & fuit responsum contra ipsum informantem, ex quo oon docebat nisi
1 de instrumentali possessione, quæ alio existente io possessione non suffragatur, *l. prædia*, & *l. quamuis*, *§. primo*, *ff. de acquir. possess.* Rot. *decis.* 206. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & possessio anterior dd. Antonij, & Augustini erat præferenda, Gregor. *decis.* 323. *num.* 3. ibique Adden. *num* 7. absque quod impugnari posset vt infecta proueniens ex asserta vnione quæ dicebatur inualida, ad effectum impediendi vacationem dd. beneficiorum, quia de tali inualiditate non docebatur, & reputabatur ex- 2
ceptio requirens altiorem indaginem, quæ non debet admitti in hoc summariissimo possessorio, Seraph. *decis.* 1471. *num.* 5 & 7.

Et vlterius fuit dictum, non obstare quod
prædicta beneficia vacauerint de mense reser- 3
uato in *reg.* 8. *Cancell.* continente decretum irritans, quod inficit titulum & possessionem, Gonzal. super *dicta regul.* 8. *gloss.* 67. *num.* 29. quia hoc non procedit quando non constat de noto-
ria reseruatione, & dictum decretum certo cor- 4
pori beneficij non est appositum; tunc enim non tollit detentationem facti, vt de praxi testatur idem Gonzal. super *dicta regula* 8. *gloss.* 67. *numer.* 46. Garz. *de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *num.* 413. & 430. cum aliis allegat. *in decis. sub die* 8. *Februarij* extensa.

Cæterum cùm dictus Serronus prætenderet va-
cationem dd. beneficiorum esse ootoriam, cùm 5
illa contigerit Sede Episcopali vacante, & de mense Augusti qui est reseruatus, *in dicta regula* 8. supra Gonzal. *ibid. gloss.* 53. *num.* 1. quo casu intrat dispositio d. decreti irritantis perinde ac si esset appositum certo corpori beneficij, Put. *decis.* 191. & *decis.* 196. *lib.* 3. *in correct.* Simonet. *de reseruat. quæst.* 40. & in specie aduertit Rot. apud Illustrissimum D. meum Decanum *in decis* 51. *num.* 3.
inter eius impress. & dum est instificatum tollit 6
etiam detentationem, & insistentiam facti, vt dicit Rota apud eundem *in Meliten. Parochialis* 27. *Iunij* 1603. quæ est *decis.* 124. *num.* 4. vbi aliæ Concordantes referuntur, Buratt. *decis.* 557. & 720. *num.* 7 & vtrobique Addentes, & fuit dictum *in Virdunen. Monasterij* 27. *Nouembris* 1627. *coram eodem D. Decano.*

Ideo causam super eisdem reproposui, & Domini agnoscentes ex tunc deductis non consta-
re de notoria reseruatione, ex eo quod poterat 7
sustineri vnio dd. beneficiorum facta per Ordinarium vigore Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 15. qua stante nulla dari poterat vacatio, seu reseruatio, mandarunt vt videretur de iuribus d. vnionis, & coadiuuatis ad hunc effectum per d. Serronium probationibus; hodiéque causa reproposita, resolutum fuit non constare de validitate vnionis, & sic reseruationem esse notoriam, & consequenter eidem Serrono dandum esse mandatum de manutenendo.

Inualiditas autem d. vnionis manifestè apparere visa fuit, ex eo quod d. Paulus Gratianus per cuius obitum dd. beneficia vacarunt, fuit vnicus subcollector spoliorum in diæcesi Venefrana, vt probatur ex eiusdem deputatione per Nuncium Apostolic. sub die 16. Februarij 1628. *summario hodierno num.* 1. ac ex depositionibus quatuor testium, quorum duo fuerunt dati, *in summario antecedentis positionis*, & alij duo *in hodierno summario vtrobique num.* 2 qui testes sunt contestes, & specificè deponunt D. Paulum acceptasse officium vnici subcollectoris, illudque exercuisse, & signanter de anno 1631. 1632. & 1633. & vsque ad eius obitum, & coarctant negatiuam, quod scilicet non potuit adesse alius subcollector in diœcesi

Venafra

Venafrana, quin ipsi testes sciuissent, quod superabundat cùm sufficeret probasse quod Paulus
8 erat subcollector, quia vnicus præsomitur nisi contrarium ex aduerso probetur, vt bene Mandos. *super reg. 4. hodie 5. Cancell. quast. 1. numer. 4.* Garz. *de beneficiis part. 5. cap. 1. num. 156.* & plenè discusso articulo fuit firmatum *in Valentina Decanatus & Canonicatus* 29. *Nouembris anni prateriti coram me.* Et propterea beneficia per dictum Paulum possessa, sicut tanquam reseruata Sedi Apostolicæ, ex *dicta regula 4. hodie 5. Cancell.* tempore vacationis conferri ab Ordioario minimè poterant, ita pari modo, nec poterat illa idem Ordinarius vnire provt vnioit de anno 1613. *summ. antecedentis posi-*
9 *tionis n.* 1. Nam licèt Episcopo ex dispositione Sac. Concilij Trident. *in d. sess. 24. c. 15.* sit attributa facultas vniendi etiam beneficia reseruata, nihilominus Sacra Congregatio interpret. Concil. & Rota pluries declararunt, id esse intelligendum de beneficiis quę non erant reseruata de tempore vnionis, sed de illis quæ ex post fuerunt effecta reseruata ex vacatione in mense reseruato; quam declarationem pàssim Rota sequitur, vt *in decis. 201. num 5. part. 2. recent* & in aliis pluribus allegatis per Addent. ad Greg XV. *in decis. 419. num. 7.* Quod fit ad euitandas frandes, quæ aliàs per Ordinarios fieri possent in præiudicium collationis Papæ, vt in specie aduertit Garz. *de benef. d. part. 12. cap. 2. num. 106.* vbi loqoitur in terminis vnionis beneficij possessi à subcollectore Apostolico, Adden. ad *d. decis. 414.* Gregor. XV. *num. 7. in fine.* Et quamvis Lotther. *in tract. de re benef. lib. 1. quast. 28. numer. 185. cum seqq.*
10 dicat quod videtur nimis dura, & contra verba, & mentem Concilij, distinctio inter reseruationem existentem de tempore vnionis, & ex post superuenientem, attamen cùm habeamus declarationem Sacræ Congregationis Concilij interpretum à Rota secutam, & amplexam, ab illa non est recedendum.

Nec obstat qood vnio sustineri saltem possit iure Ordinario, ex coius dispositione potest Episcopus vnire beneficia reseruata, & vnio valet à
11 principio; quoniam, etiamsi vnio valida sit, non tamen impedit futuram vacationem beneficij, nec prouisionem Papæ vti de reseruato, sed vnionis effectus suspenditur, donec prouisus à Papa cedat, vel decedat in mense Ordinario, Cardin. *in Clem. si vna in principio quast. 6.* Franc. *in cap. si tibi abseati num. 11. de preben. in 6.* Felin. *in cap. in nostra de rescript. numer. 27.* Houeda *de Incompatibilitate benef. 2. part. cap. 3. numer. 7. & 22.* Calderin. *cons. 13. de reb. Eccles. non alien.* Rot. *decis. 4. numer. 1. & sequentibus, eodem tit. in antiq.* Gonzal. *super reg. 8. gloss. 5. §. 7. numer. 136.* cum aliis pluribus relat. per Garz. *in dict. part. 12. cap. 1. num 92.*

Ex quibus cùm constet de notoria vacatione beneficiorum de qoibus agitur, ac de inualiditate vnionis, meritò dixerunt Domini recedendum esse à decisis, & consequenter Serrono dandom esse mandatum de manutenendo, ipso tantùm pluries informante, &c.

Barchinonen. Parochialis, seu Vicariæ del Prat.

Lunæ 27. Iunij 1639.

ARGVMENTVM.

Præsentato à Dignitatibus ad beneficium subrogatio gratiosa in iuribus collitigantis defuncti vigore regulæ de subrogandis est concedenda; vbi plura de lite super titulo & prouisione beneficij introducta.

SVMMARIVM.

1 *Lis vt introducatur sola sufficit citatio legitimè executa & in actis reproducta.*
2 *Superstes collitigans ex regula de subrogandis ad effectũ succidẽdi ausfractus, & ne ipsi nouus aduersarius detur, in iuribus prædefuncti subrogatur.*
3 *Præsentatio ad beneficium facta non obtenta institutione ab Ordinario cùm sit actio merè personalis non facit beneficium litigiosum quoad titulum.*
4 *Lite super titulo deficiente gratiosa subrogationi nullas est locus.*
5 *Præsentatus à dignitatibus dum beneficium sibi tradi petit & actionem in rem ipsam dicere, lis dicitur efformata super titulo etsi institutionem nondum habuerit.*
6 *Præseatatus cùm exprimit titulum sua prouisionis ad effectum canonizandi suam prouisionem prouisúmque ab Episcopo excludeadi, lis super titulo & prouisione beneficij introducta censetur.*
7 *Clausula* quam & quas eom incidentibus & emergentibus *&c. quidnam in causa litis super titulo beneficij operetur.*
8 *Verba* cum incidentibus & emergentibus *&c. in commissione appellationis apposita litem super titulo benefici; introductam firmant, etiamsi in prima instantia remedio possessorij actũ fuerit.*
9 *Doctrina Innoc. de lite ratione tituli beneficij introducta quomodo procedit.*
10 *Lis super optione introducta non tangit titulum neque mutat.*
11 *Subreptione commissionis stante lis introducta dici nequit ad effectum subrogationem obtinendi.*
12 *Collatio est nomen genericum electionem etiam & nominationem comprehendens,*
13 *Commissio quamuis subreptitia in Curia Iurisdictionem tribuit.*
14 *Lis iniusta & calumniosa concessionem subrogationis impedit.*
15 *Collitigans quando habet titulum à non habente facultatem præsentandi seu instituendi, lis ad obtinendam subrogationem introducta non dicitur.*
16 *Collationem Ecclesia de qua agitur sub dispositione dd. Dignitatum remansisse quomodo probatur.*
17 *Bulla Pij V. reseruans præsentationem illorum quibus vnio facta fuit, ob decretum irritãs in ea appositum quãcunque contrariam possessionẽ inficit.*
18 *Titulus etiam coloratus in materia subrogationis qua rigorosas non requirit probationes admittitur.*
19 *Causa litigandi probabilis & colorata ad euitandam calumniam & ad effectum obtinendi subrogationem sufficit.*
20 *Vicaria omnes vnita ex constitutione Pij V. debẽt ab illis prouideri quorũ Ecclesiis vnita reperiuntur.*

DECISIO CXXXV.

VACANTE d: menſe Ianuarij 1638. per obitum Petri Boix Parochiali ſeu Vicaria de qua agitur, Archidiaconus Maior & Præcentor Eccleſiæ Cathedralis Barchinonen. prætendentes illam eorum dignitatibus eſſe vnitam, præſentarunt ad eam D. Franciſcum Sau, vt in eius *1. ſumm. num.* 1. Econtra verò Ordinarius concurſum indixit, & inter concurrentes elegit Valentinum Vallgatina; appellarunt tam prætenſi Patroni, quàm D. Franciſcus, & causã in Rota commiſerunt cũ clauſula, *quã & quas*, cum omnibus ſuis incidentibus dependentibus & emergentibus annexis & connexis, totoque negotio principali, vt in commiſſione, de qua in *d. ſum. num.* 2. Poſt hæc obiit D. Valentinus, & Franciſcus præfatus petijt ſubrogationem gratioſam in iuribus collitigantis defuncti, vigore regulæ de ſubrogandis; ſed quia ſe oppoſuit Antonius Boſſil de eodem beneficio prouiſus ab Ordinario, placuit Illuſtriſſ. D Datatio diſputationem huiuſmodi conceſſionis ad Rotam reijcere, & propoſito dubio corã R. P. D. bon. mem. Buccabella ſub die 28 Martij 1639. An Franciſco eſſet concedenda ſubrogatio, reſolutioneque dilata, interim ab humanis deceſſit d. D. Buccabella, in cuius locum ſubrogatus cauſam ſuper eiſdem repropoſuit, & poſt ſecundam repropoſitionem fuit reſponſum D. Franciſco dandam eſſe ſubrogationem gratioſam.

Quoniam de eius Clericatu, & de obitu d. Valentini in poſſeſſione, conſtat ex datis *in ſumm.* & inter partes non controuertitur, & de lite apparet ex ipſa commiſſione, citatione cum inhibitione d. Valentino perſonaliter præſentata, *d ſumm. num.* 1. ex illius reproductione in actis *d. ſumm. num.* 4. & tandem ex comparitione legitimi Procuratoris eiuſdem Valentini proteſtantis in cauſa nihil fieri, niſi ipſo citato, *d. ſumm. num.* 5. Quibus ſtantibus viſum
1 fuit dubitari non poſſe quin lis fuerit introducta, cùm ad hunc effectum ſufficiat ſola citatio legitimè executa, ac in actis reproducta, vt notatur in Clem. 2. *vt lit. pend.* Felin. *in c. ſuper literis num.* 13. *de reſcriptis*, Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 1. *vt lit. pend.* Veſtr. *in prax.*
2 *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 1. & docto de lite paſſim conceditur ſubrogatio, iuxta diſpoſitionem dictæ regulæ de ſubrogandis, in qua cauetur ad effectum ſuccidendi anfractus, & ne detur collitiganti nouus aduerſarius, vt ſuperſtes collitigans in iuribus prædefuncti ſubrogetur, & eſt textus in *cap.* 1. *vt lit pend. in* 6. Seraph. *deciſ.* 1165. *num.* 1. Greg. XV. *deciſ.* 27. & 125. *vtrobique num.* 1.

Non obſtat quod d. Franciſcus fuerit ſolùm præſentatus à Præcentore & Archidiacono ad dictum
3 beneficium, & ideo non obtenta inſtitutione ab Ordinario non poſſit idem beneficium petere tamquam ſuum, ſed vt ſibi debitum, quæ actio cùm ſit merè perſonalis non facit beneficium litigioſum quoad titulum, Innoc. *in c. cum M. Ferrarienſis num.* 9. *de conſt.* Bald *in auth. litigioſa num.* 1. *C. de litigioſis*, Greg. XV. *deciſ.* 305. *num* 6. & ibi latè Adden. *num.*
4 7. & conſequenter deficiente lite ſuper titulo, quæ facit vt Ordinarius nec alius inferior poſſit ſe intromittere, Vitalin. *in Clem.* 2. *num.* 72. *vt lit. pendent.* Gamb. *de offic. legati lib.* 3. *numer.* 475. non ſit locus gratioſæ ſubrogationi, vt reſpondit Rota coram Gregor. XV. *in deciſ.* 335. *numer.* 1. & 2.

Quia ex tenore dictæ commiſſionis cauſæ tollitur difficultas, dum in ea legitur quod Franciſcus præſentatus à dignitatibus petebat committi cauſam ſuæ appellationis à collatione facta de dicto beneficio ab Ordinario, ad fauorem d. Valentini defuncti, cùm tamen vt ille ibidem dicebat, non debuiſſet propter ſuam prouiſionem à nemine molestari, & propterea cùm hoc beneficium petierit 5
ſibi tradi, & actionem in rem ipſam dicere, lis efformata dicitur ſuper titulo etſi inſtitutionem nondum habuerit, prout explicat Seraph. *in deciſ.* 990. *num.* 3. & ſequitur Lother. *de re beneficiali lib.* 2. *quæſt* 20. *num.* 35. Sarnen. *in reg. de ſubrog. quæſt.* 13. Et licet dicta commiſſio cauſæ videatur obtenta ſuper ſtatu beneficij, an ſcilicet eſſet de iurepatronatus dictarum dignitatum quæ d. Franciſcum præſentarunt, ex quo in ea idem Franciſcus titulum ſuæ prouiſionis expreſſit, vti prouenientem ex dictarum dignitatum præſentatione; tamen cùm talis expreſſio 6
fuerit facta ad effectum canonizandi eiuſdem Franciſci prouiſionem, & ad excludendum d. Valentinum prouiſum ab Epiſcopo, lis dicitur introducta ſuper titulo & prouiſione beneficij, vt in ſimili dixit Rota *in Caputaq. Abbatia* 25. *Maij* 1620. *coram bon. mem Seleucien.*

Maximè ſtante clauſula *quam & quas*, cum om- 7
nibus incidentibus dependentibus & emergentibus in dicta commiſſione appoſita, quæ operatur, vt in Iudicio etiam petitorium deductum cenſeatur, & conſequenter lis ſuper titulo beneficij introducta dicatur, Caſſad. *deciſ.* 9. *num.* 13. *de cauſ. poſſeſſ.* & 8
propr. Rot. *dec.* 342. *num.* 2. *part* 1. *recent.* vbi firmatur litem eſſe ſuper titulo beneficij introductam, etiam quod in prima inſtantia fuerit actum remedio poſſeſſorij, dummodo in commiſſione appellationis fuerint appoſita verba illa *cum incidentibus & emergentibus* &c. Mandoſ *ſuper dicta reg. de ſubrogan quæſt.* 14 *num.* 7. & fuit dictum *in Lucana Parochialis de Ripafratta* 18. *Aprilis* 1633. *coram Illuſtriſſimo D meo Decano*, bene Lother *ſupra in d. quæſt* 10. *num.* 43. 44. & 45. *cum ſeqq.* qui *ibidem ſub num.* 36. declarat doctrinam Innoc. *in d. cap. cum m. Ferrarienſis*, & aliorum, procedere in caſu quo præſentatus petat tantùm ab Ordinario inſtitutionem, & ſuper ea litem introduxerit; ſecus verò quando lis eſt inter præ- 9
ſentatum & electum ab Ordinario, ſeu ab illo prouiſum; nam primo caſu beneficium petitur ab Epiſcopo, qui non tenetur niſi ad factum, & ſic eſt actio mera perſonalis §. *omnium autem inſtit. de act.* In ſecundo autem in quo nos verſamur, actio dirigitur in rem ipſam contra competitorem vel coëlectum, vt patet ex lectura dictæ commiſſionis, & tunc idem Innoc non negat, imo vult contrahi litigioſum, vt *in verſ. ſecus eſt autem*, Lother. *ſupra num.* 38. *cum ſeqq.* & præcipuè *ſub num.* 42. *verſ. & ideo Bonifacius*, Seraph *in d. deciſ.* 990. *num.* 3. vbi loquitur de ſubrogatione ad fauorem præſentati non habentis inſtitutionem contra Ordinariũ exiſtentem in poſſeſſione conferendi, & ex his patet non applicari *deciſionem Illerden. Præcentoriæ* 21.
Maij 1627. *coram bon. mem. Manzanedo*, ex quo ibi 10
agebatur de lite introducta ſuper optione, quæ non tangit neque mutat titulum, Rot. *deciſ.* 604. *n.* 2. *p.* 4. *diuerſ.*

Nec releuat quod prædicta commiſſio dicatur ſubreptitia, ex quo in ea narratur collationem huius Parochialis fuiſſe factam ab Epiſcopo, qui tamen non collationem, ſed electionem dumtaxat ad fauorem d. Valentini fecit, qua ſubreptione ſtante litem fuiſſe introductam dici 11

nequeat

nequeat ad effectum obtinendi subrogationem Sarnen. *super d.reg.de subrogan q.* 11. quia præterquam
12 quod collatio est nomen genericum & comprehendit etiam electionem, & nominationem, & sic in illa sola verificari potest, vt per Gonzal. *gloss.* 16. *num.* 9. Gregor. XV. *decis.* 66. *num.* 2. *&* 3. cessare visa
13 fuit difficultas, ex eo quod in Curia etiam commissio subreptitia iorisdictionem tribuit, *cap. caterum, & cap. ad audientiam de rescript.* Seraphin. *decis.* 513. *num.* 7. & in specie aduertit Mandos *super dict. regul. de subrog. quæst.* 9. *num.* 8. & demonstratur *in Carpen. bonorum* 10. *Aprilis* 1617. coram Sacrato, & coram Greg. XV *decis.* 435. *n.* 5.

Minus obstat quod pro parte D. Francisci non doceatur parochialem de qua agitur esse vnitam dignitatibus Archidiaconatus & Præcentoriæ quod ipsum præsentarunt, imò potius contrarium appareat tam ex iuris præsumptione, quam ex pluribus collationibus einsdem Parochialis factis ab Ordinariis pro tempore ab anno 1574. vsque ad annum 1623. vt *in summ. Antonij dato sub die* 18. *Martij preteriti coram D. Buccabella sub num.* 3. *& sequentib.*
14 quibus stantibus lis detegitur iniusta & calumniosa, quæ impedit concessionem subrogationis, Bisignet. *decis.* 2. *in fine de rer permut.* Callàd. *decis.* 7. *de del. & contum.* & fuit dictum *in Cæsaraugustana de Maella,* 11. *Maij* 1636. *coram Illustrissimo D. meo Decano,* & quotiescumque apparet collitigantem habere titulum à non habente facultatem præsentandi seu instituendi, non dicitur lis introducta ad effectum obtinendi subrogationem, Mandos *super dict. regul. quæst.* 4. *num.* 2. Sarnen. *super ead reg. quæst.* 4. *& super reg. de trienn. quæst.* 47. Rot *decis.* 536. *num.* 4. *part.* 3. *recent.*
15

Nam ex datis in hodierno *sum. num.* 1. *&* 2. *cum seqq.* constat de anno 1324. d Archidiaconatui fuisse vnitam inter alia Parochialem Ecclesiam Sancti Baudilij de Lupricato; Præcentoriæ aotem vnitam fuisse Ecclesiam Parochialem Sanctæ Eulaliæ del Hospitalet, cum reseruatione iuris præsentandi ad fauorem earumdem Dignitatum, & vlterius apparet de anno 1544. Paulum III. pro commoditate populi loci del Prat dismembrasse Ecclesiam, de qua agitor, ex dictis Ecclesiis Sancti Baudilij, & Sanctæ Eulaliæ, ex quibus fuerunt separatæ decimæ primitiæ & oblationes, quæ hodie deseruiunt pro sustentatione dictæ Vicariæ del Prat. Vnde sequitur quod sicut vigore prædictæ vnionis collatio
16 dictarum Ecclesiarum remansit sub dispositione dd. Dignitatum, absque eo quod debeat fieri concursus in earum prouisione, iuxta Constitutionem Sanctæ mem. Pij V. in *antiq. Bullar.* 46. §. *volumus*, & latè tradit Garz. *de benef. part.* 9. *c.* 2. *num.* 289. *cum seqq.* & præcipuè *sub n.* 291. §. *& confirmat*, & fuit in specie resolutum *in Barchinon. Vicaria S. Baudilij* 9. *Februarij, &* 17. *Maij* 1624 *coram R. P. D. meo Merlino*: ita hæc Ecclesia de qua agitur pari modo tanquam fundata intra limites dd. Ecclesiarum, & dotata de illarum bonis & redditibus, fuit effecta eiusdem naturæ, & remansit vnita ac subiecta earumdem Dignitatum dispositioni, iuxta *not. in c. ad audientiam il primo de Ecclesiis ædifican.* vbi Innoc. & Hostien. *in fin.* Mandos *in addition. ad cap. allegat.* 65. *sub littera N.* Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 10. *num.* 8. & fuit dictum *in Leodien. Parochialis de Spa.* 27. *Ianuarij, &* 5. *Maij* 1627. *coram R. P. D. meo Pirouano*, non obstantibus prædictis collationibus de ea per Ordinarios
17 pro tempore factis, quia Bulla præfata Pij V. reseruans præsentationem ad fauorem illorum quibus vnio facta fuit ob decretum irritans in ea apposi-

tum, inficit quamcumque contrariam possessionem, vt in puncto dictæ Constitutionis respondit Rota *in decis.* 710. *num* 6 *part.* 2. *& dec.* 352. *num.* 9. *part.* 4. *recent.*

Tantò magis, quia in proposito dici non potest constare de notorio non iure Francisci, cùm ex supra deductis satis appareat de illius titulo, qui etiam coloratus sufficeret in hac materia, in qua non requiruntur ita rigorosæ probationes boni iuris pro parte petentis subrogationem, Rebuff. *super hac regul. de subrogan. gloss.* 7. *num.* 1. & declarat Achill. *decis.* 7. *vt lit pend.* Gregor. *decis.* 426. *num.* 11. ibique Adden. *& in decis.* 27. *num.* 6. vbi dictum fuit sufficere probabilem & coloratam causam litigandi ad euitandam calumniam & ad effectum obtinendi subrogationem, Buratt. *decis.* 927. *num.* 12. 18 19

Demum nihil facit quod vacatio huius Ecclesiæ contigerit de mense Ianuarij, qui est fixus & Sedi Apostolicæ reseruatus; quia supposito quod d. Ecclesia sit vnita, vt supra fuit firmatum, eo ipso excipitur à regula Cancellariæ vigore dictæ Constitutionis Pij V. quæ mandat vt omnes Vicariæ vnitæ prouideri debeant ab illis quorum Ecclesiis vnitæ reperiuntur, Garz. *de benef. dict. part.* 9. *cap* 2 *n* 291. *&* 294. vbi refert declarationem Congregationis Sac. Concilij Interpretum cum aliis pluribus relatis per Buratt. *in dec.* 214. *num.* 2. ibique Adden. *sub littera A.* 20

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Romana filiationis.

Vener. 1. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Filiatio quando agitur ad effectum assignandi dotem & terminandi litem in petitorio, tanquam fundamentum intentionis Agentis exactè est probanda, testésque nulliter examinati In consideratione non sunt habendi.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio vt probetur ad effectum consequendi alimenta per modum prouisionis lite pendente super negotio principali, qualibet leuis probatio sufficit.*

2 *Filiatio quando de ea agitur principaliter in petitorio ad effectum decidendi litem, vti fundamentum intentionis Agentis exactè est probanda.*

3 *Præsumptionibus & coniecturis standum est cùm alia certa probatio dari nequeat.*

4 *Testes quando tempus est de substantia debent super fama deponere specificè & cum omnibus requisitis, aliàs non suffragantur.*

5 *Testes de consuetudine mutua deponentes quando non percutiunt tempus conceptionis prout requiritur, nullius sunt momenti.*

6 *Testes nulliter examinati nihil nocent.*

7 *Testi à parte inducta & de proprio facto deponenti plena fides est adhibenda.*

8 *Appellans aliquam in infantili ætate filiam, ita videtur appellare causa blandiendi non ad effectum veritatem approbandi.*

9 *Filij vocabulo ſolemus vocare eos quos diligimus.*

10 *Nominatio facta per verba enunciatiuè prolata & in actu qui æque conuenire poteſt etiam extraneo, legitimam coniecturam ad effectum probandi filiationem non præbet.*

11 *Teſtis vnicus de iure nihil probat.*

12 *Confeſſio extraiudicialis vt præiudicet, per teſtes conteſtes de loco & tempore probari debet.*

13 *Similitudo ad probandam filiationem cùm ſit fallax nullius momenti reputatur.*

14 *Coniecturarum qualibet cùm ſit in ſe imperfecta earum coniunctio fieri nequit.*

Maximè cùm plures in contrarium vrgeant potentiores quæ præfatas deſtruunt, ibid.

15 *Probatio Patris vt æquiuoca remaneat quomodo colligitur*

16 *Mors Informatorum quando ad agendum expectatur, ex ea tarditate vehemens oritur ſuſpicio falſitatis.*

17 *Pietas paterna abſcondi non poteſt.*

18 *Amicus mundi maior eſt Pater.*

19 *Signa per quæ quis dicitur tractari vt filius referuntur.*

20 *Pater filios naturales agnoſcens & vti tales tractans, eóſque etiam filiis legitimis commendans, ſi cum filia ſimiliter non fecerit, filiam eius non eſſe præſumitur.*

21 *Probibitio ne deſcribatur aliqua in libro Baptizatorum vti filia ipſius prohibentis deſtruit famam, ita vt ex illa quaſi poſſeſſio filiationis reſultare non poſſit.*

22 *Pater filios naturales ſaltem pro exoneratione ſuæ conſcientiæ alere tenetur.*

DECISIO CXXXVI.

IN hac cauſa ſub die 11. Ianuarij
1631. fuit dictum conſtare, quod
Martia eſſet filia bon. mem. Octauij
de Clementinis, ad effectum conſe-
quendi alimenta, vt in deciſione
emanata coram Reuerendiſſimo D. meo Pampi-
lonen in cuius locum poſtea ſuffectus dubium præ-
fatum repropoſui, ad effectum ei aſſignandi dotem
& terminandi litem in petitorio, & Domini
in hac ſeptima poſitione illud negatiuè reſolue-
runt.

Ea moti ratione; quia quando agitur de pro-
1 banda filiatione incidenter ad effectum conſequen-
di alimenta, per modum prouiſionis lite pendente
ſuper negotio principali, ſufficit quælibet leuis pro-
batio, ex congeſt. per Surd. *in conſ.*1. *num.* 9. & *in*
*tract. de aliment. tit.*1. *quæſt.*112. *num.*11. & dixit
Rot. *in deciſ.* 289. *numer.*1. *part* 1. *recent.* Quando
verò agitur de ea principaliter in petitorio, ad ef-
2 fectum decidendi litem prout in propoſito, tunc
eſt illa magis exactè probanda, vti fundamentum
intentionis Agentis, *l. non ignorat*, vbi Bart. *C. qui*
accuſar. non poſſ. & notat Angel *in l. liberorum in*
princip. ff. de his qui not. infam. Abb. *in c. peruenit*, vbi
Dec. *num* 4. *qui fil. ſint legitimi*, Alciat. *regul.* 1. *præ-*
ſumpt. 38. *num.* 6. & 7. Couarru. *de ſponſalib. part.*2.
*caſ.*8. §. 3. *num.* 6. & ſic diſtinguendo tenuit Rota *in*
deciſ. 289. *num.* 1. *part.*1. & *in deciſ.* 164. *num.* 7. *in fin.*
part. 3. *recent.*

3 Et quamvis in hac materia ſit ſtandum præſum-
ptionibus, & coniecturis, cùm in ea alia certa pro-
batio dari nequeat, Gloſſ. *in l. Lucius, ff. de condit. &*
demonſtr. Gloſſ. *in l.*1. *ff. de probat.* Anchar. *conſ.*215.
*num.*6. Menoch. *de arbitr. caſ.*89. *n.*2. Surd. *d. deciſ.*1.
num. 39. & 40. attamen exiſtimarunt Domini ex
teſtibus validè examinatis, qui dantur *in ſumm. illo-*
rum de Clementinis, non reſultare tales præſumptio-
nes & coniecturas, ita vt ex illis d. filiatio probata
dici poſſit.

Nam prima deſumpta ex fama inter vicinos non
releuat, cùm teſtes de ea deponentes non dicant à
quo tempore, & à quibus hæc fama ortum ha-
buerit; poſſibile enim eſt quod orta fuerit poſt
motam litem, & quod ipſamet Iulia mater Martiæ
eam publicauerit: quando autem tempus eſt de 4
ſubſtantia, debent teſtes ſuper fama deponere ſpe-
cificè, & cum omnibus requiſitis, aliàs non ſuffra-
gantur, Ruin. *conſ.* 52. *n.*6. & 7. *lib.*5. Gozzadin.
conſ. 13. *num.* 29. Peтr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 11.
numer. 376. Rot. *dicta deciſ.* 164. *num.* 9. *part.* 3.
recent.

Secunda deprompta ex conſuetudine dicti
Octauij cum d. Iulia Matre Martiæ nullius eſt mo- 5
menti, quia teſtes de ea deponentes non percu-
tiunt tempus conceptionis prout requiritur, Salicet.
in l. vltim. in fin. ff. de probat. Caſtr *conſ.*115. *num.* 1.
& 3. *lib.*5. Petra *de fideicommiſſ. dict. quæſt.* 11.
num. 400. Menoch. *de præſumpt. lib.*6. *præſumpt.* 53.
*n.*19. *in* 6 *declarat.*

Tertia elicita ex educatione d. Martiæ ſumptibus
eiuſdem Octauij non ſubſiſtit; quia reſultat ex
dictis teſtium nulliter examinatorum, & ſic nihil 6
nocet, *l. ſi quando, C de teſtibus*, Pariſ. *conſ.* 53. *num.* 23.
lib. 4. Caputaq. *deciſ.* 209. *num.* 7. *part.* 2. Rota coram
Buratto *deciſ.* 459. *num.* 2. vltra quod contrarium
conuincitur ex depoſitione nutricis d. Martiæ for-
miter examinatæ, quæ aſſerit alimenta, & ſalarium
ſemper recepiſſe à dicta Iulia, cui propterea vti in- 7
ductæ à dicta Martia, & deponenti de facto pro-
prio eſt plena fides adhibenda, Surd. *conſ.* 550.
num. 3.

Quarta deducta ex eo, quod d Octauius dum lo-
quebatur cum d. Martia in infantili ætate appella-
ret illam filiam, nec etiam concludit, quia illa no- 8
minatio videtur facta incidenter cauſa blandiendi,
vt fieri ſolet, & non ad effectum approbandi veri-
tatem, *l. nemo*, §. 1. *ff de hæred. inſtit.* Dec. *in cap. per*
tuas num. 8. *de probat.* Pariſ. *conſ.*10. *num.* 15. 49.
& 86. *lib.* 2. ſolemus enim ſæpè filij vocabulo vo- 9
care eos, quos diligimus, vt ait Surd. *de aliment.*
*tit.*1. *dict. quæſt.*112. *num.*9. vbi refert Crauett. *in*
*conſ.*249. *num.* 10. & alios concordantes: quando
autem nominatio facta fuit per verba enunciatiuè 10
prolata, & in actu qui æque conuenire poteſt etiam
extraneo, non præbet legitimam coniecturam ad
effectum probandi filiationem, Gloſſ. *in dict. cap. per*
tuas de probat. Dec *conſ.* 462. *num.*10. Petra *de fidei-*
*commiſſ. dict. quæſt.*11. *num* 261. Menoch. *de præſumpt.*
53. *num.* 38. & 39. *lib.*6. Surd. *vbi ſupra dict. num.*9.
Gratian. *diſcept. forenſ cap.* 562. *n.* 5. 6. & 7. & cenſuit
Rota apud Buratt. *deciſ.* 725. *n.*6.

Quinta fundata in confeſſione dicti Octauij ſu-
per defloratione d. Martiæ, minus officit, quia de
ea deponit tantùm vnicus teſtis qui de Iure nihil 11
probat, *cap. licet il primo, cap. veniens il primo de teſtib.*
Gabr. *eodem tit. concluſ.* 1. *num.* 1. & ad hoc, vt con-
feſſio extraiudicialis præiudicet, debet probari per 12
teſtes conteſtes de loco, & tempore, vt notant DD.
in cap. licet ex quadam extra de teſtib. Pariſ. *conſ.*60.
*num.*45. Caſtr. *conſ.*296. *num.* 1 *vol.*1. Afflict. *dec.* 364.
*n.*4. *verſ. ita tamen confeſſio*, Rot. *deciſ.*700. *num.* 13.
part. 2. *recent.*

Sexta denique coniectura reſultans ex ſimilitu-
dine.

dine d. Martiæ cum d. Octauio & Hieronymo eius
filio legitimo, & naturali, super qua deponit testis
vltimo loco examinatus, nec illa aduersatur; quo-
13 niam argumentum proueniens ex hac similitudine
est multum fallax, & propterea vt de per se nullius
momenti reputatur, Guilliel. Bened. *in cap. Raimu-
tius in 3. part. verb. qua filium ex eo suscipiens num. 6.
de testam.* Curt. Iun *cons. 31. col. 5.* Gabr. *conclus. 14.
num. 7. de probat.* Menoch. *de arbitrariis lib. 2. cas. 89.
num. 97.* & *de præsumpt. lib. 6. de præsumpt. 53.
num. 47.* Mohed. *decis. 1. num. 2. tit. qui filij sint le-
gitimi.*

Neque visum fuit Dominis istas coniecturas
posse coniungi, adeò vt intrare debeat regula,
quod quæ non possunt singula simul iuncta iuuent,
cap. cum causam, vbi & DD. *de probat.* Surd. *dict.
cons. 1. ante num. 51. vers. & quamvis* Quia cùm quæ-
14 libet ex coniecturis supra relatis sit in se imper-
fecta, earum coniunctio fieri nequit, Bald. *in l. si
quis ex argentarijs §. 1. num. 2. & seqq. ff. de eden.* Alex.
cons. 11. num. 3. & 5. lib. 4. Gabr. *de probat. conclus. 1.
num. 33.* Mantic. *decis. 307. num. 15.* Rot. *decis. 519.
num. 7. part. 2. recent.* maximè cùm plures in contra-
rium vrgeant potentiores pro exclusione filiationis
quæ præfatas destruunt, *l. diuus de in integr. restitut.
minor.* Abb. *in cap. transmissa qui fil. sint legi-
timi in fin.* & in terminis filiationis Gabr. *cons. 15.
num. 6.*

15 Et quidem prima prouenit ex eo, quod vltra ac-
cessum cuiusdam Medici, Martinus famulus d. Octa-
uij continuò versabatur in domo d. Iuliæ de die, &
de nocte, tam in publico, quàm in secreto, vt de-
ponunt testes *dict. sum. num. 4.* Vnde fit quod pro-
batio Patris æquiuoca remaneat, per *text. in l. vulgo
concept.* vbi Gloss. Bald. & alij *ff. de stat. homin. §. si ad-
uersus instit. de nupt.* Rot. *d. decis. 289. num. 2. part. 1.
recent.*

Secunda resultat ex taciturnitate d. Iuliæ, &
Martiæ 20. annorum spatio, quæ ausæ non fuerunt
huiusmodi litem excitare, sed expectarunt obitum
dd. Octauij, & Martini famuli, qui de hoc erant
benè informati; quando autem ad agendum ex-
16 pectatur mors Informatorum, ex hac tardatione
oritur vehemens suspicio falsitatis, *argum. cap. 3. loco
de probat. l. consensu, §. super plagiis, C. de diuort.*
Aym. *cons. 18. n. 6. & 7.* Rot. *decis. 366. n. 7. post 2. vol.
cons. Farin.*

Tertia deducitur ex quo d. Octauius post matri-
monium d. Iuliæ penitus deseruit ipsam & Martiam
filiam, absque quod tanto temporis spatio aliquod
defalcationis signum erga d. Martiam ostenderit,
17 quod esset contra pietatem paternam, quæ abscondi
non potest, iuxta notat. per Bald. *in cap. per tuas
18 num. 4. vers. dicit glos. de probat.* maior enim amicus
mundi est Pater, *l. quidam cum filium ff. de hæred. instit.*
& signa per quæ quis dicitur tractari vti filius, sunt
19 illa, quæ consueuerunt circa filium exerceri, vtpote
ipsum in domo alere, eum ad scholas mittere, in
testamento illum instituere, facere sibi vestimenta
necessaria, eúmque scribere in natalibus filiorum,
& similia, prout recenset Abb. *in dict. cap. per tuas
num. 5. de probat.* quorum nullum in proposito con-
currit.

Quarta colligitur ex eo quod d. Octauius alios
20 filios naturales agnouit, ac illos vti tales tractauit,
& educauit, eósque filiis legitimis etiam commen-
dauit, vt dicunt testes *dict. summ. num. 15.* quod cùm
non fecerit similiter cum d. Martia, præsumendum
est eam filiam suam non esse, Gloss. *in dict. cap. trans-
missa, verb. nota qui sunt fil. legitim.* Felin. *in dict. cap.
per tuas num. 57. de probat.* Alex. *cons. 88. num. 9.
lib. 1.* Rot. *dict. decis. 289. num. 6. part. 1. re-
cent.*

Quinta depromitur ex præcepto d. Octauij,
ne d. Martia describeretur in libro Baptizatorum 21
vti ipsius filia, *dicto summario num. 1.* ex qua prohi-
bitione destruitur fama, itavt ex illa resultare non
possit quasi possessio filiationis, Petra *de fideicomm.
in dict. quæst. 11. num. 453.* Mascard. *de probat. conclus.
791. num. 13.* cum aliis relat. per Menoch. *in dict.
præsumpt. 53. n. 44. lib. 6.*

Sexta & vltima coniectura oritur ex eo quod d.
Octauius non solùm toto tempore eius vitæ non
præstauit d. Martiæ alimenta, sed illam etiam præ-
teriuit in testamento; & tamen certum est, quod 22
Pater filios naturales tenetur saltem alere pro exo-
neratione suæ conscientiæ, *cap. cum haberet in fin.*
cum ibi notat. per DD. *de eo qui dixit in matrimo-
nio*, & sequuntur infiniti relati per Surd. *de ali-
mentis tit. 1. quæst. 9.* per tot. & signanter *sub
num. 6.*

Ex quibus cùm constet non adesse sufficientem
probationem pro dicta Martia resultantem, ex de-
positionibus testium [illegible], & recte examinatorum,
responderunt Domini non constare de filiatione, &
alij testes dati *in summario dicta Martia* præfatos
datos *in summario illorum de Clementinis*, tanquam
nulliter examinati non fuerunt habiti in conside-
ratione.

Et ita vtraque parte, &c.

Maioricen. Beneficij.

Vener. 1. Iulij 1639.

ARGVMENTVM.

Arbitrium Rotæ pro retardanda execu-
tione intrat, stante iniustitia sententiæ
declaratoriæ, à qua quamvis transiis-
set in iudicatum etiam ad effectum
suspensiuum de iure appellatio datur;
vbi plura de Iurepatronatus laicorum,
& an sub reseruationibus Apostolicis
cadat?

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à Iure regulatur.*
2 *Appellatio à sententia declaratoria iniusta ad ef-
fectum etiam suspensiuum de iure datur.*
3 *Sententia quando detegitur iniusta non potest dici
in iudicatum transitum fecisse.*
4 *Litera expedita in forma Breuis de càpienda pos-
sessione dum fundantur in reseruatione prætensa,
sine reseruatione non conceduntur.*
5 *Reseruatione cessante Breuis executio cessat.*
6 *Beneficium quando est de Iurepatronatus laicorum
ex fundatione & dotatione, sub reseruationibus
Apostolicis non cadit.*
7 *Iuspatronatus vt iustificetur maximè quoad per-
sonam priuatam cuius respectu nihil immutauit
Concil. Trident. ordinaria probationes suffi-
ciunt.*
8 *Iuspatronatus priuatorum etiam ex coniecturis præ-
sumptionibus & adminiculis probatur.*
9 *Præsentationes de longo tempore & quidem effectua-*

14

tæ vnà post obitum alterius Iuspatronatus sufficienter euincunt.

10 *Arbitrium pro retardanda executione vt intret, sufficit deduci Iura ex quibus Iudex de iniustitia sententiæ possit suspicari.*

11 *Sententia quamvis transierit in iudicatum, superueniente causa per quam constat de illius iniquitate executioni mandari non debet.*

12 *Clausula* parito arbitrio Rotæ *facit vt Rota propter iniustitiam detectam pro suspensione executionis possit arbitrari.*

13 *Arbitrium ad reuocanda iam executa non intrat.*

14 *Possessio merè Instrumentalis attenta possessione plena anteriori suffragari non potest.*

15 *Iudex iniustè procedens nemini potest præiudicare.*

16 *Papa arbitrium signanter indulget ad effectum executionis retardandæ quatenus de Iure appellationi locus esse possit.*

17 *Executionis reliquiæ cùm adhuc supersint, eò magis intrat arbitrium pro vlteriori executione retardanda.*

DECISIO CXXXVII.

VM vacasset beneficium Iurispatro-
natus laicorum de quo agitur per obi-
tum Ioannis Villapine, fuit collatum
ab Ordinario præuia Patroni præsen-
tatione Gabrieli Abraham possessio-
ne subsecuta, & postea fuit illud etiam impetratum
à Sede Apostolica vti liberum, & vacans in mense
reseruato per Michaelem Marquez, qui expeditis
desuper literis in forma Breuis, & capta possessio-
ne Instrumentali nomine Cameræ, sententiam de-
claratoriam per contradictas contra eundem Ga-
brielem reportauit. Quare interposita ab ista ap-
pellatione à die habitæ notitiæ, & causa per Signa-
turam mihi commissa cum clausula *parito Iudicato
arbitrio Rotæ*, dubitaui an intret arbitrium pro re-
tardanda exequutione, & Domini affirmatiuè res-
ponderunt.

1 Moti ex eo quod arbitrium regulatur à Iure, Bart.
in extrauag. ad reprimendam verb. videbitur num. 8.
Alex.*cons.* 33.*lib.* 1. Cæsar de Grass.*decis.* 7.*num.* 7. *de*
2 *re Iudic.* & de Iure à sententia declaratoria iniusta
datur appellatio ad effectum etiam suspensiuum, vt
per Felin.*in cap. cum non ab homine num.* 12.*de Iudic.*
Duenn.*regul.* 41.*num.* 8. Franc.*in c.pastoralis*, §.*verum
num.* 27.*quæst.* 6. Capic.*decis.* 1.*num.* 19. Anton.Gabr.
lib. 6. *commun. sub tit.de regul. Iur. conclus.* 3. *num.* 59.
Put.*decis.* 173. *n.* 1. *lib.* 2. cum aliis relatis per Scacc.
de appellat. quæst. 17. *limit.* 22.*num.* 36.& 38. absque
quod applicentur notata per eundem Scacc. *suprà
in num* 44. vbi firmatur quod à declaratoria censu-
rarum ob non paritionem rei iudicatæ non datur
3 appellatio, quia dum dicta sententia detegitur in-
iusta, dici non potest quod transitum fecerit in iu-
dicatum, vt per DD. *in l.* 4. §. *condemnatum de re
Iudic* Felin. *in cap. super literis num.* 15. *de rescript.*
Seràph. *decis.* 381. *num.* 13. & propterea illa exe-
quenda non est, Rot. *decis.* 323. *num.* 1. *part.* 5.
recent.

Quod autem sententia præfata sit iniusta, patet
ex eo quod emanauit vigore literarum expeditarum
4 per d Michaelem in forma Breuis, de capienda pos-
sessione nomine Cameræ, quæ fundantur in præ-
tensa reseruatione, vt *in eius summ.num.* 1. *& seqq.*
de qua tamen nullibi constat: & certum est, quod
sine reseruatione similes literæ non conceduntur,
vt notat in specie Garz. *de beneficiis part.* 6. *cap.* 5.
num. 9.& 10. vbi plures decisiones Rotæ refert; &
cessante reseruatione cessat Breuis executio, vt di- 5
xit Rota coram Gregor.XV.*in decis.* 53. *in fin.* non
solùm enim non probatur reseruatio, sed ea peni-
tus excluditur, ex quo docetur beneficium contro- 6
uersum esse de Iurepatronatus laicorũ, ex fũdatione
& dotatione, quod non cadit sub reseruationibus
Apostolicis, vt notat Gonzal. *super reg.* 8. *gloss.* 18.
num. 2. & tradit Gloss. *in c.* 2. *de præbend. in* 6. Rot.
decis. 304 *num.* 1.*part.* 2. *diuers* Buratt. *decis.* 702.*n.* 7
& pro illius iustificatione sufficiunt ordinariæ pro- 7
bationes, dum versamur provt hîc in persona pri-
uata, cuius respectu nihil immutauit Sacrum Con-
cilium Tridentinum, Gonzal. *supra num.* 58. & dixit
Rota pluries vt *in dec.* 798.*n.* 4.*p.* 1.*diuers.* & *dec.* 374.
n. 1.*p.* 2.*rec.* & coram Buratto *in Neapolitana beneficij*
28.*Iunij* 1621. quæ est inter eius impress. 552. vbi
sub num. 5. firmatur Iuspatronatus priuatorum pro- 8
bari etiam ex coniecturis, præsumptionibus, & ad-
miniculis, Rot. *decis.* 360. *num.* 5.*part.* 2. *recent.* cum
aliis relatis per Adden. ad Buratt.*in d.decis.* 532. *sub
litera B.*

Dantur itaque præsentationes ab anno 1546. 9
vsque in præsens, *summ.d.Gabrielis num.* 4.5.& 6. &
quidem effectuatæ vna post obitum alterius, iuxta
cons. Oldrad. 229. Lambert.*de Iurepatr.lib.* 2. *part.* 1.
quæst. 10.*art.* 7 *num.* 11. Rot.*decis.* 147. *num.* 1.*part.* 1.
diuers. & *in decis.* 154.*num.* 4. & 5.*part.* 2. *recent.* vbi
plures aliæ concordantes referuntur. Vnde dubi-
tari nequit de sufficienti probatione patronatus
ad hunc effectum, in quo sufficit etiamsi talia de-
ducantur per possessorem, quæ reddant turbidam
reseruationem, ex notat per Gonzal. *super reg.* 8. *in
annot.contra nullitat.num.* 287.

Non obstat, quod Iura dictum patronatum iusti-
ficantia, non fuerint producta coram A.C.& sic ex
illis desumi non possit iniustitia illius sententiæ, quę
debet ex eisdem actis apparere, vt fuit dictum *in
Corduben præstimonij* 18.*Iunij* 1267. *coram bon. mem.
Remboldo*; quia ad effectum vt intret arbitrium pro 10
retardanda executione, sufficit quod deducantur iu-
ra, exquibus Iudex possit de iniustitia sẽtẽtiæ suspi-
cari, Anton. Augustin.*decis.* 400.*lib.* 3. Seraph. *decis.*
425.*n.* 3. quinimo quamuis sententia fecisset transi- 11
tum in iudicatum, quando postea provt hic super-
uenit causa per quam constet de illius iniquitate,
non debet executioni mandari, vt ex doctrin. Innoc.
in c. 2.*de pur.vulg.* & Felin.*in cap. inter cæteras col.* 1.
verb. 1.*fin amplia*, firmauit Rota coram Caputaq. *in
decis.* 114.*num.* 2.*part.* 3.

Hincque patet non applicari d.decisionem Cor-
duben.coram Remboldo, cùm in ea non ageretur
de supersedendo in vlteriori executione vt in
proposito, sed de reuocanda executione vti spolia-
tiua, mediante productione vnionis facta per sen-
tentiam, nec erat commissa causa appellationis per
Signaturam Iustitiæ, gustata totius facti veritate,
cum clausula *Parito arbitrio Rotæ*, quo casu Ro- 12
ta propter iniustitiam detectam potest arbitrari pro
suspensione executionis, vt fuit responsum in *Vr-
gellen.Canonicatus* 27.*Nouembris* 1634. *coram Reue-
rendiss. P. D. meo Pirouano*, in cuius casu allega-
batur etiam dicta Corduben. præstimonij coram
Remboldo.

Minus obstat quod arbitrium non intret ad re- 13
uocanda iam executa, Rot.*decis.* 70. aliàs 64. *part.* 1.
recent. & coram Buratto *decis.* 138. *num.* 1. cum aliis
allegatis, quoniam in præsenti non ostenditur di-
ctam possessionem fuisse realem, & effectuatam 14
per

per perceptionem fructuum, sed [illegible] Instrumen-
talem, quæ attenta possessione [illegible] anteriori d.
Gabrielis nihil suffragari potest, l. [illegible], §. si con-
ductor, cum ibi notat. ff. de acquir. possessione, Rot.
decis. 390. part. 1. diuers. & fuit sæpius decisum, non
15 obstante contraria sententia Iudicis, qui iniustè pro-
cedens eidem Gabrieli præiudicare non potuit,
Angel. in l. clam. possidere, §. qui ad nundinas num. 2.
ff. de acquir. possess. Corn. cons. 193 num. 4. lib. 3. & pro-
pterea dum de Iure à dicta sententia dabatur ap-
pellatio, vt supra fuit ostensum, quicquid actum
fuit circa executionem, suspensum remansit per ap-
16 pellationem subsecutam; quia signanter indulsit
arbitrium ad effectum executionis retardandæ, qua-
tenus de Iure appellationi locus esse possit, Cresc.
decis. 1. de rescript. & 4. de testib. cum aliis cumulat.
per Adden. ad Gregor. XV. in decis. 189. num. 8. &
facit decis. 504. num. 5. part. 4. recent. alias enim d.
clausula arbitrio Rota redderetur inanis, Menoch.
de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 35 Rot. decis. 363. part. 2.
recent.

Et in omnem euentum, cùm adhuc supersint re-
17 liquiæ d. executionis circa perceptionem fructuum,
super quibus, & super censuris fulminatis contra
prouisum ab Ordinario cadit etiam clausula præ-
dicta, negari non potest quin sit locus arbitrio pro
retardanda vlteriori executione, vt declarauit Rota
in Terraconen. Parochialis 4. Februarij 1604. coram bon.
mem. Litta relat. in decis. 177. n. 2. apud Illustrissimum
D. meum Decanum, & idem fuit dictum in Camerì-
nen. prioratus sub 10. Decembris 1636. & 27. Martij
1637. coram me.

Et sic decisum vtraque parte audita, &c.

Perusina Pecuniaria.

Sabbathi Rota Martiniana 5. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Creditum liquidum ex Instrumento obligatione Camerali vallato prouenienS & per Rotam canonizatum, cum credito illiquido altiorem indaginem requirente non est compensandum.

SVMMARIVM.

1 *De credito liquido ad illiquidum non fit compensatio*

2 *Obligatio Cameralis compensationem turbidam & altiorem indaginem requirentem non admittit.*

3 *Creditum illiquidum & altiorem indaginem requirens quomodo probatur.*

4 *Agens vel excipiens ex Instrumento in quo promissa non adimpleuit, commodum aut lucrum aliquod ex eodem Instrumento consequi nequit.*

5 *Creditum liquidum dici nequit donec detractiones vigore Instrumenti facta fuerint.*

6 *Legitima in certa parte bonorum consistente etsi postea fuerit declaratus valor eorundem bonorum in summa, non tamen mutantur pacta, sed summa dicitur esse in obligatione, bona verò in solutione.*

7 *Compensatio de specie ad quantitatem non admittitur.*

DECISIO CXXXVIII.

VÆSITVM fuit an intret compen-
satio, & negatiuè fuit responsum,
quia creditum D. Iosephi est liqui-
dum prouenienS ex Instrumento obli-
gatione Camerali vallato, de quibus
in eius summario num. 1. & per Rotam canonizatum,
vt in decisione emanata sub die 26. Iunij 1637. co-
ram bon. mem. Buccabella; creditum verò DD.
Francisci & fratrum compensationem prætenden-
tium est illiquidum, & turbidum, quo casu intrat
illa receptissima conclusio, quod de liquido ad illi- 1
quidum non fit compensatio per text. expressum in
l. fin. vbi DD. C. de compensat. Abban. cons. 211. num. 2.
Seraph. decis. 1455. num. 4. & 5 itaque receptissima
præcipuè obligatione Camerali, quæ non admittit 2
compensationem turbidam, & altiorem indaginem
requirentem, Rom. cons. 26 num. . Rot. decis. 627.
num. 3. part. 1. diuers. Galles. de obligat. Camer. quæst. 3
18. num. 7. & 11. vbi Adden. num. 9. & sequen-
tibus.

Quod autem creditum dd. Francisci, & Fratrum
sit illiquidum, & altiorem requirat indaginem,
colligitur ex lectura concordiæ inter Ioannem An-
tonium eorum Patrem, & Iosephum initæ dat. eo-
dem sum. num. 2. & 4. vbi licet appareat eisdem Fran-
cisco, & fratribus ex persona Vincentiæ eorum
Amitæ (cuius sunt illi hæredes ex testamento) de-
beri legitimam in bonis Iosephi senioris Patris
dictæ Vincentiæ, & Aui respectiuè d. Iosephi iu-
nioris, illamque fuisse declaratam esse duode-
cimam partem bonorum, quæ fuerunt eidem
Iosepho Iuniori relicta, & postea æstimata va-
lere scut. 1312. vt in apoca dicto summario nu-
mer. 5.

Attamen econtra in eadem concordia d. Ioan.
Antonius promisit renunciare iuribus cuiusdam le-
gati facti à Ludouico, & omni alio Iuri quomodo-
libet ei spectanti super hæreditatibus Iosephi se-
nioris, & Griseidæ Pauluccciæ, dummodo per di-
ctum Iosephum iuniorem fuisset eidem tradita di-
midia pars bonorum d. Ludouici cum quibusdam
fructibus, quæ traditio bonorum, & fructuum
promissa per dictum Iosephum, quamvis secuta
fuerit iuxta formam præcedentis conuentionis, vt
legitur in decisionibus in causa factis, scilicet sub
die 11. Maij 1629. coram Reuerendissimo D. meo Vr-
gellen. quæ est decis. 200. inter eius impress. part. 1. &
sub die 2. Martij 1635. coram bon. mem. Mormanno:
nihilominus dd. Iurium renunciatio nunquam fuit
effectuata, & sic ex capite non adimplementi dd.
Franciscus & fratres, filiique respectiuè d. Ioan.
Antonij excluduntur à prætensa compensatione
cùm vera sit illa conclusio, quod agens vel exci-
piens ex Instrumento in quo promissa non adim- 4
pleuit, commodum, aut lucrum aliquod ex eo-
dem Instrumento consequi nequit, vulgat. l. Iulia-
nus, §. offerri, ff. de act. empt. Roland. cons. 69. n. 8.
lib. 4. Becc. cons. 45. num. 6. Surd. cons. 52. num. 32.
& 34. & cons. 563. num. 4. Rot. coram Seraphin.
decis. 225. n. 1.

Præterea illiquiditas prædicta augetur ex eo,
quod declaratum fuit legitimam dictæ Vincentiæ
ascendere ad scuta 1312. cum hoc tamē quod de ista
quantitate detrahenda esset pensio vnius apothe-
cæ vnà cum fructibus aliorum bonorum, quæ
probarentur empta ab eodem Iosepho, vt patet ex
4. capitulo eiusdem concordiæ in fin. ibi, detracto verò

il fitto della Bottega del sellaro, che fin al presente giorno fosse venuto alle mani del Signor Giouanni Antonio; & ex apoca *dict. sum. num.* 5. ibi, *de quali però si douranno dedurre quelli debiti, & compre, ch' oltre le prodotte produrrà il Signor Gioseppe*. Ideò donec fue-
5 rint factæ dd. detractiones creditum liquidum dici nequit, ex notat. per Gabr. *in conf.* 61. *num.* 17. *lib.* 2. Crauett. *conf.* 175. *num.* 13. *versf.* 3. personaliter Paris. *conf.* 90. *num* 43. *lib.* 1. Ancharan. *conf.* 235. *num* 1. Rot. post Pacif. *de Saluian. decis.* 203. *num* 4 & 5.

Quibus accedit, quod in dicta concordia dnm promittitur, quod d. Io. Antonius Pater Francisci
6 & fratrum consequatur legitimam Vincentiæ, dicitur, quod illa est duodecima pars bonorum, quæ Iosephus communis parens reliquerat, & quod eadem bona debebant diuidi & consignari vna cum fructibus, *dict. sum num.* 4. & licet postea fuerit declaratus valor eorundem bonorum *in sum.* 13. 12. hoc fuit factum non vt mutarentur pacta contenta in concordia super consignatione bonorum pro credito legitimæ, sed ad effectum sciendi pro qua summa essent dicta bona consignanda, adeò vt summa dicatur esse in obligatione, bona verò in solutione, ad notat. per text. *in l. si quis stipulatus fuerit decem in melle* 57. *ff. de solut.* Ruin. *conf.* 65. *lib.* 2. Peregrin. *conf.* 86. *lib.* 5. Rot. *decis.* 103 *part.* 1. *recent.* Vnde cùm legitima debeatur in bonis prænominatis, & sic in specie non potest compensari cum debito liqui-
7 do debito in quantitate, cùm certum sit de specie ad quantitatem non admitti compensationem, vt probat *text. in l. si conuenit, ff. de pignorat. act. l.* 3. *C. in quibus caus. pign. tacitè contrahatur*, Negusant. *de pignor.* 5. *membr.* 5. *parte principal. num.* 11. Rota coram Seraph. *dict. decis.* 1445. *num.* 3. & *in recent. decis.* 403. *num.* 17. *in fin.*

Et ita vna tantùm, &c.

Tiburtina hæreditatis.

Lunæ 14. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

De hærede vniuersali vigore testamenti publici instituto, sæpius repetitis obiectis in prioribus decisionibus sublatis manutenendo; vbi plura de Iudice Criminali, an & quando Iurisdictionem super actione ciuili exercere possit?

Vide suprà *Decis.* 128.

SVMMARIVM.

1 *Iudex criminalis super actione ciuili Iurisdictionem exercere non potest.*
2 *Sententia quando est nulla in iudicatum transire nequit.*
3 *Deuolutum dicitur tantum quantum appellatum & tantum appellatum quantum pronunciatum.*
4 *Testamento falso in Iudicio & extra nulla fides est adhibenda.*
5 *Sententia secunda continens liberationem à falsitate prioris & canonizationem validitatis fieri potest per Iudicem criminalem, quando effectus ciuilis prosecutionis in consequentiam venit.*
6 *Clausula quam & quas in commissione apposita tribuit Iurisdictionem prout in prima pronunciandi.*
7 *Institutio in testamento nuncupatiuo potest probari per testes, quamuis Notarius eam scribere omiserit.*
8 *Testes septem requiruntur quando agitur de solemni testamento vti erroneo reprobando.*
9 *Testamentum ab vltimo actu conclusiuo recipit perfectionem.*
10 *Voluntas testatoris ab his quæ ante & post testamentum dixit colligitur.*

DECISIO CXXXIX.

AM erat mihi ordinata huius causæ expeditio ad fauorem Petri Pauli præuiis tribus decisionibus conformibus, & dum pro eius parte seruabantur termini de stilo seruari soliti contra omnes litis consortes, inter quos connumerabantur Pater Franciscus Iesuita, & Victoria, tanquam filij quondam Marci Antonij Paulini, fuit pro parte istorum oppositum eos nunquam fuisse citatos in processu causæ, nec in disputationibus huc usque factis; ideo Rota mandauit, vt constito in actis de eorum mandato procuræ, & aditione hæreditatis paternæ, reproponeretur denuo causa super eisdem ipsis auditis. Et licet pro parte dictæ Victoriæ duntaxat fuerit mandatum procuræ productum cùm aditione hæreditatis, & sic ipsa tantùm audiri deberet, cùm quoad alios firmus remaneret ordo expeditionis: attamen hodie causa fuit reproposita eadem Victoria audita, cum aliis litis consortibus ild P. Francisco Iesuita pluries citato, & Domini iterum pro quarta vice in decisis perstiterunt; quia omnia sæpius repetita obiecta recantata fuere, quæ in prædictis decisionibus sublata remanserunt.

Repetebant enim principaliter informantes pro d. Victoria, & litis consortibus, quod sententia criminalis D. Vices gerentis fuerit nulla ex defectu Iurisdictionis, sub prætextu, quod in ea non solùm fuerit reuocata sententia A.C. prolata super falsitate testamenti Ioan. Baptistæ Zacconij, qui hæredem instituit vniuersalem d. P. Paulum, sed etiam vlterius fuerit declaratum, d. Testamentum vti ritè & rectè factum esse exequendum, quod respicit Ius Ciuile, & Iudex Criminalis non potest 1
Iurisdictionem exercere super actione Ciuili, vt probat text. *in l. solemus, §. latrunculator. ff de Iudic.* Crescent. *decis.* 5. *num.* 1. *eodem tit.* & consequenter stante hac nullitate sententia prædicta non potue- 2
rit transire in iudicatum, *l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re Iudic l non putabit, § non quamuis ff. de contrahab.*

Sed fuit responsum quod d. V. Gerens Iudex appellationis in hac causa non excessit fines suæ Iurisdictionis, quia ad ipsum deuoluta fuit cognitio eius quod fuit iudicatum per primos iudices; tantum 3
igitur intelligitur deuolutum, quantum appellatum, & tantum appellatum quantum pronunciatum, vt notat Franc *in c. si duobus n.* 6. *vers. circa tertium casum*, & *n.* 9. *de appellat.* Cùm itaque primi iudices in eorum sententia pronunciassent testamentum d, Ioan. Baptistæ Zacconij esse falsum & nullum, ac nullius roboris & momenti, illique tanquam falso 4
nullam fidem in Iudicio & extra esse adhibendam, *summ. d. P. Pauli hodie dat. num* 1. bene potuit V. Gerens reuocando sententiam dd. Iudicum absoluere reos conuentos à criminalitate, subdens testamentum esse ritè & legitimè conditum & stipulatum

stipulatum, & pro tali fore exequendum, *dicto summario num.* 2. Nam sicut prima sententia continet narratiuam falsitatis, ita secunda continet liberationem à falsitate, & canonizationem validitatis, quod fieri potest per Iudicem Criminalem, quando prout hîc effectus ciuilis prosecutionis venit in consequentiam, ex notat. per Bart. *in l.interdum l.2.§.qui furem num.5.de furt.* & *in l.2.§.hoc edicto num 2.ff.vi bonor.raptor.* Bald. & Salicet. *in l. qui crimen, C.qui actus non poss.* & hoc idem dicit Cresc. *in d.decis.5.* vt patet ex eius lectura, & hæc eadem responsio fuit data in prima decisione causæ emanata sub die 22. Iunij 1637. *in §. provt etiam.*

Præterea ex quo hodie non agitur de tollenda prima vel secunda instantia, sed de re iudicata secuta ob non prosecutam appellationem interpositam à dicta sententia V.Gerentis, vt fuit firmatum per tres decisiones, sufficit quod commissio causæ appellationis directa Eminentissimo D. Cardinali Vi-
6 cario, cum præciso rescripto vt V. Gerentem deputaret, contineat clausulam *quam* & *quas*, quæ tribuit iurisdictionem pronunciandi provt in prima, Achil. *decis.14.de rescript.* Cæsar de Grassis *decis.2. n.6. eodem tit.* cum aliis allegatis in eadem prima decisione causæ sub *eodem §.provt etiam in fin.*

Repetebatur etiam ab eisdem informantibus circa iustitiam, quod ad hæreditatē, de qua agitur, debebant admitti omnes nepotes testatoris saltem cumulatinè cum d.P.Paulo, ex testibus iterum pro eorum parte ponderatis, deponentibus, quod Testator in actu stipulationis testamenti ad interrogationem Notarij pro habenda institutione hæredis vniuersalis nominauerit omnes ipsos, quorum institutio in
7 testamento nuncupatiuo potest probari per testes, quamuis Notarius eam scribere omiserit, per text. *in l.errore, C.de testam.* vbi Castr. *n.3.* Alex. *n.4.* Buratt. *decis.897.n.7.*

At fuit responsum, quod præterquam quod in vltima decisione causæ extensa sub die 16. Maij præteriti, *in §.attamen* firmatur, quod de prædicta no-
8 minatione non deponunt septem testes, provt requiritur, quando agitur de reprobando solemni testamento vti erroneo, provt in puncto tenet Dec. *cons.105 n 3.* & signanter *n.4.lib.1.* cum aliis ibidem notat. In omnem casum dixerunt Domini, quod quatenus omnes testes deponerent de tali nominatione, adhuc illa suffragari non posset: Quia Testator ante in dictatione testamenti facta ex ore proprio, pro hærede vniuersali scribere curauerat solum d. P. Paulum, & deindè in actu stipulationis post d.æquiuocam nominationem aliorum nepotum in replicatione facta à Notario, quemnam scilicet vellet instituere hæredem vniuersalem, respondit *Pietro Paolo de Angelis mio nepote*, vt de hac geminata, & deliberata institutione solius P.Pauli deponunt testes testamentarij dati integrè *in eius summ. dat.sub die 3.decisionis n 3.* & sic solus P.Paulus tanquam hæres vniuersalis debet ad hāc hæreditatem
9 admitti, cùm testamentum perfectionem recipiat ab vltimo actu cōclusiuo, ex notat per Bald. & Imol. *in l.si is qui s.ff.de testam.* Socin.Sen. *cons.12.n.3. lib.3.* Rot. *decis.173 num 6. part.1. diuers.* & plenè fuit firmatum *in 2. decisione sub die 15. Martij 1638. in §.nec relevat.* & latius *in 3.in §.reliquerat.*

Absque quod vlla sit habenda ratio prædictæ intermediæ nominationis aliorum nepotum, cùm fuerit erronea & æquiuoca, confundendo hæredes particulares paulò ante nominatos cum hærede vniuersali, provt conuincitur tam ex depositionibus Notarij, & Vicarij, qui vti Iudex assistebat actui ex dispositione statuti Tiburtini, *dicto summario num. 4.* quàm ex totius facti serie latè ponderata *in 3.decisione causa per tot.* voluntas autem testatoris colligitur 10
ex his quæ dixit ante & post testamentum, vt in indiuiduo plures referens firmat Surd. *in cons.414. numer.64.65.& 66.* cum aliis adduct. *in eadem decisione causa, §.quinimo in fin.* cuius quidem, & aliarum duarum præcedentium decisionum fundamenta visa fuerunt adhuc inconcussa subsistere, non obstantibus aliis ex aduerso reseruatis obiectis circa minutam d.testamenti Zacconis, & alia; & ideo Domini cum illis transierunt.

Et ita decisum, &c.

Romana Palatij.

Mercurij 16. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

Donatio alicui titulo irreuocabili acquisita & ad fauorem alterius cum clausula constituti resignata, possessionem in constitutarium transfert, cui proinde de Iure manutentio debetur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ad fauorem alterius possessionem in constitutarium transfert.*
2 *Possessori vigore donationis contra prætendentes Ius habere ab illis qui antea eidem donarunt, cum eadem clausula competit remedium retinenda.*
3 *Possessio per Procuratorem specialem Collegij capta suffragatur, attributa facultate in Instrumento publico donationis possessionem propria authoritate capiendi.*
4 *Possessio stante alio constituto in hæredum donationibus apposito, in Donatarios constitutarios transferri non potest.*
5 *Venditio facta pro vita ementis non transfert nisi Ius vtendi & fruendi quoad ipse vixerit.*
6 *Ius vtendi tantummodò & fruendi in alium transferent penes se ciuilem possessionem retinuisse censetur.*
7 *Possessio ciuilis etiam in constitutarios vigore clausula constituti transferri potest.*
8 *Possessio ciuilis ad obtinendam manutentionem quoad proprietatem sola sufficit.*
9 *Possessio diuerso respectu potest haberi, vna quoad vsumfructum & altera quoad proprietatem.*
10 *Vsusfructus donec cum proprietate consolidetur, manutentio ad statum in quo res reperitur tempore mota litis conceditur.*

DECISIO CXL.

D. Donatus Antonius Sanctorius duas ex tribus partibus Palatij positi in Vrbe ad montem Citorium, quas titulo donationis irreuocabilis inter viuos cum clausula constituti & precarij acquisiuerat à bon. memor. Paulo Æmilio Archiepiscopo Vrbinaten. Patruo, & Nicolao

Antonio Patre respectiuè vti hæredibus bon.
mem. Cardinalis S. Seuerinæ donauit RR. PP. Col-
legij Sancti Demetrij Congregationis Sommaschæ,
qui post adeptam dd. portionum Palatij possessio-
nem, causam Iactationis in Rota committi obtinue-
runt contra hæredes dicti Archiepiscopi donantis,
& alios; & dum pro parte PP. instabatur pro pro-
positione dubij super negotio principali, an scili-
cet donationes factæ per Donatum Antonium eis
suffragarentur, se opposuerunt dictus Donatus An-
tonius hæres Archiepiscopi, & alij de Sanctoriis
petentes disputari dubium, An, & cui danda sit ma-
nutentio? quod cùm obtinuissent, fuit hodie pro-
positum, & Domini dd. PP. S. Demetrij dandam esse
manutentionem responderunt.

Quia de eorum possessione visum fuit constare,
1 tam ex vtraque donatione facta per dictum Dona-
tum Antonium ad eorum fauorem cum clausula in-
stituti *summ. num. 4. & 5.* quæ transfert possessionem
in constitutarios, *l. quod meo l. Interdum, ff. de acquir.
possess.* Roland *cons. 76. num. 43.* Rot. *decis. 551. num. 4.
part. 2. recent.* Gregor. XV. *decis. 437. num. 1.* cuius pos-
2 sessionis vigore contra dictũ Donatum Antonium
& contra alios prætendentes ius habere ab illis, qui
antea eidem donarunt, cum eadem clausula compe-
tit remedium retinendæ, vt tradit Faber. *in §. retinen-
da num. 7. instit. de interdict.* Bald. *cons. 436. n. 4. lib. 3.*
Rot. *decis. 299. num. 1.* post Pacif *de Saluian. interdict.*
& apud Pic. *decis. 153. num. 4.* Adden. ad Gregor. XV.
in dicta decis. 437. n. 6. Ofasch. *decis. 133. num. 7.* quàm
3 ex actuali possessione capta per Procuratorem spe-
cialem dicti Collegij, vt in publico instrumento
dicto summario num. 7. quæ suffragatur ad hunc effe-
ctum, quando provt hîc in instrumento donatio-
nis fuit attributa facultas possessionem capiendi
propria authoritate, Barth. *in l. 3. §. 1. de pignor.* Rip.
in cap. sæpe num. 85. vers. 10. intellige de re iudic. Me-
noch. *de recuper poss. remed. 9. num. 208.* Surd. *cons. 211.
num. 22.* Paris *cons. 5. num. 27. l. 4.* cum aliis relatis per
Pacif. *de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. nu-
mer. 698.*

Nec obstare dictum fuit, quod tempore prædi-
ctarum donationum possessio totius huius Palatij
fuisset & adhuc sit penes Eminentissimum D.
Cardinalem Capponum, vigore venditionis sibi de
eo factæ ab hæredibus dicti Cardinalis Sanctæ Se-
uerinæ, ad quos illud iure hæreditario spectabat, &
4 sic per constitutum postea appositum in eorumdem
hæredum donationibus non potuerit transferri ali-
qua possessio in Donatarios constitutarios, ex latè
tradit. per Tiraquell. *de iure constit. possess. limit. 1. n. 1.
& seqq. pag. 205.*

Quoniam vltra quod hæc exceptio non potest
opponi ab Aduersariis, dum ipsi petunt manuten-
tionem, quæ competere non posset, nisi possessio
5 remansisset penes eorum authores, venditio facta
dicto Eminentissimo Capponio fuit pro eius vita
durante, & propterea in eum non fuit translatum
nisi ius vtendi, & fruendi, quoad ipse vixerit, vt no-
tat Castr. *in l. de fideicommisso num. 3. Cod. de transact.*
Bald. *in l. 1. num. 13. vers. quando aliquid Cod. de fructi-
bus, & lit. expens.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 133. n. 12.*
Rota *decis. 537. num. 2. part. 2. recent.* qui autem in
6 alium transtulit tantummodo ius vtendi, & fruendi,
penes se ciuilem possessionem retinuisse censetur,
Gloss. *in l. quisquis verb. credatur, Cod. de donat.* relat.
per Tiraq. *in tract. le mort saisi le vif. part. 3. in 1.
declarat. n. 1. 2. & 4. in fin. cons. 419. n. 1.* Cuman. *cons.
173. n. 3. in fin. cum seqq.*

7 Quæ ciuilis etiam possessio potuit transferri vi
gore clausulæ constituti in constitutarios, Bart. *in d.
l. quod meo in princ num. 3. vers. 1. pone,* & ibi Alexand.
num. 17. ff. de acquir. possess. Cuman. *cons. 54. num. 1. in
fin.* Corn. *cons. 173. num. 25. lib. 2.* Ruin. *cons. 177. num.
3. vers. Imo si quis lib. 1.* & ipsa sola sufficit ad obti-
nendam manutentionem quoad dd. portionum Pa- 8
latij proprietatem, Gloss. *in l. 1. §. fin. vbi possidet. ff. de
acquir. possess.* Bald. *in l. si de proprietate num. 15. in fin.
C. si non à compet. Iud.* Alexand. *cons. 80. num. 7. lib. 2.*
quas & alias plures congerit Menoch. *de retinend. re-
med. 3. n. 22.* cùm quilibet possit possidere diuersis re- 9
spectibus, vnus scilicet quoad vsumfructum, & alter
quoad proprietatem, Rip. *in l. ait. Prætor, §. si index
num. 15. ff. de re iudic.* Bart. *in l. si duo sub num 4. ff vti
possid* Cæsar. de Grass. *decis. 5. num. 7. de caus. possess.
& propr.* Rot. *decis. 500. num. 10. part. 1. recent.* & inte-
rim quo vsusfructus cum proprietate consolidetur, 10
conceditur manutentio ad statum in quo res repe-
ritur tempore motæ litis, provt fieri solet, *l. Aqui-
lius,* vbi Castr. *num. 5. ff. de donat.* Rot. *decis. 512. n. 1.
part. 1. recent.* & coram Gregor. *decis. 569. n. 3.* Buratt.
decis. 904. n. 1.

Et ita resolutum fuit PP. S. Demetrij tantùm in-
formantibus, altera parte sæpe sæpius citata &c.

Romana fideicommissi de Ceulis.

Sabbatho Rota Martiniana 26. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

De filio hærede instituto in bonis paternis perpetuo fideicommisso subiectis, cum conditione solam legitimam recipiendi alio instituto vel substituto hærede, quatenus dictæ dispositioni non acquiesceret. An filius post relicta acceptata sub prætextu fraudis & nullitatis dispositionis paternæ possit agere de legitima; & an facta concordia inter partes, in qua d. filius hæres liti prætensi supplementi cessit, hæredes ab eo causam habentes, legitimam prætensam super bonis de quibus agitur detrahere possint?

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptans certa bona sibi à Patre relicta cum onere fideicommissi, cum penes ipsum staret habere legitimam sine onere alio hærede substituto, legitimam de fideicommisso postea deducere non potest.*

2 *Clausula* in omnibus & per omnia, *quatenus in transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, de per se sola vim illius specifica expressionis habet.*

3 *Iura sua remittentibus amplius ad ea non datur regressus.*

4 *Transactio dicitur exceptio litis finita, eiusque ingressum prohibet ac impedit.*

5 *Transactio quando nocet principali eiusque filiis etiam causam ab illis habentibus nocere debet.*

6 *Transactio facta de ordine Papæ & rescripto Rotæ*

mediam

mediantibus spectata virtutis viris, bona fide & consultò per grauatum conclusa censetur.

7 *Allegantialicuius præsentiam in Vrbe tempore transactionis & quod actui posset interuenire, incumbit enus idem & quidem concludenter probandi.*

8 *Principum antheritas omnium solemnitatum supplet defectus.*

9 *Obseruantia transactionis longaua in quantum operatur.*

10 *Obseruantia omnium interpretationum Regina vocatur.*

11 *Præsumptio non interrumpitur per litem in qua quis succubuit.*

12. *Ex præsumptione beneplaciti Apostolici stante obseruantia temporis aliqua deductio non est facienda.*

13 *De euictione quem tenet actio eundem agentem exceptio repellit.*

14 *Promisio euictionis fideicommisso reciproco paterno in transactione acceptate filium hæredem à molestiis liberat, nec ad euictionem ex natura rei supposita fideicommisso prouenientem restringit.*

15 *Dispositio* auth. res quæ &c. *tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione locum habet.*

DECSIO CXLI.

IERONIMVS Ceulus hæredē instituit Iulinm Cæsarem filium in duobus officiis vacabilibus, in supellectilibus, & mobilibus quæ idem Iulius Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radiccioli & Pollinis subrogatis in locum Casalis Scurani, & Floræ, & in domo S. Marci, subiiciendo prædicta stabilia perpetuo fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentinm masculorum, in defectum lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, cum prohibitione detractionum Falcidiæ, legitimæ & Trebellianicæ, conditione etiam, quod quatenus d. hæres non acquiesceret dictæ dispositioni, illum in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè *summ. D. Abbatis & aliorum num. 1. 2 & 3.*

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore, dictus Iulius Cæsar possidens dicta bona omnia sibi relicta vsque ad annum 1581. tunc sub prętextu quod esset defrandatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternæ, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra dictū Tiberium seniorem eius fratrem & vniuersalem hæredem, cum quo tamen (de ordine Sanctissimi tunc Gregorij X I I I. & assistentia, ac interuentu clar. mem. Cardd. Petri Donati Cesij, & Blanchetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. mem. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis) ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplementi, & aliis quibuscunque prætensionibus prouenientibus, tam ex causa dotis Artimisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris, quàm ex causa successionis in bonis maternis, approbando, & emolgando testamentum, & codicillos d. Hieronymi Patris in omnibus, & per omnia, vt *in dicto summario num. 5.*

Modò verò cùm per obitum Francisci vltimi ex filiis, & descendentibus lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, fuerit purificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis, pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis de quibus agitur, cum clausulis de voto Rotæ; & appellatione remota contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios dicti Francisci hæredes, prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dubio infrascripto, videlicet præsupposita existentia fideicommissi cum descendentia D D. de Ceulis, ac reseruato Iure videndi de aliis detractionibus, quatenus competant; An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur? hodie in secunda causæ repropositione Domini non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando Pater reliquit filio 1
certa bona, & eum fideicommisso grauauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum fideicommisso, habeat suam legitimam alio hærede instituto, vel substituto, tunc si filius acceptet relictum (prout hìc) non poterit deinde de fideicommisso legitimam deducere, vt tenent Cagnol. *in l. Papinianus §. meminisse num. 17. ff. de inoff. testam.* Pic. *in l. quartam num. 271. ff. ad l. Falcidiam*, Socin Iun. communiter approbatus *cons. 122. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art 36. num. 62. & 97.* Bursatt. *cons. 385. lib. 3.* Natt. *cons 32. num. 5.* Menoch. *cons. 303. n. 5.* Surd. *decis. 21. num. 10.* cum aliis allegat per Fusat. *de substit. in quest. 296. num. 61. & seqq.* Rot. *decis. 206. num. 4. & 479 num 8. & 653. num. 13. part. 1. & decis. 342. num. 11. part. 5. recent.*

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionem d. Hieronymi factam in codicillis, non sustineri super mutatione Casalis Scurani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram d. Card. Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dictis scutis 7200. ipse, & eius filij recesserunt à dicta lite, & à quibuscunque aliis prętensionibus, approbando expresse testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. trāsactionis ibi: *Recesserunt ab omnibus, & quibuscunque litibus & controuersiis causa legitima ipsius Equitis Iulij Cæsaris illiusque supplementi, item bonorum maternorum, dotisque materne ac dotis Artimisie sua vxoris, & in executione huiusmodi transactionis acceptarunt & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit vltimum testamentum à dicto bon. mem. Domino Hieronimo eorum Patre, & Auo paterno respectiuè factum, & omnes codicillos, in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de Iure subsistere non potuisset quoad subrogationem Casalis Scurani, vt fuit firmatum in dicta decisione Cardinalis Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam, quàm bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis, adsunt etiam *decisiones 200. part. 1. & 242. part. 3. recent.* attamen ex voluntate ipsius Iulij Cæsaris & filiorum, fuit postea approbata in transactione, ponderata
præcipuè clausula illa (*In omnibus & per omnia*) quæ 2
de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ expressionis, vt ex *cap. vn. circa §. 1.*

Antonio Patre respectiuè vti hæredibus bon.
mem Cardinalis S.Seuerinæ donauit RR. PP. Col-
legij Sancti Demetrij Congregationis Sommasehæ,
qui post adeptam dd.portionum Palatij possessio-
nem,causam Iactationis in Rota committi obtinue-
runt contra hæredes dicti Archiepiscopi donantis,
& alios; & dum pro parte PP, instabatur pro pro-
positione dubij super negotio principali, an scili-
cet donationes factæ per Donatum Antoninm eis
soffragarentur,se opposuerunt dictus Donatus An-
tonius hæres Archiepiscopi, & alij de Sanctoriis
petentes disputari dubium, An,& cui danda sit ma-
nutentio? quod cùm obtinuissent, fuit hodie pro-
positum,& Domini dd PP.S.Demetrij dandam esse
manutentionem responderunt.

Quia de eorum possessione visum fuit constare,
1 tam ex vtraque donatione facta per dictum Dona-
tum Antonium ad eorum fauorem cum clausula in-
stituti *summ.num.*4.*&* 5.quæ transfert possessionem
in constitotarios,*l.quod meo l.Interdum.ff. de acquir.
possess.*Roland *cons.*76.*num* 43.Rot.*decis.*551.*num* 4.
*part.*2.*recent.*Gregor.XV.*decis.*437.*num.*1.cuius pos-
2 sessionis vigore contra dictũ Donatum Antonium
& contra alios prætendentes ius habere ab illis,qui
antea eidem donarunt,cum eadem clausola compe-
tit remedium,retinendæ,vt tradit Faber.*in §.retinen-
dæ num.*7.*instit.de interdict.* Bald. *cons.*436.*n.*4 *lib.* 3.
Rot.*decis.*299.*num.*1.post Pacif *de Saluian.interdict.*
& apud Pie.*decis.*153.*num.* 4.Adden.ad Gregor.XV.
*in dicta decis.*437.*n* 6.Ofasch.*decis.*133.*num.*7.quam
3 ex actuali possessione capta per Procuratorem spe-
cialem dicti Collegij, vt in publico instrumento
*dicto summario num.*7.quæ soffragatur ad huoc effe-
ctum, quando prout hic in instrumento donatio-
nis fuit attributa facultas possessionem capiendi
propria authoritate, Barth. *in l.*3 §.1.*de pignor.*Rip.
*in cap.sæpe num.*85.*vers* 20. *intellige de re iudic.* Me-
noch.*de recuper poss.remed.*9.*num.*208.Sord *cons.*211.
*num.*22.Paris *cons.*5.*num.*27.*l.*4.cum aliis relatis per
Pacif. *de Saluian. interdict. inspect.* 3. *cap.* 4. *nu-
mer* 698.

Nec obstare dictum foit, qood tempore prædi-
ctarum donationum possessio totius huius Palatij
fuisset & adhuc sit penes Eminentissimum D.
Cardinalem Capponum, vigore venditionis sibi de
eo factæ ab hæredibos dicti Cardinalis Sanctæ Se-
uerinæ, ad quos illud iure hæreditario spectabat,&
4 sic per constitotum postea appositum in eorumdem
hæredum donationibus non potuerit transferri ali-
qua possessio in Donatarios constitutarios, ex latè
tradit.per Tiraquell. *de iure constit.possess limit.*1.*n.*1.
& seqq.pag. 205.

Quoniam vltra quod hæc exeeptio non potest
opponi ab Aduersariis, dum ipsi petunt manuten-
tionem, quæ competere non posset, nisi possessio
6 remansisset penes eorum aothores, venditio facta
dicto Eminentissimo Capponio foit pro eius vita
durante, & propterea in eum non fuit translatom
nisi ius vtendi,& fruendi,quoad ipse vixerit,vt no-
tat Castr.*in l.de fideicommisso num.*3.*Cod.de transact.*
Bald.*in l.*1.*num.*13.*vers.quando aliquid Cod. de fructi-
bus, & lit.expens.*Menoch.*lib.*4.*præsumpt.* 133.*n.*12.
Rota *decis.*537.*num.*2. *part.*2. *recent.* qui autem in
6 alium transtulit tantummodo ius vtendi,& fruendi,
penes se ciuilem possessionem retinuisse censetur,
Gloss.*in l.quisquis verb.credatur, Cod. de donat.*relat.
per Tiraq. *in tract. le mort saisi le vif. part.* 3. *in* 1.
*declarat.n.*1.2.*&* 4.*in fin.cons.*419.*n.*1. Cuman.*cons.*
173.*n.*3.*in fin cum seqq.*

7 Quæ ciuilis etiam possessio potuit transferri vi
gore clausulæ constituti in constitutarios, Bart.*in d.
l.quod meo in princ num.*3.*vers.*1.*pone*,& ibi Alexand.
num 17.*ff.de acquir.possess.*Cuman.*cons.*54. *num.*1. *in
fin.*Corn.*cons.*173.*num.*25.*lib.*2.Ruin.*cons.*177. *num.*
3.*vers.Imo si quis lib.*1. & ipsa sola sufficit ad obti-
nendam manutentionem quoad dd. portionom Pa- 8
latij proprietatem, Gloss.*in l.*1.§.*fin.vbi possidet.ff.de
acquir.possess.* Bald. *in l.si de proprietate num.*15.*in fin.
C.si non à compet. Iud.* Alexand. *cons.*80. *num.*7.*lib.*2.
quas & alias plores congerit Menoch.*de retinend.re-
med.*3.*n.*22.cùm quilibet possit possidere diuersis re- 9
spectibus,vnus scilicet quoad vsumfructum,& alter
quoad proprietatem, Rip.*in l.an. Prætor*, §. *si iudex
num.*15. *ff.de re iudic.*Bart.*in l.si duo sub num* 4.*ff vti
possid* Cæsar.de Grass. *decis.*3.*num.*7. *de caus.possess.
& propr.*Rot *decis.*500.*num.*10.*part.*1.*recent.* & inte-
rim quo vsusfructus cum proprietate consolidetur, 10
conceditur manutentio ad statum in quo res repe-
ritur tempore motæ litis,prout fieri solet, *l. Aqui-
lius*,vbi Castr.*num.*5.*ff.de donat.* Rot. *decis.*512. *n.*1.
*part.*1.*recent.*& coram Gregor.*decis.*569.*n.*3. Buratt.
*decis.*904.*n.*1.

Et ita resolutum fuit PP. S. Demetrij tantùm in-
formantibos, altera parte sæpe sæpius citata &c.

Romana fideicommissi de Ceulis.

Sabbatho Rota Martiniana 26. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

De filio hærede instituto in bonis paternis perpetuo fideicommisso subiectis, cum conditione solam legitimam recipiendi alio instituto vel substituto hærede, quatenus dictæ dispositioni non acquiesceret. An filius post relicta acceptata sub prætextu fraudis & nullitatis dispositionis paternæ possit agere de legitima; & an facta coocordia inter partes, in qua d.filius hæres liti prætensi supplementi cessit, hæredes ab eo causam habentes, legitimam prætensam super bonis de quibus agitur detrahere possint?

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptans certa bona sibi à Patre relicta cum onere fideicommissi, cùm penes ipsum staret habere legitimam sine onere alio hærede substituto, legitimam de fideicommisso postea deducere non potest.*

2 *Clausula* in omnibus & per omnia, *quatenus in transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ,de per se sola vim illius specificæ expressionis habet.*

3 *Iura sua remittentibus amplius ad ea non datur regressus.*

4 *Transactio dicitur exceptio litis finitæ, eiusque ingressum prohibet ac impedit.*

5 *Transactio quando nocet principali eiusque filiis etiam causam ab illis habentibus nocere debet.*

6 *Transactio facta de ordine Papæ & rescripto Rotæ mediam*

mediantibus spectata virtutis viris, bona fide & consultò per granatum conclusa censetur.

7 *Allegauti alicuius præsentiam in Vrbe tempore transactionis & quod actui posset interuenire, incumbit onus idem & quidem concludenter probandi.*

8 *Principum autheritas omnium solemnitatum supplet defectus.*

9 *Obseruantia transactionis longaua in quantum operatur.*

10 *Obseruantia omnium interpretationum Regina vocatur.*

11 *Præsumptio non interrumpitur per litem in qua quis succubuit.*

12 *Ex præsumptione beneplaciti Apostolici stantę obseruantia temporis aliqua deductio non est facienda.*

13 *De euictione quem tenet actio eundem agentem exceptio repellit.*

14 *Promissio euictionis fideicommisso reciproco paterno in transactione acceptato filium hæredem à molestiis liberat, nec ad euictionem ex natura rei supposita fideicommisso prouenientem restringit.*

15 *Dispositia* auth. res quæ &c. *tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione locum habet.*

DECSIO CXLI.

HIERONIMVS Ceulus hæredē instituit Iulium Cæsarem filium in duobus officiis vacabilibus, in supellectilibus, & mobilibus quæ idem Iulius Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radiccioli & Pollinis subrogatis in locum Casalis Scurani, & Floræ, & in domo S. Marci, subiiciendo prædicta stabilia perpetuo fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentium masculorum, in defectum lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, cum prohibitione detractionum Falcidiæ, legitimæ & Trebellianicæ, conditione etiam, quod quatenus d. hæres non acquiesceret dictæ dispositioni, illum in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè *summ. D. Abbatis & aliorum num. 1. 2 & 3.*

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore, dictus Iulius Cæsar possidens dicta bona omnia sibi relicta vsque ad annum 1581. tunc sub prętexto quod esset defraudatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternæ, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra dictū Tiberium seniorem eius fratrem & vniuersalem hæredem, cum quo tamen (de ordine Sanctissimi tunc Gregorij X I I I. & assistentia, ac interuentu clar. mem. Cardd. Petri Donati Cesij, & Blanchetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. mem. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis) ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplementi, & aliis quibuscunque prætensionibus prouenientibus, tam ex causa dotis Artimisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris, quàm ex causa successionis in bonis maternis, approbando, & emologando testamentum, & codicillos d. Hieronymi Patris in omnibus, & per omnia, vt *in dicto summario num. 5.*

Modò verò cùm per obitum Francisci vltimi ex filiis, & descendentibus lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, fuerit purificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis, pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis de quibus agitur, cum clausulis de voto Rotæ; & appellatione remota contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios dicti Francisci hæredes, prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dubio infrascripto, videlicet præsupposita existentia fideicommissi cum descendentia D D. de Ceulis, ac reseruato Iure videndi de aliis detractionibus, quatenus competant; An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur? hodie in secunda causæ repropositione Domini non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando Pater reliquit filio 1 certa bona, & eum fideicommisso granauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum fideicommisso, habeat suam legitimam alio hærede instituto, vel substituto, tunc si filius acceptet relictum (provt hîc) non poterit deinde de fideicommisso legitimam deducere, vt tenent Cagnol. *in l. Papinianus §. meminisse num. 17. ff. de inoff. testam.* Pie. *in l quartam num. 271. ff. ad l. Falcidiam*, Socin Iun. communiter approbatus *cons. 122. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art 36. num. 62. & 97.* Bursatt. *cons. 385. lib. 3.* Natt. *cons 32. num. 5.* Menoch. *cons. 302. n. 5.* Surd. *decis. 21. num. 10.* cum aliis allegat per Fusar. *de substit. in quæst 296 num. 61. & seqq.* Rot. *decis. 206. num. 4. & 479 num 8. & 653. num. 13. part. 1. & decis. 342. num 11. part. 5 recent.*

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionem d. Hieronymi factam in codicillis, non sustineri super mutatione Casalis Scurani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram d. Card. Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dictis scutis 7200. ipse, & eius filij recesserunt à dicta lite, & à quibuscunque aliis prętensionibus, approbando expresse testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. trāsactionis ibi: *Recesserunt ab omnibus, & quibuscunque litibus & controuersiis causa legitima ipsius Equitis Iulij Cæsaris illiusque supplementi, item bonorum maternorum, dotisque materna ac dotis Artimisia sua vxoris, & in executione huiusmodi transactionis acceptarunt & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit vltimum testamentum à dicto bonæmem. Domino Hieronimo eorum Patre, & Auo paterno respectiuè factum, & omnes codicillos, in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de Iure subsistere non potuisset quoad subrogationem Casalis Scurani, vt fuit firmatum in dicta decisione Cardinalis Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam, quàm bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis adsunt etiam *decisiones 200. part. 1. & 242. part. 3. recent.* attamen ex voluntate ipsius Iulij Cæsaris & filiorum, fuit postea approbata in transactione, ponderata præcipuè clausula illa (*In omnibus & per omnia*) quæ 5 de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ expressionis, vt ex *cap. vn. circa §. 1.*

Antonio Patre respectiuè vti hæredibus bon. mem. Cardinalis S. Seuerinæ donauit RR. PP. Collegij Sancti Demetrij Congregationis Sommasehæ, qui post adeptam dd. portionum Palatij possessionem, causam Iactationis in Rota committi obtinuerunt contra hæredes dicti Archiepiscopi donantis, & alios; & dum pro parte PP. instabatur pro propositione dubij super negotio principali, an scilicet donationes factæ per Donatum Antonium eis suffragarentur, se opposuerunt dictus Donatus Antonius hæres Archiepiscopi, & alij de Sanctoriis petentes disputari dubium, An, & cui danda sit manutentio? quod cùm obtinuissent, fuit hodie propositum, & Domini dd. PP. S. Demetrij dandam esse manutentionem responderunt.

Quia de eorum possessione visum fuit constare,
1 tam ex vtraque donatione facta per dictum Donatum Antonium ad eorum fauorem cum clausula instituti *summ. num. 4. & 5.* quæ transfert possessionem in constitutarios, *l. quod meo l. Interdum. ff. de acquir. possess.* Roland *cons. 76. num 43.* Rot. *decis. 551. num. 4. part. 2. recent.* Gregor. XV. *decis. 437. num. 1.* cuius pos-
2 sessionis vigore contra dictũ Donatum Antonium & contra alios prætendentes ius habere ab illis, qui antea eidem donarunt, cum eadem clausula competit remedium retinendæ, vt tradit Faber. *in §. retinenda num. 7. instit. de interdict.* Bald. *cons. 436. n. 4. lib. 3.* Rot. *decis. 299. num. 1.* post Pacif *de Saluian. interdict.* & apud Pic. *decis. 153. num. 4.* Adden. ad Gregor. XV. *in dicta decis. 437. n. 6.* Ofasch. *decis. 133. num. 7.* quàm
3 ex actuali possessione capta per Procuratorem specialem dicti Collegij, vt in publico instrumento *dicto summario num. 7.* quæ suffragatur ad hunc effectum, quando prout hîc in instrumento donationis fuit attributa facultas possessionem capiendi propria authoritate, Barth. *in l. 3. §. 1. de piguer.* Rip. *in cap. sæpe num. 85. vers. 10. intellige de re iudic.* Menoch. *de recuper. poss. remed. 9. num. 208.* Surd. *cons. 211. num. 22.* Paris *cons. 5. num. 27. l. 4.* cum aliis relatis per Pacif. *de Saluan. interdict. inspect. 3. cap. 4. numer. 698.*

Nec obstare dictum fuit, quod tempore prædictarum donationum possessio totius huius Palatij fuisset & adhuc sit penes Eminentissimum D. Cardinalem Capponum, vigore venditionis sibi de eo factæ ab hæredibus dicti Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, ad quos illud iure hæreditario spectabat, &
4 sic per constitutum postea appositum in eorumdem hæredum donationibus non potuerit transferri aliqua possessio in Donatarios constitutarios, ex latè tradit. per Tiraquell. *de iure constit. possess. limit. 1. n. 1. & seqq. pag. 205.*

Quoniam vltra quod hæc exceptio non potest opponi ab Aduersariis, dum ipsi petunt manutentionem, quæ competere non posset, nisi possessio
5 remansisset penes eorum authores, venditio facta dicto Eminentissimo Capponio fuit pro eius vita durante, & propterea in eum non fuit translatum nisi ius vtendi, & fruendi, quoad ipse vixerit, vt notat Castr. *in l. de fideicommisso num. 3. Cod. de transact.* Bald. *in l. 1. num. 13. vers. quando aliquid Cod. de fructibus, & lit. expens.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 133. n. 12.* Rota *decis. 537. num. 2. part. 2. recent.* qui autem in
6 alium transtulit tantummodo ius vtendi, & fruendi, penes se ciuilem possessionem retinuisse censetur, Gloss. *in l. quisquis verb. credatur, Cod. de donat.* relat. per Tiraq. *in tract. le mort saisi le vif. part. 3. in 1. declarat. n. 1. 2. & 4. in fin. cons. 419. n. 1.* Cuman. *cons. 173. n. 3. in fin. cum seqq.*
7 Quæ ciuilis etiam possessio potuit transferri vigore clausulæ constituti in constitutarios, Bart. *in d. l. quod meo in princ. num. 3. vers. 1. pone,* & ibi Alexand. *num 17. ff. de acquir. possess.* Cuman. *cons. 54. num. 1. in fin.* Corn. *cons. 173. num. 25. lib. 2.* Ruin. *cons. 177. num. 3. vers. Imo si quis lib. 1.* & ipsa sola sufficit ad obti-
8 nendam manutentionem quoad dd. portionum Palatij proprietatem, Gloss. *in l. 1. §. fin. vbi possidet. ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. si de proprietate num. 15. in fin. C. si non à compet. Iud.* Alexand. *cons. 80. num. 7. lib. 2.* quas & alias plures congerit Menoch. *de retinend. re-*
9 *med. 3. n. 22.* cùm quilibet possit possidere diuersis respectibus, vnus scilicet quoad vsumfructum, & alter quoad proprietatem, Rip. *in l. ait. Prætor, §. si iudex num. 15. ff. de re iudic.* Bart. *in l. si duo sub num 4. ff vti possid* Cæsar. de Grass. *decis. 5. num. 7. de caus. possess. & propr.* Rot. *decis. 500. num. 10. part. 1. recent.* & inte-
10 rim quo vsusfructus cum proprietate consolidetur, conceditur manutentio ad statum in quo res reperitur tempore motæ litis, prout fieri solet, *l. Aquilius,* vbi Castr. *num. 5. ff. de donat.* Rot. *decis. 512. n. 1. part. 1. recent.* & coram Gregor. *decis. 569. n. 3.* Buratt. *decis. 904. n. 1.*

Et ita resolutum fuit PP. S. Demetrij tantùm informantibus, altera parte sæpe sæpius citata &c.

Romana fideicommissi de Ceulis.

Sabbatho Rota Martiniana 26. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

De filio hærede instituto in bonis paternis perpetuo fideicommisso subiectis, cum conditione solam legitimam recipiendi alio instituto vel substituto hærede, quatenus dictæ dispositioni non acquiesceret. An filius post relicta acceptata sub prætextu fraudis & nullitatis dispositionis paternæ possit agere de legitima; & an facta concordia inter partes, in qua d. filius hæres liti prætensi supplementi cessit, hæredes ab eo causam habentes, legitimam prætensam super bonis de quibus agitur detrahere possint?

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptans certa bona sibi à Patre relicta cum onere fideicommissi, cùm penes ipsum staret habere legitimam sine onere alio herede substituto, legitimam de fideicommisso postea deducere non potest.*

2 *Clausula* in omnibus & per omnia, *quatenus in transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, de per se sola vim illius specifica expressionis habet.*

3 *Iura sua remittentibus amplius ad ea non datur regressus.*

4 *Transactio dicitur exceptio litis finitæ, eiusque ingressum prohibet ac impedit.*

5 *Transactio quando nocet principali eiusque filiis etiam causam ab illis habentibus nocere debet.*

6 *Transactio facta de ordine Papæ & rescripto Rota*

median

medijs melius spectata virtutis viris, bona fide & consilio per granatum conclusa censetur.

7 *Allegatis alicuius præsentiam in Vrbe tempore transactionis & quod altius posset interuenire, incumbit onus idem & quidem concludenter probandi.*

8 *Principum authoritas omnium solemnitatum supplet defectus.*

9 *Obseruantia transactionis longæua in quantum operatur.*

10 *Obseruantia omnium interpretationum Regina vocatur.*

11 *Præsumptio non interrumpitur per litem in qua quis succubuit.*

12 *Ex præsumptione beneplaciti Apostolici stante obseruantia temporis aliqua deductio non est facienda.*

13 *De euictione quem tenet actio eundem agentem exceptio repellit.*

14 *Prouisio euictionis, fideicommisso reciproce paterno in transactione accepta filium hæredem à molestiis liberat, nec ad euictionem ex natura rei suppofita fideicommisso prouenientem restringis.*

15 *Dispositio* auth. res quæ &c. *tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione locum habet.*

DECISIO CXLI.

HIERONIMVS Ceulus hæredē instituit Iulium Cæsarem filium in duobus officiis vacabilibus, in supellectilibus, & mobilibus quæ idem Iulius Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radiccioli & Pollinis subrogatis in locum Casalis Scurani, & Floræ, & in domo S. Marci, subiiciendo prædicta stabilia perpetuo fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentium masculorum, in defectum lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, cum prohibitione detractionum Falcidiæ, legitimæ & Trebellianicæ, conditione etiam, quod quatenus d. hæres non acquiesceret dictæ dispositioni, illum in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè *summ. D. Abbatis & aliorum num.* 1.2 *&* 3.

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore, dictus Iulius Cæsar possidens dicta bona omnia sibi relicta vsque ad annum 1581. tunc sub prætextu quod esset defraudatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternæ, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra dictū Tiberium seniorem eius fratrem & vniuersalem hæredem, cum quo tamen (de ordine Sanctissimi tunc Gregorij X I I I. & assistentia, ac interuentu clar. mem. Cardd. Petri Donati Cesij, & Blanchetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. mem. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis) ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplementi, & aliis quibuscunque prætensionibus prouenientibus, tam ex causa dotis Artimisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris, quàm ex causa successionis in bonis maternis, approbando, & emologando testamentum, & codicillos d. Hieronymi Patris in omnibus, & per omnia, vt in *dicto summario num.* 5.

Modò verò cùm per obitum Francisci vltimi ex filiis, & descendentibus lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, fuerit purificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis, pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis de quibus agitur, cum clausulis de voto Rotæ; & appellatione remota contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios dicti Francisci hæredes, prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dubio infrascripto, videlicet præsupposita existentia fideicommissi cum descendentia D D. de Ceulis, ac reseruato Iure videndi de aliis detractionibus, quatenus competant; An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur? hodie in secunda causæ repropositione Domini non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando Pater reliquit filio certa bona, & cum fideicommisso grauauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum fideicommisso, habeat suam legitimam alio hærede instituto, vel substituto, tunc si filius acceptet relictum (prout hîc) non poterit deinde de fideicommisso legitimam deducere, vt tenent Cagnol. *in l. Papinianus §. meminisse num.* 17. *ff. de inoff. test.* Pie. *in l quartam num.* 271. *ff. ad l. Falcidiam*, Socin Iun. communiter approbatus *cons.* 122. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art* 36. *num.* 62. *&* 97. Bursatt. *cons.* 385. *lib.* 4. Natt. *cons* 32. *num.* 5. Menoch. *cons.* 304. *n.* 5. Surd. *decis.* 21. *num.* 10. cum aliis allegat per Fosar. *de substit. in quæst.* 196 *num.* 61. *& seqq.* Rot. *decis.* 206. *num.* 4. *&* 479 *num* 8. *&* 653. *num.* 13. *part.* 1. *& decis.* 342. *num.* 11. *part.* 5 *recent.* 1

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionem d. Hieronymi factam in codicillis, non sustineri super mutatione Casalis Scurani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram d. Card. Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dictis scutis 7200. ipse, & eius filij recesserunt à dicta lite, & à quibuscunque aliis prætensionibus, approbando expressè testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. trāsactionis ibi: *Recesserunt ab omnibus, & quibuscunque litibus & controuersiis causa legitima ipsius Equitis Iulij Cæsaris illiusque supplementi, item bonorum maternorum, dotisque maternæ ac dotis Artimisiæ suæ vxoris, & in executione huiusmodi transactionis acceptarunt & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit vltimum testamentum à dicto bon. mem. Domino Hieronimo eorum Patre, & Auo paterno respectiuè factum, & omnes codicillos, in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de Iure subsistere non potuisset quoad subrogationem Casalis Scurani, vt fuit firmatum in dicta decisione Cardinalis Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam, quàm bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis, adsunt etiam *decisiones* 200. *part.* 1. *&* 242. *part.* 5. *recent.* attamen ea voluntate ipsius Iulij Cæsaris & filiorum, fuit postea approbata in transactione, ponderata præcipuè clausula illa (*In omnibus & per omnia*) quæ de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ, expressionis, vt ex *cap. vnicirca* §. *1. de*

Antonio Patre respectiuè vti hæredibus bon. mem. Cardinalis S. Seuerinæ donauit RR. PP. Collegij Sancti Demetrij Congregationis Sommaschæ, qui post adeptam dd. portionum Palatij possessionem, causam Iactationis in Rota committi obtinuerunt contra hæredes dicti Archiepiscopi donantis, & alios; & dum pro parte PP. instabatur pro propositione dubij super negotio principali, an scilicet donationes factæ per Donatum Antonium eis suffragarentur, se opposuerunt dictus Donatus Antonius hæres Archiepiscopi, & alij de Sanctoriis petentes disputari dubium, An, & cui danda sit manutentio? quod cùm obtinuissent, fuit hodie propositum, & Domini dd. PP. S. Demetrij dandam esse manutentionem responderunt.

Quia de eorum possessione visum fuit constare,
1 tam ex vtraque donatione facta per dictum Donatum Antonium ad eorum fauorem cum clausula instituti *summ. num. 4. & 5* quæ transfert possessionem in constitutarios, *l. quod meo l. Interdum ff. de acquir. possess.* Roland *cons. 76. num 43.* Rot. *decis. 551. num. 4. part. 2. recent.* Gregor. XV. *decis. 437. num. 1.* cuius pos-
2 sessionis vigore contra dictũ Donatum Antonium & contra alios prætendentes ius habere ab illis, qui antea eidem donarunt, cum eadem clausula competit remedium, retinendæ, vt tradit Faber. *in §. retinendæ num. 7. instit. de interdict.* Bald. *cons. 436. n. 4. lib. 3.* Rot. *decis. 299. num. 1.* post Pacif *de Saluian. interdict.* & apud Pic. *decis. 153. num. 4.* Adden. ad Gregor. XV. *in dicta decis. 437. n. 6.* Ofasch. *decis. 133. num. 7.* quam
3 ex actuali possessione capta per Procuratorem specialem dicti Collegij, vt in publico instrumento *dicto summario num. 7.* quæ soffragatur ad hunc effectum, quando provt hic in instrumento donationis fuit attributa facultas possessionem capiendi propria authoritate, Barth. *in l. 3. §. 1. de pignor.* Rip. *in cap. sæpe num. 85. vers. 10. intellige de re iudic.* Menoch. *de recuper poss. remed. 9. num. 208.* Surd *cons. 221. num. 22.* Paris *cons. 5. num. 27. l. 4.* cum aliis relatis per Pacif. *de Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 4. numer. 698.*

Nec obstare dictum fuit, quod tempore prædictarum donationum possessio totius huius Palatij fuisset & adbuc sit penes Eminentissimum D. Cardinalem Capponum, vigore venditionis sibi de eo factæ ab hæredibus dicti Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, ad quos illud iure hæreditario spectabat, &
4 sic per constitutum postea appositum in eorumdem hæredum donationibus non potuerit transferri aliqua possessio in Donatarios constitutarios, ex latè tradit. per Titaquell. *de iure constit. possess. limit. 1. n. 1. & seqq. pag. 205.*

Quoniam vltra quod hæc exceptio non potest opponi ab Aduersariis, dum ipsi petunt manutentionem, quæ competere non posset, nisi possessio
5 remansisset penes eorum authores, venditio facta dicto Eminentissimo Capponio fuit pro eius vita durante, & propterea in eum non fuit translatum nisi ius vtendi, & fruendi, quoad ipse vixerit, vt notat Castr. *in l. de fideicommisso num. 3. Cod. de transact.* Bald. *in l. 1. num. 13. vers. quando aliquid Cod. de fructibus, & lit. expens.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 133. n. 12.* Rota *decis. 537. num. 2. part. 2. recent.* qui autem in
6 alium transtulit tantummodo ius vtendi, & fruendi, penes se ciuilem possessionem retinuisse censetur, Gloss. *in l. quisquis verb. credatur, Cod. de donat.* relat. per Tiraq. *in tract. le mort saisi le vif. part. 3. in 1. declarat. n. 1. 2. & 4. in fin. cons. 419. n. 1.* Cuman. *cons. 173. n. 3. in fin. cum seqq.*
7 Quæ ciuilis etiam possessio potuit transferri vigore clausulæ constituti in constitutarios, Bart. *in d. l. quod meo in princ. num. 3. vers. 1. pone*, & ibi Alexand. *num 17. ff. de acquir. possess.* Cuman. *cons. 54. num. 1. in fin.* Corn. *cons. 173. num. 25. lib. 2.* Ruin. *cons. 177. num. 3. vers. Imo si quis lib. 1.* & ipsa sola sufficit ad obti-
nendam manutentionem quoad dd. portionum Pa- 8
latij proprietatem, Gloss. *in l. 1. §. fin. vbi possidet ff. de acquir. possess.* Bald. *in l. si de proprietate num. 15. in fin. C. si non à compet. Iud.* Alexand. *cons. 80. num. 7. lib. 2.* quas & alias plures congerit Menoch. *de retinend. re-*
med. 3. n. 22. cùm quilibet possit possidere diuersis re- 9
spectibus, vnus scilicet quoad vsumfructum, & alter quoad proprietatem, Rip. *in l. ait. Prætor, §. si iudex num. 15. ff de re iudic.* Bart. *in l. si duo sub num 4. ff vti possid* Cæsar. de Grass. *decis. 5. num. 7. de caus. possess. & propr.* Rot. *decis. 500. num. 10. part. 1. recent.* & inte-
rim quo vsusfructus cum proprietate consolidetur, 10
conceditur manutentio ad statum in quo res reperitur tempore motæ litis, provt fieri solet, *l. Aquilius*, vbi Castr. *num. 5. ff. de donat.* Rot. *decis. 512. n. 1. part. 1. recent.* & coram Gregor. *decis. 569. n. 3.* Buratt. *decis. 904. n. 1.*

Et ita resolutum fuit PP. S. Demetrij tantùm informantibus, altera parte sæpe sæpius citata &c.

Romana fideicommissi de Ceulis.

Sabbatho Rota Martiniana 26. Nouembris 1639.

ARGVMENTVM.

De filio hærede instituto in bonis paternis perpetuo fideicommisso subiectis, cum conditione solam legitimam recipiendi alio instituto vel substituto hærede, quatenus dictæ dispositioni non acquiesceret. An filius post relicta accepiata sub prætextu fraudis & nullitatis dispositionis paternæ possit agere de legitima; & an facta concordia inter partes, in qua d. filius hæres liti prætensi supplementi cessit, hæredes ab eo causam habentes, legitimam prætensam super bonis de quibus agitur detrahere possint?

SVMMARIVM.

1 *Filius acceptans certa bona sibi à Patre relicta cum onere fideicommissi, etiam penes ipsum staret habere legitimam sine onere alio hærede substituto, legitimam de fideicommisso postea deducere non potest.*

2 *Clausula* in omnibus & per omnia, *quatenus in transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, de per se sola vim illius specificæ expressionis habet.*

3 *Iura sua remittentibus amplius ad ea non datur regressus.*

4 *Transactio dicitur exceptio litis finitæ, eiusque ingressum prohibet ac impedit.*

5 *Transactio quando nocet principali eiusque filiis etiam causam ab illis habentibus nocere debet.*

6 *Transactio facta de ordine Papæ & rescripto Rotæ median*

mediantibus spectata virtutis viris, bona fide & consultò per grauatum conclusa censetur.

7 *Allegantí alicuius præsentiam in Vrbe tempore transactionis & quod alibi posset interuenire, incumbit onus idem & quidem concludenter probandi.*

8 *Principum autheritas omnium solemnitatum supplet defectus.*

9 *Obseruantia transactionis longaua in quantum operatur.*

10 *Obseruantia omnium interpretationum Regina vocatur.*

11 *Præsumptio non interrumpitur per litem in qua quis succubuit.*

12 *Ex præsumptione beneplaciti Apostolici stante obseruantia temporis aliqua deductio non est facienda.*

13 *De euictione quem tenet actio eundem agentem exceptio repellit.*

14 *Prouisio euictionis fideicommisso reciproco paterno in transactione acceptato filium hæredem à molestiis liberat, nec ad euictionem ex natura rei supposita fideicommisso prouenientem restringis.*

15 *Dispositia* auth. res quæ &c. *tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione locum habet.*

DECSIO CXLI.

IERONIMVS Ceulus hæredē instituit Iulium Cæsarem filium in duobus officiis vacabilibus, in supellectilibos, & mobilibus quæ idem Iulios Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radiecioli & Pollinis subrogatis in locum Casalis Scutani, & Floræ, & in domo S. Marci, subiiciendo prædicta stabilia perpetuo fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentium masculorum, in defectum lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, cum prohibitione detractionum Falcidiæ, legitimæ & Trebellianicæ, conditione etiam, quod quatenus d. hæres non acquiesceret dictæ dispositioni, illum in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè *summ. D. Abbatis & aliorum num. 1. 2 & 3.*

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore, dictus Iulius Cæsar possidens dicta bona omnia sibi relicta vsque ad annum 1581. tunc sub prætextu quod esset defraodatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternæ, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra dictū Tiberium seniorem eius fratrem & vniuersalem hæredem, cum quo tamen (de ordine Sanctissimi tunc Gregorij X I II. & assistentia, ac interuentu clar. mem. Cardd. Petri Donati Cesij, & Blanchetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. mem. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis) ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplementi, & aliis quibuscunque prætensionibus prouenientibus, tam ex causa dotis Artimisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris, quàm ex causa successionis in bonis maternis, approbando, & emologando testamentum, & codicillos d. Hieronymi Patris in omnibus, & per omnia, vt in *dicto summario num. 5.*

Modò verò cùm per obitum Francisci vltimi ex filiis, & descendentibus lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, fuerit porificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis, pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis de quibus agitur, cum clausulis de voto Rotæ; & appellatione remota contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios dicti Francisci hæredes, prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dobio infrascripto, videlicet præsupposita existentia fideicommissi cum descendentia D D. de Ceulis, ac reseruato Iure videndi de aliis detractionibus, quatenus competant; An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur? hodie in secunda causæ repropositione Domini non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando Pater reliquit filio 1
certa bona, & eum fideicommisso grauauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum fideicommisso, habeat suam legitimam alio hærede instituto, vel substituto, tunc si filius acceptet relictum (prout hîc) non poterit deinde de fideicommisso legitimam deducere, vt tenent Cagnol. *in l. Papinianus §. meminisse num. 17. ff. de inoff. testam.* Pic. *in l. quartam num. 271. ff. ad l. Falcidiam*, Socin Ion. communiter approbatus *cons. 122. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art 36. num. 62. & 97.* Bursatt. *cons. 385. lib. 3.* Natt. *cons. 32. num. 5.* Menoch. *cons. 303. n. 5.* Surd. *decis. 21. num. 20.* cum aliis allegat per Fusar. *de substit. in quæst. 296. num. 61. & seqq.* Rot. *decis. 206. num. 4. & 479 num 8. & 653. num. 13. part. 1. & decis. 342. num 11. part. 5. recent.*

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d. Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionem d. Hieronymi factam in codicillis, non sustineri super mutatione Casalis Scutani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram d. Card. Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dictis scutis 7200. ipse, & eius filij recesserunt à dicta lite, & à quibuscunque aliis prætensionibus, approbando expresse testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. trāsactionis ibi: *Recesserunt ab omnibus, & quibuscunque litibus & controuersiis causa legitima ipsius Equitis Iulij Cæsaris illiusque supplementi, item bonorum maternorum, dotisque maternæ ac dotis Artimisiæ suæ vxoris, & in executione huiusmodi transactionis acceptarunt & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit vltimum testamentum à dicto bon. mem. Domino Hieronimo eorum Patre, & Auo paterno respectiuè factum, & omnes codicillos, in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de Iure subsistere non potuisset quoad subrogationem Casalis Scutani, vt fuit firmatum in dicta decisione Cardinalis Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam, quàm bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis adsunt etiam *decisiones 200. part. 1. & 242. part. 3. recent.* attamen ex volontate ipsius Iulij Cæsaris & filiorum, fuit postea approbata in transactione, ponderata præcipuè clausula illa (*In omnibus & per omnia*) quæ 2
de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ expressionis, vt ex *cap. vn. circa §. 1.*

mediantibus spectata virtutis viris, bona fide & consultò per granatum conclusa censetur.

7 *Alleganti alicuius præsentiam in Vrbe tempore transactionis & quod actui posset interuenire, incumbit onus idem & quidem concludenter probandi.*

8 *Principum authoritas omnium solemnitatum supplet defectus.*

9 *Obseruantia transactionis longæua in quantum operatur.*

10 *Obseruantia omnium interpretationum Regina vocatur.*

11 *Præsumptio non interrumpitur per litem in qua quis succubuit.*

12 *Ex præsumptione beneplaciti Apostolici stante obseruantia temporis aliqua deductio non est facienda.*

13 *De euictione quem tenet actio eundem agentem exceptio repellit.*

14 *Prouisio euictionis, fideicommisso reciproco paterno in transactione acceptato filium hæredem à molestiis liberat, nec ad euictionem ex natura rei suppositæ fideicommisso prouenientem restringit.*

15 *Dispositio* anth. res quæ &c. *tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione locum habet.*

DECISIO CXLI.

HIERONIMVS Ceulus hæredē instituit Iulium Cæsarem filium in duobus officiis vacabilibus, in supellectilibus, & mobilibos quæ idem Iulius Cæsar in sua habitatione retinebat, in Casalibus Radiccioli & Pollinis subrogatis in locum Casalis Scurani, & Floræ, & in domo S. Marci, subiiciendu prædicta stabilia perpetuo fideicommisso ad fauorem Fabij, & Tiberij senioris eorumque descendentium masculorum, in defectum lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, cum prohibitione detractionum Falcidiæ, legitimæ & Trebellianicæ, conditione etiam, quod quatenus d. hæres non acquiesceret dictæ dispositioni, illum in sola legitima instituebat, & reliqua bona ad alios cohæredes spectare voluit, vt ex testamento, & codicillis respectiuè *summ. D. Abbatis & aliorum num. 1. 2 & 3.*

De anno 1579. vita functo d. Hieronymo testatore, dictus Iulius Cæsar possidens dicta bona omnia sibi relicta vsque ad annum 1581. tunc sub prætextu quod esset defraudatus in dd. testamento, & codicillis, causam super nullitate dispositionis paternæ, & super supplemento legitimæ in Rota committi obtinuit contra dictū Tiberium seniorem eius fratrem & vniuersalem hæredem, cum quo tamen (de ordine Sanctissimi tunc Gregorij XIII. & assistentia, ac interuentu clar. mem. Cardd. Petri Donati Cesij, & Blanchetti tunc Rotæ Auditoris, & Iudicis causæ, & bon. mem. Pauli Odescalchi tunc Episcopi Pennensis) ad concordiam deuenit, in qua receptis scutis 7200. monetæ cessit liti prætensi supplementi, & aliis quibuscunque prætensionibus prouenientibus, tam ex causa dotis Artimisiæ suæ vxoris peruentæ in manibus d. Testatoris, quàm ex causa successionis in bonis maternis, approbando, & emologando testamentum, & codicillos d. Hieronymi Patris in omnibus, & per omnia, vt *in dicto summario num. 5.*

Modò verò cùm per obitum Francisci vltimi ex filiis, & descendentibus lineæ masculinæ dicti Iulij Cæsaris, fuerit purificatum fideicommissum ad fauorem DD. Abbatis Angeli Fabij, & Tiberij Iuniorum de Ceulis, pronepotum dicti Hieronymi fideicommittentis, fuit ad istorum instantiam commissa causa Illustrissimo D. meo Thesaurario super immissione in bonis de quibus agitur, cum clausulis de voto Rotæ; & appellatione remota contra DD. Mariam Eleonoram Pescariam, & alios dicti Francisci hæredes, prætendentes hæc bona retinere pro detractionibus debitis d. Iulio Cæsari eorum Auctori in bonis paternis, & concordato inter partes dubio infrascripto, videlicet præsupposita existentia fideicommissi cum descendentia DD. de Ceulis, ac reseruato Iure videndi de aliis detractionibus, quatenus competant; An legitima sit detrahenda super bonis de quibus agitur? hodie in secunda causæ repropositione Domini non esse locum detractioni legitimæ resoluerunt.

Moti ex eo, quia quando Pater reliquit filio 1
certa bona, & cum fideicommisso grauauit, & dixit, quod si filius nollet ea bona habere cum fideicommisso, habeat suam legitimam alio hærede instituto, vel substituto, tunc si filius acceptet relictum (prout hîc) non poterit deinde de fideicommisso legitimam deducere, vt tenent Cagnol. *in l. Papinianus §. meminisse num. 17. ff. de inoff. testam.* Pie. *in l. quartam num. 271. ff. ad l. Falcidiam*, Socin Iun. communiter approbatus *cons. 122. lib. 1.* Peregr. *de fideicom. art 36. num. 62. & 97.* Bursatt. *cons. 385 lib. 3.* Natt. *cons 32. num. 5.* Menoch. *cons. 303. n. 5.* Sord. *decis. 21. num. 20.* cum aliis allegat per Fusar. *de substit. in quæst. 296. num. 61. & seqq.* Rot. *decis. 206. num. 4. & 479 num 8. & 653. num. 13. part. 1. & decis. 342. num. 11. part. 5. recent.*

Cui fundamento non aduersari dictum fuit, quod d Iulius Cæsar postea petierit supplementum legitimæ, & Rota resoluerit dispositionem d. Hieronymi factam in codicillis, non sustineri super mutatione Casalis Scurani relicti in testamento, vt in decisione emanata sub die 9. Iunij 1581. coram d. Card. Blanchetto.

Quoniam in transactione subsecuta 23. Ianuarij 1585. solutis dictis scutis 7200. ipse, & eius filij recesserunt à dicta lite, & à quibuscunque aliis prætensionibus, approbando expresse testamentum, & codicillos d. Hieronymi, vt clarè denotant verba d. trāsactionis ibi: *Recesserunt ab omnibus, & quibuscunque litibus & controuersiis causa legitimæ ipsius Equitis Iulij Cæsaris illiusque supplementi, item bonorum maternorum, dotisque maternæ ac dotis Artimisiæ suæ vxoris, & in executione huiusmodi transactionis acceptarunt & approbarunt, & vnusquisque ipsorum acceptauit, emologauit, & approbauit vltimum testamentum à dicto bon. mem. Domino Hieronimo eorum Patre, & Auo paterno respectiuè factum, & omnes codicillos, in omnibus, & per omnia, &c.*

Vnde sequitur, quod licet dispositio paterna de Iure subsistere non potuisset quoad sobrogationem Casalis Scurani, vt fuit firmatum in dicta decisione Cardinalis Blanchetti, & filij declarare potuissent velle potius eorum legitimam liberam, quàm bona relicta sub vinculo fideicommissi acceptare, vt in terminis eiusdem dispositionis, adsunt etiam *decisiones 200. part. 1. & 242. part. 3. recent.* attamen ex voluntate ipsius Iulij Cæsaris & filiorum, fuit postea approbata in transactione, ponderata
præcipuè clausula illa (*In omnibus & per omnia*) quæ 2
de per se sola, quatenus in dicta transactione non fuisset expressa renunciatio legitimæ, haberet vim illius specificæ expressionis, vt ex *cap. vn. circa §. 1.*

de elect.in 6.& Ias.in l.§.fin. ff.de verb.oblig.aduertũt
in specie Surd.conf.412. num.27.Peregr.de fideicom.
d.art.36.n.89. quos & alios refert & sequitur Mer-
lin.de legitim. lib.3.tit.2.quæst.9.num.38. Remitten-
3 tibus autem Iura sua non datur amplius ad ea re-
gressus, l quæritur,§ si venditor ff de ædilit.edict Cra-
uet.cons.24.num.4.& cons.114 num.. Surd.decis.266.
4 num.12.Rot.decis.382.num 1.part.1 recent. & transa-
ctio dicitur exceptio litis finitæ ac prohibet & im-
pedit litis ingressum, l fratris C de transact.cap.1. de
lit.contest.in 6.Rota coram S.mem. Gregor.dec.354.
num.1.

5 Quæ quidem transactio sicut eidem Iulio Cæsari
& eius filiis transigentibus nocet, ita & quoque
nocere debet d. Mariæ & litis consortibus causam
ab eis habentibus, l.cum à Matre C.de rei vendicat.
l.si ab eo C.de liber. caus.l.ex qua persona, ff. de regul.
Iur.Rot.decis.325 num.1.part.2.recent.& coram Ca-
6 ual.decis.270.num.2.maxime cum fuerit tractata, &
facta de ordine Papæ, & rescripto Rotæ median-
tibus viris tantæ spectatæ virtutis, quo fit vt dica-
tur bona fide, & consulto per grauatum conclusa,
ex notat.per Glos.in l.Titio fundus 71. verb. actiones
vers.respon detur ff.de condit.& demonst. Alex.cons.75.
num 10.lib.5.Socin.Sen.cons.11.num.9.lib.3.& in ter-
minis transactionis factæ per duos Rotæ Audi-
tores adest decis.337.num.17.part.5.recent.

Nec obstare visum fuit quod d.Iulio Cæsari tan-
quam prodigo fuisset per S.mem.Gregorium XIII.
interdicta administratio suorum bonorum, vt ex
Motu proprio summ. d. Mariæ, & litis consort.
num. 7. & sic ipse transactionem prædictam validè
facere minimè potuerit; Quia administratio non
fuit ei simpliciter interdicta, sed solùm sub condi-
tione quatenus administraret sine consensu duorum
proximiorum, qui cùm in d. transactione interue-
nerint, vt patet ex eius lectura, satisfactum fuit
conditioni in dicto motu proprio contentæ. Nec
placuit id quod replicabatur de existentia aliorum
propinquiorum, Mutij scilicet, & Fabij germano-
rum fratrum d.Iulij Cæsaris; quia non probatur
7 eorum præsentia in Vrbe de tempore transactionis,
& quod possent actui interuenire, provt hoc alle-
ganti incumbit onus, & quidem concludenter pro-
bandi, Curt Iun.in l.1.num.21.circa fin.C.vnde vir.&
vxor.Paul.de Castr.cons.124 num.2.lib.1. Rota decis.
103.num.6. & decis. 469. num. 1. part. 3.recent. &
coram S. mem. Gregor. XV.. decis. 406. numer. 6.
ibique Adden. num.19. vbi aliæ concordantes refe-
runtur.

Minus releuare existimatum fuit aliud obiectum,
nempe quod dicti proximiores non interuenerint
ad integrandam personam d.Iulij Cæsaris, sed ad
effectum, vt eius filij minores validè contrahe-
rent; nam placuit responsio quod contractus fuit
factus pro interesse omnium, præuia narratiua præ-
tensionum dicti Iulij Cæsaris, & proximiores adhi-
biti iurarunt transactionem non tendere in dam-
num, vel præiudicium ipsius Iulij Cæsaris, filiorum,
ac aliorum vocatorum ad dictum fideicommissum,
quod sufficere visum fuit, etiam respectu eiusdem
Iulij Cæsaris: quia interuentus duorum proximio-
rum non requirebatur ad integrandam eius perso-
nam cùm ipse non esset minor, sed tantùm ad effe-
ctum vt bona non dilapidaret, provt apparet ex
lectura d.Motus proprij, qui vt videre est, emana-
nit in specie pro conseruatione huius fideicommis-
si Hieronymi.

Vltra quod aduertebãt Domini, quod nec etiam
fuit necessarius consensus duorum proximiorum in
præsenti casu, ex quo d.transactio fuit facta, vt su-
pra dictum est, de ordine Papæ inhærentis decreto
Rotali, mediantibus Deputatis ab eodem Sanctissi-
mo in plena Signatura delegatis, & ideò intrat cõ-
clusio, quod auctoritas Principis supplet omnium 8
solemnitatum defectus, l.omnium C. de testam. l. 2.
vbi Bald.in summ.C.quando decret.opus non est, Abb.
cons.41.num.3.vers.item omnis lib.1. Paris.cons.24.lib.
4.num.4.Dec.cons.341.num.12.vers.& quando conces-
sio, Oldrad.cons.257.num.13.Rot.decis.461.num.13.
part.recent.& fuit dictum in S.Seuerini Dotis 1.Iulij
1620.coram bon.mem.Vbaldo Seniore, & in terminis
transactionis factæ coram Cardinali interueniente
de ordine Papæ, adest decisio 316.num.16.in fin.& n.
19 part. 2.diuers.

Quibus accedit, quod dictus Franciscus, & alij
filij eiusdem Iulij Cæsaris eo defuncto onus d.fidei-
commissi iterum agnouerunt, describendo Casalia,
de quorum pretio agitur in Inuentario vti subiecta
fideicommisso. Hieronimi, & dictum fideicommis-
sum in sententia Cardinalis Blanchetti ad eorum
fauorem lata confirmari obtinuerunt, & in senten-
tia Cardinalis Vicarij Casale Radiccioli eidẽ fidei-
commisso subiacere declarari fecerunt, & in eorum-
dem bonorum possessione spatio annorum 30. &
vltra continuarunt, ac plures actus vigore eiusdem
transactionis gesserunt; & in specie idem Francis-
cus, à quo dicta Maria, & litis consortes causam
habent, eadem Casalia præuia derogatione d. fidei-
commissi vendidit, ac partem pretij pro reintegran-
do fideicommisso ex lege d derogationis reinuesti-
uit, vt de his omnibus constat in dicto summario n.
6.7.8.9. 10. 12. 13. & 14. Vnde resultat longæua 9
transactionis obseruantia, quæ operatur, vt illa
non solùm eo magis sit obseruanda & attendenda,
cap.cum contingit de transact. facit text.in cap audita
de restit.spoliat.Crauett.cons.42.num.4. Decian.cons.
28.num.12 lib.3. & quatenus esset dubia deseruiret
ista pro interprete, l. si de interpretatione & l.minimè
ff.de legib.Natt.cons.406.num.28.Surd.cons.362.num.
10.vbi obseruantia vocatur Regina omnium inter- 10
pretationum; sed etiam arguit omnia necessaria in
ea interuenisse, iuxta notat. per Glos. in cap perue-
nit, vbi Imol. num. 10. de empt. & vendit. Felin. in
cap.illud num.6.de testib. Alexander cons.17. num. 8.
lib.4.Put.decis.365.n.1. lib.2, præsertim cùm in hu-
iusmodi transactione fuerit expressè reseruatum be-
neplacitum Apostolicum, vt in terminis transa-
ctionis dixit Rota in decis. 31. num. 2. part. 4. re-
cent.

Nec prædictam obseruantiam interrumpere va-
luit commissio obtenta per d.Franciscum de anno
1606. super conseruatione eiusdem legitimæ, vt in
summario dd. Mariæ & litis consort. num. 6. quia
cùm ipse postea nihil aliud fecerit in causa, imo
dictam transactionem obseruare continuauerit, alie-
nando Casale Pollinis de anno 1607. vigore dero-
gationis d.fideicommissi, dicto summario Abbat.&
aliorum d num.9. dictamque transactionem, & fidei-
commissum approbauerit in alia Concordia facta
cum Lælio filio & hærede d. Tiberij, illiusque
vigore egerit coram Thesaurario obtinendo sen-
tentiam eiusdem fideicommissi canonizatoriam ad
effectum recuperandi bona fideicommissaria, alios-
que actus gesserit eidem transactioni conformes,
vt in eodem summ. dict. numer. 12. 13. & 14. di-
cta sola commissio sufficiens dici nequit ad in-
terrumpendum cursum temporis requisiti pro
beneplaciti præsumptione, provt dicitur de li- 11
te in qua quis succubuit, quod per illam non in-
ter

terrumpatur præscriptio, Felin. *in d. cap. illud col fin. de præscript.* Rota coram Seraph. *decis.* 1027. *n.* 14. & 1085. *num.* 6.

Absque quod ex dicto tempore elapso cum diuturna obseruantia sit deducendum spatiom qood d. Franciscus erat minor, vt ex aduerso prætende-
12 batur, cùm nos nòn versemur in præscriptione, sed in præsumptione beneplaciti Apostolici, quo casu stante obseruantia non est facienda aliqua temporis deductio, Rot. *decis.* 463. *num.* 8. *part.* 4 *recent.* & coram Seraphin. *d decis.* 1027. *num.* 13. & fuit dictum *in Messanen. fendi* 22. *Iunij* 1635. *coram R.P.D. meo Verospio*, §. *super ultera*, & *in eadem sub* 15. *Februarij* 1636. *coram R. P. D. meo Merlino in* §. *quoniam*.

Et ex his cùm constet de validitate interdictæ transactionis, visa fuerunt etiam tolli ea, quæ adducebantur per informantes dd. Mariç & litis consort. ad ostendendum quod Casalia de quorum pretio agitur, fuerint assignata dicto Iulio Cæsari in eadem transactione ad computum legitimæ.

Quandoquidem prætensa assignatio in instrustrumento transactionis nullibi legitur, quinimo potius ex eius lectura contrarium conuincitur, dum dictus Iulius Cæsar acceptauit eorumdem Casalium subrogationem factam in codicillis Patris in locum alterius relicti in testamento, emologando in omnibus & per omnia dispositionem testatoris, & in specie fideicommissum reciprocum inter ipsos cohæredes ordinatum, vt patet ex illis verbis ibi: *Salua d. subrogatione Casalium Pollini, & Radiciolli in locum Scurani*, quam vt sopra acceptarunt, & absque renunciatione motuo seu reciproco fideicommisso facto, & inducto in dicto testamento: Non enim posset dici adesse fideicommissum reciprocum ex parte dicti Iulij Cæsaris, si ipse Casalia, quæ possidebat ex dispositione paterna restituere non debebat, vt patet ad sensũ. Nec aliquid facit promissio euictionis in dicta traosactione facta per Tiberium ad fauorem dicti Iulij Cęsaris, quasi quod ea mediante idem Tiberius dicto fideicommisso renunciasset, ex
13 *vulg. regul.* quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, *l. vendicantem, ff de euict.* Roland. *cons.* 34. *num.* 91. *vol.* 4. Quia dum expresse in d. transactione fuit fideicommissum reciprocum paternum acceptatum, & d. Tiberius in ea liberauit d.
14 Iulium Cæsarem à solutione debitorum testatoris, d. promissio euictionis debet referri ad molestias, quas dictus Iulius Cæsar pati poterat occasione debitorum paternorum, non autem ad euictionem prouenientem ex natura rei suppositæ fideicommisso communis Patris, vt declarat Bart. *in l. qui Roma* §. *duo Fratres num.* 10. Alexand. *num.* 33. Alciat. *n.* 37. *ff. de verb. obligat.* Socin. Sen *cons.* 31 *num.* 7. *in* 4. Roland. *cons.* 51. *num.* 19. vbi respondet d. regulæ *l. vendicantem de euiction.* Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 69. Rot. *decis.* 211. *n.* 1. *p.* 2. *diuers.* & coram Buratto *decis.* 89. *num.* 8.

Prove non vrget, quod d. Iulius Cæsar, hypothecauerit dotem suæ vxoris in d. Casalibus, quoniam non inde sequitur, quod propterea eadem Casalia fuerint ipsi data in computum legitimæ, itavt non dicantur supposita fideicommisso; siquidem eùm d. Iulius Cæsar alia bona stabilia libera non possideret, bene poterat obligare bona prouenientia ex fideicommisso paterno pro restitutione dotis suæ
15 vxoris, ex dispositione *auth. res quæ, Cod. commun. de legat.* quæ habet locum tam in dotis constitutione quàm in eius restitutione, vt notat Gloss. & sequitur Bart. cum aliis *in d. auth. res quæ*, Paris. *cons.* 52. *num.* 53. *lib.* 2. Rot. coram Seraph. *decis.* 678. *num.* 5. & alibi sæpe.

Et ita vtraque parte, &c.

Romana Successionis.

Veneris 2. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

An vxor ad secunda vota conuolans de acquisitis ex primo matrimonio ad fauorem secundi mariti posit disponere, filio ex primo matrimonio solùm in legitima instituto?

SVMMARIVM.

1 *Pater filiis in eorum re propria præiudicare nequit.*

2 *Vxor quicquid à marito sub quocunque demum titulo receperit, id integrum ad filios præcedentis coniugij transmittere debet.*

3 *Vxor ad secundas nuptias conuolans statim ipso iure priuatur dominio omnium lucrorum quæ à coniuge defuncto perceperat, & filiis communibus applicatur, vsufructu solo sibi dum vixerit retento.*

4 *Filius secundis nuptiis matris non reclamans censetur tacitum præbere consensum, quo stante dispositio excluditur.*

5 *Contradicens actui qui absque eo geri potest non censetur consentire, neque vllum sibi exinde præiudicium parat.*

6 *Signum consensus in rebus præiudicium inferentibus ex sola taciturnitate non oritur.*

7 *Vsusfructus formalis morte finitur & cum proprietate consolidatur.*

8 *Vir concedens vxori amplam facultatem de bonis mobilibus disponendi, non exinde censetur consentire vt vxor ad secunda vota conuolet, filios communes in eo casu eorumdem mobilium proprietate priuando.*

9 *Vir relinquens vxori bona mobilia durante vita, eadem post obitum illius velle potius ad extraneos quàm ad proprium filium venire non præsumitur.*

10 *In generali concessione non veniunt ea quæ speciali nota sunt digna, & de quibus si disponens cogitasset non esset verisimiliter dispositurus.*

11 *Verba quantumuis ampla quibus datur facultas disponendi non ampliant, sed tantùm quod tacitè inerat de iure communi exprimunt.*

12 *Vxorem esse Dominam mobilium pro tempore vitæ, illorúmque proprietatem transeundo ad secundas nuptias filio primi matrimonij reseruare debere iuxta sensum* text. d. l. fœminæ, *simul stare optimè potest.*

13 *Acquisitio quando prouenit ex titulo oneroso* l. fœminæ *locum non habet.*

14 *Seruitia dicuntur obsequia maritalia ad quorum præstationem mulier tenetur.*

15 *Acquisitio bonorum facta mediantibus seruitiis ab vxore præstitis ex titulo oneroso sequuta dici non potest.*

16 *Verba* pro bonis seruitiis *ad colorem donationis seu legati apposita censentur.*

DECISIO

DECISIO CXLII.

VPSIT Clementia de anno 1608. cum dote scut. 600. quam Iosephus maritus de anno 1617. auxit in scut. 1500. vna cum omnibus massaritiis domus pro omni & toto eo, quod d. Clementia prætendere posset pro augmento suæ dotis secundùm dispositionem legum, & statutorũ, conditione adiecta, quod respectu scut. 1500. ipsa haberet vsumfructum sua vita durante, sed post eius obitum eædem pecuniæ spectarent ad eos quibus idem Iosephus in testamento relinqueret, respectu verò massaritiarum ipsa esset absoluta Domina & Patrona, ac de illis disponere posset pro amore Dei, *Summ. Antonij num.* 1. & vlterius in testamento postea condito confirmauit d. dispositionem sub eisdem conditionibus, mandans post obitum d. Clementiæ solui scuta 500. Fabricæ S. Petri, & hæredem vniuersalem instituit Antonium eius filium, vt *in d. Summ. num.* 2.

Postmodum cum d. Clementia transierit ad secunda vota cum Simone, cúmque hæredem vniuersalem fecerit, d. Antonio filio ex primo matrimonio solùm in legitima instituto, dubitani ad instantiam eius d. Antonij, An d. Clementia de acquisitis ex primo matrimonio potuerit disponere ad fauorem d. Simonis, & Domini negatiuam sunt amplexi.

Quia quoad summam quarti dotalis dixerunt habere locum Statutum Vrbis *cap.* 131. *lib.* 1. vbi cauetur quod si maritus vxore superstite cum liberis decedat, vxor quartam partem dotis ad vsumfructum tantùm de bonis mariti lucretur, data cautione quod vsufructu finito illam restituet quibus de iure debet; dum autem de iure quartum dotale vsufructu finito restituendum erat d. Antonio filio primi matrimonij, non potuit postea illud relinqui secundo mari-
1 to, etiamsi adesset expressa licentia primi viri, cùm ille filiis in eorum re propria præiudicare nequeat, vt tradit Faber *in lib.* 5. *tit.* 5. *definit.* 7. *in fin. &* 8. & hanc opinionem sequuntur Thesaur. *lib.* 1. *qq. forens. q.* 30. *num.* 4. & Io. Baptista Hodierna *in l. hac edictali q.* 21. *n.* 26. *C. de* 2. *nupt.*

Quo verò ad residuum iudicarunt intrare claram dispositionem textus in *in l. fœmina C. de* 2. *nupt.*
2 vbi disponitur, quod vxor si quid quocumque titulo lucratiuo à marito receperit, siue ex donatione inter viuos, siue ex vltima voluntate, siue ex quouis munificæ liberalitatis præmio, id totum integrum ad filios præcedentis coniugij transmittere debeat, & idem habetur *in l. hac edictali, §. hoc illud C. eod. tit. & l.* 2. *C. de indict. viduit. & l. mater ad Tertull. & auth.*
3 *de nupt. §. si vero expectet, collat.* 4. adeò vt conuolans ad secundas nuptias statim ipso iure priuetur dominio omnium lucrorum, quæ à coniuge defuncto perceperat, & applicatur communibus filiis retento sibi dum vixerit solo vsufructu, *l. generaliter C. eod. tit.* Saneh. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 89. *num.* 2. latè Anton. Gom. *in l.* 15. *Tauri num.* 3. Io. Baptista Hodierna *in d. l. hac edictali quæst.* 20. *num.* 1. & hoc in pœnam ob iniuriam priori viro, & filiis illatam per transitum ad secũda vota, *d. auth. de nupt. §. sin autem tutelam vers. nos autem, c. & auth. de non eligen. secund. nupt. §. quia vero nunc sequitur, vers. non igitur, & vers. qui igitur*, cum aliis *ibidem* per Gloss. & DD. alleg.

4 Quibus non obstare visum fuit, quod Antonius non reclamauerit quando mater secundo nupsit, & ex hac aequiescentia eliciatur eius tacitus consensus, quo stante excluditur dispositio *d. l. fœmina* ex alleg. per Dec. *in cons.* 206. *num.* 4. *&* 5. *vol.* 1. & Rolan. *in cons.* 81. *n.* 13. *vol.* 3.

Nam quicquid sit an per tacitum consensum filiorum excludatur dispositio *dd. l. fœmina*, fuit responsum quod in proposito talis consensus non probatur, & sola acquiescentia de tempore contracti matrimonij non sufficit, quia filius matrimonium impedire non valet: qui autem non contradicit actui qui absque eo geri potest, non censetur con- 5
sentire, & nullum sibi parat præiudicium, *l. Caius*, cum ibi notat. *ff. de pignorat. act. l. quæ dotis, ff. solut. matrim.* Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 8. *num.* 149. *& seq.* & in terminis ratiocinatur Saneh. *d. lib.* 7. *disp.* 89. *n.* 43. *vers. ducitur autem*, & *n.* 44. *in fin.* subiungit, quod in rebus præiudicium inferentibus ex sola ta- 6
citurnitate non oriatur signum consensus, allegans Garronem *in rubr. C. de* 2. *nupt. ad euitan. pœnas* 2. *nubenti*, & alios.

Neque obstat quod dispositio *d. l. fœmina* limitetur, quotiescumque constet voluntatem primi viri eam fuisse, vt mulier etiam transiens ad secunda vota consequatur legatum à se illi factum, ex congest. per Purpurat. *in cons.* 308. *num.* 1. Quoniam dictum fuit d. limitationem in præsenti casu locum habere non posse, nec respectu pecuniarum nec mobilium.

Non quidem respectu pecuniarum, quia d. Iosephus primus maritus reliquit tantùm d. Clementiæ eius vita durante vsumfructum dd. scut. 1500. eaque defuncta voluit quod illa peruenirent ad eos quibus ipse relinqueret in Testamento, & sic cùm postea in testamento ex dd. scutis 1500. legauerit scuta 500. Fabricæ S. Petri, hæredem verò vniuersalem instituerit d. Antonium eius filium, sequitur dicendum quod d. Clementia non potuerit habere nisi vsumfructum eius vita durante in reliquis scutis 1000. & consequenter, quod illorum proprietas post eiusdem Clementiæ obitum vnà cum vsufructu ad fauorem d. Antonij consolidata fuerit ex natura relicti vsufructus formalis qui morte finitur, 7
& cum proprietate consolidatur, *§. finitur*, vbi Gloss. *instit. de vsuf.* Gabr. *cons.* 124. *n.* 5. *lib.* 1. Natt. *cons.* 419. *num.* 3. Rot. *decis.* 515. *n.* 3. *part.* 4. *recent.*

Nec etiam respectu mobilium; quoniam etsi d. Iosephus quoad ista dederit d. Clementiæ amplam facultatem disponendi, vt patet ex illis verbis ibi: 8
mà in quanto alle massaritte di casa ne sia Signora, e Patrona &c. e ne possa fare e disporre quello che gli parerà, non inde tamen sequitur, quod voluerit consentire, vt vxor ad secunda vota conuolaret, & ex eo casu priuaret communes filios eorumdem mobilium proprietate, vt tradunt Rip. *in repetit. d. l. fœmina in nou. edit. quæst.* 12. *num.* 25. Gabr. *de* 2. *nupt. concl.* 2. *num.* 11. Bertrand. *cons.* 306. *n.* 2. *vol.* 2. Fulgos. *cons.* 63. *num.* 1. *&* 3. *vers. ad id autem*, quos sequitur Saneh. *in d. lib.* 7. *disput.* 89. *num.* 5. vbi loquitur in facultate disponendi concessa in vita, & in morte.

Quandoquidem verisimile non est quod d. Iose- 9
phus voluerit, vt mobilia vxori relicta sua vita durante post illius obitum ad extraneos potius quam ad proprium filium peruenirent, ad *tex. in l. generaliter, §. cum autẽ C. de instit. & substit. & l. cum auus, ff. de condit. & demonstr.* Alex. *cons.* 130. *vol.* 1. *col.* 1. Afflict. *decis.* 44. *num.* 2. & quatenus hoc voluisset debebat explicitè declarare, cùm in generali concessione 10
non veniant ea quæ sunt speciali nota digna, & de quibus si disponens cogitasset non esset verisimiliter dispositurus, *C. fin. de offic. Vicar. in* 6. & ideo

verba

verba prædicta qoantumvis ampla, qoibus datur fa-
11 cultas disponendi, non implicant, sed tantùm ex-
primunt quod tacitè inetat de iure communi, *l. in re*
mandata C mandat. cum aliis relat. per Rip. loco sup. cit.
num. 27. maximè qnia simul stare potest quod d. Cle-
mentia pro tempore suæ vitæ esset Domina & Pa-
12 trona dd. mobilium, & quod transiens ad secundas
nuptias illorum proprietatem reseruare deberet pro
filio primi matrimonij, iuxta sensum *text. d. l. fœmi-*
na, cum quo disponens se voluisse conformare præ-
sumitur, *l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebell. l. pete, ff.*
de legat. 2. *Gallus. §. quidam rectè, ff. de liber. & posthum.*
Alex. *cons.* 55. *num.* 2. *lib.* 4. Greg. *decis* 56. *num.* 5. *& de-*
cis. 301. *num.* 6.

Minus aduersari existimatum fuit, quod primos
matitus disposuerit de dd. bonis ad fauorem vxoris
pro remuneratione seruitiorum, vt ibi: *volendo ho-*
ra il medesimo Sig. Gioseppe ricordeuole de seruitij ri-
ceuuti, e per far cosa grata à detta sua consorte acciò
per l'auuenire gli si mostri più affettionata, & porti
13 *maggior beneuolenza &c.* vnde inferri prætendebatur
quod. d acquisitio prouenerit ex titulo oneroso quo
casu non babet locum *d. l. fœmina*, vt tradunt Io. Lup.
rub. de donat. §. 67. n. 17. vers. sed reuera, Molin. *tom.* 2. *de*
iust. & iur. tract. 2. *disp.* 431. *§. contrarium*, Valasc. *cons.*
19. *n.* 7. *tom.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 41. *num.* 1.
vers. hac autem.

14 Siqoidem seruitia sicut supra narrata dicuntur
obsequia maritalia, ad quorum præstationem mulier
tenetur, *Bald. in l. si vxorem, C. de condit. in ser.* Pinell.
de bon. mater. lib. 1 *part.* 3. *n.* 61. *vers. sed prædicti viri c.*
hæc imago, & c. est ordo 33 *q.* 5. Sanch. *d. lib.* 6. *n.* 1. *&* 13.
15 & ideò acquisitio bonorũ mediantibus illis facta nõ
potest dici sequuta ex titulo oneroso, & consequen-
ter dispositio *d. l. fœmina* impediri nequit, vt in spe-
cie adoertit Vinc. de Franch. *decis.* 428. *n.* 4. *in fin.* &
vltra alias rationes concloditur quod verba illa *pro*
16 *bonis seruitiis* non obstant, cùm censeantur appo-
sita ad colorem donationis seu legati, ex doctr. Dec.
in l. si donatione in 1 *limit. C. de collat.*

Demum nihil releuare visa fuerunt alia subsequẽ-
tia verba ibi: *che ne possa disporre, e lasciar per l'amor*
di Dio &c. & il tutto lo fa per scarico dell' anima d'esso
Sig. Gioseppe; quia vltra quod Clementia pro amore
Dei idest in piam causam nihil disposuit, dixerunt
Domini d assertionem à matito emissam nullate-
nus esse attendendam in præiudiciom communis fi-
lij, cùm non probetur causa ob quam maritus pro-
prietatem dd. bonorum vxori relinquere teneretur
pro exoneratione suæ consciẽntiæ, & ita quicquid à
marito assertum fuerit, includitur sub generalitate
verborum *d. l. fœmina, C. de* 2. *nupt.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Maioricen. Beneficij.

Ven. 9. Decembris 1639.

ARGVMENTVM.

Arbitrium Rotæ ad effectum supersedendi in executione intrat, stante reseruatione turbida cuius vigore Breue Apostolicum fuit obtentum.

Vide suprà *Decis.* 137.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* parito Breui arbitrio Rotæ *de rigore Iu-ris multum relaxat.*
2 *Reseruatio cuius vigore fuit obtentum Breue quandò est turbida, arbitrium super eius executione retardanda intrat.*
3 *Iuspatronatus laicorum sub reseruationibus Apostolicis non cadit.*
4 *Fumus patronatus vnde resultat.*
5 *Possessio præsentandi spatio 40 annorum non probat Iuspatronatus, nisi dentur præsentationes spatio centum annorum effectum sortita.*
6 *Sententiis Ordinariorum in materia præsentationum vigore Iurispatronatus plurimum est deferendum, cùm eorum præiudicium concernant.*
7 *Sententia quando tantummodò agitur de fumo Iurispatronatus probando siue à Vicario siue ab Episcopo lata, ad effectum impediendi executionem Breuis sufficit.*
8 *Arbitrium non intrare ad reuocandam executionem iam factam in quibus casibus deficit.*
9 *Arbitrium vt intret pro retardanda executione, sufficit quod deducantur iura ex quibus Iudex de iniustitia sententia possit suspicari.*

DECISIO CXLIII.

POSTQVAM resolutũ fuerat in hac causa sub die 1. Iulij præteriti intrare arbitriũ pro retardãda executione ad fauorem Gabrielis, instabatur ab eodem pro concessione dubij, an ipsi esset dãdum mandatum de manutenendo? sed qoia exaduerso impugnabatur decisio supet d. resolutione extensa, Rota mandauit dari dubiũ, an sit recedendum à decisis, vel potius dandum mandatum de manutenendo? quo hodie proposito responsum fuit intrare arbitriom ad effectum supersedendi in executione, & in hoc standum esse in decisis.

Quia clausula *Parito Breui arbitrio Rotæ*, cum qua 1
mihi hæc causa fuit commissa, multum relaxat de ri-
gore Iuris, Dec. *in l. certum col. fin. C. vnd. lib.* Crescent.
decis. 4. *num.* 3. *de testib.* Rot. *decis.* 85. *n.* 4. *part.* 1 *recent.*
Buratt. *decis.* 769. *n.* 11. ita vt constito, quod reser- 2
uatio, cuius vigore fuit obtentum Breue, sit turbida,
intrat arbitrium super retardanda eiusdem Breuis
executione, Gonzal. *super regula* 8. *gloss* 9 *in annot. con-*
tra nullit. n. 187. & dixit Rota in his fere terminis
coram S. mem. Greg. XV. *in decis.* 58. & *in Craconien.*
præpositura 29. *Ian.* 1629. coram Eminentissimo Viri-
li per Adden. ad Buratt. *in decis.* 280. *litera B.*

Ad reddendam autem reseruationem turbidam
in proposito visum fuit sufficere dare fumum, quod
beneficium de quo agitur sit de Iurepatronatus lai- 3
corum, qood non cadit sob reseruationibus Aposto-
licis, Gonzal. *super reg.* 8. *gloss.* 18. *num.* 2. Achil. *decis.* 3.
de Iurepatr. Rot. *decis.* 304. *p.* 2. *diuers. n.* 1. Buratt. *de-*
cis. 702. *num.* 7. Caual. *decis.* 639. *num.* 4. cum aliis plu-
ribus cumulat. per Adden. ad Buratt. *in d. decis.* 769.
num. 12. & sufficientem fumum patronatus resulta- 4
re dictum fuit ex tribus præsentationibus factis à
Patronis laicis ad hoc beneficium. Prima est de an-
no 1546. in qua prouidetur Antonius Casanoua,
& enunciatur beneficiom fuisse fundatum a Nar-
ciso. Secunda est de anno 1600. per obitum dicti
Antonij, & in ea instituitur Gilabert; & Ter-
tia est de anno 1606. per permutationem fa-
ctam à dicto Gilabert cum Iohanne Villapriu,

Z per

per cuius obitum postremò vacauit, vt *in summ. Gabrielis n. 4. 6. & 7.* & fuit deductum in decisione, quæ reuidetur, §. *dantur itaque.*

Quæ quidem præsentationes licet non sufficiant pro canonizatione Iuris patronatus, cùm sola quasi
5 possessio præsentandi spatio 40. annorum, absque titulo, vel sine fama tituli, non probet Iuspatronatus, nisi darentur præsentationes effectum sortitiæ spatio centum annorum, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij, & dixit Rota *in Barchionnen. vnionis 5. Decẽbris* 1597. *coram bon. mem. Gipsio*, & *in Lucana Iurispatronatus 7. Maij* 1604. *coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & facit *decis. 7. de Iurepatr. n. 4.* apud Cassad.

Attamen negari nequit, quin de eo præbeant magnum fumum, iuncta præsertim sententia Ordinarij Maioricen. canonizatoria eiusdem patronatus, vt *in dicto summario num.* 5. quibus Ordinariorum
6 sententiis in hac materia plurimum est deferẽdum, cùm concernant eorum præiudicium, Lambert. *de Iurepatr. lib. 2. part. 7. art. 7. quæst.* 10. *num.* 11. Rot. *decis.* 11. *eadem tit. in nou.* & coram Caual. *decis.* 55. *num* 2. & *decis* 61. *numer.* 3. & *in recent. decis.* 413. *numer.* 1. *part.* 1. vbi *sub num.* 2. & 3. remouet obiecta adduci solita, quando sententia fuit lata inter compatronos & non ab ipso Episcopo; & firmatur quod dum agitur tantummodo, provt hîc, de probando
7 fumo Iurispatronatus, sententia siue lata sit à Vicario, siue ab Episcopo, sufficiat ad effectum impediendi executionem Breuis, non obstante decis. Gregorij 325. cum aliis in contrarium allegatis, in quibus firmatur non intrare arbitrium, licèt in earum casibus fuerit deducta exceptio Iurispatronatus; quia decis. Gregorij, & aliæ ex aduerso adductæ, vel loquuntur in terminis quibus excipiens de Iurepatronatus non erat in possessione, vel quando causa non erat commissa cum clausula *arbitrio*, &c. vel in casu quo erat plenè capta possessio per prouisum Apostolicum, nec contra eum deducebatur fumus sufficiens ad hoc vt arbitrium intrare posset, provt patet ex earum lectura; & ideo non applicatur in præsenti, vbi excipiens de Iurepatronatus est in possessione, causa reperitur commissa cum clausula *arbitrio Rota*, & datur magnus fumus Iurispatronatus.

Provt nec etiam obstat aliud repetitum obie-
8 ctum, quod scilicet arbitrium non intret ad reuocandam executionem iam factam, Buratt. *decis.* 138. *num.* 1. cum aliis: quia inter alias responsiones in decisione datas illa videtur ineuitabilis, quod possessio quæ adducitur pro executione ad fauorem Michaelis est merè Instrumentalis, capta Gabriele existente in plena & reali possessione huius beneficij, tanquam de iure patronatus, & sic cùm adhuc supersint reliquiæ d. executionis circa perceptionem fructuum, super quibus, & super censuris fulminatis contra prouisum ab Ordinario, cadit etiam dicta clausula *parito Breui arbitrio Rota*, dixerunt Domini, quod donec cognoscatur de iustitia sententiæ, qua mediante fuit capta dicta possessio, stante magno fumo contra eam deducto, debere intrare arbitrium pro retardanda vlteriori consummatione executionis, non autem pro reuocanda iam facta, vt fuit seruatum *in Camerinen. Prioratus* 10. *Decembris* 1636. & 27. *Martij* 1637. *coram me*, aliàs enim clausula prædicta apposita in rescripto Signaturæ emanato, partibus auditis, gustata totius facti veritate redderetur inanis, quod dicendum non est, Menoch *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 8 *n.* 35 Rot. *decis.* 363. *part.* 2. *recent.* Add. ad Gregor. XV. *in decis.* 189. *n.* 8.

Nec obstat quod iura respiciẽtia dictũ Iuspatronatus fuerint producta per sententiam A. C. latã ad fauorẽ prouisi Apostolici; quia dum hæc omnia fuerũt narrata Signaturæ iustitiæ, & ab ea fuit causa appellationis commissa, cum clausula *Parito arbitrio Rota*, potest eadem Rota propter fumum iniustitiæ detectum ex dictis iuribus arbitrari pro suspensione executionis, vt fuit seruatum *in Vrgellen. Canonicatus 27. Nouembris* 1634. *coram R. P. D. meo Pirouano*, nam ad effectum vt intret arbitrium pro re- 9
tardanda executione, sufficit quod deducantur iura, ex quibus Index possit de iniustitia sententiæ suspicari, Seraphin. *decis.* 425. *num.* 3. cum aliis allegat. *in decis.* quæ reuidetur, §. *non obstat.*

Quo verò ad manutentionem nihil fuit resolutum, cùm prius discutiendum an probetur concludenter Iuspatronatus de quo datur fumus.

Et ita decisum vtraque parte informante.

Volaterrana Prioratus.

Ven. 15. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

Interesse in causa habens ad causam de Iure est admittendus.

SVMMARIVM.

1 *Prouiso de beneficio auctoritate Apostolica per prouisionem acceptatam ius quæsitum est in re licet possessio capta non fuerit.*

2 *Interesse vt probetur sufficit etiam de eo apparenter docere.*

3 *Interesse in causa habens ad eam iuxta formam commissionis debet admitti, etiamsi tres in causa conformes prolatæ fuissent.*

4 *Admissus ad causam omnia acta sua facit.*

5 *Admisso ad causam nocet, quicquid contra alium gestum pronunciatumve fuerit quod suæ intentioni repugnat.*

DECISIO CXLIV.

PRo informante fuit responsum, & sic constare de interesse Francisci ad effectum admittendi eum ad causam, quia in eius *summario num.* 1. apparet ipsum auctoritate Apostolica fuisse
de hoc beneficio prouisum, per quam prouisionem 1
acceptatam fuit ei ius quæsitum in re licet possessio non fuerit capta, *cap. si tibi absenti*, vbi Gloss. *vers. respondet*, *quod non de prebendis in* 6. Gomez *in reg. de trien. possess. quæst.* 30. *num.* 3. *prope finem*, *vers ratio est*, Simonet *de Reseruat. quæst.* 55. *num* 1. & *seq.* Cassad. *decis.* 4 *n.* 2. *de caus. possess. & propriet.* Rot. *decis.* 24. *de prebend. in antiq.* & *in recent. decis.* 498. *n.* 1. *post princ. part.* 1.

Hincque propterea resultat eius euidẽs interesse,
de quo ad hunc effectum sufficit etiam apparenter 2
docere, *c. veniens il* 2. & ibi Innoc. *de testib.* Felin. *in cap. auditis col.* 14. *vers. dixit de rescript.* & *in cap. cum semper de offic. delegat.* Dec. *in fin. numer.* 16. *Cod. de edict. diu Adrian. tollen.* Rot. *decis.* 11. *de Iudic. in antiq.* Bisigner. *decis.* 1. *de rescript.*

Consti

Conſtito autem de intereſſe, debet idem Franciſcus admitti ad cauſam iuxta formam commiſſionis, de qua *in d.ſummario num.* 2. etſi in cauſa fuiſſent prolatæ tres conformes, Mohed.*deciſ.* 19.*de re-*
4 *ſtit.ſpol.* Put *deciſ.* 317.*lib.* 2. *in correct.* & omnia acta
hucuſque facta facit ſua, vt notat *in cap.*2.*& lit.pen-*
*den.lib.*3. Atque quod ipſi noceat quicquid contra
5 alium geſtum pronunciatumue fuerit, quod ſuæ
intentioni repugnet, vt tenuit Rota apud Seraph. *deciſ.* 906. *num.* 2. & *in recent. deciſ.* 705. *numer.* 3. *part.*2.

Et ita deciſum vna tantùm &c.

Roſſanen. Exemptionis.

Veneris 27. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

De priuilegio exemptionis Monaſterij de quo agitur à iuriſdictione Ordinarij; an & vnde priuilegium eſſe in forma probandi cognoſcatur?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam ſuper exercitio Iuriſdictionis Monaſterij cuiuſlibet intra fines ſuæ diœceſis ſiti, quando de eorum exemptione in contrarium non conſtat.*

2 *Priuilegium exemptionis eſſe in forma probanti, ex omnibus requiſitis authenticæ ſcripturæ conuenientibus reſultat.*

3 *Priuilegio tranſumpto fides non eſt adhibenda quando de matrice ſeu ſcriptura originali non conſtat, nec forma requiſita fuerit ſeruata.*

4 *Priuilegium cùm ſit nimis antiquum dicitur authenticum, & æquè originale ac prima ſcriptura habetur.*

5 *Priuilegium ſtante temporis antiquitate cum omnibus iuris requiſitis exemplatum præſumitur.*

6 *Scriptura informis quando eſt adminiculata & obſeruata etiam abſque aliqua recognitione probat.*

7 *Solutiones Papæ continuatò datæ licet mentionem de priuilegio faciant, in eius tamen executionem factæ dicuntur.*

8 *Solutiones probant priuilegij validitatem & obſeruantiam, quæ ex præambulo tituli præſumitur ſubſequuta.*

9 *Fides ſcripturæ etiam informi datur adminiculis & obſeruantia concurrentibus.*

DECISIO CXLV.

RÆTENDENS D. Paulus Æmilius Silueſtrius Abbas S. MARIÆ de Patyto in vim priuilegiorum Apoſtolicorum, eiuſdem Abbatiæ Monaſterium cum Capellis omnibus, & tenimẽtis nulli eſſe ſubiectum, præterquam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cauſam ſuper hoc in Rota mihi committi obtinuit contra Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum Roſſanen. aſſerentem dictũ Monaſte-
1 rium eſſe ſitum intra fines ſuæ Diœceſis, & de
prætenſa exemptione non conſtare, ac propterea ipſum habere in eo intentionem fundatam ſuper exercitio iuriſdictionis, ex *cap. cum perſona* 7.*in fin. de priuileg.in* 6.*& cap.omnes Baſilicæ* 16.*quæſt.*7. Quare propoſui dubium, An conſtet de exemptione? Et quia informantes pro parte d. D. Archiepiſcopi principaliter negabant, priuilegium Innocentij III. à quo originem trahit d. exemptio, eſſe in forma probanti, placuit Dominis pro nunc reſpondere d. priuilegium eſſe in forma probanti, & quod de exemptione particulariter videatur.

Ratio autem, quæ mouit Dominos ad reſpon-
dendum pro forma probanti, reſultauit ex eiuſdem 2
priuilegij oculari inſpectione, cùm appareat ſcriptum in pergameno antiquiſſimo per manus Notarij Apoſtolici, & contineat diem, menſem, & annum cum ſubſcriptione Papæ, & quamplurium Cardinalium, quæ requiſita omnia conueniunt authenticæ ſcripturæ, ad tradit. per DD. *in cap.*1.*& in cap.cum P.Tabellio de fid.inſtr.* Aym. *conſ.*216.*num.*5. Couar.*pract.quæſt.*20.*num.*3.*& ſeqq.*

Et licèt videatur ſcriptum, & ſubſcriptum eodem
caractere, ita vt magis reputari debeat tranſumptum,
quàm originale, & vti tranſumpto nulla fides ſit ei 3
adhibenda, ex quo non conſtat de matrice, ſeu ſcriptura originali, nec fuerit ſeruata forma requiſita, *in cap.fin.* vbi Abb.& alij DD.*de fid.inſtr.* Caguol.*in auth.ſi quis in aliquo n.*36. Alex.*conſ.*112.*n.*1.*lib.*4 Buratt.*deciſ.*472.*num.*3.*&* 4.

Attamen dixerunt Domini, hoc priuilegium eſ- 4
ſe authenticum, etiam quod non ſit prima ſcriptura; quia eſt nimis antiquum, cùm fuerit conceſſum de anno 1198. & ſcriptum à Magiſtro Rainaldo, qui erat Notarius, & tanquam Vicecancellarius Papæ Innocentij III. in primo, & ſecundo anno eius Pontificatus, vt teſtatur Ciaccon.*in vita eiuſdem Innocentij tom. fol.*651.*col* 1.*verb.Cancellarij*, & propterea potuit dare ſumptum authenticum, quod habetur æque originale ſicut prima ſcriptura, ex notat. per Felin.*in cap.cum P.Tabellio n.*7.*de fid inſtr.* Rot.
*deciſ.*1.*eod.tit.in nou.* Caputaq.*dec.*170.*part* 1.*& in re-*
*cent.deciſ.*603.*n.*2.*part.*2.& ſtante temporis antiqui- 5
tate præſumitur exemplatum, cum omnibus iuris requiſitis, vt notant Menoch. *de præſumpt.*80.*num.*2. Caldas Pereira *de empt.& vendit.cap.*35.*n.*10. Tiraquell. *de præſcript. fol.* 62. *verſ.* 37. Barboſ. qui alios plures refert *in d. cap. cum P. Tabellio num.* 3. *&* 4.

Et quatenus circa hoc adeſſe poſſet aliqua hæſitatio, viſa fuit penitus tolli ex eo, quod ſumus in priuilegio conceſſo ante 400. annos adminiculato ex confirmationibus quatuor Summorum Pontificum, *Summ. d. Abbatiæ numer.* 2. 3. *&* 4. ac obſeruato ſpatio 200. & vltra annorum, prout probatur ex ſolutionibus vnius vnciæ auri C. A. & trium cereorum, & cannatæ mellis menſæ Archiepiſcopali Roſſanenſi iuxta formam expreſſam
in eodem priuilegio, de quo *in d. Summ. numer.* 1.
& de ſolutionibus *numer.* 5. 6. *&* 7. & ideò intrat 6
concluſio, quod ſcriptura etiam informis probet quando eſt adminiculata, Menoch. *conſ.* 928. *numer.* 35. Verall. *deciſ.* 234. *part.* 1. Seraphin. *deciſ.* 1192. *numer.* 2. Rot. *deciſ.* 418. *num.* 5. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 396. *numer.* 9. *part.* 5. *diuerſ.* & eò magis quando eſt obſeruata, vt tradit Cin. *inter conſ.* Bald. *conſ.* 400. *numer.* 5. *lib.* 4. relat. per Aym. *in conſ.*101. *num.* 4. *& conſ.*158.*numer.*1. & *in tract. de antiq. tempor. part.* 1. §. 1.*limitatur numer.*14. Rot *coram Reuerendiſſ D.meo Decano deciſ.*128.*numer.*7. *inter eius impreſſ.* etiam abſque

aliqua recognitione, Socin *conf.* 18 *vol.* 4. *verf. ad secundum respondeo vol.* 2. Aym *in d. tr. de antiq. temp. part.* 1. *n.* 326. Put. *decif.* 196. *lib.* 1.

Nec existimarunt Domini aduersari posse ea, quæ deducebantur contra solutiones prædictas, tam vnciæ auri, quàm cereorum, & cannatæ mellis, nempe quod quietan...iæ solutionum vnciæ auri nullam mentionem faciant d. priuilegij Innocentij III. & ita dicendum sit eas factas fuisse in recognitionem directi dominij, quasi quod Abbatia, de qua agitur, sit feudum Apostolicum, & quod solutiones cereorum, & cannatæ mellis fieri consueuerant Ecclesiæ Rossaneñ. ante concessionem d. priuilegij, vt patet ex eius lectura, ac propterea ex his nulla resultare possit obseruantia, quæ d. Abbati suffragetur.

Quoniam fuit responsum, nullibi apparere quod
hæc Abbatia fuerit concessa in feudum, quinimò
in d. priuilegio Innocenti expresse constare, quod
solutio vnciæ auri fieri debeat Sedi Apostolicæ, ex
quo Summus Pontifex specialiter recipiebat sub
protectione Beati Petr. d. Abbatiæ Monasterium,
7 Capellas, eiusque tenimenta, & ideò solutiones,
quæ dantur continuatæ, licet mentionem non faciant
de dicto priuilegio, tamen dicuntur factæ in
eius executionem, *argum. tex. in l. quedam mulier*, cum
ibi notat *ff. de rei vendit.* Caual *decif.* 466. *n.* 2 & con-
8 sequẽter probant eiusdem priuilegij validitatem &
obseruantiam, quę præsumitur subsequuta ex preambulo
tituli huius priuilegij, Aym. *conf.* 10. *n.* 9 & *conf.*
218 *num.* 2. Alciat. *de præsumpt. regul* 2 *præsumpt.* 24.
& dixit Rota *coram Reuerendissimo D. meo Decano in
d. decif.* 118. *num.* 8.

Eadem responsio militat, & in aliis solutionibus
cereorum, & cannatæ mellis; nam quamuis istæ possint
dici factæ iure antiquo, quod competebat Ecclesiæ
Rossanensi ante dictum priuilegium; nihilominus
cùm de eis quoque fuerit facta mentio in
eodem priuilegio, negari non potest, quin saltem
adminiculent eiusdem priuilegij obseruantiam, &
veritatem: concurrentibus verò adminiculis, & ob-
9 seruantia, datur fides scripturæ etiam informi ex superius
allegatis, & firmauit etiam Rota coram Caual.
decif. 122. *n.* 3 & 4. & *inter recent. decif.* 230. *n.* 5.
part. 5. vbi loquitur in terminis Bullarum Apostolicarum.

Et ita decisum vtraque, &c.

Vlixbonen. nullitatis professionis.

Lun. 30. Ianuarij 1640.

ARGVMENTVM.

An renunciatio Vicario à Moniali facta desistendi à lite nec iure quod habet vtendi, ita renuncianti partibus non præsentibus neminéque pro ipsis stipulante præiudicet, vt Iudicium stante renunciatione vlterius prosequi non possit?

SVMMARIVM.

1 *Lis per renunciationem extincta instaurari non debet.*

2 *Renunciatio facta partibus absentibus neminéque pro iis tanquam publica persona stipulante, nihil renuncianti præiudicat.*

3 *Actus coram Vicario Notario & testibus factus in quibus casibus deficit.*

4 *Actus potest reuocari donec à Vicario pro partibus non fuerit acceptatus, nullusque pro iis Notarius stipulatus.*

5 *Renunciatio non acceptata à partibus renuncianti non nocet.*

6 *Actum impugnans in eo se postea fundare non potest.*

7 *Ratificatio professionis nulla existente Moniali non intrat, cùm illud quod non est ratificari nequeat.*

DECISIO CXLVI.

Vm Francisca præmiis suis probationibus prosequebatur disputationem nullitatis professionis, Antonius, & Iohannes eius fratres obtinuerunt remissionem, ad effectum probandi ipsam validè professionem emisisse, & pendente examine in partibus induxerunt etiam eam ad faciendam renunciationẽ liti & causæ per hæc verba, videlicet: *Nunc requirebat* (scilicet dicta Francisca) *ipsi D. Vicario Generali, quod vlterius non progrederetur in interrogandis dd. testibus super dd. interrogatoriis, & quod quamuis ipsa Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat, & desistit ab hac lite, & vlterius illam prosequi non vult, nec vult esse pars, neque vti iure, quod habebat tam in hoc Regno quàm in Romana Curia, & ad sui requisitionem d. D. Vicarius Generalis fieri iussit hunc actum, in quo subsignauit se cum d. Francisca, &c.*

Volenteque postea dicta Francisca, hac renunciatione non obstante, Iudicium prosequi, & econtra prætendentibus dd. Antonio, & Iohanne fratribus in vim d. renunciationis fuisse litem extinctam, & professionem controuersam ratificatam, proposui dubium an dicta renunciatio obstaret, & negatiuè fuit responsum.

Ea præcipuè ratione; quia licet renunciatio prę- 1
dicta contineat extinctionem litis quæ propterea
instaurari non deberet, vt disponit *text. in leg. postquam
liti* 4. *C. de pact.* attamen ex quo facta fuit dd.
Antonio, & Iohanne absentibus, nemine pro eis 2
tanquam publica persona stipulante, nihil præiudicat
renuncianti, per *text. in l. Certum, §. si quis absente,
ff. de confess.* & notat in specie Ias. *in d. l. postquam
lite, n.* 1. *in fin. C. de pact.* Donell. *in coment. ad d. l. n.* 4.
fol. mihi 49. Et quamuis actus de quo agitur factus 3
fuit coram Vicario, Notario, & testibus, nihilominus
aduerterunt Domini, quod Notarius non fuit
adhibitus ad rogandum actum, & Vicarius interuenit
vti rogatus a d. Francisca, quod ipsum requisiuit,
ne vlterius progrederetur in interrogandis testibus,
vt patet ex lectura eiusdem renunciationis; sed neque
Notarius stipulatus fuit pro dd. Antonio, &
Ioanne absentibus, neque Vicarius tanquam publica
persona recepit actum pro eis, prout requiritur
ex doctrina Barthol. *in d. l. postquam liti num.* 6. ibi:
*Intelligo quod est verum si ibi Iudex est præsens tanquã
publica persona recipiens pro Aduersario, aliàs absenti
non prodest*, & idem repetit sub *num.* 12. ibique etiam
Dec. *n.* 7. 8. & 26. & Alex *n.* 11. & ideo reuocari po- 4
tuit prout reuocatus fuit ante acceptationem, Vt *in
summ. Francisca n.* 8. Alciat. *in d. l. postquam liti, n.* 19.
verf. sed tamen, & facit text. *in l. si ego* 24. *de neg. gest.*
Mascard.

Mascard. *de probat. conclus.* 347. *num.* 63. & fuit dictum *in Fauentina dotis* 3. *Aprilis* 1634. *coram bon. mem. Motmanno*, quæ est *decis.* 274. *part.* 6. *diuers.*

Quod eò facilius visum esse dicendum in præ-
5 senti casu, quia non solùm dd. Antonius & Ioannes non acceptarunt dictam renunciationem quæ propterea renuncianti non nocet, vt aduertit Ias. *in dict. l. postquam liti num.* 1. *vers.* 3. *limita*, ibique Castrens. *num.* 6. *C. de pact.* Lancell. *de attent. lit pend. in præfat. num.* 298. Rot. *decis.* 768. *num.* 6. *part.* 1. *diuers.* sed eam expressè impugnarunt, ex quo illa non videbatur facta iuxta eorum intentionem, cùm eius vigore non ratificaretur professio, & propterea prosequuti fuerunt examen testium iam cœptum ante eandem renunciationem, & processum compleuerunt citando d. Franciscam, vt faceret suas probationes, & daret interrogatoria, non obstante renunciatione litis ante facta, vt probatur ex datis *in dicto summario num.* 7. & sic intrat conclu-
6 sio, quod qui actum impugnauit in eo postea se fundare non possit, per text. *in cap. ex eo de regul. Iur. in* 6. Sociu. *in dict. l. postquam liti num.* 5. *C. de pact.*

Nec placuit Dominis id quod dicebatur de ratificatione professionis; quia Francisca in actu d. renunciationis non dixit se velle ratificare professionem, sed potius apertè declarauit, quod ipsa per antea non fuerat Monialis, vt colligitur ex illis verbis ibi; *quamvis ipsa Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*; & ideo dum non constat, quod
7 fuerit Monialis, non potest intrare ratificatio professionis, cùm illud, quod non est ratificari nequeat, vt notat Bart. *in l. obseruare* 4. §. *fin. num.* 6. *ff. de offic. proc. & legat.* Surd. *consil.* 28. *num.* 122. *vol.* 1. non obstantibus illis verbis *hodie Monialis esse volebat*; quia concesso quod vsque ad diem d. renunciationis illa non esset Monialis, dicendum est quod dicta verba importent nouam professionem, & consequenter nullam ob defectum solemnitatum requisitarum, ex *c. porrectum de regular.* & relat. per Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæst.* 7. ac proinde dictum fuit reassumendam esse disputationem in negotio principali super nullitate professionis, attentis probationibus deuuo factis.

Et sic decisum vtraque, &c.

Bononien. fideicommissi de Leonortis.

Vener. 2. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Substitutione ad fauorem liberorum absque mentione masculinitatis purificata, filiæ deficiente linea masculina in bonis substitutis legitimè succedunt.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina cùm etiam appellatione liberorum veniant, deficiente linea masculina in substitutione hæreditatis succedunt.*
2 *Fœmina post extinctam lineam masculorum primo loco vocatorum in subsequenti substitutione vocata censentur.*
3 *Fœmina agnationem conseruare non valent.*
4 *Fœminas agnationem non conseruare in quibus casibus procedit.*
5 *Fideicommittentem aliud in prima substitutione & aliud in secunda sensisse, ex discretiuo modo loquendi sæpius repetito deprehenditur.*
6 *Substitutione ad vnicum tantum gradum coarctatâ habita ratio conseruandæ agnationis non dicitur.*
7 *Contemplatio conseruandæ agnationis in vno casu & in certis personis, ad alios casus & personas non expressas extendi non debet.*
8 *Relatio fieri debet ad præcedentia singula singulis congruè referendo.*
9 *Dictio* vt supra *præcedentia cum eisdem qualitatibus refert.*
10 *Causa conseruandæ agnationis stantibus qualitatibus in secunda substitutione cessat.*
11 *Verba* à qua domo familia & nomine, *etiam in fœminis eiusdem familiæ quæ sunt de agnatione, licet eam conseruare non valeant, verificantur.*
12 *Rota in quibus casibus vocationem fœminarum admittit.*
13 *Substitutio facta separatim nomine collectiuo & verbis communibus absque repetitione oneris dotandi fœminas, eas sub verbo* liberi *fuisse vocatas clarè demonstrat.*
14 *Verba quando sunt clara voluntatis quæstio non est admittenda.*
15 *Discedere à verbis dispositionis ob subtiles interpretationes coniecturales valde est periculosum.*
16 *Voluntatis maius signum est illud quod verba denotant.*
17 *Statutum Bononiæ quoad exclusionem fœminarum quomodo intelligendum.*
18 *Linea masculina deficiente fœmina tam ex dispositione statuti quàm fideicommittentis in bonis fideicommissi succedere debent.*
19 *Fœmina tanquam vltimo loco vocata de bonis fideicommissarus liberè disponere possunt.*

DECISIO CXLVII.

IN donatione irreuocabili inter viuos facta per Leonem de Leonoriis Iacob eius filio naturali legitimato, de omnibus suis bonis præsentibus & futuris, cum reseruatione vsusfructus dumtaxat, fuit constitutum perpetuum fideicommissum ad fauorem filiorum & descendentium masculorum dicti Iacobi Donatarij, illisque deficientibus substituti fuerunt Paulus & Leonardus de Leonoriis Patrueles & eorum liberi, superadditis postea verbis ibi; *à qua domo, familia, & nomine, intentio Donatoris fuit & est, quod dicta bona non egrediantur, sed in illa conseruentur primò mediantibus dicto Iacobo & eius descendentibus masculis prædictis, & de quibus supra, deinde dictis substitutis vt supra*, prout latius in donatione *summ. Monialium num.* 1.

Per obitum Donantis, & Donatarij sine filiis fuit factus locus substitutioni dictorum Pauli, & Leonardi, quorum alter scilicet Paulus obiit pariter sine filiis, Leonardus verò tres post se reliquit filios, nempe Horatium masculum & duas fœminas hodie Moniales.

At quia dictus Horatius & ipse quoque decessit
sine filiis, instituto sibi hærede vniuersali Petro
Antonio de Niue extraneo, insurrexerunt contra
ãstum dictæ Moniales vti filiæ dicti Leonardi, præ-
tendentes ad earum fauorem per obitum dicti Ho-
ratij fratris, fuisse purificatum fideicommissum per
dictum Leonem ordinatum: ideoque dubitani an
constet de fideicommisso etiam ad earum fauorem,
& affirmatiuè in hac secunda causæ positione fuit
responsum.

Nam præsoppposita existentia fideicommissi ad
fauorem dictorum Pauli & Leonardi de Leonoriis
purificati vltimo loco in personam dicti Horatij, vt
constat ex sententiis de partibus in fauorem eius-
dem Horatij prolatis, & in duabus decisionibus
huius Tribunalis canonizatis coram Reuerendiss.
D.meo Pampilonen.quarum altera extensa fuit sub
die 9.Iunij, & altera sub die 3. Decembris 1632.
vt in dicto summario num.2. visum fuit Dominis per
obitum prædicti Horatij sine filiis fuisse purifica-
tum fideicommissum, etiam ad fauorem fœmina-
rum sororum dicti Horatij, & filiarum pariter eius-
dem Leonardi; quia etsi Donator Iacobo Donata-
rio substituerit eius filios & descendentes mascu-
los, attamen illis deficientibus substituit dictos
Paulum, & Leonardum, ac eorum liberos absque
1 aliqua mentione masculinitatis; quo casu fœminæ
succedunt, cùm & illæ quoque veniant appellatio-
ne liberorum, vt expressè deciditur *in l. cognoscere
56.§.liberorum,* & *l.non est sine liberis* 147. *ff.de verb.
signif.l.1.ff.de condit.incert.* Mantic *de coniect. vltim.
volunt.lib.11.tit.14.num.11.* Peregr, *de fideicommiss.
art.25.num.8.* Cephal.*cons.527.num 42. lib.4.* Fusar.
de substit.quæst.316.num.1. Surd. *decis.66.n.3.* Rota
decis.614. part.3. num.8. & *decis.215. num. 1. part.6.
recent.*

Quod procedere dictum fuit, etiamsi fideicom-
mittens in prima sobstitutione expressè vocauerit
filios & descendentes masculos dicti Iacobi Dona-
tarij, quia postea in subsequenti substitutione vo-
2 cauit tantùm Paulum & Leonardum Patrueles &
eorum liberos, quorum appellatione veniunt, &
censentur vocatæ etiam fœminæ post extinctam
lineam masculorum primo loco vocatorum, vt bene
aduertunt Bero *in cons.83. num. 4. & sequentib.* &
cons.87.num.7. vol.2. Socin. Sen. *cons.217. lib.1. &
cons.51.num.4.& 5. lib.4.* Curt.Sen.*cons.64.num.11.
in fin.*& *num.12.*Corn.*cons.203. per tot. lib.4.* quos
sequuta fuit Rota apud Reuerendiss. D.meum De-
canum *in decis. 294. num. 4. 5. 8. & 9.* inter eius
impress.

Nec obstare existimatum fuit, quod fideicommit-
3 tens respexerit conseruationem agnationis quam
fœminæ conseruare non valent, *l.pronunciatio 195.§.
familia, ff. de verb. signific.* & ideo exclusæ dican-
tur, Crauett. *cons.306.num.5.* Honded.*cons.75.n.17.
lib. 1.*

Quia placuit responsio, quod scilicet obiectum
4 procederet exstantibus masculis, vel quando fœmi-
næ fuissent ab initio exclusæ, cuius contrarium con-
stat in præsenti, stante dicta secunda substitutione
facta verbis communibus, vt egregiè defendit Pe-
regrio.*in cons.58.per tot.*vbi *sub num 8. & sequentib.*
declarat Craoett. Honded. & alios qui in contra-
rium allegari solent, & idem repetit *in cons. 149.
num. 23. 24. & sequentibus*, & rursus *in cons. 159.
num.19. vers. tertius casus lib. 5.* Fusar. *de substitut.
quæst.311. num.34.* & *quæst.352. num.14. cum se-
quentibus*, & sensit Rota apud Buratt. *in decis.272.
num.15.*

Præterea fuit consideratum, qood fideicommit-
tens habuit rationem conseruandæ agnationis dun-
taxat in prima substitutione, facta ad fauorem fi-
liorum & descendentium masculorum dicti Iacobi,
& propterea mandauit dotari fœminas ex illo, &
illius linea descendentes: in secunda verò substitu-
tione vocauit simpliciter dictos Paulum, & Leo-
nardum, & eorum liberos, nulla facta mentione
masculinitatis, nec ad vlteriores sobstitutiones pro-
gressus fuit; ex quo discretioo modo loquendi sæ- 5
piùs repetito deprehenditur, fideicommittentem
aliud sensisse in prima substitutione, & aliud in se-
cunda, *argum. l.1.§.sin autem ad deficientis, C. de ca-
ducit.sollen.* Beee. *cons.12. num 44.* Socin. Sen. *dicto
cons.227.* & Socin. Iun. *cons.3. num.7.* & *cons.114.
num.19.vol.1.* Surd. *cons.466. vol.4.* Rota *decis.336.
la 2.num.5.part.2. recent.* & qood quando substitu- 6
tio est coarctata ad vnicum tantùm gradum, non
dicatur habita ratio conseruandæ agnationis, notat
Gabr.*cons.97.num.7.lib.1.* Cephal.*cons.600.num.37.*
Mantic.*de coniect.vltim. volunt. lib.6.tit vltim.num.5.
& 6.* Rota coram Gregor.XV.*decis.464.num.17.* &
in recent.decis.151. num.12. part.5. & contemplatio 7
conseruandæ agnationis in vno casu, & in certis
personis, non debet extendi ad alios casus & perso-
nas non eapressas, Rimin. Iun. *cons.117. num.71.*
Molin.*de Hispan.primog lib.1.cap.5.num.37.* & *lib.3.
cap.5.num.17.& seq.* Fusar.*de substit. quæst.458.n.15.*
Gregor.XV. *decis.433.num.18.* Seraph. *decis.1023.
num.9.* Rota *decis.195. num. 10. 11. & 12. part.5.
recent.*

Idque locum habere dixerunt Domini, etiamsi
fideicommittens in dispositione superaddiderit ver-
ba illa ibi; *à qua domo, familia, & nomine intentio
donatoris fuit & est, quod dicta bona non egrediantur
sed in illa conseruentur*; quia non inde sequitur quod
fuerit contemplata conseruatio agnationis in per-
petuum, sed tantùm in prima substitutione descen-
dentium masculorum dicti Iacobi Donatarij, in qua
semper fuit reperta qualitas masculinitatis, provt
declarant verba subsequentia ibi: *mediantibus dictis
Iacobo & eius descendentibus masculis prædictis, deinde
dictis substitutis vt supra*, cùm relatio fieri debeat 8
ad præcedentia singula singulis congruè referendo,
iuxta Gloss.*in l si negocium, ff.de negoc. gest.* Ciriac.
*contr.262.num.5.*Surd.*cons.336.num.10.vol.3.* & na-
tura dictionis *vt supra* est, referre præcedentia cum 9
eisdem qualitatibus, *l. talis scriptura 30. §. fin. ff. de
leg.1.* Alex.*cons.59. circa fin. vol. 3.* Mart.*de Claus.
part.1.claus.201.num.1.& 2.* Barbos.*dict.441.num.1.*
quibus stantibus cessat causa conseruandæ agnatio- 10
nis in secunda substitutione, vt declarat in specie
Sim.de Præt *de interpret.vlt.volunt.lib.3.fol.mihi 156.
num.71.in 1.& 2.declarat. solut.11.*

Verba autem illa *à qua domo familia & nomine,* 11
*&c.*verificantur etiam in fœminis eiusdem familiæ,
quæ & ipsæ quoque sunt de agnatione licet eam
conseruare non valeant, *d l.pronunciatio. §.familia ff.
de verb. signific.§.item vetustas instit. de hered. quæ ab
intestato deferunt.* Ias. *cons.142.n.3. vers.6.* .... *lib.2.*
Socin.Sen.*dicto cons.227. num.5. vers. sed contra præ-
missam lib.2.*& in terminis similium verborum idem
censuit Rota coram Gregor.XV.*in dicta decis.464.
n.2.3.& 4.* & faciont notata per Adden. ad eund.*in
decis.293.n.23.*

Hincque patet non applicari decisiones 203. &
217.*p.1. recent.* & coram Buratt. *d.decis.172.*in qui-
bus fuit responsum pro exclusione fœminarum,
etiamsi non adesset concursus masculorum; quia illæ
& aliæ in contrarium addoctæ loquuntur in diuer-

sis

ſis terminis , nempe quando diſponens habuit ex-
preſsè rationem perpetuò conſeruandæ agnationis,
& nunquam vocauit fœminas ſub verbis commu-
nibus , ſed potius concurrebant verba ex quibus
colligebatur fœminas ſemper fuiſſe excluſas ex
mente fideicommittentis,vt patet ex earum lectura:
quando autem contrarium deprehenditur ex mente
Teſtatoris , Rota admiſit vocationem fœminarum,
vt dixit apud Greg XV. *in dicta deciſ.* 433. *num.*18.
in fin.& in dicta deciſ. 151.*num.*22 *part.*5.*recent.* deci-
ſiones vero Manticæ 305.& 351. *in cauſa Nucerina*
fideicommiſſi , loquuntur in caſu quo fœminæ con-
currere volebant cum agnato ſubſtituto ex deſcen-
dentibus teſtatoris,vt legitur *in* 1.*ſub n.*1.*& in* 2.*ſub*
num. 2. *verſ. ſecundò quod Pompilius* , & ideo eò mi-
nus aduerſantur.

Prove nec etiam aduerſari viſum fuit , quod fi-
deicommittens in ſecunda ſubſtitutione mandaue-
rit dictis Paulo & Leonardo ſubſtitutis , vt dota-
rent filias fœminas primo loco vocatorum , vnde
inferri prætendebatur ad excluſionem filiarum fœ-
minarum eorumdem Pauli & Leonardi ſubſtituto-
rum ex veriſimili mente diſponentis ; Quia vltra
quod fœminæ primi inſtituti & ex eius linea de-
ſcendentes hodie non extant , illæ fuerunt excluſæ
propter dotes ad effectum conſeruandi agnatio-
nem, cuius ratio non fuit habita in ſecunda ſubſti-
tutione facta ad fauorem dictorum Pauli , & Leo-
nardi ac eorum liberorum : imo ex quo in hac ſe-
13 cunda ſubſtitutione facta ſeparatim nomine col-
lectiuo & verbis communibus, non fuit repetitum
idem onus dotandi fœminas , clarè colligitur eas
fuiſſe vocatas ſub illo verbo *liberi* , quod magis ex-
primit fœminarum incluſionem. cùm in prima ſub-
ſtitutione diſponens ſemper vſus fuerit verbo filiis,
Ruſtic.*in l.cum avus* 102. *lib* 6. *cap.* 8.*num.*12. *ff de*
*condit.& demonſtrat.*Socin *dicto conſ.*227. *lib.* 2. Dec.
*conſ.*567.*num.* 3.Peregr.*de fideicommiſſ.d.art.*15.*n.*34.
verſ. & eo magis , Fuſat. *de ſubſtitut. quæſt.* 403.
num 13.

Aliàs enim ſequeretur quod adhuc ſuperſtitibus
liberis ſubſtitutis dictorum Pauli & Leonardi,qua-
les ſunt iſtæ fœminæ , bona quæ fideicommittens
voluit conſeruari in eius familia transferentur in
extraneos , quod de directo repugnaret voluntati
14 diſponentis , cuius propterea verba dum ſunt clara
non eſt admittenda voluntatis quæſtio , *l. ille aut*
ille 25.*ff.de leg.* 3. cùm valde periculoſum ſit à ver-
15 bis diſpoſitionis diſcedere ob ſubtiles interpretatio-
nes coniecturales , vt inquit Bald. quem ſequitur
16 Dec.*conſ.*89.*num.*1.*in fin.* maius quidem ſignum vo-
luntatis illud eſt quod verba denotant , Rot. *dicta*
*deciſ.*151.*n.*7. *p.*5. *recent.*

Reliqua quæ adducebantur pro excluſione ha-
17 rum fœminarum ex ſtatuto Bononiæ , non fuerunt
habita in conſideratione ; quia illud excludit fœ-
minas ab hæreditate dotantis & illius aſcendentium
temporaliter , ſcilicet extantibus maſculis, Monte-
rent.*ad ipſum ſtat. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. &*
collat.in §.*agnati eamque in verb.ſororib fol* 198. cum
cuius ſtatuti diſpoſitione fideicommittens ſe vo-
luiſſe conformare præſumitur,vt notat Surd.*dec.*95.
18 *num.*14. vnde cùm ſimus in caſu deficientiæ lineæ
maſculinæ,fœminæ iſtæ tam ex diſpoſitione ſtatuti,
quam ex vocatione fideicommittentis ſuccedere de-
bent in bonis fideicommiſſi de quo agitur, vt con-
ſuluit Peregr. *in conſ.*42. *num.*10. & *dicto conſ.*189.
num. 14 *verſ. tertius caſus circa med.* & ſenſit Rota
*in deciſ.*317.*num.*18. *part.*5. *recent.* & tanquam vlti-
19 mo loco vocatæ poſſunt de bonis fideicommiſ-
ſariis liberè diſponere , iuxta *l. in ſolidum* 88. §.
prædia col. cum Pater 77. §. *libertis in fin. ff. de*
legat. 2.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolu-
tum.

Romana Succeſsionis.

Die 23. Martij 1640.

ARGVMENTVM.

Proprietas pecuniis hæreditariis acquiſita filióque poſt mortem Matris conſignata , cùm ad ipſum de iure ſpectet immiſſio denegari non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Proprietas cùm poſt mortem Matris ad filium de iure ſpectet immiſſio in bonis eſt concedenda, perinde ac ſi in dominio ipſius Patris tempore obitus fuiſſent.*

2 *Emptio facta in perſonam matris ad effectum habendi vſumfructum durante vita , nullam matri proprietatem in præiudicium filij acquirit.*

3 *Pactum de inueſtiendo rem emptam,voluiſſe partes in locum pecuniarum hæreditariarum ſubrogare demonſtrat.*

4 *Loca montium ex pecuniis hæreditariis empta hæreditaria dicuntur.*

5 *Augmentum eſt eiuſdem naturæ cuius eſt principale ad quod accedit.*

6 *Proprietas ad quem ſpectat,ad eum pariter ſpectare debet augmentum.*

7 *Pretio augmenti decreſcente damnum etiam proprietario concernit.*

8 *Expenſæ funeralium aliæque prætenſiones à parte creditoris allegatæ dummodo ſint iuſtificatæ & tales quæ non repugnant diſpoſitioni Teſtatoris, ad fauorem eiuſdem ſunt admittendæ.*

DECISIO CXLVIII.

OSTQVAM Rota dixit ſub die 2. Decembris 1639. Clementiam de bonis acquiſitis ex primo matrimonio non potuiſſe diſponere ad fauorem Simonis ſecundi viri , in præiudicium Antonij filij procreati ante ſecundas nuptias. dubitaui an eidem Antonio eſſet danda immiſſio in dictis bonis exiſtentibus in locis montium , ac mobilibus & maſſàritiis domus ? Et quoad loca montium reſponderunt Domini dandam eſſe immiſſionem , ex remed. *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* quia conſtat ea fuiſſe empta ex pecuniis hæreditariis Ioſephi primi viri,poſitis tunc in depoſito in Sacro monte pietatis , ad effectum reinueſtiendi , vt dicta Clementia poſſet gaudere vſufructu iuxta diſpoſitionem eiuſdem Ioſephi, & poſt eius mortem proprietas conſignaretur cui de Iure.
Cùm autem de Iure poſt mortem dictæ Clementiæ 1
proprietas ſpectet ad dictum Antonium filium primi matrimonij , vt Rota cenſuit , vtique in illis eſt concedenda immiſſio perinde ac ſi fuiſſent in dominio ipſius Ioſephi tempore ſui obitus , *l. ſi rem*

&

& pretium, §. *fin. ff. de petit. hæredit. l. Imperator*, §. *fin. ff. de leg.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 49. *num.* 28. & *conf.* 35. *num.* 2. *& seqq. lib.* 3. Mantic. *de coniect. vltim vol. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 23. Fusar. *de substit. quæst.* 636. *n.* 1. Surd. *decis.* 208. *num.* 3.

Quod habere locum dictum fuit, etiamsi emptio
2 facta fuerit in personam dictæ Clementiæ, quoniam id fuit factum ad effectum vt ipsa posset gaudere vsufructu eius vita durante, non tamen vt acquireret proprietatem cum qua fuit consolidatus etiam vsusfructus, ad fauorem dicti Antonij post mortem dictæ Clementiæ Matris, § *finitur*, vbi Gloss. *Instit. de vsufruct.* Gabr. *conf.* 124. *n.* 5. *lib.* 2. Natt. *conf.* 419. *num.* 3. Rota *decis.* 515. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* ex dicto
3 enim pacto de inuestiendo colligitur, partes nil aliud voluisse nisi rem emptam in locum pecuniarum hæreditariarum subrogare, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *Gloss. vnic. n.* 21. *&* 24. Molin. *de primog. Hisp. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 28. *&* 34. Surd. *decis.* 306. *n.* 12.
4 Caual. *decis.* 579. *in princ. & num.* 4. & sic dicta loca montium vti empta ex pecuniis hæreditariis dicuntur hæreditaria, iuxta doctrinã Bart. *in d. l. Imperator*, §. *fin. num.* 2 *vers. primo casu. ff. de leg.* 2. Crauett. *conf.* 973. *num.* 4. *& seqq.* Bursatt. *conf.* 173. *num.* 16. *lib.* 2. & *conf.* 298. *num.* 18. *lib.* 3. Simon. de Præt. *de Interpret. vltim. vol. lib.* 3. *dubit.* 5. *col.* 1. *fol.* 145. cum aliis relatis per Buratt. in similibus terminis in *decis.* 685. *num.* 2. 3. *&* 7.

Vnde fit quod licet dicta loca montium hodie ex beneficio temporis plus valeant quàm valerent de tempore eorum emptionis, non inde tamen sequitur dicendum, quod pretium tantùm tunc temporis
5 sit restituendum, nam istud augmentum est eiusdem naturæ, cuius est principale ad quod accedit, *l. si conuenerit* 18. §. *si nuda, ff. de pignorat. act. l. etiam in fin. C. de Iur. dot. l. inter socerum*, §. *cum inter ff. de pact. dotalib.* & ideo sicut principale, id est proprietas spe-
6 ctet ad d. Antonium, vt supra fuit firmatum, ita & pariter ad eum spectare debet dictum augmentum, Rom. *conf.* 469. *num.* 5. Purpurat. *conf.* 776. *n.* 15. Rot. *impress. per Posth. post tract. de manuten. dec.* 119. *n.* 5. *vers. sed eadem cum incremento*, maximè cùm dictum
7 augmentum esset incertum, ex quo pretium dd. locorum montium poterat etiam decrescere, quo casu damnum ad eundem Antonium vti proprietarium spectare debuisset, *l. necessario* 8. *in princ. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. quæ fortuit. C. de pignorat. act.* & sic meritò ad ipsum quoque spectare debet augmentum, *l. secundum naturam, ff. de reg. Iur. l. id quod* 7. *in fin. ff. de peric. & commod. rei vendit.* Surd. *conf.* 128. *num.* 10. Cuiac. *contr.* 452. *num.* 52. *& sequen.*

Quo verò ad mobilia, & massaritias, cùm constet eas quoque peruenisse ab hæreditate primi mariti, & earum ratam fuisse ab eadem Clementia consignatam in dotem dicto Simoni secundo viro pro pretio scutorum 600. vt patet ex combinatione Inuentariorum, & consignatione facta eidem Simoni, dixerunt Domini pro dicta summa scutorum 600. esse relaxandum mandatum ad fauorem dicti Antonij contra dictum Simonem, qui se obligauit in forma Cameræ dictum pretium restituere, vt patet ex Instrumento dotali data *in summario dicti Antonij num.* 2.

Quibus non aduersari visum fuit id quod dicebatur pro parte dicti Simonis, népe quod ipse erat creditor hæreditatis dictæ Clementiæ pro expensis funeralium, & pro quarto dotali, & aliis prætensionibus, hincque prætendebatur retentio, seu compensatio pro rata; quia informantes pro dicto Antonio pro credito expensarum funeralium pro dicta rata non negant compensationem, prout nec 8
etiam pro aliis prætensionibus dummodo sint iustificatæ, & tales quæ non repugnent dispositioni, *l. hoc edictum, C. de secundis nupt. & l. fœmin. C. eodem.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Rossanen. Exemptionis.

Ven. 20. April. 1640.

ARGVMENTVM.

Monasterium de quo agitur à totali Iurisdictione Ordinarij esse exemptum, ex plurimis iisdemque sufficientibus clausulis & indiciis in priuilegio exemptionis appositis dilucidè constat.

Vide suprà *Decis.* 145.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio Monasterij à iurisdictione Ordinarij quomodo probatur.*

2 *Reseruatio solutionis annui census in certa specie facit, vt in reliquis non reseruatis exemptio probata censeatur.*

3 *Papa prohibendo neminem sententiam interdicti, vel excommunicationis contra Abbatem & Monasterium promulgare audere, præter Summum Pontificem, aut Legatum à latere, eo ipso exemptionem à iurisdictione Ordinarij insinuat.*

4 *Exemptio totalis ab omni Iurisdictione Ordinariorum vnde resultat.*

5 *Verba* (nullo medio) *immediatam subiectionem ac exemptionem à quocumque alio important.*

6 *Exemptio quando est realis ad omnes successores transit.*

7 *Solutio non potest dici in recognitionem directi dominij facta vbi feudum non præsumitur.*

DECISIO CXLIX.

VBITAVERAM in hac causa sub die 27. Ianuarij præteriti, ad instantiam D. Pauli Æmilij Siluestrij Abbatis S. Mariæ de Patyro, An constaret de exemptione; sed quia pro parte Reuerendissimi D. Archiepiscopi principaliter impugnabatur legalitas Priuilegij Innocentij III. à quo dicta exemptio originem ducit, Rota pro tunc censuit d. priuilegium esse in forma probanti, & cognitionem exemptionis ad aliam particularem disputationem reseruauit, vt in decisione à me extensa, quã iuxta stilum Tribunalis suppositã causam super reseruatis hodie repropofui, & pro dicto Abbate informante fuit responsum, id est constare de exemptione.

Quia ex lectura prædicti priuilegij, de quo *in Summ. num.* 1. apparet, quod Papa Monasterium nunc 1
Abbatiale dictæ Ecclesiæ S. Mariæ de Patyro cum Capellis omnibus, & tenimentis suis in ius, ac proprietatem Beati Petri, eiusque protectione, & Sedis Apostolicæ suscepit, ac nulli præterquam Sacrosanctæ

sanctæ Romanæ Ecclesiæ illud voluit esse subiectũ, reseruato tantùm onere soluendi Ecclesiæ Rossanensi annuum censum trium cereorum, & vnius cannatæ mellis; ex quibus satis apertè constare visum fuit dictam Ecclesiam cum suis Capellis, & tenimentis, esse exemptam à iurisdictione Archiepiscopi Rossanen. & aliorum Episcoporum, vt deciditur *in c. si Papa, §. si autem de priuileg in 6. & in c. ex parte, el prime,* & ibi Gloss. *verb. specialiter, eod. tit.* & facit, *c. cum venissent, 2. §. nos igitur de in integr. restit.* & notat Butr. *in c. ex parte, el 2 de priuil.* quem sequitur etiam Boich. & notat Socin. *in c recepimus, 8 num. 7. & 32. cod. tit.* Card. Tusch. *tom. 3. litt. E. conclus. 552. num. 11.* Erasm. à Cocchier *de iurisd. ordin. in exemptos part. 1. quæst. 9. n. 1. vers. in primis,* Barbos. *de offic. & potest. Episc part. 3 alleg. 123. num. 15. secundum Lugdun impress.* Dec *cons. 152. num. 2.* Seraph,
2 *decis. 1025. num. 2.* ponderata signanter reseruatione solutionis d. annui census cereorum trium, & cannatæ mellis, quæ facit vt in reliquis non reseruatis censeatur probata exemptio, Ioan. Andr. *in c. cum Venerabilis, de censib.* Bald. *in l. fin. n. 4. C. de bon. liber.* Fel. *in c. cum inter, num. 3. & 4. de re iud.* & facit text. *in l. nam quod liquidè, §. vltim. vers si cui pen. ff. de pen. legat.* Seraph. *d. decis 1025. num. 20.* Rota *decis. 585. num 1. part. 3. recent.*

Quod confirmari etiam dictum fuit ex eo, quod Papa in eodem priuilegio vltra concessionem vsus
3 anuli, mitræ, & baculi, prohibuit quoque, vt nullus sententiam interdicti, vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, Capellas, seu Clericos promolgare audeat, nisi Romanus Pontifex, vel Legatus ab eius latere destinatus; subdens postea, quod d. Monasterium ad indicium se vnà cum Capellis, & tenimentis eius fuisse receptum in proprietate, ac protectione S. Petri, ac Sedis Apostolicæ, vnciam auri singulis annis Ecclesiæ Romanæ persolueret; quæ verba clarè indicant d. Monasterium cum eius Capellis, & tenimentis, licet existeret intra fines Diœcesis Rossanen. esse exemptum ab eiusdem Archiepiscopi Rossanen. iurisdictione, prout pariter notatur *in d. c. si Papa, de priuil. in 6* ibique DD. communiter scribentes, Abb. *in d. c. recepimus, circa fin.* & Socin. *ibid. n. 16.* Sanch. *in cons. moral lib. 6. cap. 8. rub. 1. num. 4.* etiamsi de iure Episcopi nulla fuerit facta mentio, vt aduertit Gloss. quam Abb. post alios sequitur, *in c. cum olim, el 1. de priuil.* Dec *d. cons. 152. num. 2. vers. & præsupponendum est de priuileg.* Seraph. *d. decis 1025. num. 8. & 9.* aliàs enim potuisset Archiepiscopus, & alij Episcopi excommunicare, suspendere, ac interdicere, vt disponitur *in c. cum Capella, & in c. quanto de priuileg.* Io. Andr. *in tract. de interdict. n. 23.*

4 Præterea fuit consideratum, quod in d. priuilegio fuit etiam indultum, vt Archimandrita, & eius Fratres Chrisma, oleum sanctum, Altarium, seu Basilicarum consecrationes, Monachorum, seu Clericorum ordinationes, & alia Ecclesiastica Sacramenta à quocumque maluerint Episcopo recipere possint; vnde resultat totalis exemptio ab omni iurisdictione Ordinariorum ex notat. per Gloss. *in cap. vltim. verb. permittimus, de pœnit. & remiss.* Io. Andr. *in memorial. in regul scienti, & consentienti, num. 25. de reg iur in 6.* Dec. *d. cons. 152. num. 1. vers. quarto fuit,* Seraph. *in sæpe præcitat. dec. 1025. num. 7. & 8.* etiam quoad ea, quæ concernunt ordinem, & dignitatem Episcopalem, ex tradit. per Innoc. *in rubr. de cleric. Peregr.*

Quibus accedunt confirmationes Apostolicæ factæ ab aliis Pontificibus Successoribus, videlicet Martino V. Alexandro VI. Honorio III. & præcipuè Ioanne XXII. dicto, in qua asseritur d. Monasterium ad Ecclesiam Romanam nullo medio pertinere: quæ verba (nullo medio) immediatam subie- 5
ctionem ac exemptionem à quocumque alio important, *c. cum olim. §. nos vero, de priuileg. & in d c. si Papa, d. §. si autem, vers. Vel ad Romanam eod tit. in 6.* Dec *d. cons. 152. num. 1 in princ.* & in puncto, Seraph. *d decis. 1025. num 14. & 15.* & ex dictis confirmationibus Põtificiis, & assertiua Ioannis XXII. ac ex solutionibus annuæ præstationis factis, tam Sedi Apostolicæ, quàm Ecclesiæ Rossanen. iuxta modum in d. priuilegio præscriptum, probatur etiam prædictæ exemptionis obseruantia, vt ponderauit Rota *in d. decis. 1025.* apud Seraph *n. 10. 11 & 12.*

Nec dixerunt DD. obstare posse, quod d. exemptio fuerit concessa Monasterio tunc temporis regulari, & ideo suffragari non possit moderno Abbati Commendatario sæculari; quia dum concessio fuit facta Monasterio, Capellis, & eius tenimentis, vt clarè legitur in d priuilegio Innoc. III. exemptio dicitur realis, quæ propterea transit ad omnes succes- 6
sores in d. Monasterio, ad text. *in l ætatem, §. fin. ff de cens.* Batt. *in l. 1. num. 2. de const. Princip.* Menoch. *cons. 126. num. 10.* Gemin *in c. per exemptionem, n. 10.* Franch. *num. 1. de priuil. in 6.* Cald. *cons. 14. de censib.* Surd. *cons. 523. num. 23.* Rota *decis. 4. de priuileg. in antiq.*

Prout minus aduersari visa fuit replicatio pro D. Archiepiscopo facta sub die alterius disputationis, quod scilicet solutio vnciæ auri fuerit facta Sedi 7
Apostolicæ pro feudo in recognitionem directi dominij, quia feudum non præsumitur, & verba d. priuilegij illud penitus excludunt ibi; *ad indicium autem, quod specialiter vos, & Monasterium vestrum, cum Capellis, & tenimentis vestris in proprietate, & protectione B Petri, & nostra, Recepimus, &c.* Si igitur Summus Pontifex illud tunc sob protectione recepit, ergo prius non aderat feudum, & consequenter onus impositum fuit pro protectione suscepta, vt patet ad sensum, & sic occasione exemptionis concessæ, iuxta disposita in *dict. cap. si Papa, de priuileg. lib. 6.* cum aliis *supra* alleg.

Et ita decisum d. Abbate tantùm informante, altera parte sæpe sæpius citata, & informare non curante, &c.

Signina Saluiani.

Vener. 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

De noua audientia ad informandum de extinctione censuum dotalium concessa; An intret Saluianum eadem extinctione per maritum vt prætenditur facta concludenter & ad vnguem non probata?

Vide suprà *Decis.* 90. & *Decis.* 120.

SVMMARIVM.

1 *Extinctio censuum in dotem traditorum per maritum facta, per actualem pretij restitutionem vel per actum retrosimulem numerationis pecuniæ concludenter est probanda.*

2 *Restitutio pretij duorum censuum sufficit ad probandam extinctionem, etsi instr. menta formalium extinctionum non dentur.*

3 *Probationes turbidæ & æquiuocæ ad docendum de extinctione censuum non sufficiunt.*

4 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes in Saluiano non admittuntur.*

5 *Fructus quando sunt calculati post solutum matrimonium per mortem vtriusque coniugis, eorundem coniugum hæredibus nullo modo debentur.*

6 *Census in dotem loco fundi dotalis dati, ad vxorem superstitem statim soluto matrimonio ex dispositione statuti vrbis reuertuntur.*

7 *Census quando sunt extincti hæredes pecunias non census restituere tenentur.*

8 *Census ratione moræ & lucri cessantis peti non possunt quando de requisitis non docetur.*

9 *Partita ab eo soluta qui dotem restituere debebat, non iustificatis causis in contrarium ad computum dotis admittenda videntur.*

10 *Creditum residui dotis cùm maneat illiquidum & cum fructibus per partes à die motæ litis perceptis compensatum, retentio prætensa cessat.*

DECISIO CL.

VM pro parte Cassandræ de Vindictis, & Iulij Cæsaris Rorij instabatur pro expeditione huius causæ, iuxta formam trium decisionum conformium, quibus firmatum extitit eis dandam esse immissionem ex Saluiano in bonis de quibus agitur, pro fructibus duorum censuum à Sulpitio Papio debitorum, fuit pro parte illorum de Lauris eorumdem bonorum possessorum repetita alias reiecta exceptio retentionis, pro dote anteriori Hieronymæ Nineæ vxoris dicti Sulpitij, & sororis Portiæ matris ipsorum de Lauris, sub prætextu quod non subsisteret d. dotem fuisse aliundè restitutam quàm in bonis de quibus agitur, sibi ipsis insolutum traditis ab hæredibus d. Sulpitij, & sic fundamenta decisionum ex facto corruerent.

Et quia Dos prædicta fuit constituta in tribus rubris cum dimidio terrarum sitarum in Contrata, vt dicitur al Pantanello, in mobilibus inæstimatis, in pecuniis, ac in censibus, & dd. de Lauris asserebant, quod detractis dictis tribus rubris cum dimidio terrarum, mobilibusque inæstimatis, adhuc summa d. dotis remaneret in scutis 2170. ad quorum computum dicebant habuisse scuta mille monetæ in contanti dumtaxat, & pro residuo recepisse insolutum bona controuersa, quod fieri potuisse prætendebant, ex quo census dotales fuerant extincti ab eodem Sulpitio dictæ Hieronymæ viro; ideo DD. concesserunt nouam audientiam, & mandarunt vt strictè informaretur super extinctione dd. censuum dotalium, iuxta quem ordinem causa reproposita in hac secunda positione prædictis omnibus non obstantibus fuit, & iterum responsum standum esse in decisis.

1 Ratio autem resolutionis fuit, quia cùm agatur de censibus in dotem traditis, opus est concludenter docere de eorum extinctione per maritum facta, & quidem per actualem pretij restitutionem, vel per actum retrosimilem numerationis pecuniæ, *l. 1. quando lic. ab empt. disced.* Rota coram Seraph. *decis.* 890. *n.* 1. & coram bon. mem. Seleucien. *in Romana census* 4. *Iunij* 1618. *impress.* apud Cenc. *de cens.* post Addit. quæ est *decis.* 129. *num.* 1. & 2. secundùm primam impressionem, vbi aliæ plures concordantes referuntur.

In præsenti verò ex sex censibus qui prætenduntur extincti per Sulpitium maritum, dantur instrumenta formalium extinctionum pro quatuor tantum, quorum primus est scut. 100. in sorte principali, *summ. Laurorum dato* 14. *Martij* 1638. *num* 7. *litt. D.* secundus est pariter scut. 100. in sorte *dict. summ. litt. E.* tertius est scut. 200 in sorte *dict. summ. litt G.* quartus est scut. 25. pro medietate d. Hieronymæ *eodem summ. litt. L.* qui in totum faciunt summam scut. 425. quæ quatuor extinctiones impedire non possunt immissionem, quia constat dd. Lauros recepisse in pecunia contanti longe maiorem summam, vt infra demonstrabitur; pro aliis autem nempe pro quinto qui est scut. 300. in sorte pro medietate d. Hieronymæ *d. summ. litt. A.* & pro sexto qui est scut. 600. in sorte pro portione eiusdem Hieronymæ *dicto summario litt. P.* non dantur instrumenta extinctionum.

Sed solùm dicebatur per informantes pro Lauris, ex istis duobus vltimis censibus fuisse creatum censum scut. mille cum Communitate Signina, ad fauorem d. Hieronymæ, illumque postea fuisse extinctum ab eadem Hieronyma, cum præsentia, & consensu d. Sulpitij viri, *d. summ. n.* 9. quod probari asserebatur ex eo, quod d. Communitas ante impositionem d. census scut. mille habuerat ab Antonio Caëtano, & Catherina Sabella Coniugibus debitoribus d. quinti census dotalis, tantam frumenti quantitatem ad rationem scut. quinque pro quolibet rubro, quanta intrabat in scut 600. quæ erat medietas census spectantis d. Hieronymæ, vt ostendi prætenditur ex decretis publici concilij d. Communitatis, ac ex instrumento facto ad fauorem d. Hieronymæ sub die 22. Septembris 1569. *summ. Laurorum dato die* 29. *Iulij anni præteriti num.* 8. 9. 10. *& seqq.* & ex eo quod eadem Communitas pariter habuerat à Federico de Comitibus, debitore sexti census in instrumento dotali contenti sub nomine Salui Nardi, aliam quantitatem frumenti ascendentem ad valorem scut. mille, cuius summæ ratam vsque ad scuta 600. d. Federicus assignauit Leonoro, & Ambrosio marito, & Socero respectiuè dd. Hieronymæ & Portiæ, vt *in d. summ. n.* 14. quodque assignatio facta fuerit causa, & occasione d. census dotalis, dicebatur declarari ex literis missiuis d. Federici, quibus ipse instabat apud d. Communitatem vt procuraret a dd Ambrosio, & Leonoro cassationem instrumenti d. census, *d. summ num.* 15. ibi: *son stato fin' hora aspettando venissero M. Ambrosio, & M. Leonoro con suo figliuolo à cassar' l'Instromento del Censo frà noi, e farmene quietanza, &c.* Ex quibus omnibus inferebatur ad restitutionem pretij dd. 2
duorum censuum, quæ sufficit ad probandam extinctionem, etsi non dentur instrumenta formalium extinctionum, ex adduct. per Cen. *de cens. p.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 10. *num.* 10. *fol.* 258. *secundum primam impressionem.*

Attamen hæ probationes non omnibus Dominis visæ fuerunt concludentes, itavt ex illis desumi possit clara censuum pretij restitutio in manibus d. Sulpitij prout requiritur; siquidem in instrumento d. census scut. mille impositi per d. Communitatem ad fauorem d. Hieronymæ, non dicitur quod pecuniæ quibus census imponitur, proueniant ex extinctione aliorum duorum censuum dotalium debitorum à dd. Antonio Caëtano, & Catherina Sabella coniugibus, & Saluo Nardo respectiuè, imò quoad censum debitum per d. Saluum Nardum

Nardum prætenditur ex aduerso fuisse debitum ac extinctum à Federico de Comitibus, & nihilominus non docetur de aliqua recognitione bonæ fidei eiusdem Federici erga d. Saluum Nardum princi-
3 palem debitorem. Vnde patet quod probationes adductæ ad docendum de extinctione dd. censuum saltem sunt torbidæ, & æquiuocæ, quæ propterea non sufficiunt ad tradit. per Abb. *in cap.* 2. *ad fin. de conf.* Ruin. 104. *sub n.* 5. *& seq vol.* 5. Ctauett. *conf.* 313. *num* 4. quos sequitur Rota *in Romana Saluiani interdicti* 12. *Nouemb.* 1618. *coram Remboldo, quæ est decis.* 44. *num.* 10. *impress.* per Cenc. *de cens.* post Addit. *in suo tract. secundum primam impressionem*, & eo mi-
4 nus dum agitur remedio Saluiani in quo non admittuntur exceptiones requirētes altiorem indaginem, Rip. *in rub. ff. de pign num.* 9. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *quæst.* 30. *num.* 180. Cene *de cens. part.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art.* 9. *num.* 82. Rota *decis.* 34. *num.* 23. *part.* 2. *diuers.*

Præterea fuit dictum quod quatenus etiam constaret de extinctione dictorum censuum, itavt dos peruenta in manibus d. Sulpitij, detractis dictis tribus rubris cum dimidio terrarum, & mobilibus inæstimatis ascenderet ad scuta 2170. prout dd. de Lauris prætendunt, adhuc deberet concedi immissio ex Saluiano dd. Cassandtæ, & Iulio Cæsari, quia constat dotem prædictam fuisse aliunde restitutam, absque quod opus esset pro ea denuo dare insolutum bona de quibus agitur, vel saltem illius residuum si quod extat remanere adeò illiquidum, vt immissio nullo pacto impediri possit. Apparet enim in vna partita fuisse restituta scuta mille, prout est in confesso inter partes; & in aliis duabus fuisse soluta scuta 150 quæ licet fuerint recepta ad computum fructuum dotalium, tamen debent imputari
5 in sortem ipsius dotis. Quoniam fructus fuerunt calculati post solutum matrimonium per mortem vtriusque coniugis, quo casu nulli debentur fructus eorumdem coniugum hæredibus, Couarruu. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 3. *cum sequentib.* Rota impress. per Fenzon *post stat. Vrb decis.* 91. 6. *ratio secundi dicti, & §. quod verò, & coram bon. mem. Seleucien. impress.* per Cene. *de cens. quæ est la* 505. *in ordine num.* 2. *secundum modernam impressionem*, Duran. *decis.* 37. *numer.* 16.

6 Nec poterant prætendi vti fructus censuum, quia si census tunc extabant, ipsi vti dati in dotem loco fundi dotalis, reuertebantur ad vxorem superstitem statim soluto matrimonio, ex dispositione *Stat. Vrb lib.* 2. *cap* 133. *in fin.* si verò erant extincti,
7 & tunc hæredes tenebantur restituere pecunias, & non census, neque fructus nullo modo debebantur, vt in similibus terminis dixit Rota *in Romana fructuum dotis* 14. *Maij* 1612. *coram Manzanedo impress.* per Cenc. *de cens.* post Addit. *secundum pri-*
8 *mam impressionem*, & minus poterant peti ratione moræ, & lucri cessantis, quia non docetur de requisitis relat. per Paol. de Castr. *in l.* 3. *§. fin. ff. de eo quod cert. loco*, quam doctrinam Rota passim sequitur in hac materia, vt in decisionibus cumulat. per Adden ad Buratt. *in decis.* 567. *litt. A.*

Constat etiam in aliis partitis contentis in computo manu Lælij Lauri conscripto *summario hodierno d. Iulij Cæsaris num.* 4. ad manus dictorum de Lauris peruenisse scuta 301. & in aliis partitis extractis ex banco Ruspoli & Ascornij, eos recepisse alia scuta 259. & 95. *dicto summario num.* 5. Quæ quidem partitæ quamvis pro parte dd. de Lauris impugnentur sub prætextu, quod quælibet earum habeat suam causam particularem extra do-

tem, & propterea non debeant in ea imputari;
9 Attamen ex quo illæ fuerunt solutæ ab eo qui dotem prædictam restituere debebat, & dicti de Lauris non iustificant prætensas causas particulares, videntur adhuc admittendæ ad computum dotis, ex tradit per Alex. *cons.* 2 *in fin. lib.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 93. *num.* 36. Gabr. *conf.* 75. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. Rota *in Romana pecuniaria de Columna* 11. *Decembr.* 1615. *coram Card. Sacrato.*

Prout constat restituta fuisse mobilia quæ calculata fuerūt pro scut. 30. ex testibus datis in summario dicti Iulij Cæsaris *n.* 7. Necnon constat census spectantes ad dictam Hieronymam extinctos fuisse per Lauros vsque ad summam scut. 320. vt ex publicis Instrumentis extinctionum firmatum fuit in præteritis decisionibus, & signanter *in* 1. *§.* 7. *& in* 2. *§.* 3. & de duobus alterum scut. 90. alterum scut. 15. datum fuit creditum in prædicto computo dato in prima positione huius causæ *summario num.* 18. & in secunda *num.* 3. Vnde computatis prædictis partitis scut. mille, & scut. 150. expressè solutis occasione dictæ dotis ascendunt ad summam scut. 2061. & sic ad explendam d. summam dotis scut. 2170. deficerent tantùm scuta 109. circiter, pro quibus in omnem casum poterat assignari congrua rata bonorum de quibus agitur, non autem dari ea omnia insolutum, calculando residuum dotis cum aliis creditis posterioribus vsque ad summam scut. 1163. vt legitur in ipso instrumento dationis insolutum; quo fit vt creditum residui dotis remaneat illiqui- 10
dum, imò absorptum, & compensatum cum fructibus per dictos de Lauris perceptis à die motæ litis, pro creditis posterioribus in dicto instrumento dationis insolutum relatis, adeò quod esset omnino prætensa retentio, vt sæpe dixit Rota, & in specie coram Caual. *decis.* 539. *num.* 5. & coram Duran. *decis.* 113. *& inter recent. decis.* 433. *num.* 4. *part.* 2. *& coram Reuerendiss. P. D meo Ghislerio in Auximana census* 10. *Martij* 1636. quæ loquitur in terminis retentionis pro dote.

Et ita decisum vtraque parte audita.

Romana Salarij, & Pecuniaria,

Vener. 27. Aprilis 1640.

ARGVMENTVM.

An Salarium in solidatione computorum non comprehensum viam executiuam crediti liquidi possit compensare?

Vide suprà *Decis.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio quamvis generalis extra causam propter quam facta fuit non trahitur.*
2 *Liberatio quando agitur de præiudicio liberantis strictè est interpretanda.*
3 *Dispositio referens ad relatum si de eo constat restringitur, illudque solum est attendendum*
4 *Relatum in terminis quietantiæ verbis generalibus concepta ad causam expressam restringitur, nec Iuri competenti alio diuerso respectu præiudicat.*
5 *Salarij taxatio Iudicis arbitrio non testis relinquitur dum inter partes de eo non fuerit conuentum.*

6 *Taxatio salarij habita ratione laborum ac industriæ personæ inseruientis, & iuxta solitum illius officium in quo seruitium fuit præstitum fieri debet.*

7 *Compensatio crediti illiquidi cum credito certo & liquido non intrat.*

8 *Obligatio Cameralis compensationem turbidam & altiorem indaginem requirentem non admittit.*

DECISIO CLI.

LIVERIO tantùm informante, resolutum fuit sub die 4. Iulij 1635. constare de causis restitutionis in integrum contra Alexandrum, attenta nullitate & iniustitia tam sententiæ Locumtenentis Eminentissimi D. Vicarij Vrbis, qua pronunciatum extitit D. Alexandrum esse creditorem dicti Oliuerij in scutis 600. occasione salarij sibi debiti pro seruitio præstito dicto Oliuerio, & Laurentio sociis ratione Drogariæ, quàm decreti A. C. qui in vim dictæ sententiæ mandauit compensari creditum scutorum 606. ab eodem Alexandro dicto Oliuerio debitorum, causa negotiationis inter ipsos tractatæ; ea præcipuè ratione, quia in Instrumento solidationis computorum facto de omnibus prætensionibus inter ipsos vertentibus, vsque ad diem celebrationis dicti Instrumenti, in quo dictus Alexander se constituit debitorem in prædicta summa scutorum 606. supponebatur fuisse comprehensam etiam partitam dicti Salarij, & ex hac eadem ratione fuit responsum sub die 22. Iunij anni præteriti non intrare compensationem, vt in decisionibus sub dictis diebus.

Verùm quia causa hodie reproposita vtraque parte informante, Domini censuerunt salarium non esse comprehensum in solidatione, & in hac parte recedendum, sed non posse impedire viam executiuam, adeòque in hac parte standum esse in decisis; de quantitate verò dicti Salarij mandarunt particulariter videri.

Et ratio resolutionis quoad primam partem fuit, quia in dicto Instrumento solidationis fuerunt tantummodò comprehensa debita, & credita prouenientia occasione negociationis particularis gestæ inter dictum Alexandrum Romæ degentem, & dictum Oliuerium Florentiæ commorantem, vt dicitur *de tratte, & rimesse*, ab anno 1610. vsque ad annum 1623. *summario dicti Alexandri num.* 2. non autem salarium eidem Alexandro debitum, ob seruitium præstitum dictis Oliuerio, & Laurentio sociis in diuerso negocio, nempè in ratione Dro-
1 gariæ. Vnde intrat conclusio, quod liberatio quamuis generalis non trahitur extra causam, propter quam fuit facta, *l. emptor*, §. *Lucius de pact. l. ex pluribus, ff. de solut. in princip.* Surd. *decis.* 217. *tit.* 1. *cum sequentib.* & signanter *num.* 5.

Nam licèt in dicta solidatione dicatur dictum Alexandrum se constituisse debitorem in scutis 606. debitis dicto Oliuerio, (sunt verba instrumenti) *pro residuo, & finali pagamento computorum, & prætensionum, eisque in præsentem diem inter ipsos factis*, attamen ex verbis postea immediatè subsequentibus, ibi: *prout latius constare dixerunt ex calculo, & computo quod mihi Notario præsentibus inferendo tradiderunt, & consignarunt tenore inferius registrando*; clarè colligitur contrahentes se voluisse restringere ad prætensionem respicientem negocia particularia inter eos propriis nominibus gestis ab anno 1610. citrà, de quibus tantùm loquitur computum in dicto Instrumento registratum, vt *in dicto summ. num.* 2. iuxta not. per Rebuff. *in l. potest* 95. *vers. nota tamen in fin.* & *vers. quod si illud Chirographum, ff. de verb. signif.* Giurb. *ad consuet.* Messanen. *cap.* 10. *gloss.* 3. *num.* 2. Natta *cons.* 556. *num.* 14. & 15. vbi quod libe- 2
ratio, quando prout hîc agitur de præiudicio liberantis est strictè interpretanda, facit Rota *decis.* 559. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & regulare est, quod referens 3
dispositio restringitur ad relatum si de eo constat, Rota *decis.* 40. *num.* 4. & 5. *diuers.* ita vt relatum, & non referens sit attendendum, *l. si ita scripsero, ff. de cond. & demonstr. auth. si quis in aliquo C. de eden.* Gregor. *decis.* 439 *num.* 2 & 3. & in terminis quie- 4
tantiæ verbis generalibus conceptæ, quod restringatur ad causam expressam, nec præiudicet iuri competenti alio diuerso respectu, trad. Gratian. *disc. forens. cap.* 737. *num.* 22. *cum tribus sequentib.* & Ciriac. *controu.* 291. *num.* 7.

Quod autem D. Alexander non possit pro dicto Salario impedire viam executiuam dicto Oliuerio competentem, quæ est secunda pars resolutionis, dixerunt DD. colligi ex eo, quod quantitas dicti Salarij redditur incerta, & illiquida, cùm nulla adsit obligatio, seu conuentio de eo soluendo, & Testes dati pro dicto Alexandro licet concludenter probent seruitium spatio quatuor annorum cum dimidio, tamen in arbitranda dicti Salarij quantitate non vtuntur ratione concludendi, sed solum dicunt eumdem Alexandrum pro seruitio præstito mereri scuta 200. singulis annis, in quo potius videntur exercere officium Iudicis, quam testis, si- 5
quidem Iudicis arbitrio, & non testis relinquitur Salarij taxatio, dum inter partes de eo non fuerit conuentum, Menoch. *de arbitr. Iud. cas.* 223. *in fin.* Rota *decis.* 354. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* quæ tamen ta- 6
xatio debet fieri habita ratione laborum, ac industriæ personæ inseruientis, Bald. *cons.* 155. *in fin. lib.* 5. Rota *decis.* 291. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & iuxta solitum illius officium, in quo seruitium fuit præstitum, Surd. *cons.* 42. *num.* 13. & *cons.* 460. *num* 30. Adden. ad Buratt. *in decis.* 508. *num.* 3. & 4. de quo tamen solito testes prædicti non deponunt, & sic quantitas dicti Salarij liquida dici nequit, & eò minus cùm constet ex partitis librorum dictæ rationis Drogariæ d. Alexandrum habuisse ad computum dicti Salarij scuta 240. qua illiquidatione stante non intrat compensatio cum credito d. Oli- 7
uerij certo & liquido, per text. *in l. fin.* vbi DD. *C. de compens.* Alban. *cons.* 211. *num.* 2. Seraph. *decis.* 1455. *num.* 4. & 5. maximè cum dictus Oliuerius agat in vim obligationis Cameralis, quæ non admittit com- 8
pensationem turbidam, & altiorem indaginem requirentem, Roman. *cons.* 76. *n.* 2. *vers. quoad testium*, & ibi Adden *cons.* 86. *num.* 5. Galles. *de oblig. Camer. quæst.* 18. *num.* 7. & 11. vbi Adden. *n.* 9. & *seqq.* Rota *decis.* 627. *n.* 3. *p.* 1. *diu.*

Et ita vtraque, &c.

Romana nullitatis contractuum.

Vener. 4. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis ob dissoluendum æs alienum factæ non est validus, quando ex sola confessione Tutorum nulla præuia iustificatione desumitur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Venditio à Tutoribus facta ob dissoluendum es alienum aliunde quàm ex confessione Tutorum desumi debet.*

2 *Iudex in casu aris alieni soluendi quid pupillis magis expedit excutere debet.*

3 *Bona quando agitur de are alieno soluendo ea sunt alienanda, que commodiùs & cum minori pupillorum detrimento distrahi possunt.*

4 *Iudicis decretum vbi in contractibus adest, ibi solemnitatem à iure requisitam pracessisse prasumitur.*

5 *Decretum ex falsa causa interpositum ipso Iure dicitur nullum.*

6 *Lasio manifesta & quidem vltra dimidiam insti pretij contractum ipso iure vitiat.*

7 *Promissio retrouenditionis intra decennium pro eodem pretio nulla habita recompensatione, fraudem in ipsum emptorem arguit.*

8 *Pacta insolita arguunt suspicionem etiamsi in fauorem ementis tendant.*

9 *Pactum redimendi licet die sequenti & in contractu separato fuerit appositum, eò magis dolum & fraudem arguit.*

10 *Possidens pro indiuiso partem Casalis quod deinde pro modico pretio habuit vt se eximeret à pupillorum condominio, fundi valorem minuit.*

11 *Causa fraudandi concurrente fraudis suspicio facilius admittitur.*

12 *Pactum redimendi tertia pars pretij astimari solet.*

13 *Pactum redimendi absque interuentu solemnitatum statuti, in similibus minorum renunciationibus requisitarum per minores remitti non potest.*

14 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vendit. *an spatio 30. annorum prascribatur.*

15 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vendit. *etsi intraret, tempus pupillaris & minoris atatis est inducendum.*

16 *Possessio mala fidei omnem prascriptionem excludit.*

DECISIO CLII.

NICOLAVS Mastinus dum erat Procurator Petri & alintum filiorum ac hæredum quondam Achillis de Bellapanibus, possidens pro indiuiso cum ipsis tunc pupillis quandam portionem Casalis nuncupati *Monte forte*, & asserens se esse eorum creditorem in scutis 1165. induxit Laoiam eorumdem matrem, & Tutricem, ac Gregorium Ioris ignarum contutorem, ad sibi vendendum portionem dicti Casalis ad dictos pupillos spectantem, quæ consistebat in rubris 19. & quinque partibus alterius rubri terræ pro pretio scutorum 60. pro quolibet rubro, vt in Instrumento rogato sub die 22. Aprilis 1574. & die immediatè sequenti declarando velle rem gratam facere prædictis Tutoribus, promisit dictam partem Casalis vt suprà emptam, retrouendere dictis pupillis intra decennium pro eodemmet pretio absque vlla recompensatione, & deinde de anno 1581. sicque intra terminum datum ad redimendum vendidit eandemmet portionem Casalis in corpore, & mensura bon. mem Cardinali Cæsio pro pretio scutorum 122. pro quolibet rubro, & in hoc instrumento venditionis procurauit, vt dd. de Bellapanibus adhuc minores renunciarent, provt renunciarunt dicto pacto redimendi, nihil penitus pro hac renunciatione eis soluto.

Quare Ioannes Baptista, & Alexander fratres superstites de Bellapanibus maiores facti de anno 1598. iudicium coram A C. introduxerunt contra dictum Mastinum, & D. Federicum Cæsium prædicti Cardinalis hæredem, super nullitate dictorum contractuum, & restitutione pro portione dicti Casalis vnà cum fructibus, & post diu agitatam litem prius coram R. P. D. Zambeccario Iudice ab A. C. deputato, & postea coram R. P D Celso in locum dicti Zambeccarij subrogato, tandem Gregorius, Dominicus, Franciscus, & Ioannes fratres de Bellapanibus prosequentes Iudicium cæptum ab eorum authoribus, sententiam propitiam reportarunt, in qua declaratum existit, instrumenta venditionis & renunciationis respectiuè facta ad fauorem dicti Nicolai Mastini esse nulla, & Iulius, Ioannes Baptista, & alij de Mastinis hæredes dicti Nicolai condemnati fuerunt ad solutionem pretij dictæ partis Casalis, ac ad restitutionem fructuum à die prætensæ venditionis, vsque ad realem satisfactionem; pro quibus omnibus fuit relaxatum mandatum contra bona hæreditaria prædicti Nicolai, & successiuè ob non exhibitum Inuentarium, & non redditā rationem, fuit expeditum *exequatur* contra personas, & bona propria dictorum Iulij, aliorúmque hæredum; qui non nisi post lapsum quadriennij commissionem appellationis vt dicitur *Sotto banco* obtinuerunt. Ideo adita per Bellapanos Signatura, fuit mihi rescriptum vt ad legitimam procederem executionem.

Interim Ioannes Baptista, & alij de Mastinis excepto Iulio, ad Cōcordiam cum dictis de Bellapanibus deuenerunt, & sic contra dictum Iulium dumtaxat proposui dubium sub die 31. Ianuarij 1639. an esset procedendum ad legitimam executionem; & Domini, quia informantes pro dicto Iulio plurimum insistebant super nullitatibus sententiæ Iudicis ab A. C. deputatis dilatarunt resolutionem, ac mandarunt, vt strictè informaretur super validitate contractus venditionis factæ per Bellapanos tunc pupillos ad fauorem dicti Mastini, & procederetur in causa provt in prima, iuxta quem ordinem hodie causam proposui, & fuit responsum contractum non esse validum.

Ratio resolutionis, quia in eo fuit narratum venditionem dictæ partis Casalis fieri ob dissoluendum 1 æs alienum in summa scutorum 1165. de quo tamē ære alieno Iudici non cōstitit, nisi in assertione Tutorum nulla præuia Iustificatione, quę aliunde, quàm ex confessione Tutorum desumi debet, vt decidit text. expressus *in l magis puto, §. si Pupillus vers in primis igitur,* & *vers. non enim. ff de reb. eorum qui sub tutel.* Guttier. *de tutel. 2. part. cap. 6. num. 75.* Paris. *cons. 98. vol. 3.* Duran. *decis. 29. num. 30.* & quatenus etiam prætensum æs alienum tempore venditionis adesset, antequam ad alienationem dicti Casalis deueni- 2 retur, Iudex excutere debebat an extarent mobilia, vel alia bona, ex quibus dictum æs alienum persolui potuisset, an verò magis dictis pupillis expediret partem dicti Casalis, vel aliud prædium minus vtile distrahere, provt pariter statuitur *in dicta l magis puto vers. non passim ff. de reb. eorum, l. 1. §. quod fortè, ff. eodem,* Speculat *in tit de empt. & vendit. § nunc dicendum restat, vers hoc quoque,* Dec. *cons 403 col. 2. in fin.* Rom. *cons. 32.* Afflict. *decis. 249. vers. 4.* Burat. *decis. 410. num. 7.*

Cùmque igitur in hæreditate reperirentur alia 3

6 *Taxatio ſalarij habita ratione laborum ac induſtriæ perſonæ inſeruientis, & iuxta ſolitum illius officium in quo ſeruitium fuit præſtitum fieri debet.*

7 *Compenſatio crediti illiquidi cum credito certo & liquido non intrat.*

8 *Obligatio Cameralis compenſationem turbidam & altiorem indaginem requirentem non admittit.*

DECISIO CLI.

LIVERIO tantùm informante, reſolutum fuit ſub die 4. Iulij 1635. conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum contra Alexandrum, attenta nullitate & iniuſtitia tam ſententiæ Locumtenentis Eminentiſſimi D. Vicarij Vrbis, qua pronunciatum extitit D. Alexandrum eſſe creditorem dicti Oliuerij in ſcutis 600. occaſione ſalarij ſibi debiti pro ſeruitio præſtito dicto Oliuerio, & Laurentio ſociis ratione Drogariæ, quàm decreti A. C. qui in vim dictæ ſententiæ mandauit compenſari creditum ſcutorum 606. ab eodem Alexandro dicto Oliuerio debitorum, cauſa negotiationis inter ipſos tractatæ; ea præcipue ratione, quia in Inſtrumento ſolidationis computorum facto de omnibus prætenſionibus inter ipſos vertentibus, vſque ad diem celebrationis dicti Inſtrumenti, in quo dictos Alexander ſe conſtituit debitorem in prædicta ſumma ſcutorum 606. ſupponebatur fuiſſe comprehenſam etiam partitam dicti Salarij, & ex hac eadem ratione fuit reſponſum ſub die 22. Iunij anni præteriti non intrare compenſationem, vt in deciſionibus ſub dictis diebus.

Verùm quia cauſa hodie repropoſita vtraque parte informante, Domini cenſuerunt ſalarium non eſſe comprehenſum in ſolidatione, & in hac parte recedendum, ſed non poſſe impedire viam executiuam, adeóque in hac parte ſtandum eſſe in deciſis; de quantitate verò dicti Salarij mandarunt particulariter videri.

Et ratio reſolutionis quoad primam partem fuit, quia in dicto Inſtrumento ſolidationis fuerunt tantummodò comprehenſa debita, & credita prouenientia occaſione negociationis particularis geſtæ inter dictum Alexandrum Romæ degentem, & dictum Oliuerium Florentiæ commorantem, vt dicitur *de tratte, & rimeſſe*, ab anno 1620. vſque ad annum 1623. *ſummario dicti Alexandri num.* 2. non autem ſalarium eidem Alexandro debitum, ob ſeruitium præſtitum dictis Oliuerio, & Laurentio ſociis in diuerſo negocio, nempè in ratione Dro-
1 gariæ. Vnde intrat concluſio, quod liberatio quamvis generalis non trahitur extra cauſam, propter quam fuit facta, *l. emptor, §. Lucius de pact. l. ex pluribus, ff. de ſolut. in princip.* Surd. *deciſ.* 217. *nu.* 1. *cum ſequentib.* & ſignanter *num.* 15.

Nam licèt in dicta ſolidatione dicatur dictum Alexandrum ſe conſtituiſſe debitorem in ſcutis 606. debitis dicto Oliuerio, (ſunt verba inſtrumenti) *pro reſiduo, & finali pagamento computorum, & prætenſionum, eiſque in præſentem diem inter ipſos factis*, attamen ex verbis poſtea immediatè ſubſequentibus, ibi, *prout latius conſtare dixerunt ex calculo, & computo quod mihi Notario præſentibus inſerendo tradiderunt, & conſignarunt tenore inferius regiſtrando*; clarè colligitur contrahentes ſe voluiſſe reſtringere ad prætenſionem reſpicientem negocia particularia inter eos propriis nominibus geſtis ab anno 1620. citrà, de quibus tantùm loquitur computum in dicto Inſtrumento regiſtratum, vt *in dicto ſumm. num.* 2. iuxta not. per Rebuff. *in l. poteſt* 95. *verſ. nota tamen in fin.* & *verſ. quod ſi illud Chirographum, ff. de verb. ſignif.* Giurb. *ad conſuet.* Meſſanen. *cap.* 20. *gloſſ.* 3.
num. 2. Natta *conſ.* 556. *num.* 14. & 15. vbi quod libe- 2
ratio, quando prout hîc agitur de præiudicio liberantis eſt ſtrictè interpretanda, facit Rota *deciſ.* 559.
num. 3. *part.* 1. *recent.* & regulare eſt, quod referens 3
diſpoſitio reſtringitur ad relatum ſi de eo conſtat, Rota *deciſ.* 40. *num.* 4. & 5. *diuerſ.* itavt relatum, & non referens ſit attendendum, *l. ſi ita ſcripſero, ff. de cond. & demonſtr. auth. ſi quis in aliquo C. de eden.*
Gregor. *deciſ.* 439 *num.* 2 & 3. & in terminis quie- 4
tantiæ verbis generalibus conceptæ, quod reſtringatur ad cauſam expreſſam, nec præiudicet iuri competenti alio diuerſo reſpectu, trad. Gratian. *diſc. forenſ. cap.* 737. *num.* 12. *cum tribus ſequentib.* & Ciriac. *controu.* 292. *num.* 7.

Quod autem D. Alexander non poſſit pro dicto Salario impedire viam executiuam dicto Oliuerio competentem, quæ eſt ſecunda pars reſolutionis, dixerunt DD. colligi ex eo, quod quantitas dicti Salarij redditur incerta, & illiquida, cùm nulla adſit obligatio, ſeu conuentio de eo ſoluendo, & Teſtes dati pro dicto Alexandro licet concludenter probent ſeruitium ſpatio quatuor annorum cum dimidio, tamen in arbitranda dicti Salarij quantitate non vtuntur ratione concludendi, ſed ſolum dicunt eundem Alexandrum pro ſeruitio præſtito mereri ſcuta 200. ſingulis annis, in quo potius vi-
dentur exercere officium Iudicis, quam teſtis, ſi- 5
quidem Iudicis arbitrio, & non teſtis relinquitur Salarij taxatio, dum inter partes de eo non fuerit conuentum, Menoch. *de arbitr. Iud. caſ.* 223. *in fin.* Rota *deciſ.* 354. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* quæ tamen ta-
xatio debet fieri habita ratione laborum, ac indu- 6
ſtriæ perſonæ inſeruientis, Bald. *conſ.* 155. *in fin. lib.* 5. Rota *deciſ.* 291. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & iuxta ſolitum illius officium, in quo ſeruitium fuit præſtitum, Surd. *conſ.* 42. *num.* 13. & *conſ.* 460. *num* 30. Adden. ad Buratt. *in deciſ.* 508. *num.* 3. & 4. de quo tamen ſolito teſtes prædicti non deponunt, & ſic quantitas dicti Salarij liquida dici nequit, & eò minus cùm conſtet ex partitis librorum dictæ rationis Drogariæ d. Alexandrum habuiſſe ad computum dicti Salarij ſcuta 240. qua illiquidatione
ſtante non intrat compenſatio cum credito d. Oli- 7
uerij certo & liquido, per text. *in l. fin.* vbi DD. *C. de compenſ.* Alban. *conſ.* 211. *num.* 2. Seraph. *deciſ.* 1455. *num.* 4. & 5. maximè cum dictus Oliuerius agat in
vim obligationis Cameralis, quæ non admittit com- 8
penſationem turbidam, & altiorem indaginem requirentem, Roman. *conſ.* 76. *n.* 2. *verſ. quoad teſtium*, & ibi Adden. *conſ.* 86. *num.* 5. Galleſ. *de oblig. Camer. quæſt.* 18. *num.* 7. & 11. vbi Adden. *n.* 9. & *ſeqq.* Rota *deciſ.* 627. *n.* 3. *p.* 1. *diu.*

Et ita vtraque, &c.

Romana nullitatis contractuum.

Vener. 4. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Contractus venditionis ob diſſoluendum æs alienum factæ non eſt validus, quando ex ſola confeſſione Tutorum nulla præuia iuſtificatione deſumitur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Venditio à Tutoribus facta ob dissoluendum æs alienum aliunde quàm ex confessione Tutorum desumi debet.*

2 *Iudex in casu æris alieni soluendi quid pupillis magis expedit excutere debet.*

3 *Bona quando agitur de ære alieno soluendo ea sunt alienanda, quæ commodiùs & cum minori pupillorum detrimento distrahi possunt.*

4 *Iudicis decretum vbi in contractibus adest, ibi solemnitatem à iure requisitam præcessisse præsumitur.*

5 *Decretum ex falsa causa interpositum ipso Iure dicitur nullum.*

6 *Læsio manifesta & quidem vltra dimidiam iusti pretij contractum ipso iure vitiat.*

7 *Promissio retrouenditionis intra decennium pro eodem pretio nulla habita recompensatione, fraudem in ipsum emptorem arguit.*

8 *Pacta insolita arguunt suspicionem etiamsi in fauorem ementis tendant.*

9 *Pactum redimendi licet die sequenti & in contractu separato fuerit appositum, eò magis dolum & fraudem arguit.*

10 *Possidens pro indiuiso partem Casalis quod, deinde pro modico pretio habuit vt se eximeret à pupillorum condominio, fundi valorem minuit.*

11 *Causa fraudandi concurrente fraudis suspicio facilius admittitur.*

12 *Pactum redimendi tertia pars pretij æstimari solet.*

13 *Pactum redimendi absque interuentu solemnitatum statuti, in similibus minorum renunciationibus requisitarum per minores remitti non potest.*

14 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vendit. *an spatio 30. annorum præscribatur.*

15 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vendit. *etsi intrarет, tempus pupillaris & minoris ætatis est inducendum.*

16 *Possessio malæ fidei omnem præscriptionem excludit.*

DECISIO CLII.

NICOLAVS Mastinus dum erat Procurator Petri & aliorum filiorum ac hæredum quondam Achillis de Bellapanibus, possidens pro indiuiso cum ipsis tunc pupillis quandam portionem Casalis nuncupati *Monte forte*, & asserens se esse eorum creditorem in scutis 1165. induxit Laniam eorumdem matrem, & Tutricem, ac Gregorium Iuris ignarum contutorem, ad sibi vendendum portionem dicti Casalis ad dictos pupillos spectantem, quæ consistebat in rubris 19. & quinque partibus alterius rubri terræ pro pretio scutorum 60. pro quolibet rubro, vt in Instrumento rogato sub die 22. Aprilis 1574. & die immediatè sequenti declarando velle rem gratam facere prædictis Tutoribus, promisit dictam partem Casalis vt suprà emptam, retrouendere dictis pupillis intra decennium pro eodemmet pretio absque vlla recompensatione, & deinde de anno 1581. sicque intra terminum datum ad redimendum vendidit eandemmet portionem Casalis in corpore, & mensura bonæ memoriæ Cardinali Cæsio pro pretio scutorum 122. pro quolibet rubro, & in hoc instrumento venditionis procurauit, vt dd. de Bellapanibus adhuc minores renunciarent, prout renunciarunt dicto pacto redimendi, nihil penitus pro hac renunciatione eis soluto.

Quare Ioannes Baptista, & Alexander fratres superstites de Bellapanibus maiores facti de anno 1598. iudicium coram A. C. introduxerunt contra dictum Mastinum, & D. Federicum Cæsium prædicti Cardinalis hæredem, super nullitate dictorum contractuum, & restitutione pro portione dicti Casalis vnà cum fructibus, & post diu agitatam litem prius coram R.P.D. Zambeccario Iudice ab A. C. deputato, & postea coram R.P.D. Celso in locum dicti Zambeccarij subrogato, tandem Gregorius, Dominicus, Franciscus, & Ioannes fratres de Bellapanibus prosequentes Iudicium cœptum ab eorum authoribus, sententiam propitiam reportarunt, in qua declaratum extitit, instrumenta venditionis & renunciationis respectiuè facta ad fauorem dicti Nicolai Mastini esse nulla, & Iulius, Ioannes Baptista, & alij de Mastinis hæredes dicti Nicolai condemnati fuerunt ad solutionem pretij dictæ partis Casalis, ac ad restitutionem fructuum à die prætensæ venditionis, vsque ad realem satisfactionem; pro quibus omnibus fuit relaxatum mandatum contra bona hæreditaria prædicti Nicolai, & successiue ob non exhibitum Inuentarium, & non redditā rationem, fuit expeditum *exequatur* contra personas, & bona propria dictorum Iulij, aliorúmque hæredum, qui non nisi post lapsum quadriennij commissionem appellationis vt dicitur *Sotto banco* obtinuerunt. Ideo adita per Bellapanos Signatura, fuit mihi rescriptum vt ad legitimam procederem executionem.

Interim Ioannes Baptista, & alij de Mastinis excepto Iulio, ad Cōcordiam cum dictis de Bellapanibus deuenerunt, & sic contra dictum Iulium dumtaxat proposui dubium sub die 31. Ianuarij 1639. an esset procedendum ad legitimam executionem; & Domini, quia informantes pro dicto Iulio plurimum insistebant super nullitatibus sententiæ Iudicis ab A. C. deputatis dilatarunt resolutionem, ac mandarunt, vt strictè informaretur super validitate contractus venditionis factæ per Bellapanos tunc pupillos ad fauorem dicti Mastini, & procederetur in causa prout in prima, iuxta quem ordinem hodie causam proposui, & fuit responsum contractum non esse validum.

Ratio resolutionis, quia in eo fuit narratum venditionem dictæ partis Casalis fieri ob dissoluendum 1
æs alienum in summa scutorum 1165. de quo tamē ære alieno Iudici non cōstitit, nisi in assertione Tutorum nulla præuia Iustificatione, quę aliunde, quàm ex confessione Tutorum desumi debet, vt decidit text. expressus *in l. magis puto, §. si Pupillus vers. in primis igitur, & vers. non enim ff. de reb. eorum qui sub tutel.* Guttier. *de tutel. 2. part. cap. 6. num. 75.* Paris. *cons. 98. vol. 3.* Duran. *decis. 19. num. 30.* & quatenus etiam prætensum æs alienum tempore venditionis adesset, antequam ad alienationem dicti Casalis deueni- 2
retur, Iudex excutere debebat an extarent mobilia, vel alia bona, ex quibus dictum æs alienum persolui potuisset, an verò magis dictis pupillis expediret partem dicti Casalis, vel aliud prædium minus vtile distrahere, prout pariter statuitur *in dicta l. magis puto vers. non passim ff. de reb. eorum, l. 1. §. quod fortè, ff. eodem,* Speculat. *in tit. de empt. & vendit. § nunc dicendum restat, vers. hoc quoque,* Dec. *cons. 403. col. 2. in fin.* Rom. *cons. 32.* Afflict. *decis. 249. vers. 4.* Burat. *decis. 410. num. 7.*

Cùmque igitur in hæreditate reperirentur alia 3

bona, quæ commodius, & cum minori pupillorum
detrimento distrahi possent, vtpo.e oleum, vinum,
noualia, nomina debitorum, mobilia, ac alia stabilia
minoris capacitatis, vt probatur ex Inuentario con-
fecto ab eisdem Totoribus, *d. summario num.* 18. illa
prius tanquam minus damnosa erant distrahenda,
anteqnam ad alienationem dictæ partis Casalis
(quod erat corpus pretiosum omnibus aliis bonis
hæreditariis) deuentum fuisset, vt etiam disponitur
in dicta l. magis puto, vt supra, vers. querere ergo debet,
& sequitur Gratian. *discept forens. cap.* 555. *n.* 35. *cum
sequen.* Rolan. *cons.* 33 *n.* 4 *lib* 1. Rota *decis.* 76. *n.* 77.
p. 5 *recent.*

4 Nec obstare visum fuit in huiusmodi contractu
adfuisse Iudicis decretum, pro quo est præsumen-
dum, & sic quod præcesserit solemnitas a Iure re-
quisita, *argum gloss. l.* 1. *C de fid. Instr.* Bald. *in l.* 1. *ff de
reb. cor.* quoniam placuit responsio, nempe quod hæc
præsumptio cesset, quando provt hic probator eàn-
sam narratam fuisse omnino erroneam; non enim
constitit Iudici, quod isti de Bellapanibus tunc pu-
pilli haberent census passiuos, nec quod tunc vr-
geret necessitas eorum extinguendi, & quod præ-
tensum æs alienum solui non posset mediante alie-
natione aliorum bonorum minoris damni, imò po-
tius contrarium euidenter constat ex supra dedu-
5 ctis; quando autem decretum fuit interpositum ex
falsa caosa dicitur ipso Iure nullum, *l.* 1. *§. hac verba,
ff. ne vis fiat ei*, Bart. *in l. etsi Præses, C. de præd. minor.*
Castr. *in l. cum hi, §. si Prætor, ff. de transact.* & idem
firmat text. *in d l. magis puto in §. as alienum. ff. de reb.
cor.* Rolan. *cons.* 7. *n.* 8. *lib.* 3. cum aliis relatis per Ro-
tam *in decis.* 98 *n.* 6. *p.* 6. *recen.*

Præterea considerarunt Domini, quod prædicta
alienatio non solùm non fuit vtilis dd. pupillis, sed
potius euidenter damnosa; nam vltra quod pro præ-
tenso ære alieno nulla imminebat executio, nec pe-
cuniæ debitæ stabant sub vsuris, & creditores non
vrgebant, & quatenus vrgerent, poterant satisfieri
præuia alienatione mobilium, & aliorum bonorum
minus præiodicialium, iuxtà dispositionem sæpius
præcitatæ *l. magis puto*, fuit etiam vendita portio
dicti Casalis pro viliori pretio, quàm valebat, provt
patet ex eo quod dictus Nicolaus illud habuit ad
rationem scutorum 60 pro quolibet rubro, & post-
ea vix elapsis septem annis illud idem reuendidit
bon. mem. Cardinali Cæsio ad rationem scutorum
122. pro quolibet rubro; vnde cùm ex lapsu tam
parui temporis exerescere non potuerit valor dicti
Casalis consistentis in nudo terreno absque aliqua
6 arborum plantatione, detegitur læsio manifesta, &
quidem vltra dimidiam iusti pretij quæ vitiat con-
tractum ipso Iure *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Ant. Gom.
variarum resolut. tom 2. *cap.* 2. *de empt. & vendit n* 22.
fol. mihi 11. vbi plures concordantes refert, & bene
ad propositum facit *decis.* 68. *p.* 2. *diuers. per tot.* & si-
gnanter *n.* 16. *vers. Atqui in casu nostro.*

Quod benè agnouit d. Martinus Callidus in Vr-
be Procurator, dum die sequenti post conditum In-
strumentum venditionis, voluit in alio Instrumento
separatu ad faciendam rem gratam Tutoribus, pro-
7 mittere pupillis retrouendere dictam portionẽ Ca-
salis intra decennium pro eodemmet pretio, nulla
habita recompensatione pro hac promissione, vt *in
d. summ. n.* 7. qui modus insolitus agendi arguit frau-
dem in ipsum emptorem, cùm non sit verisimile se
voluisse obligare ad retrouendendum post iam per-
fectum contractum emptionis absque aliqua re-
compensatione; idcirco dicendum est id fecisse
ad effectum palliandi modicitatem pretij, Paris.
cons. 54. *num.* 39. *lib.* 1. vbi quod pacta insolita arguunt 8
suspicionem etiamsi tendant in fauorem ementis,
allegans Bald. *in cons.* 133. & *cons.* 478. *vol.* 1. & *cons.*
311. *col.* 1. *in fin. vol.* 5. facit Rot. *in decis.* 452. *num.* 2.
part. 3. & *decis.* 283 *num.* 8, *part.* 5. *recent.* non obstan-
te quod dictum pactum redimendi fuerit die se- 9
quenti, & in contractu separato appositum; quia
imò ex hac cautela, eò magis arguitur dolus, &
fraus, vt in specie tradit Alex. *cons.* 51. *col.* 1 *circa fin.
vers. tamen ista*, & *in cons.* 119. *circa fin. & in cons.* 120.
col. ad fin. vers. nec me, lib. 4. quem refert, & sequitur
Crauett. *in cons.* 159. *n.* 18. & 19. *per tot.*

Idque eò magis procedit, stante causa suspicio-
nis prouenienti ex eo, quod dictus Mastinus emptor 10
possidebat pro indiuiso d. Casale quod postea ha-
buit pro modico pretio, vt se eximeret à pupillorum
condominio, quod minuit fundi valorem, ad *text. in
l. si is, qui aliam, ff. de solut. l. fundus ille*, Gloss. *ff. de con-
trah. empt.* Corbul. *de Iure emphyteut. tit. de caus. priuat.
ab alienat. irrequisit. Domino fact. num.* 4. concurrente
autem causa fraudandi eò facilius admittitur fraudis 11
suspicio, vt notatur per Castren. *in l. Iuris gentium. §.
dolum ff. de pact.* Gratian. *discep. forens. cap.* 586. *n.* 37.
Adden. ad Gregor. XV *in decis.* 157. *num.* 27. cum aliis
relatis per Buratt. *in decis.* 99. *num.* 3. quæ suspicio
etiam in præsenti colligitur ex falsa assertione facta
in prædicto contractu de vrgentia æris alieni, ac
de vtilitate pupillorum, cùm de contrario tamen
constet ex supra ponderatis, Rota apud Buratt. *de-
cis.* 361. *num.* 9.

Vlterius ponderatum fuit, quod dictus Mastinus
ante lapsum terminum ad redimendum, induxit
eosdem de Bellapanibus minores ad renunciandum
dicto pacto redimendi, nulla eis data recompensa-
tione pro hac renunciatione, vt *in dicto summario
num.* 4. Vnde fit, quod cùm pactum redimendi æsti- 12
mari soleat tertia pars pretij, vt per Abb. *in cap. ad
nostra num.* 8. *vers. secundò quia extra de empt. & ven-
dit.* Bursatt. *cons.* 177 *num.* 15 *lib* 1. Rota coram Mar-
tin. Andrea *decis.* 209. *num.* 8. dicendum quod non
potuerit illod per minores remitti, absque interuen- 13
tu solemnitatum statuti in similibus minorum re-
nunciationibus requisitarum iuxta notat. per Bartol.
in l. si quis pro eo num. 8. *ff. de fideiuss.* Gratian. *discept.
forens. cap.* 568. *num.* 64. *& sequen.* Greg. *decis.* 110.
num. 7. bene Rota *in decis.* 723. *part.* 2. *recent. per
tot.*

Quibos non aduersari dictũ fuit obiectum factũ
pro parte dicti Iolij in præcedenti disputatione, nẽ-
pe, quod à die celebrati contractus vsque ad diem
motæ litis effluxerint anni 30. quo temporis spatio 14
prætenditur præscribi remedium *d. l.* 2. *C. de rescind.
vendit.* Quia quicquid sit de hoc, vltra quod in fa-
cto non subsistit, cùm contractus, de quo agitur fue-
rit celebratus de anno 1574. & lis fuerit introdu-
cta de anno 1598. responsum fuit cessare omnem
difficultatem; tum ex eo, quod quatenus subsisteret 15
esset deducendum tempus pupillaris, & minoris
ætatis dictorum de Bellapanibus, *l. sicut Cod. de pra-
script.* 30. *ann. vers. sed pupillari ætate*, etiamsi pupilli
sub tutela extiterint, Gloss. *in l. fin. C. in quibus caus. in
integr. restit.* Odd. *de restit. in integr part.* 2. *quæst.* 90.
art. 2. *n.* 9. cum aliis allegat. per Buratt. *in decis.* 774.
n. 3. vbi Addent. *litera A.* alias concordantes refert;
tum ex quo per superius deducta constat dictum
Mastinum dicti Iulij authorem fuisse possessorem
malæ fidei, quæ excludit omnem præscriptionem, 16
cap vigilanti, & *cap. fin. de præscript.* Surd. *consil.* 296.
numer. 29. Natt. *consil.* 172. *num.* 35. Seraphin. *de-
cis.* 629. *num.* 2. Bursatt. *decis.* 505. *numer.* 6. cum aliis
pluri

pluribus congestis ibidem per Adden. *sub num.* 13. & 14.

Et ita decisum in hac secunda causæ positione dd. de Bellapanibus tantùm informantibus, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

Romana, seu Perusina census.

Ven. 9. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

De mandato relaxato pro solutione fructuum census de quo agitur exequendo, non obstante exceptione nullitatis obligationis ob defectum solemnitatum in contractibus minorum requisitarum.

Vide suprà *Decis.* 21. & *Decis.* 124.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis maiores* 20. *annis ad contrahendum habilitat absque solemnitatibus in contractibus minorum requisitis.*

2 *Casus in statuto particulari omissus, sub dispositione Iuris communis cuius solemnitatum defectus ex Iuramento in obligatione apposito suppletur, relictus censetur.*

3 *Constitutio Ægidiana effectum Iuramenti in obligatione appositi non impedit.*

4 *Additio Cardinalis Carpensis quatenus vltra Prouinciam in qua Legatus erat vires suas non porrigit, contractum in Vrbe celebratum comprehendere non potest.*

5 *Opiniones aliquorum circa constitutionem Ægidianam referuntur, & in quantum procedunt explicatur.*

DECISIO CLIII.

NON acquiescente D. Sfortia Oddo duabus decisionibus emissis sub diebus 4. Iulij 1635. & 8 Aprilis 1639. quibus firmatum extitit mandatum contra ipsum relaxatum pro solutione fructuum census de quo agitur, ad fauorem D. Comitis Artibalis de Somalia esse exequendum; proposui denuo causam super eisdem, & Domini iterum responderunt standum esse in decisis, non obstante toties repetita, & semper reiecta exceptione nullitatis obligationis, ob defectum solemnitatum requisitarum in contractibus minorum.

Moti prout in aliis ex eo, quod cùm dicta Sfortia de tempore commissæ stipulationis esset maior 20. annis, potuit se validè obligare absque dictis solemnitatibus, siue attendatur statutum Vrbis vbi fuit celebratus contractus, siue statutum Perusiæ, vnde originem ducit dictus Sfortia obligatus, siue constitutio Ægidiana, quæ per Paulum III. fuit extensa ad vniuersam ditionem Ecclesiasticam.

Quandoquidem si attenditur statutum Vrbis, illud habilitat maiores 20. annis ad contrahendum
1 absque solemnitatibus requisitis in contractibus minorum, vt *in cap.* 47. *lib.* 1. Si attenditur statutum Perusinum, & illud aut habilitat maiores 20. annis, in quo exigit certas solemnitates in contractibus minorum 20. annis, illosque solùm aliter factos annullat, & sic sumpto argumento à contrario sensu in contractibus maiorum 20. annis, solemnitates prædictæ non requiruntur, vt fuit firmatum *in prima decisione, § quod autem*; vel nihil statuit circa solemnitates adhibendas in contractibus maiorum 20. & minorum 25. & ideo casus iste vti omissus censetur relictus sub dispositione Iuris communis, 2
cuius solemnitatum defectus suppletur ex Iuramento in dicta obligatione apposito, *auth. Sacramenta puberum*, ibique scribentes *C. si aduers. vendita*, Gratian. *discept. forens. cap.* 555. *num.* 21. *in fin.* & *num.* 22. *tom.* 3. Rota *decis.* 643. *numer.* 4. & 5. *part.* 3. *recent.* cum aliis allegat. *in* 1. *decisione*, §. *aut ex eo in fin.*

Si verò attenditur constitutio Ægidiana, super qua totam vim faciebant informantes pro Sforna, & illius quoque dispositioni fuit dictum esse satisfactum, stante duplici iuramento in dicto contractu apposito, ex deductis per Boccac. *ad eandem Ægidian. in gloss.* 1. *num.* 65. vbi dicit quod additio Cardinalis Carpensis fuit vtilis, annullans contractus minorum etiam duplici Iuramento munitos, quia constitutio antiqua id est Ægidiana, loquitur de vno Iuramento tantùm, & ideo non habuisset locum in contractibus duplici Iuramento vallatis, refertis Parif. Ruin. Socin. & alios in dicta secunda decisione relatos, *in* §. *aut verò*; & quod constitutio Ægidiana non impediat effectum Iuramenti, firmauit in 3
indiuiduo Rota *in Viterbien Terræ Vetrallæ* 14 *Martij* 1614. *coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ est *decis.* 561. *part.* 3. *recent sub num.* 4. Cùm igitur additio dicti Cardinalis Carpensis non porrigit vires suas vltra Prouinciam Marchiæ, vbi dictus Cardinalis erat Legatus, non potest hunc contractum in Vrbe celebratum comprehendere per ea, quæ notant Bart. Bald. Salicet. & alij *in l. Cunctos populi C. de sum. Trinit. & fid. Cathol* Rota *decis.* 375. *n.* 5. cum aliis cumulatis in præcedentibus decisionibus causæ vtrobique *sub* §. *fin.* 4

Nec visum fuit obstare ea, quæ notat idem Boccac. *in d. gloss. sub num.* 67. vbi ait suam opinionem esse; quod constitutio comprehendat contractus continentes etiam plura Iuramenta: quia vltra quod ibidem *circa med. vers. tamen ad tollen.* dubitat de dicta opinione, & propterea dicit bonum fore super hoc habere Legati, vel Papæ interpretationem seu declarationem; cessat obiectum, ex quo ibi Boccacius loquitur de additione Cardinalis Carpensis, quæ annullat contractus etiam duplici Iuramento munitos, non autem de Ægidiana, quæ loquitur de vnico Iuramento dumtaxat, vt clarè colligitur ex lectura dictæ constitutionis, & additionis, & ex antecedentibus *n.* 65. & 66. 5

Prout nec etiam aduersari existimatum fuit *decis.* 22. *impress. penes Pic. post stat Vrb.* vbi annullatur contractus minoris licet duplici iuramento vallatus, quia illa loquitur in terminis statuti Vrbis *cap.* 551. *lib.* 1. quod expressis verbis tollit vires Iuramento, disponens, vt illud aliàs præstitum censeatur dolo, & metu extortum, & nihil operetur; quod quidem non statuit constitutio Ægidiana, quæ requirit Iuramentum, & alias solemnitates, sed effectum Iuramenti tollere non vult, vt benè declarauit Rota *in præallegata decis.* 561. *n.* 4. *part.* 3. *recent. vers. quia fuit responsum.*

Quod autem in præserti contractu adsint duo, imò plura Iuramenta, fuit latè deductum in secunda decisione, cuius, & alterius præcedentis fundamenta

menta Dominis placuerunt, & proinde in decisis perstiterunt, vtraque parte informante.

Callien. transactionis.

Lunæ 14. Maij 1640.

ARGVMENTVM.

Transactio per Ecclesiam vel pro Ecclesia facta est valida & seruanda, quando de euidenti Ecclesiæ vtilitate per eandem subsequuta constat.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas illa est euidens quæ ex actu indubitanter alicui profuturo resultat.*

2 *Vtilitas in materia transactionis satis euidens reputatur ea, quam quis consequitur ex recessu à lite ob dubium illius euentum.*

3 *Transactio dicitur vtilis quando à lite receditur.*

4 *Lucrari satis dicitur qui à litibus se eximit.*

5 *Lites execrari dubiúmque litis euentum euitare laudabile est.*

Maximè in Religiosis seruis Dei, ibid.

6 *Testamentum etsi perfectum, probata postea contraria voluntate ad fauorem ab intestato venientium reuocatum censetur.*

Idem disponitur lapsu decennij à die conditi testamenti concurrente, ibid.

7 *Mutatio voluntatis vt probetur ad fauorem venientium ab intestato, etiam Indicia admittuntur.*

8 *Transactio facta per Ecclesiam vel pro Ecclesia, etiam nulla alia probata vtilitate præter commodum recessus à lite in dubio est valida.*

9 *Ecclesia nihil in transactione relaxante quod possidet sed solùm super rebus nondum acquisitis transigente, transactio absque dubio est seruanda.*

DECISIO CLIV.

PATRIBVS Oratorij Camerini petentibus vti hæredibus ex testamento Cæsarij Ignatij immissionem in bonis hæreditariis, se opposuerunt Portia, Franciscus de Ignatiis hæredes ab intestato, dicentes in primis non constare de originali testamento dicti Cæsaris ad fauorem prædictorum Patrum; Secundò quatenus de eo constaret, illud esse nullum ob iniustam exhæredationem Eleonoræ matris in eo contentam, & Tertiò in omnem euentum apparere de mutatione voluntatis ipsius Testatoris, ex donatione post testamentum facta eidem Eleonoræ Matri maioris partis bonorum, ac ex aliis actibus per eum gestis, qui dicebantur de directo repugnare testamento per anteà condito.

Et licet exceptionibus prædictis non obstantibus Rota decreuit per duas sententias conformes immissionem ad fauorem eorumdem Patrum, ea præcipuè ratione quia duæ primæ exceptiones non subsistebant in Iure, & tertia non iustificabatur in facto, vt latè ponderatum fuit in decisionibus emanatis coram DD. meis Ghislerio, & Verospio; attamen commissa mihi causa appellationis, in tertia Instantia dederũt dicti hæredes ab intestato articulos, quibus bene in facto probare intendebant mutationem voluntatis dicti Cæsaris, & proposito pluries dubio super remissoria, illóque ab omnibus Dominis discusso, nunquam capi potuit resolutio ob varias eorumdem Dominorum sententias.

Quare dicti Patres perpendentes dubium litis euentum, cupientésque à continuis expensis se eximere, ad transactionem cum prædictis Portia, & Francisco hæredibus ab intestato deuenerunt, cõueniendo, quod isti retineant pro ipsis omnia huiusmodi bona, vnà cum fructibus ab eis perceptis, cum onere soluendi debita hæreditaria si quæ sint, & dictis Patribus soluant scuta sex millia in tot locis Montium, & pecunia respectiuè libera ab omnibus vinculis, & hypothecis, vt in transactione *sum. num.* 1. super cuius confirmatione, cùm fuerint expeditæ literæ Apostolicæ mihi directæ, continentes solitam clausulam *si in euidentem*, dubitatũ An constet de euidenti vtilitate Ecclesiæ? & sine vlla difficultate fuit affirmatiuè responsum.

Quia etsi euidens vtilitas illa dicatur, quæ resultat ex actu indubitater profuturo Ecclesiæ, iuxta dispositionem *tex. in cap. sine exceptione 12. quæst. 2.* vbi Bellam. *n.* 2. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. quæst.* 19. *tit. de caus. vtilit. num.* 119. cum aliis adductis per Barbat *in consil.* 40. *num.* 1. *lib.* 1. nihilominus in materia transactionis satis euidens vtilitas reputatur ea, quam Ecclesia consequitur ex recessu à lite ob dubium illius euentum, vt consuluit Gemin. *in cons.* 119. *num.* 4. quem sequitur Anchar. *in consil.* 136. *num.* 2. Decian. *cons.* 474 *num* 9. Mohed. *decis.* 8. *num.* 5. *de locat. fol. mihi* 318. Gratian. *discept forens. cap.* 861. *num.* 1. Rot. *decis.* 625. *n.* 6. *part.* 1. *recent.* Regulariter enim transactio dicitur vtilis, quãdo à lite receditur, *l.* 1. cum ibi notat. *Cod. de pact. l. si ex ea l.* 2. *C. de vsur.* quia satis dicitur lucrari, qui se eximit à litibus, Glos. *in cap. penultimo de empt & vendit.* Rota coram Canal. *decis.* 407. *num.* 5. & laudabile est, lites execrari, *c. constitutionem, §. statuum de verb. signific.* dubiumque litis euentum euitare *l. quod debetur ff. de pecul.* quod eò magis locum sibi vendicat in Religiosis Seruis Dei, quos non litigare esse cõmendabile, inquit Roland. *in cons.* 15. *n.* 47. *lib.* 1. motos ex auctoritate *text. in cap.* 1. *de Syndic.*

Quod autem in præsenti esset dubius litis euentus apparet ex eo, quod vltra plures difficultates in causa post sententias in Iure excitatas, quæ causam in substantia reddebant dubitabilem, si concedebatur remissoria ad probandam mutationem voluntatis dicti Cæsaris, & Testes super ea iuxta articulos deposuissent; certum est quod dicti Patres litem tamdiù agitatam post nimias expensas amisissent, siquidem quatenus etiam testamentum dicti Cæsaris esset perfectum, probata posteà contraria voluntate, illud censebatur reuocatum, ex quo agebatur de fauore venientium ab intestato, iuxta textum *in l. tunc autem 2. ff. de Iniust. rupt. & irrit. fact. testam.* Dec. *cons.* 582. *num* 1. *vers. secundum quod principaliter.* Corn. *consil.* 149. *num.* 6. *vers. & maximè lib.* 2. Soc. Iun. *cons.* 145. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. & idem disponitur *in l. Sancimus in § fin autem Cod. de testam.* concurrente lapsu decennij à die conditi testamenti, & notat Gloss. *in l. hac consultissima, §. fin. verb. Sancimus, vers. Est hodie* 4. *casus C. de testam.* & ad probandam hanc mutationem voluntatis ad fauorem venientium ab intestato, admittontur etiam Indicia, vt tenuit Alexand.

in

in conf. 104. *num.* 3. *in fine lib.* 1. quem sequitur Rota coram Greg. XV. *in decis.* 446. *n.* 4.

Vnde dum stante hac dubietate cum magno periculo succumbentiæ, dicti Patres ad transactionem deuenerunt, recipiendo scuta sex millia libera absque vllo onere, & tota hæreditas, quæ erat in controuersia non excedit in proprietate valorem scutorum 8000. vt narratum in literis Apostolicis, & apparet ex notula bonorum data *in dict. summ. num.* 5. nulli dubium est, quin prudenter, & quidem cum euidentissima vtilitate transegerint. Nam si ex solo recessisse à lite dicitur quis habere com-
8 modum, & vtilitatem, adeò quod transactio facta per Ecclesiam, vel pro Ecclesia, etiam alia vtilitate non probata in dubio sit valida, vt per Anton. Butr. *in cap penultimo de empt. & vendit.* Alex. *conf.* 61. *col.* 3. *in fin. vol.* 6. Tantò magis hoc idem venit dicendum in præsenti, vbi constat de euidenti vtilitate Ecclesiæ, quæ ex dicta transactione sine aliis expensis, sine litibus, & sine aliquo onere hæreditario consequitur à dictis hæredibus ab intestato dicta scuta 6000. quam rationem concludendo pro validitate transactionis ponderat in poncto Roland.
9 *in dicto conf.* 15. *num.* 50. & 51. maximè cùm Ecclesia in hac transactione nihil relaxauerit, quod possideret, sed solùm transegit super rebus nondum acquisitis, quo casu absque dubio esse transactionem seruandam, defendit Roland. *in dicto conf.* 15. *n.* 53. *vers. non obstant*, vbi plures concordantes refert.

Et ita decisum, &c.

Elboren. Iuris conferendi.

Veneris 1. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

De Iure præsentandi ad beneficia simplicia inter Archiepiscopum Elborensem & Religionem de Auis vergente.

Vide suprà *Decis.* 71. & *Decis.* 83.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam obseruantiam continuatam non est sufficiens, nisi de eadem per spatium 30. vel 40. annorum continuata doceatur.*

2 *Actus plures conformes obseruantiam Concordiæ circa Ius præsentandi ad beneficia simplicia optimè probant, maximè cum spatio* 200. *annorum sint continuati.*

3 *Beneficia quando sunt liberæ collationis Episcopi, præsentationes ab aliis factæ non admittuntur cum de præiudicio Ordinarij agatur.*

4 *Admissio iuris præsentandi quomodo probatur.*

5 *Effectuatione in vna parte probata censetur etiam probata in reliquis, dum de contrario non docetur.*

6 *Verba* instituere & confirmare *sæpe promiscuè ponuntur vnumque pro altero sumitur.*

7 *Testes ex certa scientia per sensum visus & effectuationem deponentes, obseruantiam Concordiæ probant.*

8 *Solutio facta Episcopo in vim Concordiæ pro collatiua institutione ius præsentandi probat.*

9 *Solutio vigore Concordiæ nisi fieret, institutio authorizabilis sufficeret.*

10 *Solutio vnà cum præstatione iuramenti fidelitatis subsequuta præcedentis Concordiæ obseruantiam euidentius demonstrat.*

11 *Testes ad fauorem Ordinarij de quasi possessione liberè conferendi beneficia deponentes, cùm non testentur de aliqua specifica prouisione certæ personæ ac determinato mense & anno liberè factæ, nihil concludunt.*

Maximè cùm ad hunc effectum concludens & non æquiuoca probatio requiritur, ibid.

DECISIO CLV.

PER binas decisiones resolutum fuerat in hac causa, sententias de Patribus reintegrantes Religionem de Auis ad quasi possessionem præsentandi ad Beneficia simplicia existentia in Ecclesiis S. Mariæ de Beja, & S. Ioan. de Coruche Diœcesis Elboren. esse iniustas, ea præcipuè ratione, quia illæ fuerunt latæ contra Ordinarium, qui habet ex dispositione Iuris intentionem fundatam super collatione omnium Beneficiorum existentium intra fines suæ Diœcesis: & pro parte dictæ Religionis contrarium prætendentis non docebatur de concludenti probatione, prout requiritur ad hunc effectum, vt in decisionibus emissis sub diebus 13. Nouembr. 1637. & 1. Martij 1638.

At causa super eisdem posita sub die 7. Iunij eiusdem anni 1638. quia Informantes pro Religione dicebant concludenter probari d. Ius præsentandi spectare ad eamdem Religionem, tàm ex donationibus factis ab Alphonso Portugalliæ Rege de dictis Ecclesiis sub diebus 2. Nouembr. 1286. & 20. Maij 1308. ipsius Religionis Magistro, & Successoribus: quàm ex Concordiis initis inter d. Religionem, & Ordinarios Elborenses de annis 1293. & 1317. In quibus dicti Ordinarij expressè fassi fuerunt ius præsentandi ad dictas Ecclesias, & ad Beneficia simplicia in eis existentia pertinere ad dictam Religionem, institutionem verò ad ipsos; & ita obseruare promiserunt, prout esse obseruatum dicti Informantes asserebant spatio 200. annorum, & vltra. Ideò Domini dilatarunt resolutionem, & mandarunt, vt strictè informaretur super dictarum Concordiarum obseruantia, pro qua coadiuuanda fuit etiam expedita remissoria: illaque in actis producta repropositi denuo causam, & hodie post tertiam repropositionem, fuit responsum, non constare de obseruantia quoad Ecclesiam de Beja, sed constare quoad Ecclesiam de Coruche: & in hac parte recedendum à decisis: cognitio verò huius releuantiæ fuit reseruata ad particularem disputationem.

Ratio autem, quæ mouit Dominos, ad sic respondendum fuit; quia ad docendum de obseruantia Concordiæ quoad Ecclesiam de Beja non datur nisi sententia Vicarij generalis Elborensis lata de anno 1492. in qua pronunciatum exstitit, ius præsentandi ad portionem tunc vacantem in dicta Ecclesia de Beja, spectare ad Priorem, & Beneficiaros dictæ Religionis de Auis, vt *in summ. dict. Religionis de Auis, dato sub die 27. Februarij præteriti n.* 22. qui quidem actus tanquam vnicus non visus fuit sufficiens ad probandam continuatam obseruantiam, & ad tollendam assistentiam iuris coadiuuatam ex depositione testium, deponentium Ordinarium Elborensem fuisse, & esse in pacifica possessione liberè conferendi omnia Beneficia vacantia in suis mensibus existentia in dicta Ecclesia: nam ad hunc effectum debet doceri de obseruantia continuata per totum spatium 30. vel 40. annorū, vt fuit dictum *in Valentina Baroniæ de Cortè* 4. *Iunij* 1603. *coram Ortembergo* relat. per Addentes ad

ad Gregor.XV. *in decis.354.num.19. vers.& ista obseruantia.*

Quo verò ad Ecclesiam S.Ioan.de Coruche existimatum fuit satis constare de obseruantia Concor-
2 diæ, circa pertinentiam iuris præsentandi ad Beneficia simplicia in ea existentia ad fauorem dictæ Religionis; quia dantur quamplures actus vniformes, qui dictam obseruantiam bene comprobant, ad tradita per Rip.*in l.qui Roma, §.duo fratres n.49. ff.de verb.oblig.* Alex.*cons.5 num.7.& 9.lib.5.* Ioseph. Ludouic.*concl.38.vers.ampliatur tertio*, maximè cum sint continuati spatio 200. annorum, & vltra, Rot. *decis.29.n.2.in fin.p.3.recent.* Adden. ad Gregor.XV. *in d.decis.354.n.19.*

Primus etenim actus desumitur ex prouisione vnius portionis in dicta Ecclesia S.Ioannis existentis facta de anno 1349. ab Alphonso tunc Episcopo, vti de Beneficio vacante per obitum Stephani vltimi Portionarij, & tanquam de deuoluto ob negligentiam Prioris, & Portionariorum, *d. summ. Religionis num.4.*

Secundus colligitur ex epistola Episcopi scripta, de anno 1450. in qua idem Episcopus petiit à Priore, & Beneficiatis d.Ecclesiæ licentiam, & consensum pro permutando vno ex Beneficiis in dicta Ecclesia existentibus, vt *in d.summ.n.7.*

Tertius resultat ex literis Episcopi confirmatoriis prouisionis Aluari Martinez factæ de anno 1459. de simili Beneficio: in quibus d. Episcopus fatetur d.confirmationem facere ad præsentationem Prioris, & Portionariorum d. Ecclesiæ, *dicto summario num.5.*

Quartus oritur ex epistola Regis, & Religionis Magistri extracta de anno 1461. in qua mandat Priori, & Beneficiatis, vt præsentent Stephanum Pirez in Beneficio vacante per renunciationem, *d. summ.num 9.*

Quintus depromitur ex simili Epistola Religionis Magistri scripta de anno 1463. in qua idem Magister dixit, quod fecerat gratiam vnius Portionis cuidam Aluaro, & propterea illum Priori, & Beneficiatis dictæ Ecclesiæ commendabat, ad hoc vt dictum Aluarum præsentarent, *dict.summ.num.9. lit. A.*

Sextus prouenit ex prouisione Beneficij vacantis per renunciationem Ioannis Alphonsi vltimi possessoris facta de anno 1464. à Gregorio Episcopo, in qua expressè legitur, quod dictus Episcopus dictum Beneficium contulit Nuno Aluaro ad præsentationem dictorum Prioris, & Beneficiatorum, *d. summ.n.5. lit.A.*

Septimus deducitur ex consimili prouisione, seu confirmatione facta à Velasco Episcopo de anno 1470. in personam cuiusdam Petri Gundisalli ad præsentationem dictorum Prioris, & Beneficiatorum iuxta formam compositionis, *d. summ. num.5. lit. B.*

Octauus affertur de anno 1498. in quo Alphonsus Episcopus de consensu Beneficiatorum vniuit Prioratui dictæ Ecclesiæ de Coruche Beneficium vacans per resignationem, & in illo confirmauit fratrem Aluarum tunc Priorem ad præsentationem dictorum Beneficiatorum, ad quos spectare ius præsentandi asseruit, vt *in dicto summario num.5. lit. C.*

Nonus datur de anno 1502. in quo Episcopus confirmauit Ludouicum Aluarez suum familiarem in Beneficio vacante per renunciationem sub spe futuræ præsentationis faciendæ per Priorem, & Beneficiatos dictæ Ecclesiæ; & ideo cum quadam epistola eos rogat, vt dictam præsentationem facere velint, & possessionem eidem Aluaro dare sint contenti, vt *in d.summ.n.7.lit.B.*

Decimus legitur de anno 1526. in quo Alphonsus Episcopus Cardinalis ad præsentationem Vicarij, & Beneficiatorum, confirmauit Ioan. Baptistam Cottam in Beneficio vacante per obitum Ioannis Bugallo illius vltimi possessoris, enuncians ad eos spectare ius præsentandi, *dicto summario num.5. lit. D.*

Vndecimus ponitur de anno 1527. in quo Prior, & Beneficiati (& inter eos recensetur dictus Ioan. Baptista Cotta) præsentarunt ad Beneficium vacaturum Ferdinandum Bugallo, vt *in dicto summario num.6.*

Duodecimus, & vltimus actus est de anno 1544. in quo Vicarius Episcopi habuit Alphonsum Diaz pro præsentato à dictis Priore, & Beneficiatis per obitum supradicti Ludouici Aluarez; & mandauit Instrumentum præsentationis fieri, vt *in d. summ. n.8. lit.B.*

Ex quibus omnibus apparet de longæua Concordiæ obseruantia, quoad ius præsentandi ad Beneficia existentia in dicta Ecclesia de Coruche, ad fauorem dictæ Religionis; quia si Beneficia essent 3
liberæ collationis Episcopi, non fuissent necessariæ præsentationes Prioris, & Beneficiatorum dictæ Religionis, nec Episcopi eas admisissent cùm ageretur de eorum præiudicio, Paul.de Cittadinis *de iurepatr. part.6.quæst.37.num.3.* Paris.*de resignat.lib.8.quæst.11. num.38.* cum allegat. per Barbos. *de offic. & potest. Episcop.in allegat.72.num.47.* Rota *decis.376 part.3. diuers. per tot. & decision. 595. numer. 2. part. 1. recent.*

Non obstat, quod dictæ præsentationes non probentur effectuatæ, & sic non releuent; quia vltra quod hodie non quæritur de earum effectuatione, 4
sed solùm de admissione iuris præsentandi, quod bene probatur ex tot, tantisque confessionibus Ordinariorum, aliisque actibus supra relatis tanto temporis spatio continuatis, absque quod interesserit aliqua libera collatio, seu prouisio Ordinarij, quod pertinet ad sustinendam concordiam: visum fuit cessare obiectum ex eo, quod plures illorum sunt effectum sortitæ, & signanter illa facta de anno 1526. in personam d. Ioan. Baptistæ Cottæ, & illa facta in personam Ludouici Aluarez, qui post præsentationem pariter vti Beneficiatus interfuit ad præsentandum alios: & post eius obitum fuit præsentatus d.Alphonsus Diaz; iuxta cons. Oldrad.229. *num.1.2.& 3.* Rot. *decis.598. num. 9. part.1.diuers. & d. decis.295. num.2. per tot. p. 3. recent.* Probata 5
autem effectuatione in vna parte censetur etiam probata in reliquis, dum de contrario non docetur, ad trad.per Bald.*in l 2.num.34. C.de emancipat. liber.* & per Abb.*in cap.1. num. 3.de Religios. domib.* Paris. *cons.90.num.4.& 5. lib.1.* Rota *decis.31.num.3 p.4.& decis.396 n.12.p.5.recent.*

Minus obstare dictum fuit, quod ex forma concordiæ Episcopi debuissent instituere præsentatos à Religione, non autem eos confirmare, prout legitur in omnibus prouisionibus; quoniam placuit re-
sponsio, nempe, quod verba hæc, *instituere, & con-* 6
firmare, sæpè promiscuè ponuntur, vnumque pro altero sumitur, vt aduertit Gloss. *in cap. hoc tantùm in verb.instituere 18.quæst.2.* Lotter.*de re benef.lib.2. q.1.n.16.*

Præterea dixerunt Domini, quod prædicta obseruantia comprobatur ex pluribus testibus depo-
nentibus nō solùm super quota decimarum, & alio- 7
rum

rum fructuum quantitate dictæ Religioni reseruata iuxta formam dictæ Concordię, sed etiam super secundo articulo dicunt dictos Priorem,& Beneficiatos antiquitus præsentasse ad hæc Beneficia, & duo ex illis,nonus,scilicet,& vndecimus probāt ex certa scieotia per sensum visns,& effectuationem,vt *in d. Sum.n.* 12.15.*&* 16.*lit.A.* Innoc.*in c.cum causam n.*2. *de testib.*Rot.*decis.*389.*n.*13.*part.*5.& io terminis probationis obseruantiæ *in d.decis.*234.*n.*16.*par.*4.*recent. vers. & depositionibus testium.*

Quibus accedit , quod in dicta Concordia fuit
etiam conuentum,vt Religio præsentaret Priores ad
dictas Ecclesias,& Episcopus institueret, & recipe-
tet ab illis iuramentum fidelitatis,vt *in dicto Sum n.*
13.pro qua quidem institutione collatina Fratres di-
ctę Religionis soluere coguntur vnam marcham ar-
8 genteam Episcopo eodem *Sum. n.* 13. *&* 24.*vtrobi-*
*que lit. A.*quæ solutio debet dici facta in vim d.Cō-
cordiæ;quia aliàs de Iure nihil pro institutione solui
9 deberet,vt probat *tex.in cap.non satis,& in cap cum in*
Ecclesia de Simon.& sufficiebat illis institutio autho-
rizabilis,Lotter.*de re benef.lib.*1.*q.*25.*n.*12.*&* *seq.* Id-
que coadiuuatur ex Bulla Vnioois huius Ecclesiæ de
Coruche factæ de anno 1517.Prioratui Monasterij
dictæ Religionis,in qua Leo Papa certioratus de d.
Concordia mandat, vt quilibet Prior teneatur sol-
uere Episcopo,quantum ratione Concordiæ illi sol-
10 uere tenebatur tempore institutionis persona ad Ec-
clesiam præsentata,vt *in d.Sum.n* 14.ex hac namque
solutione marchę argenteę subsecuta,vnà cum pre-
statione iuramenti fidelitatis, probatur præcedentis
Concordiæ obseruantia,*l.ad solutionem C.de re iudic.*
Crauett.*cons.*158 *n.*4.Rota *d.decis.*295.*num.*4.*part.*3.
recent.

His itaque sic stantibos consideratum fuit nihil
aduersari posse testes datos pro parte Reuerendiss.
D. moderni Archiepiscopi , deponentes Episcopos
Elborenses fuisse in quasi possessione liberè confe-
rendi dicta Beneficia. Quia prætermissis exceptioni-
bus,quæ dantur contra eorum personas & examen:
11 non visi fuerunt concludere,in eorum dictis,cùm nō
deponant de aliqua specifica prouisione liberè factæ
certæ personę,ac determinato mense,& anno, Alex.
*cons.*45.*lib.*1.Paris.*cons.*27.*n.*37.*lib.*1.nec de spatio tē-
poris continoato,& oecessario ad tollendam obser-
uantiam contrariam supra firmatam: præsertim cùm
Alphonsus,& Henricus tunc Episcopi, qui prætenduntur liberè contulisse , essent Cardinales, & consequenter vti tales poterant gaudere Indulto , eiusque vigore beneficia , de quibus agitur , conferre; ad hunc enim effectum concludens , & non æquiuoca probatio reqoiritur , Abb. *in cap.* 2. *in fin. de censib.*Ruin.*cons.*104.*num.*15.*lib.*5.Rot.*decis.*120.*n.*2. *part.*2 *recent.*

Et ita decisum vtraque , &c.

Eugubina refectionis damnorum.

Lun. 4. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Obligatus extinguere census eorúmque fructus decursos & decurrendos persoluere , illorum exactionem mediantibus aliis non potest procurare , adeóque ad refectionem damnorum passorum occasione indebitæ exactionis tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Damni causam dans damnum dedisse videtur.*
2 *Mandatarius an possit imputare mandatori ea quæ magis casibus quàm mandato sunt imputanda.*
3 *Impendia gratia mandati exequendi & bona fide facta restitui debere , ipsa æquitas postulat.*
4 *Regula mandatarium non posse imputare mandatori ea quæ casu fiunt locum non habet,quando damnum culpa Procuratoris prouenit.*
5 *Actiones quando sunt inter se diuersa & contra diuersas personas agitur, pluribus actionibus nemo vti prohibetur.*
6 *Pactum subrogationis in Instrumento cessionis conuentum, vt totalis substantia contractus ad personam in eo contemplatam spectet , operatur.*
7 *Subrogationis effectus est vt subrogatus sit eiusdem natura , cuius ille cui subrogatur.*
8 *Verba generalia ab aliis verbis specialiter adiectis interpretationem recipiunt.*
9 *Verba vniuersalia subsequentia secundum ea quæ proximè præcedunt sunt interpretanda.*

DECISIO CLVI.

DE anno 1627. Conuentini emerunt prædium nuncupatum Zappaunere à Michaele Angelo Zeccadoro, & ad computum pretij cesserunt ei duos census scutorum 3000. in sorte principali debitos ab hæreditate Francisci Zeccadori fratris eiusdem Michaelis Angeli, qui licet per Instrumentum esset obligatus census præfatos extinguere , eorúmque fructus decursos & decurrendos soluere, occasione assignationis sibi prius factæ à d. Francisco de eodem prædio de anno 1625. nihilominus requisiuit cum dictis Conuentinis,vt agerent ex Salmano pro consequutione fructuū dictorū censuum contra Dominicum Aotonium Mannū,detentorem cuiusdam apothecæ spectantis ad hæreditatē dicti Frācisci,prout egerunt,procurata tamen obligatione in forma Cameræ dicti Michaelis Angeli de liberādo eos à molestiis,& de soluēdo omnes expēsas necessarias,quæ occasione litis fieri deberent.

Cùm autem dictus Mannus sciret dictos Conuentinos census prædictos cessisse dicto Michaeli Angelo qoi erat eorum verus debitor, post passam immissionē egit criminaliter contra eosdem Conuentinos eos accusando de collusione,& in contumaciam obtinuit illos condēnari:sed isti postea comparuerūt, & recuperarunt à fisco scuta 1352.remanente penes eiusdem fisci Officiales residuo pretij locorum Mōtium qoæ fuerūt io executionē sententiæ subhastata & deliberata:& cùm ad refectionē damnorū,& pręcipuè restitutionem scutor.514. pro fructibus deperditis dictorum locorū Montium prætenderent,dictū Michaelē Angelū teneri vigore dictæ obligationis Cameralis,egerunt contra ipsū pro relaxatione mādati executiui corā A.C qui ex qoo pro parte Zeccadori dicebatur dicta dāna prouenisse ex casu fortuito,quē sub dicta obligatione nō fuisse cōprehensum asserebatur , voluit consulere Rotam. Ideóque proposui dubium, an sit relaxandum mandatum, & Domini in hac secunda causæ positione responderunt , Zeccadorum teneri quidem ad refectionem damnorum , sed via ordinaria.

Moti ex eo, quia dictus Michael Angelus, dum ipsemet erat obligatus dictos census extinguere,eorúmque fructus decursos & decurrēdos persoluere,

vt patet ex Instrumento dato in summario illorum
de Conuentinis *n.* 2. non poterat denuo procurare
illorum exactionem mediantibus dictis Conuenti-
nis, & propterea tenetur ad refectionem damno-
rum ab eisdem de Conuentinis passorum, occasio-
ne dictæ indebitæ exactionis, ex vulgata regula,
1 quod qui causam damni dat, damnum dedisse vi-
detur, *l qui occidit, §.penult. ff ad l. Aquil.c.de cætero*
de homicid.c.student 50.*distinct.* Seraphin. *decis.*453.
num. 1.

Nec obstare dixerunt text *in l.inter causas, §.non*
2 *omnis, ff. mandati*, vbi statuitur mandatarium non
imputare mandatori ea, quæ impensurus non fuis-
set, veluti si spoliatus fuerit à latronibus, aut nau-
fragio res amiserit, vel languore suo, vel suorum
apprehensus quædam erogauerit, cum hæc magis
casibus, quàm mandato imputentur. Quia secun-
dùm notata ibidem per Gloss. dispositio dicti tex-
tus de Curialitate non seruatur, vt ex auctoritate
Baldi refert & sequitur Rota *Auenionen.in dec.*126.
3 *num.*1. & 2. cùm æquitas non patiatur, quod im-
pendia gratia mandati exequendi, & bona fide
facta restitui non debeant, *l. si quis alicui, §. impen-*
dia, l. si mand. ssem, l. si quis mihi mandauerit, l. ex
mandate, ff. mandati ne damno afficiatur 15. *qui man-*
datum susceperit, l si quis ex signatoribus, ff.quemadmo-
dum testam. aperian. l. si seruus, §. quod verò, ff.
de furt.

Absque quod applicetur limitatio dari solita,
4 quod scilicet hoc locum non habeat, quando dam-
num prouenit culpa Procuratoris, vt obseruat ea-
dem Rota *Auenionen. in dicta decis.*126. *num.*7. quia
vt supra fuit ostensum, in præsenti damnum non
processit culpa Conuentiuorum, qui obligationem
d. Michaelis Angeli extinguendi census penitus
ignorasse præsumuntur, ad notat. *in l. verius*, vbi
Gloss. *ff.de probat. c. præsumitur* 47. *de regul. Iur.in* 6.
sed culpa eiusdem Michaelis Angeli, qui rectè
agere non poterat pro debito proprio; & propter-
ea licet dicti Conuentini fuerint condemnati in
contumaciam, & postea quando comparuerunt,
partem bonorum fisco applicatorum recuperarunt,
attamen cùm ipsi essent innocentes non cogeban-
tur se defendere, sed potius d. Michael Angelus,
qui originalem causam damni dedit, eos defendere
debebat: & quamvis postea comparendo recupe-
rauerint partem bonorum confiscatorum, non ideo
5 sibi ipsis præiudicarunt, cùm nemo vti pluribus
actionibus prohibeatur, quando actiones, prout in
proposito sunt inter se diuersæ, & quod plus est
agitur contra diuersas personas, textus est expres-
sus *in l.nunquam, ff.de regul.Iur.* cum ibi latè notat.
per Gloss. sequitur Balboa *in relect. ad decretal.* ad
text. *in cap Pastoralis de caus. possess.& propriet. n.*95.
cum seqq facit text. *in cap. nullus pluribus de regul.*
Iuris in 6

Minusque prædictis aduersari visa fuit replicatio
facta pro parte d Michaelis Angeli, quod scilicet
ipse posset agere pro exactione dictorum censuum
contra hæreditatem dicti Francisci Fratris, stante
imminenti euictione dicti prædij, cuius acquisitio-
nis contemplatione promiserat dictos census extin-
guere, eorumque fructus soluere, vnde excludi di-
cebatur eius culpa.

Quoniam placuit responsio, nempe quod qua-
tenus immineret prætensa euictio, dum non proue-
niebat ex dato & facto dicti Francisci, non poterat
à dicto Michaele Angelo allegari, quandoquidem
6 in Instrumento cessionis dicti prædij antea factæ à
dicto Francisco ad fauorem dicti Michaelis Angeli,
expressè conuentum fuit, vt Michael Angelus
subrogaretur in locum Francisci, itavt Franciscus
in permutatione antecedenti sequuta de eodem
prædio cum illis de Accoram bonis, non habuerit
nisi nudum nomen; quod pactum operatur vt to-
talis substantia contractus spectet ad personam in
eo contemplatam, iuxta text. *in l. qui mihi dona-*
tum, ff. de donat. Rota *decis.*640. *num* 2. *part.*1. *re-*
cent. tam respectu damni quàm lucri, Caual. *decis.*
237. *num.* 2. effectus enim subrogationis est, vt 7
subrogatus eiusdem naturæ sit cuius ille cui subro-
gatur, *l si cum, §. qui iniuriam, ff. si quis caut.* Rota
*decis.*391. *num.* 1. *in fin.part.*1. *recent.*

Non tamen censuerunt Domini dictum Zecca-
dorum teneri via executiua, quia existimarunt
eius obligationem licèt conceptam verbis genera-
libus, fuisse tantùm restrictam ad expensas litis,
non autem comprehendere hunc casum, pondera-
tis illis verbis *tante de patrocinij de Procuratori, &*
Auocati, quante d'ogni altra cesa, cùm regulare sit,
quod verba generalia restringantur, & interpreta- 8
tionem recipiant ab aliis verbis specialiter adiun-
ctis, *l. sed adiciatur* 13. vbi Gloss *ff. pro soc.* Felin.
cap. sedes num. 3. *de rescript.* Surd. *cons.*34. *num.*39.
Rota coram Seraph.*decis.*587.*num.*1.*& inter recent.*
*decis.*194.*num.*94. *part.*5. & sic illa verba vniuersa- 9
lia subsequentia *quanto d'ogni altra cesa* interpretan-
da sunt secundum ea, quæ proximè præcedunt, *l.*
*non est nouum, ff. de legib. l. hæres meus, §.*1. *ff. de*
*legat.*1. Surd *cons.*431.*num.*13. & similem interpre-
tationem dederunt Epistolæ eiusdem Zeccadori,
in qua ipse ait, quod si per se error fuit commissus,
est paratus de eo pœnitentiam agere, id est cau-
sam defendere ac litis expensas reficere.

Et ita decisum vtraque parte, &c.

Rauennaten. Concordia.

Mercur. 6. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

De credito ex causa restitutionis residui dotis prouenienti: An in mora constitutus ad solutionem fructuum à die initæ concordiæ teneatur, quando damnum à muliere ob solutionem retardatam passum nullibi probatur?

SVMMARIVM.

1 *Constitutus in mora qui soluto matrimonio mulieri dotem restituere tenetur, eidem damnum & interesse quod propter moram ipsa passa est reficere debet.*

2 *Damnum emergens & lucrum cessans due sunt requisita etiam in restitutione dotis necessaria.*

3 *Statutum Rauennæ circa restitutionem dotis post matrimonium solutum refertur.*

4 *Statutum Rauennæ de dote restituenda in quibus casibus locum habet.*

5 *Muliere dilationem sponte dante cum pacto soluendi fructus ad rationem septem pro centenario, pactum vsurarium dici nequit.*

6 *Dilatio solutionis dotis est vsuraria quando de interesse cum debitis requisitis constat, & mulier vnde viuat aliunde non habet.*

DECISIO

DECISIO CLVII.

N hae causa sub die 5. Martij 1638. resolutum fuit sententiam A.C. reuocatoriam alterius de partibus esse confirmandam, in quantum in ea condemnatur Cinthius ad solutionem scutorum 600. debitorum Franciscæ iuxta formam concordiæ, & fuit reseruatum videre in particulari disputatione, an fructus decursi à die initæ concordiæ vsque ad integram solutionem dictorum scutorum 600. debeantur eidem Franciscæ, provt deberi declarabatur in dicta sententia A.C.

Cúmque hodie causa super reseruatis fuerit reproposita ad instantiam dictæ Franciscæ, contra ipsam informantem fuit responsum, & sic fructus non deberi: ea præcipue ratione, quia licet hoc eius creditum proueniat ex causa restitutionis residui
1 suæ dotis, & quando is qui soluto matrimonio tenetur restituere dotem mulieri, fuit in mora constitutus, debet eidem mulieri reficere damnum & interesse quod propter moram ipsa passa est, Alex. *in l. diuortia in princ. num. 23. vers. subdit tamen, ff. de solut. matr.* latè Cephal. *cons. 133. num. 134. lib. 1.* Bursat. *cons. 9. num. 47. & sequen.* attamen visum fuit in
2 proposito nullibi probari interesse passum à dicta muliere ob dictam solutionem retardatam, nec damni emergentis, nec lucri cessantis, provt requiritur ex notatis per Castren. *in l. 3. § fin. ff. de eo quod certo loco*, Hond. *cons. 38. num. 10. lib. 2.* Rota coram Caual. *decis. 345. num. 7. in fin.* quæ requisita esse necessaria etiam in restitutione dotis, firmant Barbos. *in l. 1. in princip. à num. 44. vsque ad 48. ff. de solut. matrim.* Imol. *in d. l. diuortio in princip. num. 15.* & ibi Alex. *d. num. 23. & 25. ff. eodem*, Aym. *cons. 912. num. 11.* Menoch. *cons. 7. num. 16.* & Bolognet. *in cons. 14. num. 2.*

3 Nec aduersari dictum fuit statutum Rauennæ sub *lib. 3, rubr. 18.* vbi cauetur quod non restituentes dotes mulieribus post solutū matrimonium, debeant eisdem mulieribus pro alimentis soluere scuta septem pro quolibet centenario, & d. statutum vti à Sede Apostolica confirmatum, à Rota fuisse canonizatum in hac materia dicebatur *in decis. 93.* coram Papa Gregorio X V.

4 Quia consideratum fuit dictum statutum loqui in casu, quo obligati ad restitutionem dotis fuerint morosi in restitutione, & ipsa mulier instaret pro sua dote recuperanda, ideoque non applicari huic
5 casui, quo eadem mulier sponte dedit dilationem cum pacto soluendi fructus ad rationem septem pro centenario, tunc enim pactum non valere vti vsurarium tenent Alex. *cons. 200. vol 6.* Panormit. *cons. 59.* Aym. *cons. 89.* & ita per Sabaudiæ Senatum iudicatum testatur Guillelmus Vuclaeus Sabaud. 9.
6 *Academicar. lib. 1. quæst. 84.* nisi probetur interesse cum debitis requisitis relat. per Paul. de Castr. *in d. l. 3. § fin. ff. de eo quod cert. loc.* vel quod mulier non haberet aliunde vnde viueret, Angel. *in § fuerat, n. 6. Instit. de act.* Aym. *cons. 189. colum. 5. vers. Sextus casus*, Rolan. *cons. 55. num. 4. lib. 2.* Bursatt. *cons. 8. n. 41. lib. 1.* Afflict. *decis. 284. n. 4.* & in specie dixit Rota *in Romana redditionis rationis coram bon. mem. Coccino 25. Maij 1626.* quæ est *decis. 14. n. 11. 12. & 13. part. 5. recent.* cuius quidem contrarium videtur constare in præsenti ob receptionē scutorum 1125. vltra 600. de cuius fructibus agitur, factam à dicta Francisca, vt colligitur ex lectura dictæ Concordiæ; quam similem rationem ponderauit Rota *in dict. decis. 14. num. vlt. p. 5. recent.*

Et ita, &c.

Aprutina Iurisdictionis.

Vener. 15. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

An Episcopo successori ob non factam in actis exhibitionem processus Procuratori Episcopi prædecessoris accommodati, audientia contra Capitulum sit deneganda?

SVMMARIVM.

1 *Processus existentia penes Episcopum quando provt requiritur non probatur, ad illius exhibitionem non tenetur.*

2 *Episcopum teneri exhibere processum habitum ab eius antecessore, aliàs exhibitione non facta illum non esse audiendum, in quibus casibus procedit.*

3 *Iuramentum iuxta formam præstitum an ab exhibitione excuset.*

4 *Iuramento alterius stari non solet in re graui, & in qua totum Ius alicuius partis continetur.*

5 *Iuramentum procedit quando iurare vult ille, quem aliquando rem apud se retinuisse constat.*

6 *Veniens ad causam pendentem sententias suas facit.*

7 *Veniens ad causam pendentem, in statu & terminis in quibus causa reperitur admissus censetur.*

8 *Instantia cum antecessore inchoata in successorem transit.*

9 *Successor in Ecclesia attentata prædecessoris purgare tenetur.*

10 *Antecessor sicut tenetur exhibere processum, ita quoque successor in quem lis transiuit.*

11 *Conclusio admissionis ad causam non nocet successori, quando ad eam venit pro suo interesse principaliter, ius suum independenter à iure litigandis deducendo.*

12 *Admissus ad causam in beneficialibus vigore commissionis cum clausula* in statu & terminis *sententias suas facit; secus in prophanis.*

13 *Successor quando non succedit in attentatis non tenetur purgare attentata antecessoris, sed tanquam tertius ius de nouo creatum à Papa habens reputatur.*

DECISIO CLVIII.

RÆTENDENTI D. Episcopo procedere ad renouationem mandati de manutenendo relaxati præuiis decisionibus Rotalibus ad fauorem Capituli Cathedralis Ecclesiæ Aprutinæ, super exercitio Iurisdictionis in personas & Castra de Nereto, & Turano, ac super Iure visitandi & conferendi beneficia in dictis Castris existentia, se opposuit dictum Capitulum excipiendo de reportatione processus remissorialis ad eius instantiam in causa fabricati, & accommodati Procuratori Epi-

ſcopi anteceſſoris de anno 1614. quaſi quod ei eſ-
ſet denegganda audientia, non facta in actis dicti
proceſſus exhibitione:ideo dubitaui, An Epiſcopus
ſit audiendus, & Domini affirmatiue reſponderunt.
1 Quia noo probatur dicti proceſſus exiſtentia pe-
nes dictum Epiſcopum prout requiritur, ad hoc vt
ipſe teneatur ad illius exhibitionem, ad not. in l. 3. in
princ. vbi Gloſſ. verb. ſiquidem, & l. Celſus, § ſed etſi,
ff. ad exhiben. col. 4. cum ibi notat per DD. C. eodem,
Bart. in l. ſi quis ex argentarius, §. annu. hered. num. 2. ff.
de eden. Pariſ. conſ. 69. num. 14. vol. 4. Rota deciſ. 380.
num. 4. in fin. part. 3. recent.

Nec obſtare dixerunt deciſiones factas in cauſa
Marſicen. Iuriſdictionis prius coram bon mem. Bu-
ratto 266. & 278. in eius impreſſ. & poſtea coram
D. meo Veroſpio ſub die 13. Februarij 1629. in
2 quibus firmatur, Epiſcopum teneri exhibere pro-
ceſſum habitum ab eius anteceſſore, alias exhibi-
tione non facta illum non eſſe audiendum, ex alle-
gat. per Lap. in allegat. 56. num. 10. verſ. etſi reſpondet.
Felin in cap. ſupra perpetuus num. 11. verſ. & pro hac
ampliatione de fid. inſtrum Vincent. de Franch. deciſ.
271. num. 10. verſ ſecundum remedium.

Quoniam in caſu dictarum deciſionum plenè
& concludenter probabatur proceſſus exiſtentia
penes modernum Epiſcopum, cùm reperiretur in
ipſius archiuio, & ideo poterat ipſe Archiuiſtam, qui
Scripturas cuſtodire tenetur, cogere ad exhiben-
dum. In præſenti autem caſu, tantum abeſt quod
probetur exiſtentia, quin potius conſtet contra-
rium, ex eo quod dictus proceſſus fuit fabricatus ad
inſtantiam dicti Capituli in partibus extra Curiam
Epiſcopalem, & poſtea ad Vrbem originaliter tranſ-
miſſus ac in actis productus, fuit de anno 1614. à
Notario accommodatus cuidam Armenio Angeli-
no ſubſtituto in hac cauſa à Rugeno Ferracuto
Procurarore bon mem. Vicecomitis tunc Epiſcopi,
quem Angelinum, & ipſum quoque obiiſſe ſuppo-
nitur, antequam modernus Epiſcopus de hoc Epiſ-
copatu prouideretur; vnde patet dictas deciſiones
procedere in longe diuerſis terminis, & propterea
non poſſe huic applicari, vt in his fere terminis re-
ſoluit Rota in Conuerſana Iuriſdictionis 10. Nouembris
1628. coram Durano, quæ eſt deciſio 166. inter eius
impreſſ. vbi ſub n. 2. reſpondetur in ſpecie dd. deci-
ſionibus Marſicen.

In quam ſententiam eò facilius iuuerunt, quia d.
3 Epiſcopus paratum ſe offert ad iurandum huiuſmo-
di proceſſum nunquam habuiſſe, nec de præſenti
habere, nec minus operam dediſſe quominus ille
exhiberi poſſit, imò congruam diligentiam adhi-
buiſſe pro eo reperiendo & non inueniſſe, quod
quidem Iuramentum iuxta formam prædictam præ-
ſtitum excuſat ab exhibitione, vt ſancitur in l. cum
quidam, §. ſin autem C. de fid. Inſtr. Gloſſ. in cap ſignifi-
caſti verb. ſi ita eſt extr. de homicid. Speculat. tit. de
edict. Inſtr. §. poſtquam, Guidopap. deciſ. 244. & quam-
4 uis in re graui, & in qua totum Ius alicuius partis
continetur, non ſoleat ſtari alterius Iuramento, ad
notat. per Gloſſ in dicta l. cum quidam verb. Iuramen-
tum. C. de fid. Inſtrum. Menoch. de præſumpt. præſum-
ption. 61. num 13 lib. 6. Rota coram Caual. deciſ. 82.
num. 5. & in dicta Marſicen. coram D. meo Veroſpio;
5 hoc tamen procedit, quando iurare vult ille, quem
conſtat aliquando rem apud ſe retinuiſſe, vt diſtin-
guunt DD. in d. l. ſi quis ex argentarius, §. fin. ff. de eden.
Rota coram Seraphin. deciſ. 692. n. 8. & coram Du-
rano in dicta deciſ 166. d. num. 1. §. neque obſtat, vbi in
ſpecie reſpondit dictæ deciſioni Caual. 82.

Prout nec aduerſari exiſtimarunt aliud obie-
ctum, nempe quod veniens ad cauſam pendentem 6
faciat ſententias ſuas, Put deciſ. 71. lib. 3. num. 1. cùm
cenſeatur admiſſus in ſtatu & terminis in quibus 7
cauſa reperitur, cap. 1. §. fin. vt lit. pendent. in 6. Felin.
in c. cum ſuper num. 5. de re iudic Couar. practic. c. 13. in
princip. & Inſtantia inchoata cum anteceſſore tran- 8
ſeat in ſucceſſorem, c. dilecti de foro compet Abb. in
cap. quia V. n. 10. verſ. & ſic & verſ. tertius caſus, ibique
Decius n. 25. de Iudic. Mohedan. deciſ. 1. eodem tit. &
ſucceſſor in Eccleſia teneatur purgare attentata præ- 9
deceſſoris, Lancellot. de attent. c. 29. n. 104. Addent.
ad Butart. in d. deciſ. 278. n. 14. & adeò vt ſicut ante-
ceſſor teneretur exhibere proceſſum, ita quoque te- 10
neatur eius ſucceſſor in quem lis tranſiuit, Gloſſ. in
Extrauagant. Suſcepti ne Sede vacante, in verb. vacan-
tium, verſ. nec in beneficialibus, Buratt. dicta deciſ. 278.
num. 5.

Quia dicta concluſio admiſſionis ad cauſam pro- 11
cedit, quando tertius qui petit admitti adhæret con-
demnato, illumque defendit, ſecus autem quando
venit ad cauſam pro ſuo intereſſe principaliter, de-
ducendo Ius ſuum independenter a Iure litigantis,
Io. Andr. in c. 2. verſ. ille autem prouiſus, & ibi Gemin.
num. 9. vt lit pendent. in 6. Couar. practic dict. cap. 13.
in princip. Seraphin. deciſ. 906. num. 1. vbi quod ad-
miſſus ad cauſam in beneficialibus vigore commiſ- 12
ſionis cum clauſula in ſtatu & terminis, facit ſen-
tentias ſuas, non autem ſic in prophanis, vbi ve-
niens ad cauſam non adhæreat condemnato pro-
curando illius defenſionem: & idem quoque fuit
reſolutum in Toletana decimarum de Capilla 10. Fe-
bruarij 1593. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio,
in qua Primogenitus venerat ad cauſam, & dice-
bat decimas ad ſe ſpectare vigore primogenituræ,
& Rota reſoluit quod ſententiæ latæ contra Pa-
trem ei non nocebant, licèt ipſe venerit ad cau-
ſam in ſtatu & terminis; & quod dicitur de in-
ſtantia inchoata cum anteceſſore, non applicatur,
ex quo modernus Epiſcopus non venit ad cau-
ſam, proſequendo factum prætenſæ occultatio-
nis proceſſus, ſiquidem in hoc non dicitur ſuc-
ceſſor, vt dixit Rota in deciſ. 705. numer. 4. part.
1. recent. ſed venit pro Iure Eccleſiæ ſuper Iu-
riſdictione de qua agitur, & in hoc dicitur ſuc-
ceſſor, cùm teneatur proſequi eandem inſtan-
tiam, quam anteceſſor inceperat, vt in indiuiduo
reſpondit Rota in dict. deciſ. 166. num. 6. coram
Durano.

Et demum quod ſucceſſor in beneficio teneatur
purgare attentata anteceſſoris, non habet locum 13
quando ſucceſſor non ſuccedit etiam in attenta-
tis, itavt ex eis nullum conſequatur commodum
ſeu vtilitatem: hoc enim caſu Epiſcopus ſuc-
ceſſor reputatur tanquam tertius habens Ius de no-
uo creatum à Papa, Duran. conſ. 374. num. 5. verſ.
ſed Prælato, Rota deciſ. 13. de procur. in nou.
& ideo non tenetur purgare attentata Præ-
deceſſoris, Rota in dict. deciſ. 705. numer. 1.
part. 1. recent. Adden. ad Buratt. in dict. deciſ. 278.
num. 15.

Et ita deciſum vtraque parte, &c.

Roſſanen.

Rossanen. Exemptionis.

Veneris 22. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

De Abbate S. MARIÆ de Patiro super exemptione à quolibet Antistite præterquam à Sacrosancta Romana Ecclesia intentionem fundatam habente; non obstantibus his quæ pro parte R. D. Archiepiscopi Rossanensis contra eum deducebantur.

Vide suprà *Decis.* 145.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium personale personas quibus fuit concessum non egreditur.*

2 *Argumentum pro interpretatione cuiuslibet dispositionis in priuilegio exemptionis ab effectu subsequuto sumi debet.*

3 *Verba cùm terminentur in personis Monachorum & tuitione eorundem, ad personalitatem referenda videntur.*

4 *Episcopo quæ expressè non adimuntur ei regulariter reseruata censentur.*

5 *Verba priuilegij cùm in rem fuerint directa priuilegium reale reputatur.*

6 *Verba quando adsunt ad inducendam realitatem apta, qualitas ipsius realitatis per expressionem personarum non tollitur.*

7 *Verba nimis clara & in dispositiua priuilegij prolata non possunt à procemio restringi, sed potius ab eis causa finalis desumitur.*

8 *Priuilegium stante realitate etiam moderno possessori suffragatur.*

9 *Scriptura extracta & exemplata lite pendente sine compulsoria & citatione partis nullam fidem merentur.*

10 *Scriptura quando non sunt in actis non sunt attendendæ.*

11 *Acta in Curia Archiepiscopali sub nomine Abbatis gesta non releuant, cùm ab habente mandatum procura ipsius Abbatis non procedant.*

12 *Mandatum generale casum in quo priuilegiis renunciatur vti actum præiudicialem non comprehendit.*

13 *Acta absque procura partis gesta reuocari facilè possunt.*

14 *Priuilegio Ecclesiæ concesso Abbas commendatarius præiudicare non potest.*

15 *Abbas non potest præiudicare Ecclesiæ absque Sedis Apostolicæ consensu cui Abbatia immediatè est subiecta.*

16 *Enunciatiua simplex nulla facta mentione de antecedenti priuilegio exemptionis, vt præcedens exemptio sublata dicatur non facit.*

17 *Reuocatio priuilegij non præsumitur nisi de ea expressè constet.*

18 *Priuilegium quod post concessionem non dicitur contra ius sed de iure, odiosum est auferre.*

19 *Papa statum Ecclesiæ alterare regulariter non intendit.*

20 *Consequens quando fundatur in aliquo antecedenti, sublato antecedenti tollitur etiam consequens.*

21 *Enunciatiua simplex dum principaliter de enunciato agitur nihil probat.*

22 *Commendatio simplex iurisdictionem vel dominium non tribuit, sed tantùm facit vt Commendatarius commendatum defendere teneatur.*

23 *Archiepiscopus in actibus transactionis & concessionis emphyteusis non vti Ordinarius sed vti Delegatus Apostolicus procedens, aliquod per eosdem ius circa Iurisdictionem acquirere non potest.*

24 *Actus attribuitur ordinanti non exequenti.*

25 *Attestationes simplices nihil probant.*

26 *Obseruantia vt suffragetur debet esse continua & pacifica, respectu illius cuius interesse læditur.*

DECISIO CLIX.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis in hac causa emissæ sub die 20. Aprilis præteriti, qua firmatum fuit constare de exemptione ad fauorem D. Abbatis S. MARIÆ de Patiro: Ideo perstiterunt in ea decisis, non obstantibus his, quæ pro parte Reuerendissimi D. Archiepiscopi Rossanen. contra eum deducebantur. Habet etenim dictus Abbas intentionem fundatam super exemptione à quocumque alio Antistite, præterquam à Sacrosãcta Romana Ecclesia, vt patet ex verbis priuilegij Innocentij III. Ecclesiæ S. MARIÆ de Patiro concessi, ibi; *Volumus, vt nulli Monasterium vestrum cũ Capellis omnibus, & Tenimentis suis sit subiectum, præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ*: textus est expressus *in cap. si Papa, §. si autem de priuilegiis lib. 6.* Seraphin. *decis.* 1025. *n.* 5. cum aliis pluribus relatis *in decis. causa, §. quia ex lectura*, & propterea meritò Rota respondit ad eius fauorem.

Absque quod aliquid releuent duo obiecta facta per informantes dicti D. Archiepiscopi in hodierna disputatione. Primum scilicet, quod d. Priuilegium sit personale, & sic vti concessum Archimandritæ, & Fratribus Regularibus, non possit suffragari moderno Abbati, & aliis Clericis sæcularibus d. Monasterij, cùm priuilegium personale non egrediatur personas, quibus fuit concessum, *reg. 8. incipien. priuilegium de reg. iur. in 6.* Rot. *decis. 4. de priuileg. n. 2. in antiquis.* Alterum & secundum quod ex obseruantia subsecuta desumpta ex quibusdam actibus Iurisdictionalibus factis ab Ordinario, coadiuuetur fundamentum personalitatis, & excludatur omnino dicta exemptio, cùm pro interpretatione cuiuslibet dispositionis debeat sumi argumentum ab effectu subsecuto, & obseruantia dicatur Regina Interpretationum, *l. si de Interpretatione, & l. minimè. ff. de legib.* Surd *cons.* 362. *n.* 10. Monet *de decim. in tr. de optio. c. 4. n.* 145.

1

2

Quia quoad primum fuit responsum, non subsistere quod concessio dicti priuilegij fuerit simpliciter personalis; nam licet illius procemium legatur directum in personas Regulares, non autem in rem, ibi; *vt ordo monasticus, qui secũdum Deum & B. Basilij Regulam in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus ibidem inuiolabiliter absque omni molestia & inquietudine obseruetur, &c.* Quæ verba, cum terminẽtur in personis Monachorũ, & tuitione eorumdem, videntur referenda ad personalitatem, *c. per exemptionem de priuleg. in 6.* vbi Geminum.

3

num. 5. Franch. *n.* 3. *verſ. quinto nota,* & Anchar. *n.* 3.
verſ. quarto nota, Rot. *deciſ.* 156. *n.* 6. *part.* 1. *recent.*
qua perſonalitate ſtante per commendationem di-
ctæ Eccleſiæ in perſonam moderni Abbatis, non
cenſeantur communicata priuilegia Ordini Regu-
lari conceſſa, nec Ordinario adempta præſumatur
Iuriſdictio ſibi competens ſuper dicta Eccleſia com-
mendata, vti ſita intra fines ſuæ Diœceſis, *ex cap.*
conquerente de offic. ordinar. ex cap. cum Epiſcopus eod.
tit. & *ex c. omnes Baſilica quaſt.* 7. cùm regulariter
4 omnia, quæ expreſſe Epiſcopo non adimuntur cen-
ſeantur ei reſeruata, Anchar. *in c. poſtulaſti n.* 45. *an-*
te med. verſ. quod probo de for. compet. & *in cap.* 2. *n.* 10.
ante med. de conſtit. in 6. Rot. *deciſ.* 324. *num.* 5 *part.* 1.
recent.

Attamen ex lectura totius priuilegij bene dig-
noſcitur eius conceſſionem fuiſſe realem; ait enim
Papa in diſpoſitiua, quod Monaſterium cum Ca-
pellis omnibus, & Tenimentis ſuis nulli ſit ſubie-
ctum præterquam Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ;
& paulò poſt ſubiungit, *quod d. Monaſterium ad In-*
dicium ſe vnà cum Capellis, & Tenimentis eius fuiſſe
receptum ſub proprietate, & protectione S. Petri, ac Se-
dis Apoſtolica, vnciam auri ſingulis annis Eccleſia Ro-
5 *mana perſolueret*; quæ quidem verba, negari non po-
teſt, quin fuerint directa in rem, vt patet ad ſen-
ſum; & proinde priuilegium reale reputatur, ex
tradit. per Dyn. *in cap. priuilegium num.* 6. *de regul. Iur.*
in 6. Dec. *in l. in omnibus cauſis num.* 15. *de regul. iur.*
Natt. *conſ.* 627. *num.* 12. Crau. *conſ.* 590. *n.* 2. Menoch.
de præſumpt. lib. 3. *præſumpt.* 103. *num.* 26. licet concur-
rat mixtura perſonalitatis, quia quando adſunt ver-
6 ba apta ad inducendam realitatem non tollitur
qualitas ipſius realitatis per expreſſionem perſona-
rum, Bald. *in l. apud Iulianum* § *ſi quis alicui de leg.*
1. & *in conſ.* 159. *verſ. Item quia realis lib.* 3. Menoch.
7 *de præſumpt.* 103. *num.* 29. nec dicta verba vti nimis
clara, & in diſpoſitiua priuilegij prolata poſſunt à
proœmio reſtringi, ſed potius ab eis deſumitur cau-
ſa finalis, & non à proœmio, Purpurat. *in l. cum*
quid ff. ſi cert. petat num. 110. *in fin.* Socin. *in conſ.* 24.
per tot. lib. 4. & *gloſ.* 2. *in Clem.* 1. *ad fin. de elect.* Menoch.
lib. 6. *præſumpt.* 2. *num.* 15. Rot. *deciſ.* 36. *num.* 17. *part.* 5.
8 *recent.* qua realitate ſtante priuilegium ſuffragatur
etiam moderno Abbati, *l. via* § *quacumque ff. de ſer-*
uit. ruſtic. præd. l. ſi aqua ductus ff de contrahen. empt.
Rota coram Martino Andr. *in deciſ.* 54. *num.* 24. cum
aliis allegatis *in præcedenti deciſione*, §. *nec dixe-*
runt.

Quo verò ad ſecundum obiectum deductum ex
obſeruantia, nec etiam ſubſiſtere viſum fuit, quia
9 vltra quod ſcripturæ, quibus probari prætenduo-
tur actus pro inducenda dicta obſeruantia ſunt ex-
tractæ & exemplatæ lite pendente ſine compulſo-
ria, & citatione partis, & ſic nullam fidem meren-
tur, ad not. *in cap. fin. de fid. Inſtrum. authen. ſi quis in*
aliquo C. de eden. Rot. *deciſ.* 1. *de fid. inſtrum. in nou.* &
inter recent. deciſ. 302. *n.* 1. *part.* 1. & coram Greg. XV.
10 *in deciſ.* 469. *num.* 4. & plures illarum non ſunt in
actis, quæ propterea non ſunt attendendæ, Caſtr. *in*
l. ait Prætor § *ſi Iudex verſ.* & *pro hoc de re iudic.* Rot.
deciſ. 404. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

In omnem euentum quatenus etiam eſſent in
11 forma probanti, & in actis productæ, nec minus
releuarent, ſiquidem acta geſta de anno 1633. In
Curia Archiepiſcopali Roſſanen. ſub nomine dicti
Abbatis contra quemdam Franciſcum Cherubinũ
de Roſſano, moleſtantem nonnullos Colonos teni-
menti dictæ Abbatiæ exemptæ, non apparent ge-
ſta ab habente mandatum procuræ ipſius Abbatis,
prout requiritur *l. ſoluendo ff. de neg. geſt.* Innoc. *in c.*
veniens de procurat. Bart. *in l. certum* §. *ſed an*, & *ipſe*
num. 2. *ff. de confeſſ.* Simon de Pret. *conſ.* 80. *num.* 46. &
ſeq. Honded. *conſ.* 66. *num.* 76. *vol.* 1. & quidem opus
eſſet doceri de mandato ſpeciali, cùm mandatum 12
generale non comprehendat caſum in quo priuile-
giis renunciatur vti actum præiudicialem, Bald. *in*
cap. 1. *col.* 2. *vt lit. non conteſt.* Iaſ. *in l. ſi procurator in* 8.
limit. C. de procurat. Pariſ. *conſ.* 86. *num.* 17. *lib.* 4. Gre-
gor. XV. *in deciſ.* 75. *num.* 1. ibique Adden. *n.* 4. Ideo-
que bene potuerunt omnia geſta reuocari etiam 13
non docto de errore, prout per dictum Abbatem
reuocata fuerunt, Rot. *deciſ.* 19 *de procurat.* & 1. *de*
confeſſ. in nou. Caputaq. *deciſ.* 198. *part.* 1. *num.* 2. & *in-*
ter recent. deciſ. 170. *num.* 6. & 768. *num.* 5.
part. 2.

Quinimo etiamſi adeſſet mandatum ſpeciale, ni-
hilominus ex quo priuilegium fuit conceſſum Ec-
cleſiæ vt ſupra fuit firmatum, Abbas Commenda- 14
tarius non potuiſſet ei præiudicare, Vitalin. *in Clem.*
1. *num.* 57. *de offic. Vicar.* Calderin. *conſ.* 5. *num.* 1. *de con-*
feſſ. Caſtren. *conſ.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 480. *n.* 4.
part. 1. *recen.* & coram Seraph. *deciſ.* 1278. *num.* 3. &
fuit dictum coram R. P. D meo Pirouano *in S. An-*
geli Lombardorum Iuriſdictionis ſub die 6. *Martij*
1637. & poſtea in *Brixinen. Iuriſdictionis* 19. *Nouem-*
bris 1638. *coram me*, ſed requirebatur Sedis Apo-
ſtolicæ conſenſus, dum ei dicta Abbatia eſt imme- 15
diatè ſubiecta, *cap. cum tempore in fin.* & *ibi notat.*
Abb. *num.* 2. *de arbitr.* Io. Andr. *in cap.* 2. *ſcienti col.* 14.
verſ ſoluit pro hac parte de regul. iur. 6. Felin. *in cap. P.*
& *G. numer.* 13. *de offic. deleg.* Roman. *conſ.* 369.
numer. 18. Surd. *conſ.* 47. *num.* 25. Mantic. *deciſ.* 237.
num. 4.

Nec aduerſari dictum fuit, quod in literis Inno-
centij VI. emanatis ſuper confirmatione electionis
Archimandritæ dicti Monaſterij, enuncietur dictũ
Monaſterium ſubiectum Eccleſiæ Roſſanenſi iure
Ordinario; quia dum in eiſdem non fit mentio de 16
antecedenti priuilegio exemptionis, dicta ſimplex
enunciatiua non facit, vt procedens exemptio ſub-
lata dicatur, Archidiacon. *in cap.* 1. *num.* 2. *ante fin.*
de conſtit. in 6. Barbat. *conſ.* 23. *num.* 6. *lib.* 3. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 918. *num.* 38. & *cap.* 981. *num.* 6. Re-
uocatio enim priuilegij non præſumitur, niſi de ea 17
expreſſe conſtet, Gloſ *in ſumm. ad fin. verſ. Item in*
dubio 25. *quaſt.* 2. Crot. *conſ.* 371. *num* 12. 18. & 19. &
conſ. 380. *num.* 24. & 25. *lib.* 3. Rot. *deciſ.* 139. *num.* 5. *p.*
2. *diuerſ.* cùm ſit odioſum auferre priuilegium, quod 18
poſt conceſſionem non dicitur contra ius, ſed de
iure, *l.* 1. *ff. de conſtit. Princip. cap. decet de regul. iur. in* 6.
Cæſ de Graſſ. *dec.* 1. *num.* 6. & 7. *de verb ſignific.* Gon-
zal. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 36. *num.* 56. & regulariter Papa 19
non intendit ſtatum Eccleſiæ alterare, Neuiz. *inter*
conſ. Albert. Brun. *conſ.* 12. *num.* 37. faciunt notata per
Rot. coram Seraphin *in deciſ.* 871. *num.* 6. & apud
Burat. *in dec.* 623. *num.* 8. *ex* doctrin. Felin. *in cap. non-*
nulli in princ. de reſcrips. & *in tract. quando liter. Apoſt.*
præiudic in 3. *ampliat. num.* 7. prout in præſenti non
alterauit, dum proceſſit cum ſuppoſito, quod dictum
Monaſterium eſſet Ordinario Roſſanẽ ſubiectum;
ceſſante autem hoc ſuppoſito ex priuilegio præce-
denti exemptionis, corruit etiam dicta enunciati-
ua, nec in ea poteſt aliquod fieri fundamentum, per
regulam quod vbi conſequens fundatur in aliquo 20
antecedenti, ſublato antecedenti tollitur etiam con-
ſequens, *l. ſi cum te, ff. de pact. l. fin. ff. de conſtit. pecun.*
Rot. *in deciſ* 10. *de præben. in antiq. num.* 3. vltra quod
ſimplex enunciatiua nihil probat dum principali- 21
ter agitur de enunciato, Pariſ. *conſ.* 94. *num.* 19. *lib.* 1.
Dec.

Dec.*cons.* 548.*in fin.*Put.*decis.* 572.*num.*2.*lib.*1.*in corr.*Rot.*decis.* 31.*de probat.in antiq.& decis.* 380.*n.*26.*part.*5.*recent.*

Eademque responsio adaptatur simili enunciatiuæ emissæ in alio Breui Alexandri V I. directo Archiepiscopo Rossanen.in quo Papa commendat eidem Archiepiscopo D.Gasparem Pou Commendatarium dicti Monasterij de Patiro tanquam Rossanen. Diœcesis; quia est simplex enunciatiua, quæ cùm agatur principaliter de enunciato non probat, & dum in scriptura vbi fit enunciatio non fuit facta mentio priuilegij præcedentis exemptionis, in nihilo eidem exemptioni fuit præiudicatum ex superius deductis, & eò minus, cùm dictum Breue Alexandri non contineat nisi simplicem commendationem rerum & negociorum dicti Monasterij, ad hoc vt dictus Gaspar, qui erat eiusdem Papæ Alexandri secretus Cubicularius, posset eum auxilio Archiepiscopi Rossanen. res, & negocia eiusdem Monasterij facilius pertractare; & ideo per illud non censetur sublata præcedens exemptio, nec operatur, vt dictum Monasterium dicto Ar-
22 chiepiscopo sit subiectum, simplex enim Commendatio non tribuit iurisdictionem vel dominium, sed tantùm facit, vt Commendatarius commendatum teneatur defendere, *authen. de hæred.& Falcid.*§.1.*cap.Imperialem de prohib.feudor.alien.* facit Bart.*in cons.*59.*incipien.Commune Spoleti concessit &c.* quem sequitur Rot. *in decis.*24.*numer.*6.*part.*1.*recent.*

Provt nec etiam releuare visa fuerunt ea, quæ dicebantur de sententia, & actis gestis super confirmatione transactionis initæ cum dicto Abbate, & de literis. *Si in euidentem*, eidem Archiepiscopo Rossanen.directis, super concessione in emphyteusim cu-
23 iusdam petij terræ dictæ Abbatiæ, quia in his actibus Archiepiscopus non processit vti Ordinarius, sed vti delegatus Apostolicus, & ideo non potuit per eos aliquod ius circa iurisdictionem acquirere, vt notat in specie Rota coram Martino Andrea *in d. decision.* 54. *num.* 19. *vers.non obstat prætensa inobseruantia, & numer.*20. & fuit dictum in *Adrien.seu nullius Iurisdictionis* 28. *Maij* 1612. *&* 18. *Martij*
24 1613. *coram bon.mem.Vbaldo*, ea præcipuè ratione, quoniam actus attribuitur ordinanti, & non exequenti, *leg. si hæres ex testamento, ff. de act. empt. leg. item eorum, §. si decuriones, ff. quid cuiusque vniuers. nomin.* Aym. *cons.* 144. *num.* 3. Rot. *decis.*167. *num.*1.*part.*2.*diuers.*& coram Gregor.XV.*decis.*252. *num.*9.

Denique fides & attestationes, quibus probari prætenditur exactio decimarum facta per Ordinarium Rossanen/ non fuerunt habitæ in conside-
25 ratione, quia vltra quod sunt simplices attestationes, & consequenter non probant, Cæs. de Grass. *decision.* 2. *numer.* 13. *de sponsal.* Seraphin. *decision.* 106. *numer.* 3. Gregor. XV. *decision.* 204. *numer.* 2. continent etiam exactionem decimarum factam lite pendente in Rota vsque de anno 1569. cuius causæ Commissionis vigore ego vti suffectus concessi inhibitionem, quæ fuit moderno Archiepiscopo præsentata, & propterea exinde resultare nequit non vsus priuilegij, & obseruantia ad fauo-
26 rem Ordinarij, cùm certum sit quod obseruantia ad hoc vt suffragetor debeat esse continua, & pacifica respectu illius, cuius interesse læditur, Alexan. *cons.* 9. *numer.* 6. *vol.* 3. Felin. *in cap.sicut num.*33. *de re iudic.* Gabriel. *de præsumpt. concl.* 1. *numer.*59. Surd. *cons.* 28. *numer.* 99. *vol.* 1. & dixit Rota coram Seraphin. *in decis.* 748. *num.*1. cum aliis pluribus cumulatis per Addent. ad Buratt. *in decis.* 857. *num fin.*

Ex quibus cùm penitus diluatur obseruantia pro D. Archiepiscopo allegata, dixerunt Domini obseruantiam priuilegij exemptionis probari pro parte dicti Abbatis, provt ponderatum fuit in præcedentibus decisionibus, nempe ex solutione vnciæ auri facta Cameræ Apostolicæ, & ex solutione Cannatæ mellis, vnà cum tribus cereis facta Ecclesiæ Rossanen. iuxta decis. Seraphin.1025.*numer.*10.11.& 12. & ideo steterunt in decisis, reseruato tamen videre de speciebus dictæ exemptionis.

Et sic decisum vtraque, &c.

Barbastren. Decimarum.

Lun. 25. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

De sententia Rotali alterius A. C. confirmatoria, ob illicitas molestias Ecclesiæ de qua agitur Collegiatæ à Decano Barbastrensi illatas, attenta eius validitate & iustitia vlterius confirmanda.

Vide suprà *Decis.* 45.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione fructuum omnium, prouentuum, redituum & obuentionum, fructus cuiuscunque qualitatis veniunt.*

2 *Testator legando alicui annuum redditum super fundo aliquo, legatarius pro consequutione illius annuæ quantitatis contra quemcunque fundi possessorem agere, fundi autem alienationem impedire non potest.*

3 *Remissoria ob nimiam partis negligentiam non expectatur, nec alius terminus post tres annos effluxos est concedendus.*

4 *Terminum competentem à iure habens alium terminum habere non debet, ne propter eius culpabilem negligentiam alteri damnum inferatur.*

5 *Excommunicatus ob recursus ad Iudices laicos habitos à limine Iudicij repelli debet.*

6 *Calumnia manifesta vel iusta causa superueniente remissoria pro terminando negocio principali non est attendenda.*

7 *Dilatione pendente quamuis regulariter nihil sit innouandum, attamen Iudici arbitrarium est huiusmodi dilationes ex causa reuocare.*

DECISIO CLX.

ENTENTIAM Rotalem confirmatoriam alterius A. C. qua pronunciatum fuit fructus, redditus, prouentus, Iura, obuentiones, distributiones quotidianas, decimas & alia emolumenta Parochialis Ecclesiæ Sancti Petri

de Bolthonia & aliarum duarum Ecclesiarum Pa-
rochialium oppidorum de Sielte & Alcallo tunc
Oscen. nunc Barbastren. diœcesis applicata per
Paulum Papam III. Priori, & Portionariis dictæ
Ecclesiæ de Bolthonia, esse consignanda eisdem
Priori & Portionariis iuxta formam literarum Apo-
stolicarum vsque de anno 1544. emanatarum super
erectione dictæ Ecclesiæ Sancti Petri in Collegia-
tam, & molestias super præmissis illatas à Decano
Barbastren. fuisse illicitas, censuerunt Domini es-
se confirmandam, attenta eius validitate & Iu-
stitia.

Validitas namque impugnari nequit, cùm ex
reuolutione actorum constet de omnibus requisitis
relatis per Caputaq. *in vulg. decision. 260 part. 2.* &
Iustitia patet ex decisionibus in causa factis *coram
bon. memor. Vbaldo sub diebus 10. Nouembris 1623 &
14. Iunij 1624.* & postea *coram Reuerendissimo D.
m. Decano sub die 2. Martij* 1635 in quarum prima &
secunda luculenter satisfactum fuit nullitatibus op-
positis contra dictam sententiam A C. & in omni-
bus fuit plenè firmata eius iustitia resultans ex di-
ctis literis erectionis Ecclesiæ Sancti Petri in Col-
legiatam; in illis enim Papa applicauit omnes fru-
ctus, redditus, prouentus, & emolumenta quæ-
cumque dictæ Ecclesiæ parochiali Sancti Petri,
cum translatione curæ animarum. Cùm igitur ratio-
ne curæ ante erectionem decimæ dicti oppidi de
Bolthania spectarent ad dictam Ecclesiam Sancti
Petri, iustè A.C. literarum Apostolicarum èxequu-
tor pronunciauit post erectionem, ad eandem quo-
que spectare vigore dictæ applicationis omnium
fructuum, prouentuum, & obuentionum, quia ap-
1 pellatione horum nominum adeò generalium ve-
niunt fructus cuiuscumque qualitatis, Abb. *in cap ad
audientiam num.* 15. Rebuff. *de congr. post quæst.* 10.
numer. 81. *vers. prouentus enim*, Tiraquell. *de retract.
lignag.* §. 1. Gloss. 6. *numer.* 1. *ad fin. vers. ex quibus
etiam*, & in specie de decimis est *decis. 595. n. 2. p. 4.
recent.*

Nec obstare dictum fuit aliàs deductum obie-
ctum pro parte d. Decani Barbastren. nempe quod
ipsi in actu erectionis suæ dignitatis inter alios
redditus fuerit assignata per S. mem. Pium V. scuta
150. quæ Decanus Oscen. erat solitus percipere in
dicto oppido de Bolthania, quasi quod ob prædi-
ctam assignationem sibi deberentur decimæ dicti
Oppidi, non obstante præcedenti eorum assigna-
tione dd. Priori, & Portionariis facta sub nomine
fructuum, & prouentuum; quia fuit responsum pro-
vt firmatum fuit *in 1. & 2. decis. vtrobique in fin.*
scilicet quod dictus Decanus Barbastren. nil aliud
prætendere posset quàm scuta 150. quæ vt præten-
ditur soluebantur Decano Oscen. in cuius Iuribus
fuit ipse subrogatus post erectionem Cathedralis
Ecclesiæ Barbastren. vt enunciatur in literis ere-
ctionis expeditis de anno 1571. & sic quatenus dicta
enunciatiua probaret pro exactione tantùm dictæ
summæ certæ, contra illius verum debitorem agere
posset, non autem impedire valet perceptionem de-
cimarum dictis Priori & Portionariis debitarum,
vigore dictarum litterarum erectionis Pauli III.
2 vt in simili videmus, quando Testator legauit alicui
annuum redditum in quantitate certa super quo-
dam fundo, nam tunc legatarius non poterit pro-
hibere hæredi, quin disponat vel alienet dictum
fundum, sed tantummodò poterit agere pro con-
sequutione illius annuæ quantitatis contra quem-
cumque fundi possessorem, vt est *text. in l. nihil pro-
poni 120. ff. de legat. 1. & in l. fundi Ebutiani 58. ff. de
vsu & vsufruct. legat.*

Prout nec etiam aduersari visa fuit remissoria di-
cto Decano concessa, quâ probare intendebat de-
cimas prædictas loci de Bolthania ad se spectare;
quia placuit responsio, quod iam sunt effluxi tres
anni à die illius concessionis, & tanto temporis 3
spatio nihil apparet actum in causa, neque con-
stat eam fuisse in partibus præsentatam Iudicibus
remissorialibus, quo casu ob nimiam partis ne-
gligentiam, remissoria non expectatur, nec alius
terminus est concedendus, vt in specie notat
Ægid. *in decis. 457. per tot.* Seuerol. *de remissor.
cap. 57. numer. 2.* Adden. ad Vestr. *in prax. lib. 6.
cap. vltim. numer.* 20. qui enim competentem ter- 4
minum à Iure habuit, iuxta *l. 1. C. de dilat.* &
l. fin. ff. eodem, alium terminum habere non
debet, ne propter eius culpabilem negligen-
tiam alteri damnum inferatur, Ægid. *vbi suprà
in fin.*

Quod eò magis venit dicendum in proposito,
stantibus recursibus post concessionem remisso-
riæ habitis per dictum Decanum ad Iudices lai-
cos, à quibus extorsit mandatum pro conse-
quutione dictarum decimarum, & cum effectu
eas consequutus fuit, vt *in summario Portiona-
riorum numer.* 5. vnde resultat manifesta calum-
nia. Imo ex quo ob dd. recursus est d. Decanus ex- 5
communicatus, debet repelli à limine Iudicij,
cap. exceptionem 12. de except. cap. 1. & Clem. 1.
eod. tit. & consequenter priuandus est facultate
probandi, vt dixit Rota *in decis. 13. numer. 9. &
10. apud Buratt.* ibique Adden. *Littera D.* quan-
do autem superuenit manifesta calumnia, vel 6
iusta causa, quæ si adfuisset in principio fuisset
sufficiens ad impediendam remissoriam, tunc non
attenditur nec expectatur remissoria pro termi-
nando negotio principali, vt firmauit Rota *in
decis.* 582. *numer.* 3. Quamuis enim regulariter 7
pendente dilatione, nihil sit innouandum, *l.
siue pars C. de dilat. cum Concord.* tamen est eidem
Iudici arbitrarium huiusmodi dilationes ex causa
reuocare, *l. quod iussit*, vbi Bart. *numer.* 5. *ff. de
re iudic.* Grat. *cons* 77. *num.* 17. *lib* 2. Vestr. in prax.
lib. 7. cap. 1. circa fin. n. 15. Lancellot. *de attent. p. 2.
cap. 7. n.* 10.

Et ita decisum vna tantùm parte informante,
&c.

Nonantulana annuæ præstationis.

Mercurij 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Titulus validæ impositionis prætensi red-
ditus quando non iustificatur, agitúr-
que contra Rectorem qui impositioni
non consensit, annuam præstationem
debitam esse haudquaquam cense-
tur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Annua præstatio vt dicatur debita titulus validæ impositionis iustificari debet.*
2 *Beneficia omnia sui natura sunt libera, & sine aliqua diminutione sunt conferenda.*
3 *Bulla Pontificis quando est simplex copia nihil probat.*
4 *Vnio quando non præsumitur, ab allegante in forma valida concludenter est probanda.*
5 *Breuis dilatio de Iure negari non debet.*
6 *Testes de immemorabili vel quadragenaria cum titulo saltem putatiuo non deponentes, in dicto nihil concludunt.*
7 *Scripturæ compulsata per Iudicem remissorialem qui auctoritate compulsandi caret, nulliter compulsata dicuntur.*
8 *Originalia ex quibus extractio fieri debet Iudici sunt ostendenda.*
9 *Enunciatiua explicata & à personis non suspectis emanata cum concursu legitimæ quasi possessionis, ad effectum probandi vnionem requiruntur.*
10 *Arbitrio Ordinarij in taxanda congrua Vicarij perpetui Rota plurimum deferre solet, cùm omnes qualitates de Iure requisitas illum considerasse præsumatur.*

DECISIO CLXI.

PRÆTENDENS Hieronymus Forzi-
olus, vti Archipresbyter minor Ec-
clesiæ Cathedralis Mutinæ sibi deberi
annuam præstationem scut. 80. seu
73½. monetæ Motinen. à Rectore
pro tempore Ecclesiæ Parochialis S. Iohannis Ba-
ptistæ de Rocchetta Iurisdictionis Abbatiæ No-
nantulanæ, mouit iudicium in partibus contra Ca-
millum Iacomellum modernum Rectorem coram
Vicario Abbatiali, qui per sententiam declarauit
dictam præstationem deberi, dummodo remaneaot
scuta centum eiusdem monetæ pro dicto Iacomello
Rectore, computatis certis cum incertis, iuxta
dispositionem sacri Concil. Trident. *sess.24.cap.13.*
Sed nec etiam d. sententiæ sic conditionali ac-
quiescens d. Forzirolus, iterum causam appella-
tionis introduxit coram A.C. Locumtenente, a quo
prævio examine nonnullorum testium, obtinuit
mandatum de manutenendo simpliciter super ex-
actione d. annuæ præstationis. Quare causa per
Rectorem in Rota commissa sine præiudicio man-
dati de manutenendo, & admissa quoqoe ad cau-
sam mensa Abbatiali, dubitaoi in petitorio, an
dicta annua præstatio debeatur; & Domini post
plures causæ positiones tandem negatiuè respon-
derunt.

Moti ex eo, qoia dictus Forzirolus non docet de
1 titulo validæ impositionis prætensæ præstationis,
nec dictum titulum iustificat provt tenetur, etiamsi
sit in quasi possessione exigendi, dum non egit
spatio 30. vel 40. annorum, & agit contra d. Iaco-
mellum modernum Rectorem, qui d. impositioni
non consensit, iuxta distinctionem quam ex Abb.
in c.querelam num. 12. & seq. de elect. & *in gloss.1.*
l.sicuti, §. sed si queratur, vbi Paul. de Castr. *num. 8.*
& 9 ff si seruis. vendat. fecit Rota apud Mantic. *in*
2 *decis.296.num.2.& 3.* regulariter enim omnia bene-
ficia sui natura sunt libera, & sine aliqua diminu-
tione sunt conferenda, *c.nisi essent 21.ad fin.de præ-*
bend.cap.vnic. vt Ecclesiast. benef. sine diminut. confe-
rant. Rebuff.*in prax.tit.requisita ad collat. bonam,&c.*
num.6. Garz. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 334. &*
seqq.

Ea autem quæ adducuntur pro dicto Forzirolo
ad docendum de huiusmodi Iustificatione, non visa
fuerunt concludere; nam Bulla Pauli III. conti- 3
nens vnionem & applicationem fructuum dictæ
Ecclesiæ Parochialis prædicto Archipresbyteratui
est simplex copia, quæ propterea nihil probat,
Socin. *in auth. si quis in aliquo num.15. circa fin.vers.*
aliquando, C.de eden. Caputaq.*decis.214.num.1.p.2.*
Buratt. *decis.584.num.4.* & de Iure vnio non præ- 4
sumitur, sed debet ab allegante concludenter pro-
bari in forma valida, Alex.*cons.70 num. .lib 3.* Felin.
cons.2.n.15. Dec.*cons.233.col.2.* & dixit Rota apud
Bellamer. *in decis.617. incip. Executor Papa num.2.*
& 3. & *inter recent.decis.283.num.5.p.1.& decis.361.*
num.1.p.2.

Testes verò remissoriales, provt dantur *in summ.*
mensa Abbatialis, nec dictam vnionem bene pro-
bant; siquidem vltra quod possent dici nulliter exa-
minati, ex quo pro parte dictæ mensæ Abbatialis
allegatâ absentiâ interpretis, petitaque breui dila-
tione duorum dierum ad eum conducendum, fuit
illa denegata, vt *in dict. summ num 4 & 5.* & tamen
breuis dilatio de Iure denegari non debet, vt tradit 5
Felin.*in cap.1.vt lit.non contest.* sequitur Bart. *in l.sed*
si vnus, §. quod autem, ff de Iur Iur. cum alijs cumu-
latis per Adden ad Felin.*vbi supra*; nec minus con-
cludunt in dicto, cùm non deponant de immemo- 6
rabili vel quadragenaria cum titulo saltem putatiuo, &
de visu provt requiritur, Felin. *in d.cons.2.num.12.*
vers.si verò, Garz.*de benef part 12.cap.2.num.234. &*
seqq. Gregor. XV.*in decis.51.num.1.* Rota *decis.153.*
num. 5. part. 1. recent. & fuit dictum *in Lucana*
Iurispatronatus prius coram bon. mem. Selencien. &
postea *coram Reuerendissimo D. meo Decano impress.*
apud Viuian. de Iurepatr.in decis.29.n.11.& decis.30.
num.12.

Et demum scripturæ quarum enunciatiuis præ-
tenditur depositio dictorum testium, & ipsæ quoque
visæ fuerunt irrelevantes, tum ex eo quod fuerunt
nulliter compulsatæ per Iudicem remissorialem, qui 7
auctoritate compulsandi caret, vt tradit Seuerol. *de*
remis.c.10.num.3.vers.sed eorum sentent. & non appa-
ret quod eidem Iudici fuerint ostensa originalia ex 8
quibus fieri debet extractio, iuxta dispositionem
text.in cap.fin de fid. Instr. & ibi notat.Butr.*in princ.*
vers.tertio oportet & num.6. Abb.*num.1.vers.nota offi-*
cium Iudicis, Caual *decis.25.num 1.* Buratt. *decis.290.*
n.1. & seqq. Tum ex eo quod non continent enun-
ciatiuas, quod huiusmodi Ecclesiæ sint vnita, & ta-
men ad hunc effectum requiruntur enunciatiuæ ex- 9
plicitæ & emanatæ a personis non suspectis, cum
concursu legitimæ quasi possessionis, ex latè tradit.
per Garz. *de benef.d.p.12.c.2.n.251. & 254. & seqq.*
vsque ad n.269.

Præterea aduerterant Domini, quod quatenus etiã
probaretur d. vnio cum omnibus requisitis, adhuc
dicta annua præstatio non debeatur, nisi prius per
d.Forzirolũ doceatur ex fructibus d.parochialis de-
ducta prætensa annua præstatione remanere con-
gruam pro Rectore, seu Vicario perpetuo exercente
curam animarum, quæ quidem congrua cum arbi-
trio Ordinariorum sit taxanda, ita vt non sit maior
100.nec minor 50.annuorum scutorum, iuxta con-
stitutionem S.mem. Pij V. editam anno 1567. Kal.
Nouembris impress.*in nou.Bullar. in ord 47 sub §.1.*
visa fuit in præsenti bene & iuste taxata in scutis

30 100.per ſententiã Ordinarij, cuius arbitrio Rota io hac materia plurimũ deferre ſolet, cùm præſumatur illum conſideraſſe omnes qualitates de Iure requiſitas, vt dixit *in deciſ.5.n.1.p.2.diuerſ.* & *in deciſ.437. in fin.p.3.recent.*

Et ſic deciſum menſà Abbatiali tantùm informante, altera parte pluries intimata &c.

Vrgellen. Vnionis.

Merc. 27. Iunij 1640.

ARGVMENTVM.

Vnio à Sanctiſſimo obtenta non facta mentione vnionis antiquæ & validæ ad fauorem alterius ſpatio 200. annorum obſeruatæ, tanquam ſubreptitia in conſideratione non eſt habenda.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum vnionis licet de alio exemplo exemplatum, cùm fuerit ſpatio 200. annorum & vltra obſeruatum benè probat.*

2 *Obſeruantia longo tempore continuata, vt vnio iuſtificata dicatur facit.*

3 *Præſentationes longi temporis ſpatio effectuata ad probandam vnionem ſufficiunt.*

4 *Initio & fine effectuationis probato medium ad quemcunque effectum præſumitur dum intra dictum tempus nihil in contrarium datur.*

5 *Obſeruantia æquiuoca ſuffragari non poteſt.*

6 *Præſentationes ex cauſa vnionis tanquam tituli præambuli ſubſequutæ præſumuntur, dum de alio titulo non docetur.*

7 *Obſeruantia vt æquiuoca dici nequeat quomodo probatur.*

8 *Actus dominij in transferendo vnioni contrarius dici non poteſt.*

9 *Prouiſiones ſpatio 40. annorum continuatæ ad mutationem ſtatus beneficij regulariter aptæ cenſentur.*

10 *Prouiſio ex cauſa permutationis irrequiſito Patrono facta eidem præiudicare non poteſt.*

11 *Prouiſio non mutat ſtatum beneficij niſi de intentione conferentis mutandi ſtatum antecedentem conſtet.*

12 *Vnio à Sanctiſſimo obtenta nulla antiquæ vnionis facta mentione, detegitur ſubreptitia & ſic attendi non debet.*

DECISIO CLXII.

PISCOPVS Vrgellen. de anno 1229. cum conſenſu Capituli ob tenuitatem redditnum, vniuit Sacriſtæ Eccleſiæ Vrgelleo. parochialem Eccleſiam Sancti Petri de Madrona ſitam prope Villam de Berga, reſeruata ſibi facultate inſtituendi ibi Vicarium perpetuum, ad præſentationem tamen Sacriſtæ pro tempore, vt *in ſummario moderni Sacriſtæ numer.* 1. Cum autem de anno 1630. Preſbyteri Eccleſiæ dicti loci de Berga, nulla facta mentione vnionis prædictæ obtinuerint à Sanctiſſimo eandem Eccleſiam Sancti Petri eorum menſæ Communiali vniri, cum conſenſu Saluatoris Brocha illius vltimi poſſeſſoris, orta fuit controuerſia inter dictum Sacriſtam & Preſbyteros præfatos ſuper validitate dictarum vnionum, cauſaque in Rota introducta & mihi commiſſa, dubitaui an conſtet de vnione quæ Sacriſtæ ſuffragetur, & affirmatiuè fuit reſponſum.

Quia de antiqua vnione facta ad fauorem Sacriſtæ, apparet per Inſtrumentum dat. *in dicto ſummario numer.* 1. quod licet fuerit exemplatum de alio 1
exemplo, attamen ex quo fuit obſeruatum ſpatio 200.annorum & vltra, bene probat, ex tradit. per Cinc. *inter conſ.* Bald. *conſ.400.num.5. lib.4.* relat. per Aym. ex *conſil 101.num.4.* & *conſil.158. num.1.* & *in tractat. de antiq. tempor. quæſt. 1. §. quarto limitatur num.14.* Rota coram Reuerendiſſimo D.m. Decano, *in deciſ.128. numer. 17. inter eius impreſſ.* & coram Seraphin. *deciſ.1132.num.2.* & in terminis vnionis fuit dictum *in Barchinonen. Vicaria 12. Decembris 1639.§ non obſtat* coram eodem Reuerendiſſimo D. meo Decano; quæ obſeruantia facit vt vnio iuſtifi- 2
cata dicatur, Gemin. *conſil. 87. numer. 3. & 4.* Seraphin. *deciſ. 1432. num. 4.* Buratt. *deciſ. 734. num.6.*

De obſeruantia autem ſpatio tanti temporis conſtat ex pluribus præſentationibus effectuatis, factis 3
à Sacriſta pro tempore iuxta formam dicti Inſtrumenti vnionis, ab anno 1336. vſque ad annum 1582. *dicto ſummario numer.4.* quæ ſufficiunt, vt dixit Rota *in deciſ. 626. num.5. part.1 recent.* & coram Caual. *deciſ.599.numer.7.* & nuperrimè fuit reſolutum *in dicta Barchinonen. Vicaria 12. Decembris 1639. & 2. Martij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*; & quatenus etiam non omnes oſtenderentur continuatæ, nihilominus ſuffragantur ad hunc effe-
ctum, quia probato per eas initio effectuationis di- 4
ctæ vnionis ab anno 1336 & probato quoque fine vſque ad annum 1582. medium præſumitur ad quemcumque effectum, dum intra dictum tempus nihil in contrarium datur, Felin. *in cap. poſſeſſionem numer. 13. de probat.* Gratian *de diſcept. cap. 392. numer.10.* Alciat. *de præſumpt. regul.2. præſumpt.26.* Tiraquell. *de præſcript. §. 1.gloſſ.9.* Ruin. *conſil.143. numer.20.* & 23. Afflict. *deciſ. 325. numer.2.* Rota coram Seraphin. *in deciſ.1141 numer.2 & 3.* & coram Buratt. *in deciſ. 172. numer.10.* ibique Addent. *num. 32. ſub litera B.* & coram Durano *deciſ. 293. num. 3.*

Nec ſubſiſtit quod hæc obſeruantia ſit æquiuo- 5
ca, ex eo quod potuerit Sacriſta præſentare Vicarios huius Eccleſiæ alio titulo ſcilicet Iuriſpatronatus, & conſequenter ſuffragari non poſſit, ex notatis per Aretin. *in conſil.115.* quem ſequitur Rota *in deciſ.294.num 6.part.2. diuerſ.* & coram Butatto *in deciſ.464.num 6. inter eius impreſſ.* Quia vltra quod
ſufficeret dicere, præſentationes præſumi ſubſequu- 6
tas ex cauſa dictæ vnionionis tanquam tituli præambuli, dum præcipuè de alio titulo non docetur, Aym. *conſil.10 numer 9.* & *conſil.118. numer.2.* Alciat. *de præſumpt.regul 2.præſumpt.24.* & dixit Rota *in dicta deciſ.128. numer 8. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & nouiſſimè *in Roſſanen. exemptionis ſub die 27. Ianuarij præteriti coram me.*

Ceſſat penitus difficultas ex præſentatione facta 7
de anno 1336. data *in dicto ſummario num.4.* in quo allegatur titulus & Ius quod Sacriſta habebat ad præſentandum in vim dictæ Vnionis, qui vlterius tranſegit cum præſentato, vt quolibet anno teneretur ſoluere 15. libras ſibi ſuiſque ſucceſſoribus in dicta Sacriſtia, & hoc Ius fuiſſe proſequutum per

Sacriſtam

Sacristam in sequentibus præsentationibus, colligitur ex Concordia facta de anno 1563. quæ pariter datur *in eodem summ. d. num. 4. litera C.* ibique renouatur obligatio per Vicarium tunc temporis à Sacrista præsentatum, soluendi dictas libras quindecim singulis annis, iuxta formam dicti Instrumenti facti de anno 1336. vbi fit mentio dictæ Vnionis, & ideo dicta obseruantia æquiuoca dici nequit.

Absque quod aliquid releuet, quod in secunda scriptura nempe in illa facta de anno 1436. *summario Presbyterorum numer.* 2. dimittuntur decimæ, & alij fructus, retenta portione pro Sacrista; vnde & iterum dicebatur obseruari dicta obseruantia,
8 quoniam cùm iste sit actus dominij in transferendo, non potest dici contrarius vnioni, sed potius illi valde conueniens, vt bene ex notatis per Gloss. *in cap. auaritia verbo redditus de præben.* & *in cap. de Monachis verb. de prouentibus in fine eodem titulo* declarauit Rota *in Vrgellen. Parochialis 17. Nouembris 1605. coram Cardinale Pamphilio*, quæ est *decisio 77. num. 10. in fin. part. 4. recentior.* & *in Barchinonen. Vicaria 9. Februarij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Minus aduersari visum fuit, quod status dictæ antiquæ vnionis fuerit mutatus per lapsum 40. annorum, & vltra, ex eo quod de anno 1582. Hieronymus tunc Vicarius institutus ad præsentationem dictæ Sacristiæ ad hanc parochialem, postea permutauit illam absque ipsius Sacristæ consensu, eamque Ordinarius ex causa dictę permutationis liberè contulit Ioanni, quo defuncto de anno 1598. fuit de illa vti de libera prouisus Saluator possessione subsequuta, in qua continuauit vsque ad annum 1630.
9 & regulariter prouisiones spatio 40. annorum continuatæ sunt aptæ ad mutationem status beneficij, iuxta dispositionem textus *in cap. cum de beneficio de præben. in 6.* Lotter. *de re beneficiar. lib 1 quæst. 34. num 5.*

Nam quoad prouisionem de anno 1582. factam
10 ex causa permutationis, cùm illa fuerit facta irrequisito dicto Sacrista, eidem præiudicare non potuit, Garzias *de re benef. part. 11. cap. 3. numer. 19. & 31.* Rota *decis. 152. num 9. & seqq. part. 5. recent.* quo verò ad prouisionem emanatam de anno 1598. placuit responsio, quod in primis ab inde citra non
11 effluxerunt 40. anni; & in omnem euentum hæc sola prouisio facta vti de libero non mutat statum beneficij, nisi constet de intentione conferentis mutandi statum antecedentem, Felin. *cap. in nostra numer. 41. vers. secundò nota diligenter de rescript.* Silu. *de benef. part. 3. quæst. 11. n. 40 vers. Item notandum est,* Lotter. *de re benef. loco supra citato à numer. 45. vsque ad numer. 59.* ac de scientia & patientia patronorum, iuxta cons. Calderin. 15. *de Iurepatr.* Lambert. *de Iur. patron. lib. 2. part. 1. quæst. 3. artic. 15. numer. 3.* Rota *decis. 109. num. 12 part. 2. diuers.* cum aliis plurimis cumulat. per Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 434. n. 10.* & sequitur Duran. *in decis. 340. n. 2. inter eius impress.*

Ex quibus cùm constet de antiqua & valida vnione huius parochialis ad fauorem Sacristæ, dixerunt Domini nullam esse habendam rationem modernæ vnionis à Sanctissimo obtentæ per Presbyteros Ecclesiæ Parochialis loci de Berga; quia
12 cùm fuerit obtenta non facta mentione antiquæ vnionis, ista posterior detegitur subreptitia, & sic attendi non debet, Rota *decis. 3. numer. 2. de rer. permut. in antiq* Caualer. *decis. 373. num. 2.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Decis Rot Rom. DD. Petr. Carrillo Pars I.

Elboren. Iuris conferendi.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

An obseruantia vigore Concordiæ super Iure præsentandi ad beneficia de quibus agitur inita, ad præsumptionem Beneplaciti Apostolici inducendam sufficiat?

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apostolicum ex obseruantia 30. annorum præsumitur, etiamsi in dispositione enunciatum seu reseruatum non fuerit.*

2 *Transactio à Sede Apostolica confirmata supplet omnes defectus & successores etiam ligat.*

3 *Ex vna præsumptione alia regulariter oriri nequit.*

4 *Regula vnam præsumptionem ex alia oriri non posse fallit, quotiescumque vna præsumptio in alterius consequentiam venit.*

5 *Concordia quando valida est & iustificata, illius scriptura licet informi plena fides est adhibenda.*

6 *Concordia quando est iustificata etiam cum beneplacito Apostolico confirmata præsumitur.*

7 *Ex antiquitate temporis omnia solemniter facta censentur.*

8 *Obseruantia ex cursu 30. annorum continuata titulum & authoritatem Apostolicam, eóque magis tituli iustificationem præsupponit.*

9 *Actus gestus super quo fundatur præsumptio solemnitatis plenè probatus, ab actu præsumptiuè tantùm probato differt.*

10 *Obseruantia valde remota suffragari non potest.*

11 *Obseruantia remota aliquibus adminiculis concurrentibus suffragatur.*

12 *Præsentationes spatio centum annorum & vltra interpellatæ, non faciunt quominus Beneficium sit de Iurepatronatus, dum docetur de aliis præsentationibus longo tempore continuatis.*

13 *Obseruantiam ex titulo Concordiæ non autem donationis Papæ prouenire quomodo iustificatur.*

DECISIO CLXIII.

V B die prima Iunij præteriti firmatum fuit constare de obseruantia, & consequenter de validitate Concordiæ initæ inter Religionem de Auis, & Ordinarium Elborensem super iure præsentandi ad Beneficia simplicia, existentia in Ecclesia Sancti Ioannis de Coruche; & fuit reseruatum particulariter videre, An dicta obseruantia releuaret [illegible], an esset sufficiens ad inducendam præsumptionem Beneplaciti Apostolici: hodieque causa reproposita super reseruatis, Domini vnanimiter obseruantiam releuare responderunt.

Moti ex eo, quia nedum ex obseruantia anno-

1 tum 100. & vltra, vt in casu, de quo agitur, sed ex obseruantia annorum 30. Beneplacitum Apostolicum præsumitur, ad Glos. *in cap. peruenit*, & ibi Ioan.de Imol.*num.* 10.*&* 12.*de empt.& vendit.* Alex. *cons.*1 *num.*20.*lib* 4.Gozadin.*cons.*73.*num.*20 *&* 21. qui testatur de communi. Curt.Iun.*cons.*100 *num* 31. *& cons.* 413. *num.*97. *lib.*3. Quod habet locum, etiamsi dictum Beneplacitum non fuerit in dispositione enunciatum, seu reseruatum, vt optimè tradit Felin.*in c. Albericus num.*4. *vers si autem in Instrumento, d. testib.* quem passim sequitur Rota in hac sententia, vt testatur Seraph.*in decis.*1041. *n.*3. *& inter recent dec.*159.*num.*4 *part.*1. cum aliis cumu-
2 latis per Adden. ad S. mem. Gregor. XV. *in decis.*141.*num.*5. Transactio autem a Sede Apostolica confirmata supplet omnes defectus, & ligat etiam successores, Gemin. *cons.*87. *num.*1. *vers. in contrarium*, Ruin. *cons.*63. *lib.*1. & dixit in specie Rota *in decis.* 59 *num.*4.*part.*1.*recent.* Adden. ad eundem Greg.XV.*in decis.*152.*n.*4. & ad Buratt. *in dec.*132. *num.*6.

Nec obstare dixerunt, quod ex dicta obseruantia, si oriatur præsumptio validitatis d. Concordiæ, id est, quod sit in forma probanti, non possit oriri
3 alia præsumptio Beneplaciti Apostolici, cùm regulariter ex vna præsumptione alia oriri nequeat; Gloss. *in l.*1. ibique Bald. & alij,*C. de dot. promiss.* Ruin. *cons.* 90. *circa fin. lib.*1. *& cons.* 66. *num.* 19. *lib.* 3.

4 Quia responderunt, regulam prædictam fallere, quotiescumque vna præsumptio venit in consequentiam alterius, Christoph. de Castell. *in repet. l. sciendum num.* 9. *ad fin. de verb. obligat.* quod sensit etiam Bart. qui de fictione loquitur, *in l. si is, qui pro emptore num.* 71. *de vsucap. & in l. sub conditione, num.* . . *ff.de solut.*Bald.*in l.*1.*in fin. C. quand. lit. ab empt. disced.* Alex. *cons.*117.*num.*3. *lib.*5.Mantic *decis.*21.*num.*1.& melius in *decis.* 108. *num.*3.vbi firmatur, quod dum ex obseruantia præsumitur alienatio rei Ecclesiæ solemniter confirmata, præsumi etiam debeat in consequentiam vtilitas eiusdem Ecclesiæ, vti in necessariam consequentiam.

Et sic cùm in proposito ex tam longeua obseruantia concludenter probata per tot actus in de-
5 cisione causæ relatos, Concordia præsumatur valida, & iustificata, itavt illius scripturæ licet informi sit plena fides adhibenda, ex tradit. per Cin. *inter cons.* Bald. *cons.* 400. *num.*5. *lib.* 4. relat. per Aym. *cons.* 101. *num.* 4. *& cons.* 158. *num.* 1. *& in tractat. de antiquit. tempor. part.* 1. §. 4. *limitatur*, *num.* 14. Rota apud Reuerendissimum Domi-
6 num meum Decanum *in decis.* 128. *num.* 7. *inter eius impress.* in consequentiam debet præsumi etiam confirmata cum Beneplacito Apostolico, per ea, quæ tradit Mantic. *in dictis decision* 21. *num.* 2. *&* 101. *numer.* 3. Rot. *decis.* 406. *num.*2. *part.* 1. &
7 clariùs *in decis.* 177. *num.* 8. *part.*5. *recent.* Ex antiquitate enim temporis omnia præsumuntur solemniter facta, vt scribit post alios Aym *de antiquit. tempor part.* 3. §. *vidimus in genere*, *cum pluribus sequentibus*, & sequitur Rota *in decis* 534. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & decis.* 210. *numer.* 12. *part.* 5. *recentior.* & coram Seraphin. *in decis.* 1459. *in princ.*

Idque eò facilius visum fuit esse dicendum in præsenti, quia non agitur de præsumenda substantia tituli, sed de iustificatione eiusdem tituli prouenientis ex dicta Concordia, Rota *dict. decision.* 406. *num.* 3. *in fin. part.* 1. *recentior.* vbi di- 8
citur, quod ex cursu 30. annorum cum obseruantia continuata, solet etiam præsumi titulus, & auctoritas Sedis Apostolicæ; ergo eò magis debet præsumi iustificatio ipsius tituli, vt arguit Rota *in dict. decis.* 534. *num.* 3. *part.*1. *diuers.* Quæ iustificatio sufficienter habetur ex dicta decisione causæ, vt supra dictum est: & propterea intrat distinctio alias facta per Rotam coram Seraphin. *in dict. decis.* 1042. *sub num* 4. Nempe, quod quan-
do actus gestus, super quo fundatur præsumptio 9
solemnitatis, est plenè probatus, tunc non aduersetur doctrina Bald. *& aliorum in dict. l.*1. *C. de dot. promiss.* Secus autem quando actus præsumptiue tantum probatur, Alex. *cons.* 50. *num.* 7. *lib.* 5. Ruin. *cons.* 29. *num.* 4. *lib.* 4. benè Seraphin. *in dicta decision.* 1459. *numer.* 1. 2. 3. 4. *&* 5.

Provt nec etiam releuare existimatum fuit id, quod repetebatur contra dictam Obseruantiam, scilicet, quod eius initium desumitur ex prouisione vnius Beneficij facta de anno 1349. & Concordia fuit inita de anno 1293. & sic obseruantia vti valde remota suffragari non possit, Bald. *in proœm. Di-*
*gestorum num.*1. Socin *cons.*6.*num.*2.*&* 3.*lib.*1. Rota 10
*decis.*170. *num.*4.*part.*1.*recent.* Et eò minùs ex quo prædicta obseruantia potuit etiam prouenire ex titulo donationis Regiæ, quam eadem Religio habebat de dicta Ecclesia S. Ioannis de Coruche.

Quoniam, vltra quod hoc non respiceret hanc disputationem restrictam ad solam releuantiam obseruantiæ, & decisio super eadem obseruantia extensa debet supponi iuxta stylum huius Tribunalis: Attamen ad tollendam omnem difficultatem, fuit dictum, quod dum ex aduerso non docetur de aliquo actu contrario, nihil obest spatium 40. vel 50. annorum elapsum à die initæ concordiæ vsque ad primum actum obseruantiæ: Potuit enim id accidere ex eo, quod non euenerit casus vacationis, vt dixit Rota coram Seraphin. *in decision.* 1324. *numer.* 3. & coram Reuerendissimo Domino meo Decano *in decis.* 469. *num.*6. *vers. & ista obseruantia*, *inter eius impress.* Adden. ad Gregor. XV. *in decis* 315. *num.* 26. *vers. Non dicitur autem*, & sequitur Adden. ad Buratt. *in decis.* 10. *num.* 36. vbi priùs *sub num.* 33. firma-
tur, quod obseruantia quoque remota suffraga- 11
tur concurrentibus aliquibus adminiculis, Rota *decis.* 482. *num* 10. *part.* 1. *recent.* Adminicula verò hic non desunt, vt patet ex dicta decisione causæ *in* §. *Præterea*, *&* §. *Quibus accedit*: Et facit *decis.* Seraphin. 1141. vbi *sub num.* 2. di-
citur, Præsentationes interpellatas spatio cen- 12
tum annorum, & vltra, non facere, quò minus Beneficium sit de Iurepatronatus, dum docetur de aliis præsentationibus continuatis longo temporis spatio: nec in contrarium detur aliqua prouisio vti de libero; Tunc enim potiùs videtur dicendum, temporum iniuria euenisse, vt documenta præsentationum perierint, vt ponderat ibidem Seraphin. *vers. unde potiùs.*

Et quod dicta Obseruantia prouenerit ex titulo 13
Concordiæ, non autem donationis Regiæ, bene iustificatur in decisione præcedenti: in qua recensentur etiam aliqui actus gesti iuxta formam dictæ Concordiæ, vt in *vers. Septimus deducitur*, *& in d.* §. *Quibus accedit.* Dum igitur sit men-

tio

tio Concordiæ, Obſeruantia ad eam, & non ad Regiam donationem referri debet, cùm actus cenſeatur factus in vim tituli præambuli, *l. Ad ſolutionem Cod. de re iudic.* & in terminis obſeruantiæ Aym.*conſ.*10.*num.*9. & *conſ.*118. *num.*2. Alciat. *de præſumpt.reg.* 2.*præſumpt.*24.Rota apud Reuerendiſſ. D meum Decanum *in d.deciſ.*128.*n.*8.& *inter recent. deciſ.*295.*num.*4.*part.*3. & nouiſſimè fuit dictum in *Roſſanen.exemptionis ſub die* 27. *Ianuarij præteriti, coram me.*

Quinimò ex quo de viribus dictæ Regiæ donationis dubitari poterat, ex deductis in duabus præcedentibus deciſionibus cauſæ ad fauorem Reuerendiſſ. Archiepiſcopi emanatis, Obſeruantia poſtea ſubſecuta potius ad titulum validiorem d. Concordiæ, quàm donationis Regiæ debet referri, *ad notat. in leg.ſimiles. ff. de teſtam. milit* Crauett.*conſ.*322.*num.*5.*verſ.Rurſus non obſtat*, & dixt Rot.*in deciſ.*175.*n.*11.*part.*5.*recent.*

Et ſic deciſum vtraque parte, &c.

Aſten. releuationis Indemnitatis.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Sententia ob non interpoſitam appellationem ceſſante eius iuſtitia in iudicatum tranſire non poteſt, adeóque executioni non eſt mandanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellationis omiſſione ceſſante ceſſat res indicata.*

2 *Iudex quando dat teſtimoniales ſufficit quod intra annum pars appellationem proſequatur, & ex cauſa biennium conceditur.*

3 *Rota aliorum tribunalium ſententias exequi non ſolet niſi de illarum validitate & iuſtitia doceatur, quâ ceſſante ipſa ſententia executioni mandari non debet.*

4 *Alimentorum appellatione veniunt ea omnia ſine quibus corpus humanum ſuſtentari non poteſt, & quæ hominum natura demonſtrat.*

5 *Supellectilia quæ ad vſum hominis in domo retinentur & ſine quibus nos viuere non poſſe experientia docet, nomine alimentorum veniunt.*

6 *Conditio perſonæ & qualitas eius dignitatis iuxta diſpoſitionem Iuris in omnibus ſemper eſt ſpectanda.*

DECISIO CLXIV.

PRÆTENDENS Antonius Pelletta ſententiam Domini Nuncij Sabaudię qua condemnatus fuit Hector eius frater ad releuãdum ipſum à quibuſdam moleſtiis, & ad reſtitutionem quorumdam mobilium, feciſſe tranſitum in iudicatum ob non interpoſitam appellationem, obtinuit vigore commiſſionis executorialis ſibi concedi dubium, An conſtet de re iudicata, quod cùm hodie propoſuerim, fuit negatiuè reſolutum.

Quia defectus appellationis viſus fuit non ſubſiſtere in facto, cùm de ea appareat in pede ipſius ſententiæ vnà cum reſponſione Apoſtolicorum teſtimonialium, *ſummario dicti Hectoris num.* 1. & 2.
ceſſante autem omiſſione appellationis ceſſat res 1
iudicata, *cap. quoad conſultationem de ſentent. & re iudicat. lib.* 1. *authent. hodie Cod. de appellat.* cum aliis.

Nec poteſt hæſitari quin dicta appellatio proſequuta fuerit intra legitima tempora, cùm conſtet pro parte dicti Hectoris fuiſſe cauſam commiſſam intra tres menſes Epiſcopo Papienſi, a cuius decreto declarante tempora contra ipſum Hectorem non currere ob vrgentiam bellorum in illis partibus, appellauit dictus Antonius, & cauſam appellationis committi curauit Domino Epiſcopo Hypporegien. *dicto ſummario numer.* 4. & 5. & tamen quando
Iudex dat teſtimoniales, ſufficit quod intra an- 2
num pars appellationem proſequatur, & ex cauſa conceditur biennium, *authent. ei qui appell.* Veſtr. *in prax.lib.* 3.*cap.*5.*n.*2.& 7.

Præterea dubitarunt Domini de iuſtitia dictæ ſententiæ, quâ ceſſante ipſa ſententia executioni
demandari non debet, cùm Rota non ſoleat exequi 3
ſententias aliorum Tribunalium niſi docto de illarum validitate, & iuſtitia, Seraph.*deciſ.*1123. & *inter recent. deciſion.* 118. *numer.*7. *part.* 5. & alibi paſſim.

Iniuſtitia autem dictæ ſententiæ viſa fuit apparere ſaltem reſpectu mobilium, quia ex forma teſtamenti Octauij communis Patris, dictus Antonius tenebatur dicto Hectori præſtare alimenta,
quorum appellatione veniunt ea omnia ſine quibus 4
corpus humanum ſuſtentari non poteſt, & quæ hominum natura demonſtrat, vt inquit Barthol. *in tractat de alimen. numer.* 1. facit text. *in l.verbo Victus* & *in l quos nos*, §. *libere*, *ff. de verb. ſignificat* Caſtren.*conſ.*437.*numer.*2 *vol.* 2. & ſic etiam ali- 5
qua ſuppellectilia & mobilia, quæ ad vſum hominis in domo retinentur, ſine quibus vt experientia docet nos viuere non poſſumus, *argument. leg. labeo*, §. 1. *ff. de ſuppellect. legat.* plenè & latè Surd. *de alim. tit.* 4. *quæſt.* 4. *numer.* 2. 3. & 4.

Quod eò magis venit dicendum cùm idem Antonius promiſerit dicto Hectori cum obligatione ad partes ſoluere annuos ducatonos 100 & alia neceſſaria ſubminiſtrare, iuxta qualitatem ſuæ dignitatis: vnde dum dictus Hector fuit poſtea promotus per coadiutoriam ad Archidiaconatum, condecens erat vt ipſe ſubueniretur aliquibus ſupellectilibus & mobilibus, iuxta conditionem ſuæ di-
gnitatis, quod eſt etiam iuxta diſpoſitionem Iuris, 6
ſcilicet vt in omnibus perſonæ conditio ſemper ſit ſpectanda, *l plenum*, §. *Equitis*, *ff. de vſu & habit. ſi quis filio exhæredato*, §. *irritum*, *ff. de.Iniuſt. rupt*, cum aliis notat. per Surd *dict.tit* 4.*q.*8. *n* 8. & conſequenter Iudex condemnando dictum Hectorem ad reſtitutionem omnium mobilium, iniuſtè proceſſit.

Et ita deciſum vtraque, &c.

Romana Legati.

Mercurij 4. Iulij 1640.

ARGVMENTVM.

Teſtatore vocante fœminas deſcendentes in teſtamento, iis etiam in infinitum legatum debetur; nec tranſactio in contrarium facta vlterioribus deſcendentibus ex propria perſona vocatis nocere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deſcendentium omnes in infinitum veniunt.*
2 *Dictio* id eſt, ſeu, videlicet, *in teſtamento appoſita reſtrictiuè eſt interpretanda.*
3 *Dictio* ex *cauſam immediatam denotare ſolet.*
4 *Dictio* ſeu, videlicet, *etiam declaratiuè exponi ſolet.*
5 *Appellatione parentelæ omnes agnati & cognati vtriuſque ſexus tam propria quàm extranea familia comprehenduntur.*
6 *Nomine* Caſatæ *de vigore Iuris comprehenduntur tantùm hi, qui cognomen & inſignia illius domus & familiæ habent.*
7 *Mulier propria familia finis & caput alienæ dicitur.*
8 *Immediatum dicitur quicquid per rerum naturam continuatiuè procedit.*
9 *Deſcendentibus ex aliquo vocatis, vocatio non ad deſcendentes primi gradus ſed ad omnes in infinitum reſtricta cenſetur.*
10 *Verbum* deſcendens *omnes in infinitum de ſui natura comprehendens non patitur reſtrictionem, quamuis deſcendentes ex aliquo fuerint vocati.*
11 *Appellatio deſcendentium eſt relatiua ad ſtipitem, cuius reſpectu omnes ex eo deſcendere dicuntur.*
12 *Dictio* ex *quando videtur relata ad effectum admittendi deſcendentes alicuius certæ perſonæ ad excluſionem deſcendentium ex alio, reſtrictionem ad immediatam ſucceſſionem non operatur.*
13 *Species quando præcedit & ſequitur genus, hoc non reſtringitur per ſpeciem, ſed illam ad omnes in genere comprehenſos extendit.*
14 *Teſtator in donatione per teſtamentum facta verbo præteriti temporis vtens, an taxatiuè de deſcendentibus ipſo viuente natis ſit intelligendus.*
15 *Legatum quando in diem incertam fuerit collatum, nati etiam poſt mortem teſtatoris veniunt, & de tempore purificatæ conditionis ſuſcepti.*
16 *Teſtatorem in donatione per teſtamentum facta reſpexiſſe tempus remotum & poſt eius mortem futurum vnde colligitur.*
17 *Voluntas Teſtatoris iuxta formam teſtamenti interpretari debet ne abſurdum aliquod ſequatur.*
18 *In teſtamento prius vocati magis dilecti cenſentur.*
19 *In re ſua quilibet arbiter eſt & moderator.*
20 *Verba teſtatoris quando ſunt clara voluntatis quæſtio non eſt admittenda.*
21 *Voluntas Teſtatoris prout expreſsè ſonat ad vnguem eſt ſeruanda & exequenda.*
22 *Appellatione deſcendentium an veniant vltra primos adeuntes in fideicommiſſo alij ſubſequentes, quando in diſpoſitione verba tempus futurum & perpetuum explicantia non adſunt.*
23 *Teſtator per verba obliqua diſponens, diſpoſitio tranſit ad omnes deſcendentes in infinitum, quicquid ſit in terminis vocationis per verba directa concepta.*
24 *Adminiſtratores tanquam nudi miniſtri & executorio nomine ad diſtribuendum legatum vocati, durante deſcendentia filiarum in Teſtamento appoſitarum nihil poſſunt lucrari.*
25 *Teſtator quando vſus fuit nomine collectiuo volens prouidere de dote omnibus deſcendentibus, &c. legatum in omnes deſcendentes diſtribui debet ne alioquin mens Teſtatoris eludatur.*
26 *Tranſactio ſuper legato vlterioribus deſcendentibus ex propria perſona vocatis nocere non poteſt.*

DECISIO CLXV.

IOANNES Antonius de Siccis in ſuo cum quo obiit teſtamento, inter alia relicto vſufructu domorum de quibus agitur Corneliæ filiæ, mandauit vt ea defuncta Archiconfraternitas Sanctiſſimæ Trinitatis Vrbis ex penſionibus dictarum domorum perſolueret ſingulis annis ſcuta 30. Laurentio Nepoti quatenus viueret, ſin minus, eadem ſcuta 30. dari deberent illius filiis maſculis; & caſu quo tunc temporis filiæ dicti Laurentij ſcilicet Cæcilia & Felix adhuc non eſſent nuptui traditæ, voluit quod eis dicta annua ſcuta 30. ſoluerentur per quinquennium, elapſo verò quinquennio applicarentur filiabus maritandis de ſua Caſata per hæc verba; *e depò voglio che ſi detti ſcudi trenta vadino alle figliole femine da maritarſi della Caſata mia, cioè diſceſe da Giacomo figliolo di fermo mio fratello, ò dalle figliole di Lorenzo mio Nepote.*

Euenit caſus, quod dictus Iacobus deceſſit ſine filiis, dictus verò Laurentius reliquit poſt ſe Cæciliam, Felicem, Catherinam, & Dorotheam filias, & ex dicta Catherina nupta Rodulpho de Orgas natæ ſunt Vrſula, & Lucretia ſenior, quæ ſuper dicto legato tranſegerunt, & tandem ex dicta Vrſula nupta Thomæ de Caccianinis orta eſt Lucretia Iunior, quæ vti vocata ad dictum legatum, mouit Iudicium pro illius conſequutione coram Eminentiſſimo D. Cardinali Antonio Barberino dictæ Archiconfraternitatis Protectore, cui placuit ad inſtantiam partium deſuper conſulere Rotam; Ideo propoſiti dubium, an dictum legatum debeatur, & in hac tertia cauſæ poſitione fuit affirmatiuè reſolutum.

Ratio reſolutionis fuit, quia teſtator vocauit fœminas deſcendentes ex fœminis dicti Laurentij ſui nepotis, dicta verò Lucretia deſcendit ex fœminis dicti Laurentij vti nata ab Vrſula filia Catherinæ filiæ eiuſdem Laurentij; ergo ei debetur legatum, cùm appellatione deſcendentium veniant omnes in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb. ſignif. l. vlt. C. de legitim. hered.* Pariſ. *conſ.* 52. *n.* 36. *lib.* 2. Peregrin. *de fideic. art* 22. *num.* 43. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 527. *n.* 1. Rota *deciſ.* 492. *num.* 1. *part.* 4. *diu.* 1

Quod habere locum dixerunt Domini, etiamſi teſtator vocauerit deſcendentes ex certis perſonis ibi; *cioè diſceſe da Giacomo figliolo di fermo mio fratello, ò dalle figliole di Lorenzo mio Nepote:* etenim licet

dictio

2 dictio *cioè*, Latinè, *idest*, *seu*, *videlicet*, stet restrictinè,
Iasl. *in l. si pluribus in 5. notabil ff. de legat.* 1. Cranett.
conf. 273. *num.* 9. Surd. *conf.* 315. *num.* 61. & dictio *dal-*
3 *le*, quæ Latiòè sonat *ex* soleat denotare causam im-
mediatam, *l.* 1. *§. ex incendio, ff. de Incend. ruin. & naufr.*
vbi Barthol. *l. ex hoc Iure*, & *l. non dubium C. de legib.*
& consequenter dicta dispositio satis verificata dica-
tur in dictis Lucretia seniori & Vrsula filiabus, im-
mediatè descendentibus ex dicta Catherina vna ex
filiabus dicti Laurentij, absque quod comprehendat
dictam Lucretiam Iuniorem, quæ non est filia im-
mediatè descendens ex dicta Catherina, sed illius
neptis in vlteriori gradu, Cephal. *conf.* 330. *n.* 4. *cum
seqq.*

Attamen prætermisso quod illa dictio *cioè* soleat
4 etiam exponi declaratinè, vt probat *text. in c. ex lite-
ris*, vbi Dec. post Aretin. *in 6. notabil. de probat.* Gloss.
in Clem. causam verb. videli. et de election. Cranett. *conf.*
310 *n.* 2. in hoc casu suum operatur effectum restri-
ctionis, excludendo omnes alios de parentela qui
non descendant ex dicto Iacobo seu ex filiabus dicti
5 Laurentij, cùm aliàs appellatione parentelæ fuissent
comprehensi omnes agnati, & cognati vtriusque
sexus tam propriæ, quàm extraneæ familiæ, Are-
tin. *in l. cum quidam, § quod dicitur, ff. de acquir. hered.*
sub num. 3. Corn. *conf.* 57. *num.* 7. Dec. *conf.* 527. Cra-
uetta *conf.* 80. *num.* 12. bene Peregrin. de fideic. *artic.*
6 22. *num* 31. Et quamuis de rigore Iuris sub nomine
Casatę solùm videantur comprehensi hi, qui habent
cognomen & insignia illius domus & familiæ, ex
trad. per Imol. *in l. ex facto, §. si quis acquir. rogatus, ff.
ad Trebell.* Paris. *conf.* 25. *col.* 1. *lib.* 13. cum aliis relat.
per Fusar. *de subst. in q.* 260. *n.* 1. & 4. hoc tamen
procedit quando fuit habita ratio agnationis, secus
autem, quando non provt in præsenti, vbi Testator
expressè declarauit personas de quibus loquutus fue-
rit sub nomine Casatæ, ibi: *cioè le femine discese dalle
figliole femine di Lorenzo*, quas certũ est nõ esse Ca-
7 sata de Siccis, sed solũ de parentela, cũ mulier dica-
tur finis propriæ familiæ, & caput alienæ, *l. pronun-
ciatio, §. final. l. familia, § decimarum*, & *l. fœmina, ff. de
verb. significat. l. assumptio, § filia, ff ad municip.* Rota de-
cis. 314 *n.* 4. *vers. qua agnatio part.* 2. *recent.*

8 Provt etiam illa dictio, *ex*, suum quoque operatur
effectum, denotando causam immediatam in vlterio-
ribus descendentibus, in quibus inest continuatio
9 sanguinis, cùm immediatum dicatur quidquid per
rerum naturam continuatiuè procedit, vt post Ca-
stren. Bald. & Paris. scribit Barthol. *in decis.* 4. *num.* 17.
& sequen. quos refert & sequitur Fusar. *in conf.* 43.
numer. 47. & *in tractat. de substitut. quæstion.* 327. *nu-
mer.* 10.

Et magis recepta sententia est, vt vocatis de-
scendentibus ex aliquo non censeatur restricta vo-
catio ad descendentes primi gradus, sed omnes in
infinitum veniant, vt comprobant Alexand. *in l. ex
facto, §. si quis ita num.* 4. & ibi Ripa *num.* 6 *ff. ad Tre-
bell.* Alciat. *in l. liberorum in fin. ff. de verbo sign.* Socin.
Seo. *conf.* 51. *num.* 7. *& seqq lib.* 4. & scribit egregiè
Rebuff *in l. cognoscere, §. liberorum, ff de verb. signific.*
vbi sic distinguit, quod si facta est mentio de filio
nato ex aliquo non comprehendatur primoge-
nitus ex Nepote, quia dictio, *ex*, denotat tunc
causam immediatam & proximam, secus autem
quando vocantur descendentes ex Titio, vel per
aliud nomen collectiuum, provt in proposito; quia
tunc omnes descendentes in infinitum continentur,
cùm verbum *descendentes* latè pateat & omnes cõ-
prehendat in infinitum de sui natura, & propterea
non patitur restrictionem, quamvis fuerint vocati
descendentes ex aliquo, quod voluit etiam Paris.
in conf. 51. *n.* 30. *lib.* 2. *& conf.* 11. *n.* 38. *lib.* 1. Barz. *dicta
decis* 4. *num* 17. & *decis.* 7. *num.* 2. & 4. vbi firmatur,
quod appellatio descendentium est relatina ad sti- 11
pitem, cuius respectu omnes dicuntur descendere
ex eo, sequitur Peregr. *de fideicomm. art.* 22. *num.* 54.
Fusar. *conf.* 93. *num.* 30. & *de substit. quæst.* 327. *num* 9.
Ruin. *conf.* 115. *lib.* 3. Surd. *decis.* 493. *num.* 3. 4 & 5. &
fuit dictum *in vna Perusina de Rigazzinis* 14. *No-
uembris* 1605. *coram Litta.*

Quinimo nos versamur in facilioribus terminis,
quia quotiescumque dicta dictio *ex*, potest videri 12
relata, vt admittantur descendentes alicuius certæ
personæ, ad exclusionem descendentium ex alio
provt hîc, tunc non operatur restrictionem ad im-
mediatam successionem, vt declarat Menoch. con-
trariæ sententiæ sectator *in conf.* 585. *num* 3. *& seq.*
Fusar. *de substit. dict. quæst.* 327. *num.* 12. maximè cum
in præsenti dispositione præcedit verbum *filie*, &
postea subsequitur verbum, *descendentes*, ibi: *vadi-
no alle figliole, &c. discese, &c. dalle figliole di Lorenzo*:
vbi autem præcedit species & sequitur genus, hoc 13
non restringitur per speciem, sed imò illam exten-
dit ad omnes in genere comprehensos, vt bene ad
punctum distinguit Fusar. *in conf.* 2. *num.* 29. & *in
tract. de substit q.* 330 *n.* 68. *& seq.*

Nec obstare visum fuit, quod testator vsus fuerit
verbo præteriti temporis, ibi: *discese, &c* vnde 14
inferebatur, quod testator intellexerit taxatiuè de
descendentibus ipso viuente natis, ex tradit. per
Dec. *in conf.* 1. *num* 254. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 318.
num. 17. Fusar. *de substit. dicta quæst.* 127. *num.* 24.
Quia obiectum procederet si re vera testator se re-
strinxisset ad aliquod certum tempus, in quibus
terminis loquuntur Doctores supra citati; at dictum
verbum, *discese*, in præsenti refertur ad tempus pu-
rificati legati, adeò vt sensus sit, quod legatum suc-
cessiuè debeatur fœminis, quæ tempore quo purifi-
cabatur à filiabus dicti Laurentij descendissent.
Quod suadetur, tam ex eo quod legatum fuit colla-
tum in diem incertam, nempe post obitum dicti 15
Laurentij, quo casu iuxta magis communem sen-
tentiam veniunt etiam nati post mortem Testatoris,
& concepti de tempore purificatæ conditionis,
Socin. Iun. *conf.* 176. *num.* 53. *lib.* 2. Rolaod. *conf.* 38.
num. 3. *lib.* 4. Surd. *conf.* 130. *num.* 18. Fusar. *de substit.
quæst.* 318 *num.* 29. *& sequen.* Rota *decis.* 519. *n.* 214.
part. 1. *& decis* 458. *in fin. part* 4. *diuers.* Tum ex quo 16
de tempore conditi testamenti non aderant, neque
sperabantur filiæ à filiabus dicti Laurentij, vt patet
ex lectura testamenti, in quo eisdem filiabus Lau-
rentij, nimirum Cæciliæ, & Felici reliquit annuum
legatum donec nuberent; vnde colligitur Testato-
rem respexisse tempus remotum, & futurum post
eius mortem, *l. qui filiabus*, vbi Bart *num.* 5. *ff de
legat.* 2. *l. final ff. ad Trebell.* idem Bartol. *in l. si cogna-
tis in princip. col.* 2. *ff de reb dub.* Paris. *conf.* 71. *lib.* 4.
Peregr. *de fideicom. d. art.* 22. *n.* 10. Fusar *de subst. dict.
q.* 318. *n.* 8. & 19.

Quibus non aduersari dictum fuit, quod si lega-
tum prædictum declaretur perpetuum, sequatur ab-
surdum, quod essent melioris conditionis vlterio-
res descendentes, quàm Cæcilia & Felix filiæ dicti
Laurentij, quibus tantùm per quinquennium le-
gatum fuit relictũ, & regula sit, quod voluntas Te- 17
statoris interpretari ita debeat ne absurdũ aliquod
sequatur, *l. nam absurdum, ff. de oper. liber. cap. Clericos
de offic. Vicar.* Dec. *conf.* 433. *col fin.* Quoniam fuit
consideratum, Testatorem vltra hoc legatum reli-
ctum per quinquennium reliquisse quoque dictis
Cæciliæ

Cæciliæ & Felici scuta 100. pro qualibet, eis omnia persoluenda etiam viuentibus masculis dicti
18 Laurentij, non obstante quod isti essent magis dilecti, vt probatur ex eorum priori vocatione facta in testamento, *l. Publius*, *§. fin. ff. de condit. & demonstr. l. Lucius circa fin. ff. de hered. Instit.* Cranett. *cons.* 62. *num.* 7. & ideo nihil mirum, si in vlterioribus fœminis descendentibus, quæ nullum aliud commodum sentiunt a dicta hæreditate, nec concurrunt cum magis dilectis Testator disposuit, vt haberent annuum legatum, donec nupserint;
19. nec inde sequitur aliquod absurdum, cùm quilibet in re sua sit moderator & arbiter, *l. in re mandati, C. mandati, l. dudum, C. de contrahenda empt.* & quan-
20 do verba Testatoris sunt clara non est admittenda voluntatis quæstio, *l. ille aut ille, §. fin. ff. de leg.* 3. facit text. *in l. continuus* 137. *§ cum ita in fin ff. de verb. obligat.* Curt. Iun. *cons.* 117. *num.* 19. *in fin* & dixit Rota *in Tiburtina hæreditatis* 16. *Maij* 1639. *coram me*,
21 ipsaque voluntas, prout expressè sonat est ad vnguem seruanda & exequenda, *l.* 1. vbi Bald. *C de Sacrosanct. Eccles. l.* 1. vbi Bart *ff. de testam. l cum proponebatur*, & ibi Gloss *ff de legat.* 2. Rota coram Seraph. *in decis.* 409. *n.* 9.

Nec pariter aliquid releuare existimatum fuit aliud obiectum, nempe quod dictum legatum expirauerit in Lucretia & Vrsula filiabus Catherinæ filiæ dicti Laurentij, secundùm doctrin. Cuman. *in l. omnia*, *§. in fideicommisso num* 4. *ff de legat.* 2. & aliorum relatorum per Surd. *in decis.* 346. *num.* 18.
22 Qui firmant quod appellatione descendentium non veniant vltra primos adeuntes in fideicommisso alij subsequentes, quando in dispositione non adsunt verba explicantia tempus futurum & perpe-
23 tuum; quia quoties Testator disposuit per verba obliqua, vt hic, ibi: *gli habbino à distribuire*: & inferius, ibi: *gli habbino à dare*, quæ esse verba obliqua docet Odd. *de compendios. p.* 4 *art.* 1. *verb. detur*, tunc dispositio transit ad omnes descendentes in infinitum, quicquid sit in terminis vocationis conceptæ per verba directa, vt bene distinguendo aduertit Rota *in decis.* 344. *à num.* 4. *vsque ad* 7. *part.* 2. *recent.*

Vltra quod placuit etiam responsio data per In-
24 formantes, quod scilicet administratores dictæ Archiconfraternitatis sunt in hac parte nudi ministri, & executorio nomine vocati ad distribuendum dictum legatum, ponderatis illis verbis, ibi: *rimanghino in mano dell' infradetti essecutori, quali habbino à distribuire*. Ideoque nihil durante descendentia filiarum dicti Laurentij lucrari possunt, ad notat. per Adden. ad Greg. XV. *in decis.* 544. *n.* 42. sed in om-
25 nes descendentes legatum debet distribui, ne alioquin mens Testatoris qui vsus fuit nomine collectiuo, & voluit prouidere de dote omnibus descendentibus ex filiabus Laurentij, eludatur, Tiraquel. *in l. bones, §. hoc sermone limit.* 6. *sub num.* 1. *& limit.* 19. *n.* 1. *&* 2 *ff. de verb. signif.* Bald. *in l. fideicomm.* *§ siquis alicui decem*, *ff. de legat.* 3. Crass. *in §. fideicomm. q.* 16. *num.* 70. Socin. *cons.* 113. *num.* 27. Natta *cons.* 531. *num.* 26. *&* 27. Mantic. *de coniect. vlt. vol. l.* 6. *tit.* 15 *num.* 12.
26 Demum nihil obstare visa fuit transactio facta cum Lucretia Seniori & Vrsula super dicto legato, quia nocere non potuit vlterioribus descendentibus ex propria persona vocatis, Pinell *in l.* 1. *n.* 46. *vers. igitur & n.* 50. *vers. octaua limitatio, C. de bon. matern. in part.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 40. *num.* 123. *& seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 7. *& seq.* Anton. Gomez. *in l.* 40. *Tauri num.* 86. Rota *decision.* 447. *numer.* 1. *& decis.* 337. *numer.* 14. *part.* 5. *recent.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana pecuniaria seu Pensionis.

Ven. 14. Decembris 1640.

ARGVMENTVM.

Filium contemplatione & intuitu Patris se obligantem, Pater liberum ac indemnem seruare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Filius intuitu Patris se obligans licet principaliter ad fauorem Resignantis & translationem teneatur, ab ipso tamen Patre liberari ac indemnis releuari debet.*
2 *Negotia peculiaria alicuius contemplatione gerens actionem contra personam negociorum gestoris habet.*
3 *Testes contestes dicuntur quando ad eundem finem tendunt.*
4 *Testes contestes præsumuntur dum contrarium non probetur.*
5 *Epistola licet reputetur simplex extraiudicialis attestatio & vti talis non probet, attamen pro adminiculo deseruit.*
6 *Fides extraiudicialis dum est verisimilis & adminiculis suffulta plenè probat.*
7 *Probatio contra filium nulla maior datur quàm ipsa confessio Patris.*
8 *Confessio maior est quolibet Instrumento.*
9 *Obseruantia ex diuturna solutione desumpta voluntatem contrahentium bene declarat.*
10 *Actio quem de euictione tenet eundem agentem exceptio repellit.*
11 *Obligatio Cameralis exceptiones turbidas à contractu extrinsecus & altiorem indaginem requirentes non admittit.*
12 *Exceptio clara & probata executionem obligationis Cameralis retardat.*
13 *Cessio pro liberatione & quietantia tantum deseruit, cùm ex solutione proprij debiti cessio translatiua reportari non possit.*
14 *Testes ad concordiam debent reduci, cùm eorum dicta non sint cauillanda, sed potius adiuuanda & pro viribus sustinenda.*
15 *Beneficia & pensiones cùm non sint in commercio nec vendi nec alienari possunt.*
16 *Donationis verba quando sunt clara, voluntatis quæstio non est admittenda sed ipsa voluntas seruanda.*

DECISIO CLXVI.

PETENTE D. Philippo Costa nepote & hærede bon. mem. Octauij, Cesibonario nomine relaxari mandatũ executiuum coram R.P.D. Caballetto A. C. Locumtenente contra D. Abbatem Ioannem Antonium eius patruum pro repetitione terminorum pensionis scutorum translatatis bon. mem. Vincentij Landinelli, qui Episcopatum Albiganen. resignauit ad fauorem Reuerendiss. D. Petri

Francisci

Francisci Costæ alterius filij d. Octauij cum reser-
uatione pensionis scutorum 700. soluendorum pro
rata dictorum scutorum 250. super fructibus Ab-
batiæ per dictum Ioannem Antonium possessæ, &
versa vice eacipiente dicto Abbate se non teneri
ad restitutionem dictæ pensionis solutæ, ea eo quod
ad illius solutionem se obligauerit contemplatione
d. Octauij Patris, & sic d. Philippus cùm sit hæres
d. Octauij soluendo soluerit deb tum proprium; vo-
luit super hac controuersia dictur A.C. Locũtenens
consulere Rotam; ideo proposui dubium an sit rela-
xandum mandatũ, & illud fuit negatiuè resolutum.

Ea præcipuè ratione, quia dum dictus Abbas
1 contemplatus fuit personam Patris, eiusque intuitu
se obligauit, licet principaliter teneatur ad fauorem
Resignantia, & translationem, debet tamen ab
ipso patre liberari, ac indemnis releuari, iuxta di-
spositionem text. *in l. si pupilli 6. § item si Procuratori*,
Ibi; *si Procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui con-
templatione, vt creditorem tuum, vel pignus liberet,
aduersus te negociorum gestorum habeo actionem*, & in
§. *sed si ego*, ibi; *Pomponius lib. 26.* probat vt siqui-
2 dem contemplatione tui negotia gesli peculiaria,
tu mihi teneris, sequitur Gloss. *in verb. quia ex abun-
danti*, vbi alios textus concordantes refert, ibique
Castr. *n. 2. ff de negot gest.*

Quod autem dictus Abbas se obligauerit con-
templatione, & intuitu Patris, visum fuit Dominis
colligi ex pluribus.

Primò ex depositionibus duorum testium qui af-
firmant dictum Patrem agnouisse huiusmodi pen-
sionem in propium debitum, & signanter primus
super primo articulo, ibi: *ò vero che il Signor Ab-
bate Giouanni Antonio Costa impose la pensione di
scudi 250. &c. è questo fece ad instantia & contempla-
tione, & preghiere del Signor Ottauio suo Padre, il
quale per ciò promise di pagare al detto Signor Landi-
nelli di detta pensione, in oltre se dichiarò*, (id est
Octauius) *esser la sua mente che li suoi heredi conti-
nuassero à pagarla.* Et licet secundus testis non ita
explicitè deponat, attamen apertè dicit se audiuisse
à dicto Octauio Patre, quod ipse *la detta pensione di
Monsignor Landinelli, la pagaua per benefitio, & com-
modo di detto Monsignor Vescouo, stante che il detto
Signor Abbate Gio. Antonio & altri suoi fratelli à sua
instanza & contemplatione si fossero compiaciuti di con-
sentire alla riserua di detta pensione, per la ricompensa
del Vescouato d'Albenga*, vt *in summ. dicti Abbatis
n. 3.* qui duo testes eum sint contestes in hac mate-
ria bene probant, *l. vbi numerus, ff de testib.* & con-
3 testes dicuntur eo ipso quod tendunt (prout hîc)
ad eundem finem, Bald. *in l. 1. n. 20. C de testam.* &
4 tales præsumuntur dum contrarium non probetur,
Innoc. *in cap qualiter, & quando el 2. de accusat.* Aym.
cons. 78 n. 9. Alex *cons. 4. n. 7. lib. 6.* & plures quos re-
fert Caneer *lib. 1. variar c. 10. n. 69.*

Secundò ex Epistola D. Benedicti alterius fratris
scripta eidem Abbati, in qua dictus Benedictus
asserit, *mi ricordo che nostro Padre più volte mi hà
detto, che questa pensione &c. è sò che fu fatta consen-
tire da V. S. per seruitio di Monsignore: & così sempre il
detto Padre nostro la pagò lui, & doppo la sua vita
l'hauerebbono pagata li heredi, perche l'intentione sua
era di computarla à Monsignore nostro fratello, d. summ.
eodem n. 3. in fin.* quæ epistola licèt reputetur simplex
5 extraiudicialis attestatio & vti talis non probet, ta-
men deseruit saltem pro adminiculo, Rota coram
Buratto *in decis 458 num 9. & inter recent decis. 122.
6 n. 7. p. 1.* vbi firmatur quod fides extraiudicialis dum
est verisimilis, & adminiculis sufulta plenè probat,
sequitur Adden. ad Greg XV *in decis. 214. sub lit B.
vers. si tamen.*

Tertiò ex declaratione facta ab eodem Octauio
Patre in suo testamento Episcopo Albiganen. eius
filio, cui reliquit gemmam valoris scutor. 300. cum
prohibitione expressa, quod nihil aliud ea sua hæ-
reditate prætendere posset, ex eo quod fuerat pro-
uisus de dicto Episcopatu, & possidebat alia bene-
ficia, & vlterius quia eius contemplatione fratres
consenserant reseruationi pensionum super eorum
beneficiis, vt ibi: *oltre anco l'esser grauati li suoi
fratelli à sua contemplatione*, (idest Octauij, loqui-
tur Notarius.) *di scudi 300. di pensione annua, per la
ricompensa che diede à Monsignore Landinelli, dicto
summario num 4.* quæ Patris confessio sicut coadiu-
uat dictum primi testis, super eo quod intellexerat
dictum Octauium dicentem voluisse releuare dictũ
Abbatem, & quod pensio etiam post obitum sol-
ueretur ab hæredibus, *è che voleua metter'a à conto
de Monsignore, poiche haueua aggiustato v testam.e so
fatto, &c.* ita declarat negotium ad se ab initio
spectasse, ipsumque Abbatem eius contemplatione
se obligasse, licet in Instrumento reseruationis
pensionis aliter appareat, nam nulla maior proba- 7
tio datur quam propria eius confessio, *l. cum te C.
de transact.* Bald *cons. 191. col. 2. circa fin. lib 1* vbi ait
quod confessio est maior quolibet Instrumento, 8
bene Roland *cons. 54. à n. 6 vsque ad 21.*

Quartò & denique ea obseruantia subsequuta,
cùm dictus Octauius quoad vixerit & quidem spa-
tio 17 annorum semper dictam pensionem sol̃ue-
rit, vt constat ex suo proprio Codice rationum
dicto summario n. 1 quæ quidem obseruantia desum-
pta ea hac diuturna solutione absque quod vnquam
dicto Abbati fuer t aliquid repetitum, bene decla-
rat voluntatem contrahentium, Paul de Castr. *cons.
36: in 1. dub l. 1.* Aym *cons 10: n. 2.* Mantic. *de tacit.
& ambig lib 2 tit. 1. n. 5.* Greg. *decis. 7502. n. 9. & 10.*
quæ omnia simul iuncta considerata quatenus vti 9
singula non sufficerent, visa fuerint plenè conclu-
dere dictum Abbatem se obligasse contemplatione
Patris, ex vulgata regula, quod quæ nõ prosunt sin-
gula simul iuncta valent, *c. cum causam*, vbi Gloss. &
Doct *de probat.* Surd. *cons. 1 ante n. 53. vers & quamuis
lib. 1.* & propterea ipsum debere releuari, & conser-
uari indemnis ab eodem Patre. Vnde cùm dictus
Philippus sit hæres dicti Octauij, repetere pensio-
nem ab Abbate minimè potest, licet cessionem iu-
rium à translatariis reportauerit hæreditario nomi-
ne, quia quem de euictione tenet actio eundem 10
agentem repellit exceptio *l Iudicantem 17 ff. de euict.*

Quæ Regula habet locum etiamsi d. Philippus
agat vigore dictæ cessionis obligatione Camerali 11
vallatæ, quæ regulariter non admittit eaceptiones
turbidas extrinsecas a contractu, & altiorem indagi-
nem requirentes. Cassad. *decis vnic. de mut pet.* Rota
*inter impress per Zacch. de oblig Cameral decis. 1 n. 11.
& decis. 48. n 2. & decis. 49. n. 1.* Quoniã dum ex om-
nibus superius congestis manifestè patet debitum
huius pensionis spectare ad hæreditatem d. Octauij,
vti eius contemplatione ab Abbate contractum, &
d. Philippum cessionariũ constasse eiusdem Octauij
hæredem, clara hinc non turbida ad fauorem d. Ab- 12
batis oritur exceptio, quæ propterea vti iam probata
retardat eaecutionẽ obligationis Cameralis, ea not.
per Alex. *in l. nemo potest n. 17. ff de legat. 1.* Paris. *cons.
54. n. 91. & seq vol. 1.* Saluit Tiber *in prax. A. C. c. 12.
post n. 3. vers. imo in executiuis fol. mihi 1-.* Galles. im-
pres. per Zacch. *de oblig Cam. q. 20 n. 3. & 4.* & eiũ
notata per eundẽ Zacch. *in q. 17. n. 101.* & cons. q [illegible]et
int[illegible]

13 intrat regula prædicta,& cessio dese n t taotùm pro liberatione, & quietantia, ex adductis per Peregr. *de fideicom. art.* 12. *n.* 34. cùm ex solutione proprij debiti cessio translatiua reportari non possit, Bart. *in l. Modestinus n.*4. ibique Paul. de Castr. *vers. in nihilum autem,* & *sub n.*5. *vers. nam principali, ff. de solut.* Greg. *decis.* 68. *n.* 4. & 5.

Nec obstare censuerunt Domini id, qood objiciebatur ad redarguendum primum testem, qnod scilicet ille non esset præsens de tempore reseruationis pensionis, de qoo agitur, & tamen in sua depositione videatur deponere per verba de præsenti; qoia responderunt ex lectura totius contextus examinis clare colligi dictum testem deposuisse de audita ipsius Octauij, vt ibi, *e questo losò per le cose dette di sopra per hauerlo inteso dire dal medemo Signor Octauio.*

Nec similiter contrariari depositionem alterius testis, dum dicit quod dictus Octauios administrabat bona ipsius Abbatis. Vnde inferebatur, quod ex dictorum bonorum fructibus dicta pensio soluebatur, quoniam dicta administratio erat correspectiua ad subministrationem scutorum mille, quæ pro alimentis dicto Abbati soluebantur, vt idem testis exprimit, ibi; *& scudi mille l'anno somministraua al detto Signor Abbate per suo mantenimento*; quod confirmatur ex eo qood dictus Abbas est promptus continuare dictam administrationem in d. Philippo Aduersario cum eodem onere sibi subministrandi dicta scuta 1000. annuatim, & soluere pensionem, de
14 qua agitur translatariis; & hinc patet benè Testes ad concordiam reduci, provt redoci debent cùm eorum dicta non sint cauillanda, sed potius adiuuanda, & pro viribus sustinenda, Bald. *in l. de quibus n.* 15. *ff. de legib.* Alex. *cons.* 5. *n.* 12. *lib.* 1. Cassad. *decis.* 3. *n.* 5. *de probat.* Gregor. *decis.* 351. *n.* 37. præsertim ad effectum ne sibi contrarientur, Rimin. Sen. *cons.* 559. *n.* 1. & 2.

Provt nec aduersari dixerunt, quod Abbas habuerit alia beneficia, & pensiones, mediante opera dicti Petri Francisci in recompensam istius pẽsionis; quia quod illa, seu illas habuerit ad istum effectum nullibi probatur, imò cùm beneficia, & pensiones 15
noo sint in commercio non possunt vendi, nec alienari, vt notant in specie Bart. Bald. Ias. Folgos. & Salic. *in l.* 1. §. *nec Castrense vers. dico ergo, ff. de collat. bonorum,* Anton Gom. *in l.* 29. *Tauri n.* 21. *vers. ex quo subinfero.* Peregr. *de fideicom. art.* 36. *n.* 130. Rolan. *cons.* 11. *n.* 5. & 6 *lib.* 2. *q.* 11. *n* 10. & conseqoenter nec etiam in recompeosam dari ex eisdem alleg.

Et multò mions existimarunt releuare donationem officij Secretariatus factam à dicto Octauio Patre eidem Abbati de anno 1636. Quoniam ex eius lectura constet illam fuisse factam ex mera liberalitate, ad hoc vt dictus Abbas honorificentius, & commodios viuere possit, & cum pacto quod officiom Secretariatus non impotetur in legitimam ipsios Donatarij; & sic cùm causa donandi fuerit expressa in Instrumento donationis non debet in legitimam imputari, eò minus debet dici facta in recompensam istios pensionis; & dum habemus verba 16
clara donationis, non est admittenda voluntatis quæstio, *l. ille aut ille* 25. *ff de legat.* 3. sed ipsa volontas est seruanda, vt bene ad propositum concludit Guttier. *pract. quæst lib.* 2. *q.* 65. *n.* 13.

Et ita vtraque parte informante fuit decisum.

DECI

DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

PARS SECVNDA:

Coram R. P. D. PETRO CARRILLO de Acuña.

Romana Fideicommissi de Ceulis.

Lunæ 14. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

Filius iuxta paternam dispositionem omnia bona stabilia ad fauorem familiæ fideicommisso ordinato subiecta acceptans, dum postea cum vniuersali hærede transegerit, renunciando legitimæ quam liberè retinere poterat, vt bona sub vinculo fideicommissi haberet, detractioni legitimæ vlterius locus esse non potest.

Vide suprà *Part. I. Decis.* 141.

SVMMARIVM.

1 *Filius dum bona quæ liberè retinere poterat voluit habere sub fideicommisso iuxta paternam dispositinem, cautela* Soc. Iun. de legitima *communiter approbata intrat.*

Cautela de legitima *siue plus, siue minus filio à Patre fuerit relictum procedic,* ibid.

2 *Filius post impugnatum testamentum paternum illud per transactionem approbare potest.*

3 *Pactum factum patri per filium de non petendo supplementum legitimæ non ita nocet filio, quominus post mortem Patris agere possit.*

4 *Filius acceptans bona sibi relicta sub vinculo reciproci fideicommissi iuxtà formam testamenti Patris, omnia quæ legauerat Pater cum iisdem qualitatibus approbat.*

5 *Renuncians liti Iuri suo in Iudicio deducto renunciasse censetur.*

6 *Natura bonorum legitimæ est libera, vnàque cum fructibus à die obitus Patris filio debetur.*

7 *Acceptatio testamenti non magis ex verbis expressis quàm ex aliis illam pernecesse inferentibus resultat.*

8 *Effectus subrogationis est vt subrogatum eiusdem sit natura cuius ille cui subrogatur.*

9 *Natura substitutionis reciproca est, vt substituti inuicem inter se actiuè & passiuè vocati censeãtur.*

10 *Qualitas verbum respiciens determinat vniformiter omnia quæ ab eodem verbo reguntur.*

11 *Conuentionis pars superior inferiorem declarat.*

12 *Conuentionis sensus & interpretatio ex toto contextu dispositionis colligi debet.*

13 *Filij non possunt intelligi vocati ad reciprocam nisi in casu quo Patri fuerint substituti.*

14 *Neminem ex alterius facto exhæredari, vel hæreditate priuari debere, in quibus casibus procedit.*

15 *Conditio potestatiua à facto tertij dependens quoad hæredem casualis censetur, illiusque defectus dispositionem cessare facit.*

16 *Pœna quoties imponitur ex facto eius cui ex hæreditate aliquod emolumentum obuenire poterat, honoratus ex facto eiusdem priuari potest.*

17 *Successores tanquam legitimi contradictores à possessione portionis legitimæ non sunt amouendi.*

18 *Prætensum qui dicit non approbat.*

19 *Matrimonium prætensum qui dicit verum matrimonium non fatetur.*

20 *Grauamen etiam super legitima filio volente imponi potest.*

21 *Transactio à sua causa non restringitur.*

Transactio diuerso respectu operatur, ibid.

22 *Verbum* Sua *non excludit fideicommissum, cùm sua dicuntur bona fideicommissaria donec fideicommissum purificetur.*

23 *Coniectura æquiuocæ & imperfectæ ad aliquid probandum inter se coniungi non possunt.*

24 *Litis consortes hæreditario nomine venientes cur*

 fidei

fideicommissum impugnare non possint.

25 *Obseruantia longæua & diuturna in materia fideicommissi plurimum est attendenda.*

26 *Exceptio læsionis in Iudicio immissionis non admittitur.*

27 *Læsio tanquam casu fortuito contingens, cùm simus in materia transactionis in consideratione non est habenda.*

DECISIO CLXVII.

POSTQVAM in hac causa sub die 26. Nouemb. 1639. resolutum fuit, non esse locum detractioni legitimæ, vt in decisione tunc emissa; fuit concessa noua audientia, & superuenit etiam ordo Sanctissimi vt causa ab omnibus Dominis videretur: Cúmque ea pluries fuerit proposita, & non resoluta; tandem in hac quarta repropositione, articulo exactè per DD discusso, fuit, & iterum responsum, standum esse in decisis, ex rationibus, & fundamentis in dicta decisione deductis.

Quandoquidem Hieronymus Ceulus, postquam instituit Equitem Iulium Cæsarem in quibusdam stabilibus, mobilibus, & officiis; & omnia bona stabilia subiecit fideicommisso ordinato ad fauorem familiæ Ceulæ, & prohibuit quamcumque detractionem, etiam legitimæ; mandauit, quod quatenus d. Iulius Cæsar eius filius legitimam peteret, in eam imputarentur officia pro ipso empta, debita pro eo soluta, mobilia eidem tradita, & supplementum, si quid superesset, haberet in Casale Pollinis, vel etiam Radicicoli, & reliqua bona ad alios cohæredes transmitti voluit: Hortando eum ad acceptationem dispositionis paternæ, absque quod vellet legitimam detrahere, ne contrafaciendo inferret præiudicium irreparabile sibi, suisque filiis, ac descendentibus, vt in testamento, & codicillis respectiuè mihi originaliter datis sub §. *Dictum etiam*, & § *Volo etiam*, & *vers. Præterea.*

Vnde licèt verum sit, quod dictus Cæsar patre vita functo declarauerit nolle acquiescere dispositioni paternæ, dum litem super nullitate dictæ dispositionis, & super supplemento legitimæ in Rota introduxit, & in dubio semper deberet fieri interpretatio ad eius fauorem, ex deductis in terminis huius fideicommissi in *decis. 200. part. 1. & 242. par. 3. recent.*

Nihilominus tamen cùm postea ad transactio-
1 nem cum Tiberio seniori hærede vniuersali deuenerit, in qua patet, quod etiam bona, quæ pro legitima liberè retinere poterat, voluit habere sub vinculo fideicommissi, iuxta dispositionem paternam, recedendo à lite antea mota; intrat cautela Socin. Iunior communiter approbata *in cons. 12x. lib. 1.* cum aliis alleg. *in d. decis. §. Moti ex eo*, quæ procedit, siue plus, siue minus legitima fuerit filio à patre relictum, Socin Iun. *d. cons. 121. num. 15. & num 17.* Peregr. *de fideicomm. art. 36 num. 97.* Paris. *cons. 9. lib. 3.* Dec. *cons. 687. per tot.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt lib. 7. tit. 8. num. 11* Mazar. *in Epitom de fideicomm. quæst. 50.* quos, & alios refert, & sequitur Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 10. num. 14. 15. & 16.* Fusar. *de substit. quæst. 296. num. 58.* Mart *de success. part. 4. quæst. 18. art. 3. num.*
2 *57.* vbi de communi testatur: Et quod filius post impugnatum testamentum paternum possit illud per transactionem approbare, deciditur expressè in *l. si quando 35. §. illud, C. de inoff. testam.*
3 vbi postquam statuitur, quod pactum factum patri per filium de non agendo querela, vel petendo supplementum legitimæ non noceat filio, quominus post mortem patris agere possit, subditur per hæc verba: *Sed hoc ita admittimus, nisi transactiones ad hæredes paternos filius celebrauerit, in quibus apertissimè iudicium Patris agnouerit.* In terminis verò *dd. decis. 200 part. 1. & 242. part. 3. recent.* non fuerat subsecuta transactio, prout hìc, & ideò non applicantur.

Quòd autem dictus Iulius Cæsar in prædicta transactione acceptare voluerit bona, de quorum pretio agitur, sub onere fideicommissi, probatur ex pluribus.

Primò ex eo, quòd ipse, & eius filij recesserunt ab omnibus litibus, & controuersiis causa legitimæ, illiúsque supplementi motis, ac ab aliis quibuscumque prætensionibus, approbando, & emologando testamentum, & omnes codicillos Patris in omnibus, & per omnia, de quibus asseruit habere plenam notitiam: Et sic cùm Pater nil aliud magis exaggerauerit in testamento, & codicillis, quàm vt filij, & præcipuè dictus Iulius Cæsar, contentarentur bona sibi relicta habere sub vinculo reciproci fideicommissi, sine detractione legitimæ, pernecesse dicendum est, quod acceptatio, & approbatio intelligatur facta cum 4
eisdem qualitatibus, appositis in scriptura approbata, vt in terminis dict. clausulæ *in omnibus, & per omnia*, ait Bursatt. *in cons. 189. num. 69.* Mantic. *de coniect. lib. 7. dict. tit. 8. num. 11. in fin. & num. 17. vers. item si ex aliis verbis.* Ruin. *cons. 56. num. 12. lib. 2.* cum aliis pluribus cumulatis in *1. decis. in §. vnde sequitur*, cum quibus concordant Rub. Alex. *cons. 73. num. 6.* Paris. *cons. 1. num. 104. lib. 3.* Menoch. *lib. 4 præsumpt. 196. num. 24.* Peregr. *cons. 67. num. 13. lib. 1.* Quæ quidem approbatio, cum recessu à lite antea mota operatur, ac si ab initio fuisset sequuta, & perinde ac si nunquam lis fuisset mota; quia renuncians liti, censetur iuri
suo in Iudicio deducto renunciasse, *l. postquam* 5
liti, vbi Gloss. & Doct. *C. de pact.* Afflict. *decis. 200 num. 19.*

Secundò ex inuestimento fructuum acceptato in eadem transactione, prout fuerat ordinatum in testamento, & codicillis Hieronymi, qui in specie voluit, fructus dd. Casalium Pollinis, & Radicicoli per D. Tiberium seniorem reinuestiri, detractis alimentis pro dd. Iulio Cæsare, & filiis, vsquequo iidem filij peruenirent ad ætatem annorum 25. & tunc mandauit de dd. inuestimentis emi tot bona stabilia sita in Vrbe, ad effectum ea subiiciendi eidem fideicommisso. Nam si bona fuissent liberè assignata pro legitima, opus non erat fieri inuestimenta, iuxta formam testamenti, & codicillorum, sed potius poterat dici, inuestimenta fieri ad effectum, vt eius filij peruenti ad ætatem annorum 25. possent de illis liberè disponere, iuxta naturam bonorum
legitimæ, quæ libera vnà cum fructibus à die obi- 6
tus patris filio debetur *l. Papinianus, §. vnde si quis, ff. de inoffic. testam.* Rip. *in l. si vnquam num. 103. C. de reuoc. donat.* Alex *cons. 69. in 2. dub. num 4. vol. 1.* Gratian. *discept. forens. cap 400. num. 38. in fine,* Surd. *decis. 25. num. 16.* Rota coram Reuerendiss. D meo Vrgellen *decis. 192. num. 10.* & proinde dicendum est, quod ob approbationem testamenti, & codicillorum in omnibus, & per omnia, voluerint dd. Iulius Cæsar, ac eius filij dd. bona acceptare sub onere fideicommissi, cùm acceptatio non
magis ex verbis expressis resultet, quàm ex aliis, 7
illam pernecesse inferentibus, Cagnol. *in l. Papinianus*

nus, §.*meminisse num.17. ff.de inoff. testament.* Eng. *conf.95.numer.65. lib.2.* & ad propositum, idest in terminis dispositionis, circa fructus, aduertit Ruin. *in dict.cons. 56. numer. 7. & 12.vers.ex alio quoque lib. 2.*

Tertiò, ex illis verbis, ibi, *Salua dicta subrogatione Casalium Pollinis, & Radicicoli in locum Scurani:* Etenim sicuti voluerunt saluare subrogationem dd. Casalium in locum alterius nuncupati Scurani, quod certum est, subiectum esse fideicommisso, ita dicendum est, voluisse transigentes, esse
8 subiecta eadem Casalia subrogata; quia effectus subrogationis est, vt subrogatum eiusdem naturæ sit, cuius ille, cui subrogatur, *l.si cum §.qui iniuriam, ff.quis caut.* Felin.*in c.cum dilecta num.7. de rescript.* Gabr.*de reg.iur.concl.2.numer. 31.* Decian.*cons.52. num.53.lib.1.* Rot.*decis.391. num.8. in fin.part.1 recent.*

Quartò, ex expressa præseruatiua facta ad fauorem d.Iulij Cæsaris, & filiorum pro successione in fideicommisso reciproco, inducto in testamento, ibi; *Et absque renunciatione mutuo seu reciproco fideicommisso facto, & inducto in testamento paterno:* Quæ reseruatio sicuti operaretur, vt dictus Iulius Cæsar, & eius descendentes fuissent admissi ad fideicommissum generale in casu deficientiæ lineæ masculinæ d.Tiberij senioris, & aliorum fratrum; ita, & idem operari debet in casu præsenti ob deficie-
9 tiam lineæ masculinæ ipsius Iulij Cæsaris, iuxta naturam substitutionis reciprocæ, quæ est, vt substituti censeantur inuicem inter se vocati actiue, & passiuè, per *text. in l. cum in testamento 37. §.hac verba, ff. de hered. instit.* d. *Lucius, leg. si pater impuberis*, vbi Gloss. *ff. de vulgar. & pupill.* Socin.Iun. *cons.73. numer. 22. & 35.* Gabr. *cons.123. numer. 18. lib. 2.*

Nec dicta reseruatio potest referri ad filios d.Iulij Cæsaris dumtaxat, quia si illi nihil possidebant de bonis fideicommittentis, & bona de quorum pretio agitur, essent liberè assignata d. Iulio Cæsari, prout prætenditur, nullo modo posset verificari reciproca vocatio quoad eos, sed tantùm ipsi actiuam vocationem haberent: quod est contra propriam naturam reciprocæ substitutionis ex mox allegatis. Vltra quod reuera d. reseruatio fuit facta etiam respectu d. Iulij Cæsaris, cùm regatur ab illis verbis suprapositis, ibi, *renunciarunt, & vnusquisque eorum renunciauit*, quæ in Concordia comprehendunt tam patrem, quàm filios, & propterea debet & ipsa quoque referri ad omnes supra
10 nominatos: quia qualitas verbum respiciens determinat vniformiter omnia, quæ ab eodem verbo reguntur. Bart.*in l.Prætor ait,§.eritque hæc differentia ante n.1. ff vi bon.rapt.* cum aliis relatis per Surd. *in decis.88.num. 22.23.& seqq.* Gregor.XV. *decis.190. num.2.*

Prout clarius relucescit ex subsequenti remissione caducitatis fideicommissi, incursæ ob motam litem, facta per d.Tiberium nedum filiis, sed etiam Iulio Cæsari, ibi; *remisit dicto Equiti, & suis filiis omnem caducitatem, & quodcumque præiudicium, in quod ex dispositionibus testamentariis, & codicillariis per D. Hieronymum factis hucusque forsan incursi fuissent propter lites motas contra D.Tiberium, & contra dispositiones prædictas:* Quæ quidem remissio superflua profectò foret respectu d.Iulij Cæsaris, si ipse fideicommisso renunciare voluisset; Et ideo, sicut in ista remissione comprehenditur etiam Iulius Cæsar, ita quoque dicendum est cum fuisse comprehensum in præcedenti præseruatiua reciproci fideicommissi; cùm superior pars conuentio- 11
nis hanc inferiorem declaret, *l.verum ff de petit.hared.l.qui filiabus, ff. de legat. 1.* vbi Iaf.late Socin. *cons.72. num.27. vol.1.* & ex toto contextu disposi- 12
tionis colligitur illius sensus, & interpretatio, qualis fuerit, *l.Mæuia, ff de manum. testam.l.nominis ff. de leg.3.* Mantic.*de coniect.lib 6.tit.13 n 1.& seqq.* vbi subdit, quod quæ sunt in medio ex superioribus, & inferioribus declarantur.

Et hinc patet opus non esse aggredi disputationem, An filij dicti Iulij Cæsaris sint ex propriis personis vocati etiam in casu, quo eorum pater legitimā detrahere voluisset, super qua in hac vltima positione fuit obiter informatū Cæterum & in hoc quoque dictum fuit, mortuum non subsistere; quia in tantum filij fuerunt vocati, in quantum eorum pater, & ipsi post eius mortem bona de quorum pretio agitur, acceptarent sub onere fideicommissi, vt deprehenditur ex illis verbis testamenti, ibi; *Sed quatenus dd. filij, aut aliquis, vel aliqui eorum vellent, aut tentarent detrahere legitimam in bonis meis, in talem casum eundem filium, seu filios &c. heredes instituo, & esse volo in eorum legitima portione tantum &c. Reliqua verò bona &c. spectare, & pertinere volo ad alios meos filios masculos, eorumque descendentes masculos &c.* Et clarius ex verbis secundi codicilli, in quo pars aduersa se fundat, ibi; *Hortatur etiam eundem Iulium Cæsarem, vt contentus remaneat, & acquiescat dispositioni paternæ, & eam expressè acceptare velit &c. quia pro illius, & filiorum, ac descendentium beneficio facta fuit; & propterea non quaras detrahere legitimam &c. contraueniendo voluntati paternæ, alioquin si contra fecerit, sciat sibi, & suis filiis, & descendentibus damnum, & præiudicium irreparabile illaturum.*

Si enim filij dicti Iulij Cæsaris fuissent vocati ad reciprocum fideicommissum, etiam in casu, quo eorum pater contrauenisset voluntati testatoris, detrahendo legitimam, nullum damnum pati potuissēt ob cōtrauentionem paternam; imò commodum, & lucrum reportassent, quia fuissent securi habere libera bona, patri pro legitima assignata, absque quod ipse pater posset illa dilapidare, cum esset inhabilitatus motu proprio Papæ ad contrahendum, & prohibitus administrare, vti latius firmatum extitit in prima decisione, & vlterius fuissent in spe succedendi in magno, & opulenti fideicommisso: sed cùm pater dixerit suis filiis damnum illaturum irreparabile, consequens est, vt noluerit gaudere beneficio reciproci fideicommissi, si legitimam acceptarent, ex traditis in his terminis per Socin.Iun.*in cons.129.n.22.& 23.lib.3.&* Cephal.*cons.245 n 31. & seqq.* Eò magis, quia testator posuit in electione patris, vel acceptandi bona cum fideicommisso, (& sic hoc casu successiuè substituebantur descendentes eiusdem, & reciprocè vocabantur, & grauabantur in defectum linearum Tiberij, & fratrum;) vel consequendi legitimam liberam a fideicommisso, tam descensiuo, quàm reciproco. Vnde si subsisteret, patrem elegisse legitimam, nullam vocationē filij possent prætendere, cùm in hunc casum nec vocati, nec grauati fuerint, sed tantùm in contrario si pater acceptasset, vt in terminis firmauit Rota coram Reuerendiss Vrgellen *dec.349.n.26 & seqq. & rursus n.63.post med.& seqq.* Dispositio enim testatoris deuenisset ad casum, in quo filij Equitis non fuerunt substituti, & non possunt intelligi vocati ad 13
reciprocam, nisi in casu, in quem fuerint substituti patri suo, ex cumulatis per Socin.Sen. *cons.14.n.5. lib.3.* Surd.*cons.554.n.24.vers imo non potest dici.*

Nec ubstat *l pater familias , ff. de hæred.instit.* in
14 qua statuitur, quod nemo ex alterius facto exhæredari, vel hæreditate priuari conuenit; Quia illius dispositio procedit in vocatione pura, cuius priuatio non potest induci conditione pendente à facto tertij, secus quando effectus vocationis pendet à facto alterius, itavt ante rem quæsitam factum adimplendum sit per tertium, vt in præsenti, vbi ad hoc vt filij succederēt in reciproco fideicommisso, debebat pater bona sibi acceptare sub onere fideicommissi, absquè detractione legitimæ: Tunc enim dum tertius non facit, idest pater non acceptat; cessat vocatio filiorum per *Text.in l.si ita fuerit* 13. *ff.de manum.testament.* quem textum in particularibus relictis loquentem Doctores communiter trahunt etiam ad institutiones vniuersales, & signanter Bart. Angel.& Imol. *in d.l.pater familias*, Ruin.
15 *cons.* 150.*num.* 9.*lib.* 1. Ea ratione, quia potestatiua cōditio dependens a facto tertij quoad hæredem censetur casualis, & ideò illius defectus facit cessare dispositionem, Couarru. *in cap Rainaldus*, §.1.*num.*7. *de testam.* Bart.*cons.*36. Roman, *singul.* 102. Cæphal. *cons.* 52.*num.* 1. Aretin.*cons.* 1. quos refert, & ponderat Rota *in decis.* 86.*num.* 40. *part.* 6.*recent.* Et in his terminis benè respondet D. meus Vrgellen. *dict. decis.* 339.*d.num.* 63.*post med.& seqq.* quod procederet etiamsi versaremur in pœnalibus: Nam quo-
16 ties imponitur pœna ex facto eius, cui ex hæreditate emolumentum aliquod obuenire poterat, provt erat in præsenti, vbi Iulio Cæsari, non petendo legitimam, remanebat spes succedendi in opulento fideicommisso, tunc cessat omne dubium, & potest honoratus priuari ex facto illius; Textus est expressus in *l.ff.de his que pœn.nom.* vbi priuatur filius facto patris, benè Surd. *decision.* 101. *num.* 10.

Quibus non aduersatur præcipuum obiectum partis, nempe quod in transactione fuerint soluta dicto Iulio Cæsari scut. 4200. pro dote Artemisiæ suæ vxoris peruenta in manibus D. Hieronymi fideicommittentis, & scut. 3000. pro supplemento legitimæ; Vnde infertur quod cùm habuit supplementum, pernecesse dicendum sit, habuisse legitimam in istis bonis, maximè cùm transactioni causam dederit petitio supplementi quod erat in lite, vt legitur in commissione; vel in omnem euentum prius debeat constare de statu hæreditatis fideicommittentis, itavt exinde desumi possit ad quam summam ascendat portio legitimæ; & an illam Iulius
17 Cæsar sufficienter habuerit aliunde, quàm in istis bonis, à quorum possessione interim non sunt eius successores amouendi tanquam legitimi Contradictores, iuxta terminos doctrinæ Bart. *in l.fin.num.* 21. *C.de edict. Diu.Adr. toll.* & sensit Rota *in Ciuitatis Castelli supplementi legitimæ, quæ est decis.* 121.*post n.* 3.*vers.neque obstat, part* 6.*recent.*

Quia fuit consideratum, quod semel tantùm in narratiua ipsius transactionis dicitur, quod Iulius Cæsar mouerat litem super supplemento, sed postea in dispositiua, & vsque ad finem Instrumenti semper dicitur, fuisse datam dictam summam pecuniarum pro dote Artemisiæ pro prætenso supplemento, ac pro aliis quibuscunque prætensionibus; ideò concludendum est, quod dictarum pecuniarum solutio fuerit facta, vt Iulius Cæsar recederet à prætensione supplementi, & ab aliis quibuscumque prætensionibus, provt cum effectu recessit; Et quidem cum ampla renunciatione, & extinctione litis, vt euidenter apparet ex lectura dictæ transactionis, & luculenter fuit firmatum in prima deci-
sione: Qui enim dicit prætensum, non approbat, 18
Mandos. *in form.commiss.appell. in prim. inst.in verb. prætensum*, Rota coram Buratto *decis.* 325.*numer.* 8. & coram Iusto *in Romana de Luraghis, & Pallauicinis* 30.*Octobris* 1600. quæ est *decis.* 18. *impress. per Zacch.post tract. de oblig Camer.sub num.* 4 Sicuti qui
dicit prætensum matrimonium, non fatetur verum 19
matrimonium, Cæs.de Grass.*decis.* 1.*n.* 13.*qui fil.sint legit.*

Sed quatenus ex d. solutione pro prætenso supplemento sequeretur, quod dictus Iulius Cæsar retinuerit dicta Casalia pro legitima; tamen cùm ex omnibus superius congestis appareat, ipsum id omne fecisse cum pacto acceptandi dispositionem paternam, quę est, vt ipse eadē Casalia acceptaret sub onere fideicommissi, non potest dici hodie, quod ea
sint libera; Quia volente filio, etiam super legiti- 20
ma grauamen imponi potest, Gloss. *in l scimus verb. ipso iure, C.de inoff testam.* Menoch. *cons.* 206.*numer.* 121. Peregr.*cons.* 16.*num.* 20. *& seqq.lib.* 6. Molin. *de Hispan.primog.lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. ibique Addent. plures congerit, & præcipuè Ioan.de Castill. *tom.* 5. *controu.cap.* 67.*num.* 52. Seraphin. *decis.* 570.*numer.* 7. Et quod ad hunc effectum sufficiat acceptatio testamenti paterni, cum approbatione in omnibus, & per omnia tenet Suarez *in l.quoniam in prioribus num.* 51. *C.de inoff.testam.* Ant.Gabr. *de legit. concl.* 1. *num.* 55. plenè Fusar. *d.quæst.* 296.*num.* 93. *&* 94. *cum seqq.*

Et quamuis in lite fuisset deducta petitio supplementi legitimæ; attamen non ipsa solùm dedit causam transactioni, tum quia aderat etiam præcipua lis super Casale Scurani relicto d. Iulio Cæsari in testamento sub onere fideicommissi, & postea eidem adempto in codicillis, super cuius ademptionis inualiditate emanauerat *decisio coram bon. mem. Card. Blanchetta sub die* 9. *Iunij* 1581. Tum & etiam quia in dicta transactione fit mentio etiam legitimæ, & adsunt clausulæ amplissimæ, importantes in specie acceptationem fideicommissi super Casalibus controuersis, vt supra fuit ostensum; Et ideo
transactio non restringitur à sua causa, sed respectu 21
deductorum in lite valet vt transactio, respectu verò aliorum in vim pacti, & conuentionis, Salicet. *in l.si de certa num.* 2. *C.de transact.* Alex *cons.* 11.*num.* 7. *lib.* 3. Honded.*cons.* 49.*num.* 34 *vers.insuper dico, lib.* 1. Greg. XV. *decis.* 286.*n.* 7. Addentes *ad eandem in decis.* 158.*num.* 7.

Coniecturæ autem ex aduerso ponderatæ ad docendum dicta bona fuisse assignata libere, non fuerunt habitæ in consideratione, quia non concludunt.

Nam prima desumpta ex assignatione Iulij Cæsaris, facta in transactione, quod dicta Casalia es-
sent sua, tollitur ex eo, quod verbum (SVA) non 22
excludit fideicommissum, cùm sua dicantur bona fideicommissaria, donec fideicommissum purificetur, Cephal. *cons.* 207.*num.* 34. Ladercb. *cons.* 54.*n.* 4. Surd. *cons.* 73.*num.* 72. Ciriac. *controuers.* 497.*num.* 25. *& sequen.*

Secunda elicita ex promissione de euictione, facta à Tiberio ad fauorem d. Iulij Cæsaris, fuit sublatá in prima decisione, *in* §. *Quandoquidem in fine.*

Tertia deducta à cessione iurium, facta à Iulio Cæsare ad fauorem Tiberij, quasi quod ea mediante dictus Iulius Cæsar renunciauerit fideicommisso, & in consequentiam remanserit in libera possessione dictorum bonorum pro sua legitima, pariter diluitur, quia dicta cessio verificatur in iure

petendi

petendi supplementum in bonis fideicommissariis
à Iulio Cæsare prius prætenso, & in Iudicium de-
ducto, quod cedere etiam voluit, vt magis volun-
tatem Patris adimpleret, abdicando à se prædictam
prætensionem, & verificatur etiam in iuribus à Iu-
lio Cæsare prætensis soper Casale Scurani, non quia
illud non esset fideicommisso subiectum; sed quia
ipsi in testamento fuerat relictum, & postea in co-
dicillis ademptum, vt supra fuit dictum: Imo ne
ob dictam cessionem iurium posset dubitari, quod
etiam renunciasset fideicommisso, idcirco deinde
subiunxit: *Salua subrogatione Casalium Pollinis, & Radicicoli in locum Scurani, & absque renunciatione mutuo, seu reciproco fideicommisso*, adeò quod om-
23. nes dictæ coniecturæ reddantur in primis æquiuo-
cæ, & imperfectæ, quæ propterea non possunt
inter se coniungi ad aliquid probandum, Bald. *in l. siquis ex argentariis, §. 1. num. 2. & seqq. ff. de eden.*
Gabr. *de probat. concl. 1. num. 13.* Rot *decis. 519. num. 7. part. 2. recent.* Et vlterius destruuntur à contrariis
probatiunibus fortioribus, & necessariò, vt supra
concludentibus, *l. diuus de in integr. restit. min* Abb.
in c. transmissa qui fil. sint legit. in fin. late Menoch.
de præsumpt. lib. 1. q. 30 n. 1.

Quæ omnia si essent dubia, cuius quidem con-
trarium patet ex præmissis, adhuc declararentur ex
longeua, & diuturna obseruantia ponderata in
prima decisione, §. *Quibus accedit*, vbi apparet d.
24 Iulium Cæsarem, & eius descendentes semper re-
tinuisse dd. Casalia tanquam fideicommissaria, &
hodie additur quod Franciscus, vltimus masculus
ex descendentibus d. Iulij Cæsaris in alienatione
eorundem Casalium procurauit, & adhibuit etiam
consensum vocatorum ad fideicommissum, cum
pacto expresso vt pretium inuestiretur, & inuesti-
menta stare debeant pro ipsis venditoribus, eorum
descendentibus, aliisque de domo, & familia de
Ceulis ad successionem dd. bonorum vocatis ex te-
stamento, & codicillis Hieronymi Aui paterni,
atque subiaceant eidemmet fideicommisso, & pro-
hibitionibus alienandi, aliisque omnibus, prout
subiacebant dd. bona ex dispositione dicti Hiero-
nymi, & iuxta præmissa subsequuta fuit sententia
Cardinalis Vicarij, derogatoria fideicommissi, sub-
rogans inuestimentum in locum rei venditæ, ad
commodum omnium vocatorum ad fideicommis-
sum in omnes casus à dicto Hieronymo dispositos;
vnde fit, quod DD. Eleonora, & litis consortes,
venientes hæreditario nomine d. Francisci, non
possint illius factum impugnare, vt in terminis de-
cidit *Text. in l. 2. C. de fideicom. l. cum à matre C. de rei vendic. l. ex qua persona, ff. de reg. iur.* Pinell. *in l. 1. part. 3. num. 81. C. de bon. matern.* Rolan. *cons. 34. n. 72. lib. 4.* & dixit Rota *in Firmana bonorum 23. Iunij*
25 *1589. coram Gipsio*; & quod obseruantia in hac ma-
teria sit plurimum attendenda, tradit Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. c. 6. num. 57.* Capt. *cons. 158. in fin.* Crauett. *cons. 766. num. 7.* Menoch. *cons. 349. num. 15* Rota *decis. 185. n. 4. part. 5. recent.*
26 Denique nihil vrgere visa fuit exceptio læsio-
nis, quia vltra quod ea in hoc Iudicio immissionis
non admittitur, vt firmauit *Rota in Viterbien. Castrorum 2. Martij 1622. coram bon. mem. Coccino Decano*, nec in facto subsistit; corruit penitus obiectum
ex eo, quod sumus in transactione, cuius vigore
dicti Iulius Cæsar, & eius descendentes consecuti
sunt spem succedendi in amplissimo reciproco fi-
deicommisso, in casu deficientiæ lineæ Tiberij se-
nioris, & aliorum fratrum, retinendo interim bona
27 à patre relicta, & propterea læsio non habetur in
consideratione, tanquam casu fortuito contingens, *l. verum § sciendum, & § seq. ff de minor. & l. fin. C. de restit. in integ.* benè ad propositum Odd. *in cons. 60. n. 10. & 11.*

Et sic decisum vtraque parte pluries audita, & acerrimè informante.

Eugubina refectionis damnorum.

Mercurij 23. Ianuarij 1641.

ARGVMENTVM.

De refectione damnorum ob procurationem exactionis censuum ad quorum solutionem ipse procurans tenebatur mediantibus aliis factam, via ordinaria non exequutiua præstanda.

Vide suprà *Part. I. Dec. 156.*

SVMMARIVM.

1 *Damni causam qui dat ad illius emendam tenetur, etiamsi qui occasionem damni dedit illud inferendi animum non habuerit.*
2 *Damna quando proueniunt ex sententia criminali ob imprudentiam Iudicis lata, casus fortuitus reputatur.*
3 *De casu fortuito nemo tenetur.*
4 *Culpa quotiescumque casum præcessit, tunc qui fuit in culpa etiam de casu fortuito tenetur.*
5 *Exigere procurans quod ipsemet debet de casu fortuito tenetur, etiamsi culpa ad casum non fuerit ordinata.*
6 *Obligatus à culpa non excusatur quando id quod debet non facit.*
7 *Notitiam litis habens scripturásque ad causam facientes penes se retinens, ignorantiam ad effectum se excusandi à defensione allegare non potest.*
8 *Ignorantiam non potest allegare qui actualem defensionem assumit.*
9 *Procurator in criminalibus regulariter non admittitur.*
10 *Procurator admittitur quando agitur de reuocatione sententia criminalis pœnam pecuniariam imponentis.*
11 *Executio nisi pro expressè scriptis in scriptura obligatione Camerali vallata non competit.*
12 *In obligatione non fit extensio de casu ad casum sed de re ad rem.*
13 *Contractus verba sunt forma ipsius quibus nihil addi vel detrahi potest, & quod non fuit expressum pro omisso habetur*
14 *Molestia quando non est indemnitatis promissio non imputatur, nec refectio damni ex indicato resultantis.*
15 *Verbum* aliquam *(scil. molestiam) vti vniuersale ac in oratione negatiua positum, omnia damna etiam insolita comprehendit.*
16 *Participium* promettendo *quando sine copula est appositum dispositionem restringit.*
17 *Participium* promettendo *in relatiuum & verbum temporis præsentis resoluitur.*
18 *Dictio* altra *est repetitiua similium, diuersitatem in supposito & identitatem in substantia significans.*

19 *Obligatio ad incogitata pendentia à futuro euentu referri non potest.*
20 *Verba vniuersalia vt euitentur absurda contingentia secundùm subiectam materiam restringi debent.*
21 *Fides extraiudicialis nihil probat.*

DECISIO CLXVIII.

SVb die 4. Iunij anni præteriti resolutum fuit in hac causa, Zeccadorum teneri ad refectionem damnorum de quibus agitur, via ordinaria, non autem executiua, vt in decisione tunc extensa. Sed cum neutra pars d. resolutioni acquiesceret, nam Zeccadorus eam impugnabat sub prætextu quod nullo modo teneretur, & Conuentini prætendebant non solùm ipsum teneri via ordinaria, sed etiam executiua; ideo causam repropolui super eisdem, & Domini steterunt in decisis.

Etenim quantum attinet ad viam ordinariam dixerunt, quòd cum d. Zeccadorus procurauerit exactionem fructuum censuum sibi à Conuentinis cessorum, mediantibus eisdem Conuentinis, ad quorum tamen fructuum solutionem, & censuum extinctionem ipsemet tenebatur, & occasione d. indebitæ exactionis euenerint damna de quibus agitur, vtique ad eorum refectionem debeat condemnari, iuxta vulgarem regulam in d. decisione
1 recensitam, vt qui causam damni dat damnum dedisse videatur, & ad illius emendam teneatur, *c. si egressus*, vbi Gloss. *verb. reddet damnum*, cum ibi notat. per DD. *de iniur. & damn. dat.* Ioan. de Amic. *cons. 12. num. 12.* Ciriac. *controu. 141. num. 12. & 13.* vbi id ampliat, etiamsi qui occasionem damni dedit illud inferendi animum non habuerit, Gratian. *decis. 57. num. 2.* In contrarium verò adducta procedere existimarunt, quando occasio damni prouenit ex culpa leui, seu leuissima, in quibus terminis loquitur Læs. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 7. dubitat. 6. n. 25. & 26* cum aliis ex aduerso allegat.

2 Nec obstare visum fuit, quod damna prædicta proueniant ex sententia Criminali lata ob imprudentiam Iudicis, & sic reputetur casus fortuitus, vt aduertit Bart. *in l. si per imprudentiam vers. dicam ergo breuiter, ff. de euict.* Socin. *in l. quidam relegatus 6. sub num. 2 vers. tamen ex mente. ff. de reb. dub.* & de
3 casu fortuito nemo teneatur, *l. qui fortuitis, C. de pignorat. action. l. 1. §. his quoque, ff. de act. & obligat.* Bald. *cons. 145. num. 1. lib. 3. & cons. 53. num. 1. lib. 4.*

Quia visum fuit non subsistere, quod dicta sententia fuerit prolata per imprudentiam Iudicis: Nam licet Conuentini essent innocentes tanquam inscij de facto Zeccadori eorum cessionarij, ad cuius requisitionem, & commodum egerunt bona fide, Iudex tamen cui hoc deductum non fuerat, potuit ex actis contra eos iudicare, extinguendo sortem principalem dd. censuum, & de subsequenti cessione de eis facta per Conuentinos eidem Zeccadoro, ac de processu postea fabricato per eosdem Conuentinos in Iudicio moto pro exactione fructuum eorumdem censuum; hinc enim clarè resultabat prætensum delictum vel collusionis inter Conuentinos, & Zeccadorum, vel quod bis idem creditum exigi procuraretur, vltra quod quoties-
4 cumque aliqua culpa præcessit casum, tunc qui fuit in culpa tenebitur etiam de casu fortuito, vt *in §. is cui instit. quib. mod. recontrahit obligat. l. in rebus*, ibique Gloss. *verb. præstare, & l. si vt certo, §. si interdum, ff. locat. cap. 2. de deposit.* Dec. *in l. contractus num. 47. ff. de regul. Iur.* Roman. *cons. 9. in princip. vers. in contrarium & cons. 395. num. 1. & seqq.* Aymon. *cons. 64. num. 5. & cons. 247. num. 1.* Rota coram S. mem. Gregor. XV. *decis. 146. n. 14.*

Culpa autem in præsenti est manifesta, dum d.
Zeccadorus procurauit exigere id quod ipsemet 5
debebat, & sic dedit operam rei illicitæ, & per consequens tenetur de casu fortuito, etiam quod culpa non fuerit ordinata ad casum, per ea quæ cumulat Surd. *in cons. 12. num. 66.* & augetur ex eo, quod in literis missiuis per eum post prolatam sententiam scriptis, asserit Conuentinos fuisse admissos ad defensiones, & profitetur se esse procuraturum reuocationem condemnationis ibi; *Il negotio de Signori Conuentini è assodato in maniera, che non haueranno più fastidio, perche son messi alle diffese, e delitto alcuno non ue sarà auanti per la reuocatione,* & tamen non constat quod Conuentini fuissent admissi ad defensiones, nec fuerit procurata reuocatio condemnationis; qui igitur non facit id ad quod 6
est obligatus non excusatur a culpa, *l. qui non facit, ff. de regul. Iur.* facit text. *in l. 1. §. penult. ff. quarum legat.*

Absque quod se excusare valeat ex eo quod per Conuentinos fuerit ei reuocatum mandatum procuræ, nec fuerit interpellatus ad eos defendendum, quia mandatum, quod fuit reuocatum non erat factum in eius personam, nec pro defensione litis criminalis, pro qua idem Zeccadorus tanquam mandatum petiit, & interpellatio pro defensione non requirebatur, cum & ipse quoque in iudicio
criminali citaretur tanquam Correus, & sic igno- 7
rantiam allegare non poterat ad effectum se excusandi à defensione, prout dicitur de eo, qui tenetur de euictione, & habuit notitiam litis, & retinet scripturas ad causam facientes penes se, ex tradit. per Alex. *in l. 2. §. voluntate, num. 15. ff. solut. matrim.* Mangill. *de euict. quæst. 4. num. 84* Rota *in Sancti Seuerini Dotis 20. Maij 1622. coram Remboldo*, ma-
ximè cum actualem defensionem assumpsisset, vt 8
supra fuit probatum ex eius confessione emanata in litteris missiuis, Afflict. *in cap. 1. num. 10. de feud. Vassall.* & vlterius Conuentini tunc temporis erant minores, Mangil. *d. quæst. 4. num. 87. & 88.*

Prout etiam nec obstare dictum fuit, quod ipsi Conuentini quoque fuerint in culpa ob contumaciam in comparendo personaliter, cùm in crimi- 9
nalibus regulariter non admittatur Procurator, vt est text. *in l. penult. §. crimen*, cum ibi notat. per DD. *ff. de public. iudic. & in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procurat.* Marian. *in cap. veniens num. 20. & seqq. de accusat.* quoniam Conuentini in partibus commorantes de Iudicio criminali contra eos in Curia moto ante sententiam non habuerunt notitiam, cùm fuerint citati ad valuas, & post sententiam steterunt sub bona fide d. Zeccadori, asserentis eos fuisse admissos ad defensiones, & se prosecuturum esse pro reuocatione condemnationis, vt in dd. litteris missiuis supra relatis; vnde fit quod semper verum est dicere, quod culpâ eiusdem Zeccadori damna euenerunt. Nam quatenus subsisteret quod ipse pro Conuentinis in iudicio comparere non posset, debebat id eis nunciare, vel ab eis requirere mandatum procuræ, cuius vigore procul dubio
poterat in iudicio comparere, quia agebatur de 10
reuocatione sententiæ criminalis imponentis pœnam pecuniariam, quo casu admittitur Procurator, vt ex communi DD. opinione dicit Marian. *in cap.*

veniens

veniens num. 24. *de accusat.* Menchiaca *contron.vsufrequen.cap.* 17. *in fin.* quos refert, & sequitur Clar. *in prax.Crimin.lib.* 5. §. *fin.quæst.* 32. *num.* 4.

Quo verò ad viam executiuam illam non com-
11 petere DD. existimarunt, quia ea non datur nisi
pro expressè scriptis in scriptura obligatione Camerali vallata, Galles. *de obligat.Cameral. tit. de vi Instrument.obligat.Cam.num.* 15. Mancin. *de Iuram. part.* 4. *effect.* 196. *numer.* 5. Reginell. *de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *verb. obligatio Cameralis num.* 164. Rota impress. apud Zacch. *post tract. de obligat. Camer.decis.* 84. *numer.* 2. & *decis* 111. *numer.* 13. dum igitur in apoca cuius vigore agitur non adest promissio reficiendi damna, quæ occasione litis criminalis Conuentini paterentur, cessat via executi-
12 ua, cùm in obligatione extensio non fiat de casu ad casum, seu de re ad rem, *l.quicquid adstringenda, ff de verb.oblig.l.fideiussores Magistratuum, ff de fideiuss.* Rota *decis.* 50. *numer.* 5. & *decis.* 403. *num.* 1.
13 *part.* 1. *recent.* verba enim contractus sunt forma
ipsius, itavt nihil addi vel detrahi possit, & pro omisso habetur quod non fuit expressum, Bald. *in l.quoties n.* 4. *C.de suis, & legitim. hæred.* Rota *decis.* 55. *n.* 1 *part.* 1. *recent.*

Neque releuare censuerunt generalem promis-
sionem d. Zeccadori, quod scilicet Conuentini non
14 habebant molestiam aliquam, quæ importat pro-
missionem indemnitatis, Barz. *decis.* 14. *numer.* 4. *vers. præterea*, & *num. seqq.* & consequenter solutionem iudicati, & refectionem damni ex iudicato resultantis, *l. rectè defendi, ff. de iudic. l. iudicatum, ff de Iudic. soluen* Coccin. *decis.* 76. *numer.* 11. & *seqq.* quomodocunque illud proueniat, ponde-
15 rando verbum (*aliquam*) quod vti vniuersale ac po-
situm in oratione negatiua comprehendit omnia damna etiam insolita, Aymon. *consil.* 308. *numer* 6.

Quoniam d. promissio restringitur ad molestias expensarum litis, vt colligitur ex verbis eiusdem obligationis, vbi postquam Zeccadorus promisit, quod *detti Signori Conuentini non haueranno, ne patiranno molestia alcuna*, statim subiunxit, *promettendo io di mio proprio pagar tutte le spese tanto de patrocinij, de Procuratori, & Auuocati, quanto d'ogni altra*
16 *cosa*, ponderando illud verbum participium *pro-*
mettendo, quod restringit dispositionem quando provt hic est appositum sine copula, Roland. *cons.* 41. *numer.* 34. *lib.* 4. Ruin. *consil* 173. *num.* 2. *vol.* 2. & *cons.* 58. *numer.* 8. *vol.* 3. Surd. *cons.* 127. *numer.* 4. *cum plurib seqq.* Menoch. *consil.* 395. *num.* 64. maximè cùm tunc temporis nulla adesset molestia criminalis, sed bene aderant expensæ litium ciuilium iam motarum, vt probatur ex illis verbis obligationis ibi, *per causa delle liti, &c. che si fanno in Roma*: quapropter promissio est restringenda ad molestias expensarum litium ciuilium, quæ tunc temporis agi-
17 tabantur in Vrbe, provt denotat dictum partici-
pium, quod resoluitur in relatiuum, & verbum illius temporis scilicet præsentis, Gloss. *in Clement.* 1. *verb. si dignitatibus de præben.* Natt. *cons.* 204. *num* 13. Alexand *cons.* 7. *num* 16 *lib.* 7. & quamuis illa verba *pagar tutte le spese tanto de patrocinij quanto d'ogni altra cosa*, sint vniuersalia, referri tamen debent ad expensas patrociniorum Procuratorum & Aduocatorum, & ad alias quascunque expensas, scilicet citationum, ac aliorum actorum iudicialium, quia
18 illa dictio (altra) est repetitiua similium, & signifi-
cat diuersitatem in supposito, & identitatem in substantia, ad text *in l. si fugitiui* & ibi Gloss. *Cod. de seru. fugitiu.* Bald. *in l. fin. numer.* 11. *Cod de his quæ à non Domin. manum.* Aretin. *consil.* 116. *numer.* 3. *post med.* Rot. *decis.* 327. *numer.* 7. *part.* 1. *recent.*

Idque suadetur ex eo quod cùm tunc temporis non possent excogitari damna de quibus agitur, vti subsecuta ex lite criminali postea mota, non po-
test obligatio referri ad incogitata pendentia à 19
futuro euentu, *leg. cum Aquiliana leg. qui cum Tutoris, ff. de transact. leg. qui Romæ*, §. *duo fratres, ff. de verb. oblig* Alciat. *cons.* 9. *numer.* 15. *lib.* 8. Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 1. *numer.* 29. adeò
quod vniuersalitas verborum *molestia alcuna* ex 20
aduerso ponderata, debet restringi secundum subiectam materiam, Gemin. *consil.* 29. alias enim remaneret quis ad incogitata obligatus, pro quo absurdo euitando restrictio admitti debet, vt post Signorol. *in cons.* 188. *numer.* 7. tenet Barbos. *de diction. vsufrequen. diction.* 22. *numer.* 9.

Nec visæ fuerunt suffragari fides duorum testium, quibus probari prætendebatur d. obligationem fuisse per Conuentinos procuratam ob molestias criminales; quod comprobari dicebatur ex quo d. obligationem præcesserat protestatio Manni, contra quem agebatur pro exactione fructuum dd. censuum, vt scilicet Conuentini declararent in actis medio Iuramento, an vellent vti Instrumento asserti census pro vero, bono, & legali, & non exacto, attento quod intendebat dictum Instrumentum de falso
redarguere. Quia vltra quod dd. fides vti extraiu- 21
diciales nihil probant, Cæs. de Grass. *decis.* 1. *numer.* 13. *de sponsal.* Buratt. *decis.* 244. *numer.* 2. & *decis.* 468. *num.* 3. & 5. in eis non attestatur, nec aliunde probatur, quod dd. Conuentini habuerint notitiam d. protestationis, & ideo dici nequit quod obligatio fuerit procurata pro liberatione a molestiis, quæ euenire poterant ex comminata criminalitate in d. protestatione.

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Bononien. de Berois.

Lunæ 18. Februarij 1641.

ARGVMENTVM

Promissio in transactione alternatiuè emissa de restituendo vel vnum vel aliud prædium de quibus agitur, per restitutionem vnius ex promissis in secunda transactione factam, iuxta naturam alternatiuæ satis supérque adimpleta censetur.

SVMMARIVM.

1 *Natura alternatiua est vt in vno ex promissis promissio verificetur.*

2 *Alternatiuæ electio tam vigore pacti conuenti quàm de Iure competit promittenti.*

3 *Obligatio & facultas eligendi vti accessoria in hæredibus continuatur.*

4 *Ex alternatiua debitis vna re perempta obligatio remanet in alia, illám ue debitor tradere vel pretium rei peremptæ soluere tenetur.*

5 *Confessio*

5 *Confessio transigentium contra confitentes & super omne genus probationis plenè probat.*

6 *Assignatio in secunda transactione de prædio facta uti fideicommisso subiecta, tanquam erronea & ex falsa causa ob defectum consensus proueniens non sustinetur.*

7 *Error quoties est expressus, semper in eo in quo est erratum transactio rescinditur.*

8 *Confessio de fideicommisso ab eius Auctore emanata impugnari non potest.*

9 *Error ad effectum probandi exclusionem à prætensione legatorum & creditis fructuum cessat, cùm de eo patenter non constet, & aliàs rem dubiam esse sufficiat.*

10 *Reseruatio nihil operatur ubi aliquid reseruabile non inuenit.*

11 *Restitutionem rei uti fideicommisso subiectæ in transactione promittens, eiusdem comprehensio in fideicommisso saltem in vim pacti & conuentionis sustinetur.*

12 *Regressus ad iura eadem semel remittentibus non datur.*

13 *Bona antiqua in dubio fideicommissi regulariter sub dispositione Testatoris non comprehenduntur.*

14 *Testari de alienis bonis nemo præsumitur.*

15 *Res etiam alienæ in hæreditate Testatoris repertæ in eius inuentario describi debent.*

16 *Clausula* non apponenda pro non appositis haberi, *describentem ab omni præiudicio præseruat.*

DECISIO CLXIX.

IN transactione inita de anno 1621. super restitutione bonorum subiectorum fideicommisso eximij Iurisconsulti Augustini Beroi, Ioan. Franciscus Berous hæres Herculis hæredis grauati restituit bona fideicommissaria D. Ludouico Beroo, ad cuius fauorem erat d. fideicommissum purificatum, & quia prædium Butrij pariter fideicommissarium spectabat quoad vsumfructum ad D. Lucretiam Castellam; Ideò promisit post trimestre ab obitu d. Lucretiæ aliud quoque d Ludouico restituere, vel in eius locum illud nuncupatum Fioppa Bianca, situm in Communi Burgi Panicalis subrogare ad ipsius promittentis electionem.

Postmodùm adhuc viuente d. Lucretia obiit d. Ioan. Franciscus, per cuius obitum prætendens d. Ludouicus similiter ad sui fauorem fuisse purificatum fideicommissum Herculis Beroi, deuenit ad transactionem de anno 1636. cum hæredibus d. Ioan. Francisci, in qua inter alia bona fideicommissaria d. Herculis recepit prædium Butrij; & quia vlterius prætendebat post decessum d. Lucretiæ sibi tradi d. prædium Burgi Panicalis, seu pretium d. prædij Butrij, iuxta formam primæ transactionis anni 1621. & ab hæredibus id impugnabatur, fuit super hac controuersia factum compromissum, & à Iudicibus compromissarijs pronunciatum ad eiusdem Ludouici fauorem. Quare interposita appellatione per dd. hæredes ab hac pronunciatione, & causa in Rota introducta mihique commissa dubitaui, an finito vsufructu prædium Burgi Panicalis sit relaxandum D. Ludouico, seu pretium prædij Butrij soluendum, & post plures causæ positiones fuit tandem hodie negatiue responsum.

Ratio resolutionis fuit, quia cùm promissio d. Ioan. Francisci emissa in transactione anni 1621.
fuerit alternatiua de restituendo, vel prædium Butrij, vel aliud Burgi Panicalis, satis adimpleta dicitur per restitutionem d. prædij Butrij factam in secunda transactione anni 1636. per hæredes d. Io. 1
Francisci, iuxtà naturam alternatiuæ, quæ sufficit, vt in vno ex promissis verificetur, *c. in alternatiuis de regul. iur. in 6. l. si hæredi plures, ff. de condit. instit.* Bart. *in l. si is, qui ducenta, §. cum ita, ff. de reb. dub. l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. obligat.* Gabr. *cons.* 118. *num. 2. vol. 2.* Rota *decis.* 611. *num 3 part. 5. recent.*
Et huiusmodi alternatiuæ electio, sicut competebat d. Ioan. Francisco promittenti tam vigore pacti 2
conuenti, quam de iure, vt est text. *in l. plerumque circa fin. vers. verum si ita fuerit, ff. de iur. dot.* Surd. *decis.* 318. *num 3.* Caual *decis.* 582. *num 1. vers. cum autem,* ita competiit eius hæredibus in quibus continuatur obligatio, & consequenter facultas eli- 3
gendi vti accessoria, per text *in l. si stipulatus fuerim illud, aut illud, ff. de verb. oblig. l. seruus si hæredi in princ ff. de stat lib. l. illud aut illud, ff de option. legat.* Molin. *de Hispan. primogen lib. 1. cap 4 num. 62 vers. quamuis enim,* vbi Adden. ad compl ures congerit Ant. Gomez. *var. resol. tom. 2. cap. 11. tit. de qualit. contract. n. 41.*

Non obstat, quod d. prædium Butrij fuerit in secunda transactione restitutum tanquam suppositum fideicommisso Herculis, & sic pro adimplenda promissione facta in prima transactione, debeat solui pretium eiusdem prædij Butrij, vel restitui prædium Burgi Panicalis, argum. text. *in l. Sticum aut Pamphi-*
lum. ff. de solut. vbi disponitur, quod perempta vna 4
re ex alternatiuæ debitis remanet obligatio in alia, & illam tenetur debitor tradere, vel pretium rei peremptæ soluere, vt ex doctrina Bart. declarat Ant. Gomez *tom. 3. var. ar. d. cap. 11. num. 40. vers. vnum tamen est.*

Quia non subsistit, quod d prædium Butrij fuerit suppositum fideicommisso Herculis, imò ex prima transactione clarè patet illud subiacere fidei-
commisso Doctoris Augustini ex expressa confes- 5
sione transigentium, quæ plenè probat contra Confitentes, *l. generaliter, C. de non numerat. pecun. cap. per tuas de probat.* & superat omne genus probationis, *l. cum te la 2. C. de transact.* Bald. *cons.* 192. *num. 8. lib 2.* Honded. *cons.* 50. *num. 24. lib 1* & ideò
subsequens assignatio de eo facta in secunda trans- 6
actione vti subiecta fideicommisso Herculis non sustinetur tanquam erronea, & ex falsa causa proueniens ob defectum consensus, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. Iud. l. 1. C de error. calcul.* quod procedit etiamsi causa expressa non fuerit falsa in totum, vt notant communiter DD. *in ll mox citat.* & præcipuè Castr. *in dict. l. 1. C. de error calcul. in fin.* Seraphin.
decis. 175 *num.* 10. & 11. vbi, quod quoties error est 7
expressus semper in eo in quo est erratum, transactio rescinditur.

Minus obstat, quod si d. prædium Butrij debetur d. Ludouico ex fideicommisso Augustini, debeatur etiam prædium Burgi Panicalis ex fideicommisso d. Herculis, quia non probatur d. prædium Burgi Panicalis subiacere fideicommisso d. Herculis, sed potiùs constat de contrario, cùm idem Hercules fideicommittens in Instrumento transactionis præuia cognitione causæ à Iurisperitis habita, quod fecit de anno 1613. cum d. q. Ioan Francisco fassus fuerit prædium hoc spectare ad Iuniperam vxorem d. Augustini, tàm quoad vsumfructum, quàm quoad proprietatem, & in eiusdem Iuniperæ fideicommisso esse comprehensum, addita obligatione illud restituendi

restituendi in casum obitus ipsius Herculis sine
descendentibus dicto Ioan. Francisco, vel eius de-
scendentibus vocatis ad fideicommissum d.Iunipe-
8 ræ, quæ quidem confessio non potest à Ludonico
impugnati, vti emanata ab eius Auctore, *l. si supe-
ratus in princip. ff. de pignor.* Bald.*cons.* 564.*n.* 2.*vers.* 3.
*lib.*2.Felin *in c.inter dilectos n* 8.*de fid.instr.* Rot.*dec.*1.
eod tit.in antiq.& coram Butatto *decis.*733.*n.*5.

Nec ista confessio detegitur erronea, ex eo quod
hoc prædium d.Iuniperæ fuerit antecedenter à filiis
assignatum, ex causa portionis successionis ei delatę,
ob prædecessum alterius filij cum clausula, reserua-
tis iuribus assignantium post eius mortem, & sic
assignatio prædicta intelligi debeat de vsufructu
tantum. Quoniam dicta assignatio non fuit facta
pro portione successionis filij prædefuncti dumtaxat,
sed etiam pro credito fructuum propriorum bono-
rum, quæ ipsa Iunipera in communi post mortem
viri poliuerat, & pro legatis eidem à marito factis,
9 pro quibus datio in solutum debeat irreuocabiliter
fieri, non autem reduci ad simplicem vsumfructum,
& propterea dum vita functa d. Iunipera filij non
docuerunt de eorum iuribus, per quæ excluderetur
ipsa à prætentione dictorum legatorum, & crediti
fructuum, cessat prætensus error, de quo ad hunc
effectum deberet patenter constare, aliàs sufficit
rem esse dubiam, *l.*1 *ff. de transact. l.*2.*C.eod tit.* Cran.
*cons.*151.*n* 27. Becc.*cons* 109 *n.*9 & 10 Adden. ad
Greg XV.*in dec.*149.*n.*7. Seraph.*decis.*638 *n.*6.*cum
seqq. vsque ad fin.* Caual.*dec.*407 *n.*7 & 8.cũ aliis ple-
na manu congestis in similibus terminis *in Bononien.
transactionis* 25 *Febr.*1639.*§.illudque plurimi coram D.
meo Merlino, & in Forolitiien fideicommissi de Acconciis*
1 *huius mensis coram D meo Ghislerio*: & clausula illa
10 *saluis iuribus assignantium*, nihil obest cùm reseruatio
nihil operatur, vbi non inuenit aliquid reseruabile;
ita Angel per text.*in l. si quis legauerit de leg.*1.Felin.
*in c.inter dilectos col.*6.*de fid.instr.* Becc.*cons.*34.*n.*13.

11 Quinimò ex quo idem Hercules in d.transactio-
ne promisit per pactum expressum restitutionem
dicti prædij, vti subiecti fideicommisso Iuniperæ re-
nunciãdo declarationi prius à filiis Augustini factæ
in diuisione, quod scilicet d.assignatio intelligere-
tur quoad vsumfructum tantùm, sustinetur eiusdem
prædij comprehensio in fideicommisso d. Iuniperæ
saltem in vim pacti, & conuentionis, Salicet. *in l. si
de certa n.*1.*C.de transact.* Alex.*cons.*11.*n.*7.*l.*3.Hond.
*cons.*49.*n.*34.*vers insuper dico l.*1.& fuit nouissimè di-
ctũ *in Romana fideicom.de Ceulis* 14.*Ianuarij præteriti*
42 *coram me.* Remittentibus autẽ iura sua non datur am-
plius ad ea regressus, *l quæritur, § si venditor, ff de ædil.
edict.* Cranet.*cons.*24.*n.*4. Rot.*dec* 382 *n.*1.*p.*1.*rec.*

Cùm igitur dictus Hercules disposuerit de bonis
suis, declarando in testamẽto, quod non intendebat
disponere de bonis, quæ quomodocumque spectare
dici possent ad fideicommissa Augustini, & Iuni-
peræ, & ex prædictis pateat istud prædium Burgi
Panicalis spectare ad fideicommissum Iuniperæ, se-
quitur pernecesse dicendum, quod de eo Testator
disponere noluerit, idemque esset concludendum,
13 quatenus hoc expresse non declarasset, quia in dubio
bona antiqua fideicõmissi regulariter non compre-
henduntur sub dispositione Testatoris, *l sequens quæ-
stio, ff de legat* 1.& ibi communiter Doctor. Mantic.
*de coniect vlt.volunt.l.*9.*tit.*6 *n* 8.*in fine.* Peregr.*de fi-
deic art* 6.*n* 8.Surd.*dec.*93.*n.*17 & 19.*cum seqq.* Rot.
14 *dec* 84 *n.*5 *in fin. p.*2.*recent.* nemò enim præsumitur
testari de alienis bonis, Gloss *in l conficiuntur, §. si post
factum verb testatur in fin. ff de iur. codicill.* & *in l.*1.
C.qui testam facer. poss.

Hincque patet non aduersari, quod d. Io. Fran-
ciscus in Inuentario bonorum d.Herculis fideicom-
mittentis descripserit prædium prædictum, quia
etiam res alienæ repertæ in hæreditate Testatoris 15
describi debent in eius Inuentario, ex traditis per
Bald.*in l.fin.§.cum igitur n.* o *C.de iur deliber.*& *in l.
item videndum, §. fin. ff.de petit.hæred.* Sed non ideò
per hanc descriptionem efficiuntur hæreditariæ, at-
tenta præcipuè clausula illa in d. Inuentario appo-
sita, quod scilicet non apponenda habeantur pro 16
non appositis, quæ præseruat describentem ab omni
præiudicio, Castr.*in d l.fin. §.cum igitur, C.de iur.de-
liber.* Angel.*in l.*1. *§.hæc stipulatio n.*24. *ff. si cui plus
quam per l.Falcid* Grat.*cons.*25.*n.*2.quos refert & se-
quitur Rot.*in decis.*287.*n.*6.*p.*3.*recent.*

Ex quibus cùm constet prædium Butrij spectare
ad fideicommissum Doctoris Augustini, & vti tale
fuisse assignatum Ludonico Actori in transactione
1621. & prædium Burgi Panicalis pertinere ad fi-
deicommissum Iuniperæ, ad quod legitur vocatus
Ioan. Franciscus Auctor Herculis Iunioris rei con-
uenti, dixerunt Domini d. prædium Burgi Panica-
lis non esse relaxandum, nec pretium Butrij soluen-
dum, vtraque parte audita, &c.

Romana Pecuniaria seu Pensionis.

Lunæ 4. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

De mandato ad instantiam partis pro repe-
titione terminorum pensionis de qua
agitur non relaxando; quatuor quan-
tumvis replicationibus contra funda-
menta prioris decisionis in hac causa
factæ adductis.

Vide suprà *Part. I. Decis.*166.

SVMMARIVM.

1 *Pater filium sui intuitu & contemplatione obliga-
tum indemnem releuare tenetur.*

2 *Filius quando gessit negocium Patris contra Patrem
actionem habet.*

3 *Filio in legitimam ea tantùm imputantur, quæ ex sub
stantia ipsius Testatoris ac eius Iudicio & volun-
tate non aliundè procedunt.*

4 *Dominus prece & pretio famulo iubere potest vt se
examini subiiciat & veritatem dicat.*

5 *Filij non interest an onus soluendi pensionem magis
spectet ad Patrem quàm fratrem, cùm à fratre
pro quo fide iussit debeat releuari.*

6 *Legitima pinguior ex hereditate deducitur ære alie-
no detracto.*

7 *Dictum testis cùm ex partitis necessariis verifice-
tur, tollitur contrarietas mendaciùmque excusatur.
Dictum testis non est calumniandũ sed iuuandum*, ib.

8 *Obseruantia prior vti magis conformis depositionibus
testium & tempori reseruationis pensionis, præua-
lere semper & attendi debet.*

9 *Abbas procurando beneficium obligans se intuitu &
contemplatione Patris cum pacto releuationis in-
demnitatis, an vitium Simoniæ incurrat.*

10 *Pactum releuandi indemnem dum non præcessisse
probatur, Simonia omnis & confidentia excluditur.*

11 *Declaratio Patris agnoscendo filium ad sui contem-
plationem se pro pensione obligasse, in vim pacti
præcedentis subsecuta non dicitur nisi eadem
concludenter probetur.*

12 *Declarationis illa semper est facienda interpretatio qua per possibile delictum excludere potest.*
13 *Simonia ex vicinitate actuum non inducitur.*

DECISIO CLXX.

MANDATUM non esse relaxandum ad instantiam D. Philippi hæredis bon.mem. Octauij Costæ pro repetitione terminorum pensionis de qua agitur, contra D. Abbatem Io. Antonium, responderunt Domini sub die 14. Decembris anni præteriti, & hodie causa reproposita super eisdem steterunt in decisis eadem moti ratione.

Quia ex confessione d.Octauij emissa in suo testamento, coadiuuata ex depositionibus duorum testium, ex epistola D. Benedicti eius filij, ac ex obseruantia subsecuta satis aperte constare visum fuit, d. Abbatem se obligasse ad hanc pensionem persoluendam intuitu & contemplatione eiusdem Octauij Patris, qui propterea tenetur filium sic
1 obligatum indemnem releuare, vt firmatum fuit in decisione sub dicta die extensa per text *in l.si pupilli 6.§.item si Procuratori*,& in §.*sed ego ff.de negoc.gest.* absque quod aduertatur alius textus *in l.15.qui amicitia 46. ff. eodem*, quin potius retorquetur; nam sicuti ibi qui periit tutorem pro pupillis amicitia paterna ductus, non habet actionem contra pupillos, quia Patris intuitu contraxit; ita econtra ha-
2 bebit actionem contra Patrem quando provt hic negocium est Patris, licèt alio respectu sit filij, vt benè ibidem declarat Castr. *vers. aut propter amicitiam Patris*,allegans Gloss.*in d §.sed si ego*, & proinde agenti d. Philippo vti hæredi d Octauij pro repetitione eius, quod idem Octauius soluere tenebatur, obstat exceptio regulæ firmatæ *in text. l. vindicantem 17 ff.de euict.*

Quibus sic positis non releuare dixerunt Domini quatuor replicationes, quæ contra fundamenta d. decisionis adducebantur.

Non quidem prima, quod confessio testamentaria dicti Octauij desumpta ex illis verbis; *Oltre anco l'esser grauati li suoi fratelli à sua contemplatione de scudi trecento di pensione annua.&c* non probet d. Abbatem se obligasse eiusdem Octauij Patris contemplatione, ex quo illud verbum *sua* referri debeat ad personam D Episcopi, cuius causa pensiones fuerunt impositæ; quasi quod fratres contemplatione eorum fratris Episcopi dd pensionibus consenserint,non autem Patris.Quoniam illud verbum *sua* non potest referri nisi ad ipsum Octauium, qui ex quo filio Episcopo nil aliud in testamento reliquerat præterquam gemmam scut. 100. ad excusandum se à tam modico relicto reddit rationem, eò quia fuerat prouisus de Episcopatu, & aliis beneficiis, *& oltre anco esser grauati li suoi fratelli à sua contemplatione di scudi 300. di pensione*, aliàs enim non potuisset prætendere excusationem à tam mo-
3 dico relicto, cùm non valuisset in legitimam Episcopi imputare donationes illi factas à fratribus,sed tantùm ea,quæ venirent ex substantia ipsius Testatoris,ac ex eius Iudicio. & voluntate, *l.quoniam nouella in fin.ibi, si ex substantia eius profecta sit de cuius hæreditate agitur, C.de inoff.testam. l.vt liberis vers.vt in diuidendis,C.de collat.* Ant Gom *in l.29 Tauri n* 10. Berou.*cons.39.n.11.circa med.lib.2.* Rota *decis.* 568. *n.*10 coram Papa Greg.XV.

Non secunda,quod scilicet primus testis non debeat attendi, cùm esset famulus dicti Benedicti interesse habentis in causa,& eius iussu & suasione se subiecerit examini,& quod conuincatur de mendacio, dum ait d.Octauium in suo Codice rationũ se scripsisse debitorem huius pensionis,& tamen constet eam adnotasse ad debitũ d.Abbatis;Quia permittitur Domino iubere famulo,vt se examini sub- 4
iiciat,& veritatem dicat, imò etiam prece, & pretio id fieri potest,Rip.*in l.1.n.37.ff.si certè petat.*Dec. *cons.*189.*n.*16.Rot.*dec.*147.*n.*14.*in fin.part.*1.*rec.*& coram Papa Greg.XV *in dec.*351.*n* 24.& interesse d. Benedicti non benè pobatur ex eo, quod ipse quoque fideiusserit pro solutione d pensionis, nam 5
nihil eius interest, quod onus soluendi d.pensionẽ magis spectet ad Octauium Patrem, quàm ad Abbatem fratrem, cùm omni casu debeat releuari ab eodem Abbate pro quo fideiussit,quamvis releuatio sibi explicitè promissa non fuerit,*l.si remunerandi,§.si passus,ff mandat.* Mantic. *de tacit.lib.*16.*tit.*22.*n.*4. Surd *dec.*94.*n.*4.Quinimò magis eius interest quod hæreditas Octauij non teneatur, quia sic pinguiorẽ 6
habebit legitimam, quæ non deducitur nisi detracto ære alieno, *l.Papinianus,§ quarta, ff de inoffic.testam.*& hac cadẽ responsione tollitur id quod obiiciebatur contra epistolam d Benedicti pariter in dicta decisione recensitam.Mendacium verò d. testis tollitur ex facto, cùm benè verificentur eius dictum 7
ex partitis trium priorum terminorum d pensionis, in quibus d.Octauius in sui proprium debitum descripsit solutiones eiusdem pensionis; quod sufficit ad excusandum mendacium, & tollendam contrarietatem,*c cum tu 6.de test c cum expediat,de elect.in* 6.Bald *in l.de quibus circa fin.ff.de legib.*vbi quod dictum testis non est calumniatorium sed iuuandum, Aym.*cons.*7.*n.*5 Cæs.de Grass *decis.*4 *n.*5 *de testib.*

Non tertia, quod obseruantia in decisione ponderata sit erronea,& æquiuoca,nimirum quia desumitur ex solutionibus huius pensionis per d.Octauium spatio 17.annorum,cùm tamen constet exceptis tribus terminis dd solutiones fuisse positas ad debitum d. Abbatis, & solutiones dd. trium terminorum non loqui præcisè de hac pensione, sed *della pensione sopra li benefitij delli soi figlioli*, & sic posse referri ad pensiones quæ soluebantur pro aliis filiis; Quia pensiones reseruatæ ad fauorem Lãdinelli ob resignationẽ Episcopatus in personam d.Petri Frãcisci filij d.Octauij,fuerunt in totum scut.700. vltra 200.super quodam beneficio Hispalen. quæ soluebantur Didaco de Cardenas,& scuta 500.super beneficijs aliorũ filiorum scilicet scuta 250.super Abbatia d.Abbatis Rei cõuenti scuta 200.super beneficiis D.Valerij,& scuta 50 super beneficiis D.Ambrosij Dũ igitur solutio descripta in Codice rationũ dicti Octauij cantat in hæc verba, *& scudi 250 pagati à Monsignor Landinelli per il termine di Natale passato della pẽsione per Monsignor Vescouo suo figliolo*, dilucidè declarat in huius termini solutione fuisse comprehensam ratam pensionis tam d Abbatis, quàm aliorum fratrum, illa enim, quæ soluebatur Didaco de Cardenas non potest calculari in huius termini solutione,quæ legitur facta Landinello; & hinc patet obseruantiam desumptam ex solutionibus dd.terminorum non esse æquiuocam, sed certam,& indubitatam.Et licèt in posterum fuerit scriptus debitor dictus Abbas, hoc tamen potuit fieri 8
aliis particularibus respectibus, & propterea prior obseruantia vti magis conformis depositionibus testium, & magis proxima tempori reseruationis pensionis præualere, & attendi debet, Bald. *in proœm. digestor. num.*7. *per l.item mela*, §. *sed si alimenta,ff.de alim.legat.*Socin. *cons.*6.*num.*2.*lib.*1 Rota

coram

coram Papa Gregor. XV *in decis.* 325. *num.* 1. ibique Adden *n.* 26.

Non demùm aduersari visa fuit quarta, & vlti-
9 ma replicatio, quod nempè si conceditur d. Abbatem se obligasse intuitu, & contemplatione Patris cum pacto releuationis indemnitatis, intret vitium simoniæ ex adduct. per Nauarr *in cons.* 60. *de simon. lib. tom.* 2. quem sequitur Garz. *de benef part.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. Rota coram Seraph. *decis* 767. *num.* 4. Quia Nauarr. *in d. cons.* 60. & alij in contrarium allegati loquuntur in casu, quo tertius consenserit pensioni super proprio beneficio gratia resignatarij, & ab eo releuationem reportauerit, & ideò non applicantur huic casui, vbi Abbas non prætendit releuationem ab Episcopo, sed à Patre, & sic tam Abbas quàm Pater sunt tertij, & inter eos non militat ratio, quod exinde alter ex ipsis beneficium Ecclesiasticum procurauerit ad suimet fauorem, ideoque cessat vitium simoniæ, ad tradit. per Paris *in cons.* 135. *num.* 23. *cum seqq. lib* 4. & vlterius nullibi pro-
10 batur inter eos præcessisse pactum releuandi indemnem, quod sufficit ad excludendam simoniam, seu confidentiam, *c. Ataldus* 8. *quæst.* 1. Glos *in cap. ordinationes verb. precij*, vbi Card. Alex. *num.* 13. *part.* 1. *quæst.* 1 *glos.* Dec *in c. ex parte num.* 67. *& seq. de offic. delegat.* Cassad *decis.* 2. *de simon.* Rot. *decis.* 166. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Quamuis autem postea ex interuallo d.
11 Octauius declarauerit d. Abbatem se obligasse ad sui contemplationem agnoscendo facti veritatem, & in se assumpserit onus soluendi pensionem, non inde sequitur, quod pactum præcesserit, & quod dicta declaratio in vim dicti pacti præcedentis subsecuta fuerit, nisi concludenter probetur, Gloss. *in c. quampio in vers. postmodum quæst.* 2. Doctor. communiter *in c. veniens il primo de testibus*, Put. *decis.* 171. *lib.* 2. Rot *decis.* 108 *num.* 5. *part.* 1. & *decis.* 358.
12 *num.* 11. *part.* 2. *recent.* illa enim semper est facienda interpretatio, quæ per possibile possit excludere delictum prout est Simonia, *l. merito*, *ff. pro soc.* Barbat. *cons.* 77. *in princ. lib.* 4. Alciat. *de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 1. Rota coram Buratto *in decis.*
13 445. *num.* 5. & quod ex vicinitate actuum non inducatur Simonia, tenuit Rota in fortioribus terminis coram Papa Gregor. XV. *in decis.* 517. *n.* 31. *cum seqq.* & *inter recent. in d. decis.* 358. *d. num.* 11. *in fin.*

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Anconitana Dotis.

Vener. 15. Martij 1641.

ARGVMENTVM.

Citatio per appellantem à sententia Rotali cum inhibitione expedita, non impedit quin intret res iudicata ob non prosequutam appellationem intra terminum à Iure constitutum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intra terminum à iure constitutum non prosequuta, nulla præcedente prorogatione fatalium sententia in iudicatum transit.*

2 *Citatio cum inhibitione per appellantem expedita, vt causa non dicatur deserta nisi per biennium operatur.*

3 *Intimatione vigore decreti infra mensem non facta terminus non dicitur elapsus, cùm tempus nisi à die executæ intimationis non currat.*

4 *Appellatione à re iudicata non prosequuta, tempus interpositionis de momento ad momentum currit nisi de aliquo legitimo impedimento constet.*

5 *Rota in executione suarum sententiarum supersedet, quando causa restitutionis in integrum probatur.*

6 *Iustitia sententia inconcussa remanente eadem executioni est mandanda.*

DECISIO CLXXI.

ONSTARE de re Iudicata, & non de causis restitutionis in integrum, responderunt Domini; quia licèt à sententia absolutoria Rotali lata 6. Octobris 1636 fuerit in tempore appellatum, & commissio appellationis effecta communis per citationem ad dicendum contra, & videndum inhiberi in forma sub die 16. Iannarij 1637. attamen cum abinde citra nihil fuerit actum in causa nisi de mense Februarij 1640.
nulla præcedente prorogatione fatalium, intrat 1
res iudicata ob non prosequutam appellationem intra terminum à Iure constitutum, *l. final.* §. *illud*, *C de tempor. appellat. authen. ei qui C. eodem*, *c. cum sit Romana de appellat.* Clem. *sicut*, & Clem. *si appellationem eodem tit.* Put. *decis.* 311. *lib.* 2. *in correct.* & fuit dictum *in Narnien. Canonicatus* 14. *Decembris* 1612. *coram Patriarcha Man Zanedo*, vbi quod hoc procedit etiamsi per appellantem fuerit expedita citatio cum inhibitione, quia ea operatur tan- 2
tùm, vt causa non dicatur deserta nisi per biennium, Achil. *decis.* 11. *de appellat* Cassad. *decis.* 4. *eodem tit.* Rot. *decis.* 412. *num.* 1. *part* 5 *recent.* & in hoc casu lapsum fuit triennium, & vltra.

Neque releuare dixerunt, quod decretum præfixionis termini ad transportandum acta commissionis executorialis emanatum conceptum fuerit in hæc verba, *nisi infra mensem cum intimatione*; quæ tamen intimatio nunquam fuerit facta, &
sic non possit dici quod terminus fuerit lapsus, cùm 3
tempus non currat nisi a die executæ intimationis, Put. *decis.* 168. *lib.* 1. Gregor. *decis.* 31. *n.* 8. & fuit dictum *in Romana alimentorum scut.* 1000. 27. *Iunij* 1639. *coram D. meo Bicho.*

Quia commissio prædicta duas habet partes, in quarum prima mandatur mihi, vt meam moderarer inhibitionem, nisi infra terminum præfigendum appellans acta trãsportasset; & ideò decretum præfixionis termini ad transportandum acta, respicit moderationem inhibitionis de qua hodie non agitur: in secunda autem habetur, quod actis transportatis & præfixo termino ad docendum de causis restitutionis in integrum, eóque elapso, & constito de re iudicata, exequatur. Vnde patet, quod ad effectum exequendi rem iudicatam non attenditur transportatio actorum prout ad effectum moderandi inhibitionem, sed solùm an con-
stet de ipsa re Iudicata, de qua in proposito clarè 4
constat ob non prosecutam appellationem, à die cuius interpositionis tempus currere incepit de momento ad momentum, nisi constet de aliquo legitimo impedimento, Gloss. *in l.* 1. § *dies in verb. subtraxisse*, & ibi Bart. *num.* 3. *ff. quando appellan. sit d. Clem. sicut*, & ibi Gloss. *de appellat*, Put. *decis.* 147. & *decis.* 150. *lib.* 2. *in correct.*

Provt nec etiam obstare censuerunt, quod de
5 stilo huius Tribunalis sit supersedere in executione suarum sententiarum, quando probatur causa restitutionis in integrum, & hoc ipso pars habeatur pro restituta, vt notatur *in decis. vltim. de restit. in integrum, in nou. num.* 4. quam sequitur Contard. *de moment. possess. limit.* 8. ratione restitutionis in integrum *num.* 42. Rot. *in recent. decis.* 13. *part.* 2. & coram Buratt. *in Vrbinaten. Iurisdictionis* 10. *Februarij* 1620. quæ est *decis.* 452. *inter eius impress.* cum ibi notat. per Adden.

Quoniam non visa fuit probata in præsenti prætensa causa restitutionis in integrum, imò potius constare de iustitia d. sententiæ in iudicatum transactæ, ex decisionibus in causa factis coram bon. mem. Buccabella sub diebus 23. Ianuarij & 24. Iunij 1634. quæ sunt 259 & 290. *inter impress. in* 6. *part. recent.* & quod ex decisionibus in causa factis resultet iustitia sententiæ dixit Rota pluries, & signanter ad effectum exequendi rem iudicatam, vt *in decis.* 665. *num.* 1. *circa med. part.* 3. & *in decis.* 220. *num.* 2. *in princ. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè. Nec subsistit quod à dd. decisionibus fuerit subinde recessum, quia ab illis fuit dumtaxat recessum in parte, nempè pro scutis 802. quorum solutio fuit ex noniter tunc deductis iustificata, vt patet ex lectura decisionum postea emissarum sub diebus 16. Martij & 3. Decembris 1635. coram eodem Buccabella. Cùm igitur prædicta summa scutorum 802. non fuerit comprehensa in dicta sententia, sed tantùm ea pars scilicet
6 scut. 947. pro qua non fuit recessum, inconcussa remanet eiusdem sententiæ iustitia, & consequenter res iudicata, quæ propterea debet executioni demandari, *tot. tit. C. de execut. rei iudicat.* Paris. *cons.* 105. *num.* 29. *lib.* 1. Honded *cons.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Rot. *dict. decis* 220 *num.* 1. *in fin. part.* 4. *recent.* & coram Buratto *in decis.* 885. *per tot.* absque quod aduersentur ea quæ hodie denuo repetebantur, ad docendum de iniustitia; quia omnia fuerunt sublata, *in decis* 259. & 290. *part.* 6. *recent.* cum quibus Domini transierunt pro contentis in dicta sententia.

Et sic vtraque parte, &c.

Romana Legati.

Lunæ 15. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Intentionem fundatam habens in testamento ad quod per Testatorem legitimè iure descendentiæ vocatur, legatum meritò consequi debet.

Vide suprà *Part. I. Decis* 165.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione descendentium omnes in infinitum veniunt.*

2 *Verborum* de le figlio *in testamento appositorum subtilis interpretatio refertur.*

3 *Appellatione descendentium veniunt omnes tam ex masculis quàm fœminis descendentes.*

4 *Adiunctum habetur pro non apposito quatenus substantiuo repugnet.*

5 *Substantiuum quando est imperfectum & obscurum à propositione præcedenti secundùm subiectam materiam declaratur.*

6 *Verba sequentia incerta & obscura ab immediatè præcedentibus explicantur.*

7 *Concursu masculorum cessante fœmina facilius admittuntur.*

8 *Executor testamenti in præiudicium vocatorum commodum sentire non debet.*

DECISIO CLXXII.

LACVERVNT Dominis fundamenta decisionis in hac causa factæ sub die 4. Iulij anni præteriti, quia firmatum fuit legatum Lucretiæ deberi, & ideò steterunt in decisis non obstantibus noniter contra eam deductis. Habet etenim d. Lucretia intentionem fundatam in testamento quondam Ioan. Antonij de Siccis, qui ad hoc legatum vocauit fœminas descendentes ex fœminis Laurentij sui nepotis, vnde cùm ipsa descendat ex fœminis descendentibus ex fœminis d. Laurentij, meritò legatum ipsum consequi debet;
quia appellatione descendentium veniunt omnes 1
in infinitum, *l. liberorum, ff. de verb. signific.* Fusar. *de substit. quæst.* 327. *num.* 1. cum alijs cumulatis *in d. decis.* §. *ratio resolutionis.*

Nec obstare dixerunt Domini nouum obiectum ex eo deductum, quod verba testamenti relata in decisione ibi, *e dopò voglio, che li detti scudi trenta vadino alle figliole femine, da maritarsi della Casata mia, cioè discese da Giacomo figliolo di fermo mio fratello, & dalle figliole di Lorenzo mio nepote*, diuersimodè legantur in originali, saltem in ea parte videlicet, *cioè discesi de Iacomo figliole fermo mio fratello, & del figlio de Lorenzo mio nepote.*

Quia non inde intrare censuerunt subtilem interpretationem ex aduerso datam quod scilicet verba illa *de le figlio de Lorenzo* sint intelligenda do fi- 2
liis masculis ipsius Laurentij: cúmque dicta Lucretia non descendat ex dd. filiis masculis excludi debeat à legato, siquidem propositio illa *de le* tanquàm detinês in e fœmininum demonstrat, & propterea ex quo subsequens verbum *figlio* stat ibi in numero plurali, & in sensu imperfecto, debet declarari pernecesse ab adiuncta propositione præcedenti in pluralitate concepta, iuxta subiectam materiam, & sic in sensu fœminino, argum. text. *in l. vnum, §. si omissa fideicom. verba, ff. de legat.* 2 Rander. *de analog. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 25. *l. ille aut ille, § cum in verbis, ff. de legat.* 3. Ias. *in l. si seruus plurium, §. fin. num.* 5. *ff. de legat.* 1.

Idque confirmari visum fuit ex æqualitate seruata per Testatorem in vocatione descendentiæ Iacobi, & Laurentij; Quandoquidem fuerunt vocatæ filiæ descendentes à Iacobo, ergo sicuti appella- 3
tione descendentium veniunt omnes descendentes tam ex masculis, quàm fœminis, *l. vlt. C. de suis, & legitim. hered. §. vlt. auth. de hæredit. ab intest. venient.* Natt *cons.* 64. *n.* 8. Fusar. *de substit. q.* 325. *n.* 3. & *cons.* 79. *n.* 4. Rota *decis.* 255. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & coram bon. mem. Coccino inter eius impress. *decis.* 137. *n.* 19. ita pariformiter venire, & admitti etiam debent fœminæ descendentes ex fœminis d. Laurentij

Quibus stantibus nihil releuare dictú fuit, quod Testator vti rudis Mineruæ ob incuriam vsus fuerit propositione fœminina in locutione de masculis, quia ea etiam vsus fuit in locutione de fœminis, & sic obiectum retorquetur, quod scilicet ob istam incuriam

-incuriam visus fuerit ea in casu quo non requirebatur. Quemadmodum igitur quando talis propositió est adiuncta masculo masculinum importat, quia magis attenditur substantiuum, quàm adiecti-
4 uum, imò adiunctum habetur pro non apposito quatenus substantiuo repugnet, ex notat. per Alciat in l. 3. in princip. ff. de legat. 1. Marius Solonius in l. Gallus, §. quidam rectè num. 14. ff. de liber. & posthum. cum aliis relat. per Rauder. de analog. l. 1. cap. 13. num. 26. & 17. ita vbi substantiuum non repugnat
5 sed potius est imperfectum, & obscurum, vt in proposito ibi (le figlie) facit vt ab eadem propositione praecedenti declaretur ipsum substantiuum subsequens secundum subiectam materiam, ex tradit. per Rauder. d. cap. 34. num. 15. & faciet vulgaris conclu-
6 sio, quod verba sequentia incerta, & obscura declarantur ab immediate praecedentibus, l. si fuerint, §. fin. de reb. dub. Bald. in l. legatorum petitio, §. finali in fin. ff. de legat. 2. Surd cons. 179. & decis. 321. vtroque num. 57.

In quam sententiam eò libentius ineunt Do-
7 mini, tum quia non adsunt masculi qui concurrant cum foeminis, quo concursu cessante facilius foeminae admittuntur, Alex. cons. 38. num. 9. lib. 6. Ruin. cons. 110. num. 10. & 11. lib. . Rot. coram bon. mem. Coceinn inter eius impress. decis. 111. num. 10. & 11. & fuit dictum in Bononien. fideicommissi de Leonoriis 2. Martij anni praeteriti coram me; tum quia res agitur cum Venerabili Archiconfraternitate, quae est
8 mera executrix testamentaria, & proinde commodum sentire non debet in praeiudicium vocatorum, Gloss. in l pecunia, ff. de alimen. & cib. legat. Roman. cons. 128. ante n. 12. vers. sic itaque, Ciriac. contro. 51. n. 46. & dixit Rota in Bonon. Iurispatronatus 4. Iulij anni praeteriti coram R. P. D. meo Bichio.

Et ita vtraque, &c.

Tudertina Societatis.

Lun. 15. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Articuli ad probandum id quod probatum non releuaret etiam in Curia non sunt admittendi.

SVMMARIVM.

1 *Irrelevantia manifesta facit vt articulorum admissio etiam in Curia denegetur.*

2 *Vsus communis loquendi non attenditur, quando de mente scribentis aliter constat.*

3 *Verba menti non menti verbis deseruire debent.*

4 *Obseruantia subsecuta mentem scribentis declarat.*

5 *Coniectura in contrarium repugnantes vbi adsunt communis vsus loquendi cessat.*

6 *Frater ad quem spectat Iuspatronatus alium secum fratrem ad praesentandum admittendo, non ideo illum fatetur aut Patronum facit.*

7 *Articuli non sunt admittendi ad probandum id quod probatum non releuaret.*

DECISIO CLXXIII.

ARTICVLOS non esse admittendos responderunt Domini attenta manifesta irreleuantia, quae facit, vt 1 etiam in Curia eorum admissio denegetur, vt notat Gratian. ad Vestr. in prax. lib. 5. cap. 14. num. 26. vers. sed cum protestatione, Grammatic. decis. 45. num. 5. Rot. decis. 416. num. 5. & 6. part. 5. recent. & nuper fuit dictum in Foro Sempronien. bonorum 28. Ianuarij proximè praeteriti coram R. P. D. Roias.

Quam quidem irreleuantiam deduxerunt ex eo, quod articulatur verbum illud *Capitale* iuxta communem vsum loquendi accipi pro Capitali negocij, & mercium, non autem stabilium; vnde inferri praetenditur quod ex epistola Cosmi scripta Pacino fratri ibi, *andarete à trouar M. Pompeo Boratino, acciò voglia aiutar voi, e me per vender tutto il Capitale*, oriatur confessio eiusdem Cosmi, quod negocium apothecae esset vtrique fratri commune, & tamen non attenditur communis vsus loquendi, 2 quando aliter constat de mente scribentis, *cap. humanae aures 22. quest. 5.* ex Diu. Gregor. *lib. 6. moral. cap. 7.* Azor. *moral. part. 1. lib. 11. c. 4. q. 5.* Bertazzol. *cons. 40. n. 16.* Rota *in Bonon. Legati 1. Iulij 1637. corā R. P. D. meo Verospio*: Verba enim menti, & non 3 mens verbis deseruire debent, Rota *decis. 26. n. 11. part. 5. recent.*

Quod autem dictus Cosmus in sua epistola non intellexerit de mercibus, sed de stabilibus, dixerunt probari.

Primò ex quo in executionem volnntatis in dicta epistola declaratae fuerunt vendita bona stabilia, & non merces, quae multò post mortuo Pacino venditae fuerunt: ex hac nempè obseruantia 4 subsecuta declaratur qualis fuerit mens Cosmi scribentis, *l. sed Iulianus, §. proin. de, ff. ad M cedon* Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. 1. num 5.* Seraphin. *decis. 1410. num. 16.*

Secundò quia cùm ex actibus antecedentibus, & praecipuè ex successiua confessione ipsius Pacini Authoris Aduersariorum coadiunata ex testibus pro Cosmo examinatis, ac ex aliis pluribus coniecturis plene ponderatis in decisionibus in causa factis sub diebus 21. Iunij 1638. & 4. Aprilis 1639. coram R. P. D. meo Panzirolo, constet merces inter istas fratres non fuisse communes; praesumendum non est ipsum scribentem sub illo verbo *Capitale* easdem merces comprehendere voluisse; quando autem adsunt coniecturae in contrarium 5 repugnantes cessat communis vsus loquendi, vt tenet Menoch. *in cons. 555. n. 15. in fin.*

Praeterea aduerterunt Domini, quod quatenus verbum *Capitale* sonaret in negocium apothecae, non tamen fassus fuerit Cosmus Capitale esse commune, nec talis confessio resultet ex verbis, *acciò voglia aiutar voi, e me à vendere il Capitale*; quoniam dum ex suprà relatis & plenius ponderatis in praecedentibus apparet, negotium mercium spectasse ad solum Cosmum, Pacinum verò inseruiisse eidē negocio vti Iuuenem vt moris est, persona d. Pacini in dicta epistola eodem modo enunciata censetur, aut titulo quodam familiaritatis, sicut dicitur in fortioribus terminis, nempe quod quando frater ad 6 quem spectat Iuspatronatus admittit secum alium fratrem ad praesentandum, non ideo illum fateatur, aut faciat Patronum, Innoc. *in c. Ecclesia Sutrina n. 4.* Abbas *ibidem n. 75. de caus. poss. & propriet.* Lam-

bertin. *de iurepatr.* 1. *p.* 2. *lib.q.* 3. *art.* 17. *n.* 11. *&* 13. Rota *decis.* 284. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* & fuit dictum *in Bonon. Iurispatron.* 23. *Ianuarij* 1640. *coram R.P.D. meo Bicho.*

Et rursus considerarunt, quod saltem non possit negari, quin ex prædictis pateat probationem desumptã ex significatione verborum d. Epistolæ esse dubiam, licet illud verbum *Capitale* referri deberet ad merces, quod sufficit ad hoc vt confessio exinde prætensa non releuet, vt dicta verba interpretando respondit Rota in vtraque decisione causæ;
7 & propterea censuerunt articulos non esse admittendos ad probandum id quod probatum non releuaret, *l. matrem*, *C. de probat. cap. cum contingat de offic. delegat.* Roman. *cons.* 226. *num.* 3. *coram Gregorio X V. in decis.* 477. *num.* 2.

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Cotronen. Beneficij.

Veneris 19. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro retardanda Breuis exequutione non intrat, cùm de Iurepatronatus maximè post integrum ferè annum elapsum nulla releuans probatio fuerit adducta.

SVMMARIVM.

1 *Requisitis ad probandum Iuspatronatus ex dispositione Concilij Tridentini cessantibus, præsumptio stat pro beneficij libertate.*

2 *Testator relicto pro dote Ecclesia nominatim non facto, potius Benefactor quàm Patronus & ditator quàm dotator dici meretur.*

3 *De effectuatione legati quando non constat nullum in eo fieri fundamentum potest.*

4 *Donatio præiudicare Ecclesiæ nequit, nec aliquod ius in donatarium transferre potest, quando de Iurepatronatus ad donatorem spectante non constat.*

5 *Possessio præsentandi per multiplicatas præsentationes concludenter est probanda.*

6 *Præsentatio à persona suspecta proueniens non est attendenda, dum ex actis de vero Iurepatronatus ad Patronos prætensos spectante non docetur.*

7 *Præsentatio dum non docetur effectuata non releuat, alio de beneficio tanquam de libero à Papa prouiso.*

8 *Præsentatio per resignationem alterius lite pendente facta nullius est momenti.*

9 *Titulorum multiplicatio in beneficialibus datur sine præiudicio Collatoris.*

10 *Sententia pronuncians Iuspatronatus esse verificatum iuxta formam Concil. Trid. quod adhuc publicatum non fuerat, suspicione falsitatis non caret.*

Maximè quando ex actis non iustificatur, ibid.

11 *Enunciatiua Ordinariorum circa Iuspatronatus ad summum nisi famam non probant.*

12 *Fama sola non concurrente saltem quadragenaria quasi possessione præsentandi effectuata, ad probandum Iuspatronatus non sufficit.*

13 *Rota dato fumo Iurispatronatus in exequutione supersedere solet.*

14 *Anno sine releuanti probatione Iurispatronatus elapso, Arbitrium ad retardandam vlteriorem Breuis exequutionem amplius intrare non debet.*

DECISIO CLXXIV.

CVM de mense Aprilis, Sede Episcopali vacante, vacasset beneficium, de quo agitur, situm in Cathedrali Ecclesia Cotronen. per obitum Suardi Episcopi Casertani, fuit vti liberum, & vacans in mense reseruato à Sede Apostolica collatum Bartholomæo Caualcrio Pastori, qui præuia expeditione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, obtinuit ab Executore sententiam declaratoriam, cum mandatu de immittendo contra Ioan. Franciscum. Luciferum, qui tanquam ab Ordinario institutus ad præsentationem ass. Patronorum de Luciferis in possessione eiusdem beneficij reperiebatur; Hincque causa ad Rotam delata, mihique commissa cum clausula *parito Breui arbitrio Rotæ*, dubitaui sub die 25. Maij anni præteriti, An intraret arbitrium? & Domini, dilata resolutione, mãdarunt, vt informaretur strictè super Iurepatronatus, iuxta quem ordinem hodie, disputatione reassumpta, responderunt, non constare de Iurepatronatus, & sic arbitrium non intrare.

Quod autem non constet de prætenso Iurepatronatus, dixerunt apparere ex eo, quod non docetur de fundatione, vel dotatione, siue de multipli- 1 catis præsentationibus effectum sortitis, prout requiritur ex dispositione Sacr. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 9. *de reformat.* quibus cessantibus, præsumptio stat pro libertate beneficij, Innoc. *in cap. cum venerabilis num.* 9. *de except.* Archid. *in cap nullus, num.* 3. 16. *q.* 7. Dec. *cons.* 107. *num.* 1. cum aliis adductis per Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 90. *num.* 1.

Nec dotationem censuerũt probari ex testamento Iacobi de la Rocca facto de anno 1434. vbi Testator post mortem Gibiliæ vxoris reliquit quoddam Tenimentum terrarum Ecclesiæ, seu Capellæ nominatæ de S. Iacobo positæ intra Episcopatum Ciuitatis Cotronis, in qua Capella voluit, vt per hæredem eligerentur duo Capellani ad celebrandum duas Missas pro qualibet Hebdomada.

Quia ex tenore dd. verborum non percipitur, 2 quod relictum fuerit factum nominatim pro dote Ecclesiæ, seu Capellæ iam existenti, vnde testator potius dici potest benefactor quã Patronus, & ditator, quam dotator, Abb. *in cap. quoniam num.* 10. *de Iurepatr.* Rocch. *eodem tract. in verb. & dotauit num* 9. Abb. *cons.* 166. *num.* 2. *p* 2. Caual. *dec.* 136. *num* 2. Seraph. *dec.* 1103. *num.* 1. latè Duran. *decis.* 285. *num.* 17. & 79. Vltra quod nullibi constat de effectuatione 3 d. legati, & sic nullum in eo potest fieri fundamentum, vt fuit dictum in *Terulen. Beneficij* 12. *Februarij* 1609. *coram Marcomontio*, quem secuta fuit Rota in his fere terminis *in decis.* 381. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

Et hinc patet, nihil aduersari donationem eiusdem Patronatus factam de anno 1515. per Antonium de la Rocca vti hæredem d. Iacobi testatoris ad fauorem Ciseri de Luciferis: Quia si non constat de iurepatronatus spectante ad donatorem, do- 4 natio præiudicare Ecclesiæ nequiuit, nec aliquod ius in donatarium transferre potuit, ad *text. in l. quod*

in

in venditione & ff. quod sic de hered. vel act. vendit. Natt *cons.* 10 *num.* 7. & in specie dixit Rot. *in Bracharen. Parochialis* 3. *Ianuarij* 1637. *coram R.P.D. meo Verospio, & in Elboren. Iuris conferendi* 13. *Nouembris eiusdem anni coram me.*

Prout nec visa fuit probari centenaria quasi
5 possessio præsentandi per multiplicatas præsentationes, vel saltem quadragenaria cum fama, prout requiritur ad hunc effectum, Rot. *decis.* 512. *num.* 3. *& 4. part. 1. recent.* & coram Seraphin. *decis.* 1141. *num.* 1. 2. *&* 6.

Nam prima præsentatio anni 1528. re vera non est præsentatio, sed institutio facta per Matheum Luciferum tunc Episcopum Corronen. & prætensum compatronum in personam Camilli nepo-
6 tis, vigore præsentationis Ciferi patris eiusdem Episcopi, & aui ipsius Camilli, vt ibidem enunciatur, & propterea, vti proueniens à persona suspecta, non est attendenda, dum ex actis coram eo non docetur constitisse de vero Iurepatronatus ad prætensos Patronos spectante, Rot. *decis.* 235. *num.* 4. *& decis.* 421. *num.* 1. *vers. minus obstat part.* 2. *& decis.* 197. *numer.* 50. 51. *& seqq. part. 1. recent.*

7 Secunda secuta de anno 1548. vltra quod fuit facta durante pariter tempore d. Episcopi fratris prætensi compatroni, non docetur effectuata, iuxta cons. Calder. 11. *de Iurepat* Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina num.* 92. *vers.* 5. *sequitur de cau poss & prop.* Caputaq. *decis.* 411. *part.* 1 Duran. *decis.* 62. *num* 1. Imò in possessionem beneficij fuit immissus bon. mem. Card. Maffeus prouisus à Papa tanquam de libero, & propterea nihil releuat. Burat. *decis.* 876. *n.* 4. *vers. & per eandem vocationem.*

Tertia de anno 1554. facta de persona Capistri recipit eamdem responsionem, cùm nec etiam illa probetur effectuata, quin potius constat per resignationem d. Cardinalis Maffei vti de libero, fuisse à Sede Apostolica prouisum bon. mem. Card. Vitellotium, qui litem desuper introductam in Rota, contra d Capistrũ continuauit, & postea cessit iura ad fauorem Hieronymi Portici, qui sententias, & exequutoriales Rotales contra d. Capistrum de annis 1556. & 1560. respectiuè obtinuit.

Quarta facta per resignationem d. Capistri de anno 1558. præterquamquod nec minus habuit ef-
8 fectum, nullius est momenti, vti facta lite pendente, per *text in cap.* 1. *&* 2. *vt lit. penden. in* 6. Calder. *cons.* 1. *eod. tit.* Caual *decis.* 126. *& decis.* 556. *vtrobique num* 1.

Quinta denique præsentatio, facta de anno 1603. in personam Suardi vltimi possessoris huius beneficij, nihil releuat: Quia idem Suardus fuerat per triennium antea prouisus ab Ordinario vti de libero, & hoc nomine litem contra se motam defendebat, dum produxit in Rota contra Collitigantem possessionem adeptam de anno 1600. vigore prouisionis habitæ ab Ordinario vti de libero, nulla facta mentione de asserta præsentatione habita à Luciferis prætensis Patronis. Quocirca dicendum est d. præsentationem fuisse à Suardo procura-
9 tam ad reddendum se magis tutum, cùm in beneficialibus detur multiplicatio titulorum sine præiudicio Collatoris, Felin. *in cap. in nostra num.* 2 *de rescript.* Cassad *decis* 21. *num* 5. *& 6. super regul. Addent. ad Gregor. XV in decis.* 149. *num.* 7. Non autem quod exinde resultet quasi possessio præsentandi ad fauorem præsentantium, vt dixit in specie Rota coram Caual *decis.* 159. *n.* 5.

Minus existimauerunt Domini aliquid referre tam sententiam anni 1559. in qua declaratur, constare de Iurepatronatus, & Patronos esse manutenendos in quasi possessione præsentãdi, quàm enũciatiuas Ordinariorum in Visitationibus & aliis
actibus emissas: Quia sententia est copia copiæ, & 10
non caret suspicione falsitatis, cùm in ea dicatur Iuspatronatus esse verificatum iuxta formam Conc. Trident quod adhuc publicatum non fuerat, vt in *d. cap.* 9 *Sess.* 25. *de reform.* Et vlterius non iustificatur ex actis, prout requiritur ad hunc effectum, iuxta eos. Socin. 47. *num.* 15. *vol.* 4. Rot. *decis.* 235. *numer.* 4. *part.* 2. *& d. decis.* 147. *numer* 51. 52. *&* 53.
part. 5. *recent.* Enunciatiuæ verò Ordinariorum ad 11
summum non probarent nisi famam, Bald. *in l. cum aliquis n.* 4. *vers. item quod dicit Glos.* & ibi alij scri-
bentes *C de iure delib.* quæ sola fama, non concur- 12
rente saltem Quadragenaria quasi possessione præsentandi effectuata, non sufficit ad probandum Iuspatronatus, Bald. *in l. cum semper ff de rei vendic.* Cassad. *decis.* 2. *num* 4. *de probat.* Achill. *decis.* 6. *de Iurepat.* Caual. *decis.* 159. *n.* 6. *&* 7. & coram Seraphin. *d. decis.* 1141. *n.* 6.

Quibus stantibus concluserunt, non intrare arbitrium pro retardanda exequutione Breuis. Nam
licet, quando causa est commissa cum clausula *arbi-* 13
trio, &c. soleat Rota dato fumo Iurispatronatus supersedere in executione, vt apud Gregor. XV. *in decis.* 58. *& in alijs*, tamen declararunt, *dd. decis.* 58. *Greg. & alias* procedere ad effectum supersedendi,
donec meliores probationes afferantur; sed cùm in 14
præsenti integer fere annus fuerit lapsus, & nulla alia releuans probatio adducta fuerit, non debet amplius intrare Arbitrium ad retardandam vlteriorem Breuis exequutionem, vt fuit seruatum in *decis.* 756. *part.* 2. *recent.* & nuper in *Gerunden. beneficij* 30. *Aprilis anni præteriti coram R. P. D. meo Roias.*

Et ita parte vtraque informante fuit decisum, &c.

Romana Bonorum.

Lun. 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio super bonis de quibus agitur Cessionario est concedenda, stante anteriori possessione transferentis, & clausula constituti de per se ad transferendam possessionem apta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum alio in possessione non existente anteriorem possessionem plenè probat.*
2 *Manutentio possessionis sicut competit possessori principali, ita eiusdem Cessionario est concedenda.*
3 *Clausula* constituti *in cessione apposita ad transferendam possessionem de per se sola sufficit.*
4 *Actio Iudicij mota cum iure instantia etiam absque vitio litigiorum cedi potest.*
5 *Appellatio in possessoriis quibusdam ex mandato Iudicis captis de iure Canonico datur.*
6 *Possessio capta pendente termino ad appellandum, nulla est & attentata.*

7 *Constitutio*

7 *Constitutio Ægidiana non intrat quando contra Sacerdotem & de bonis emphyteuticis agitur.*

8 *Probationes etiam leniores ad effectum probandi Clericatum & bona emphyteutica Ecclesiastica admittuntur.*

9 *Appellatio quando de Iure Canonico competit, possessio intra terminum datum ad appellandum capta nulla est nec manutenibilis.*

10 *Clausula* appellatione remota *apposita in commissione inter partes obtenta non excusat nullitatem possessionis, cùm huiusmodi rescripta tertium non comprehendant.*

11 *Admissio tacita ex actis Iudicialibus postea in causa factis resultans non sufficit, vbi expressa admissio in statu & terminis procurari debet.*

12 *Veniens ad causam ratione proprij Iuris vt cognoscatur an velit acta sua facere nec ne, eius voluntas diligenter est scrutanda, ne aliàs si succumbat se in statu & terminis non admissum fuisse alleget.*

DECISIO CLXXV.

VENERABILI Archiconfraternitati Sanctissimæ Trinitatis Conualescentium cessionariæ Marci Petrosij dandam esse manutentionem responsum fuit, quia
1 de anterioriori possessione d. Petrosij super bonis de quibus agitur constat, tam ex publico Instrumento anni 1629. quod alio non existente in possessione plenè probat, *l. pradia*, vbi Bart. *de acquir. possess.* quam ex confessione partis resultantis ex immissione petita, & obtenta per sententiam declarantem Petrosium vti illicitum detentorem esse amouendum, Rota *decis. 100. coram Papa Gregor XV* vbi Adden. *numer. 5.* & *coram Manzan. decision. 272. ante numer 2.*

2 Sicut igitur ex dicta possessione daretur manutentio d. Petrosio, ex *vulgat. §. retinenda inst. de Interdict. & l. 1. in princip.* & ibi Bart. *num 1. & §. hoc Interdictum ff. vti possideris*, ita quoque concedenda venit Arch confraternitati eius cessionariæ, Io Faber. *in dict. §. retinenda num 9.* Tiraq. *de retract. lign. §. 26. glos. 3. num. 17.* Menoch. *de retinen remed. 3. n 62.*
3 stante præcipuè clausula constituti in d. cessione apposita, quæ de per se est apta ad transferendam possessionem, Tiraq. *de Iure constit. p. 2. amplat. 1. num. 2.* & fuit dictum *in Romana. Palatij 16. Nouembris 1639. coram me*, absque quod releuet quod
4 cessio prædicta facta fuerit lite pendente, quia etiam actio Iudicis mota cum iure instantiæ cedi potest absque vitio litigiorum, *l cum hareditas 1. ff ad Trebell. l. in causa § fin. ff. de procurat.* cum aliis plenè congest. per Giurb ad hunc propositum *in decis. 107. à num. 3. vsque ad fin.* prout fuisse factum in præsenti appatet ex lectura d. cessionis.

Quibus non obstare visa fuit posterior posses-
5 sio illorum de Archileis, capta de mandato Iudicis sequenti die, qua lata fuit sententia ad eorum fauorem super immissione, ex remed *l. fin. C de edict. Diu. Adrian tollen.* quia de iure Canonico in huiusmodi possessoriis datur appellatio, Salic. *in l. vnica in 6 opposit.* ibique Contard *limit. 3. num. 5. & seqq. C. si de moment. possess* Bald. *cons. 141. num. 1. lib. 1.* & ideo
6 possessio capta pendente termino ad appellandum est nulla, & attentata, & non manutenibilis, Rot. *decis 225. num. 4 part. 1. recent.* & coram Papa Gregor. XV *in decis. 305. num. 4.* & cùm Petrosius sit Sa- 7
cerdos, & ageretor de bonis emphyteuticis, non intrabat Ægidiana constitutio, Rot. *dec. 32. n. 2. part. 1. & decis. 326. n. 5. & 6. part 6. recent.*

Et quamvis fuerit replicatum, quod dictus Petrosios non opposuerit de Clericatu ante executionem dictæ sententiæ & proinde possessio inde capta attentata dici nequeat, vt dixit Rota in hac eadem causa 30. *Maij 1629. coram R. P. D. meo Ghislerio*; nihilominus pro euitando obiecto consideratum fuit, quod pars collitigans non ignorabat d. Petrosij Clericatum, cùm eo attento vsque de anno 1630. fuisset hæc causa auocata à Curia Capitolina, & vti Clericus titulo scilicet Reuerend: fuit in eadem sententia enunciatus, notoriúmque erat in Vrbe d. Petrosium esse Sacerdotem, & Rectorem SS. Simonis, & Iudæ, & constabat in actis & publicis documentis bona de quibus agitur esset emphyteutica Ecclesiastica, quæ omnia simul iuncta sufficere debuissent ad hoc vt appellationi esset locus ad vtrumque effectum, cùm in similibus casibus
leuiores probationes admittantur, vt distinguendo 8
declarauit Rota *in Romana pratensi fideicommissi 15. Iunij 1640. coram R P D meo Cerro § penult & vltim.* & in omnem euentum cùm Ægidianæ locus non esset, & causa de Iure Canonico erat appella-
bilis, quatenus d. possessio non fuisset attentata, es- 9
set saltem nulla vti capta intra terminum datum ad appellandum, & consequenter non manutenibilis, Putputat. *conf. 43. n. 14. lib. 1.* Addent ad Greger, *in decis. 339 num 6.* cum aliis relatis per Rotam *in decis 130. n. 5. part. 6. recent.*

Quæ quidem nullitas minus excusari visa fuit ex 10
clausula *appellatione remota*, apposita in commissione obtenta inter Patres Sanctæ MARIÆ de Scala, & d. Petrosium, quia huiusmodi rescripta non comprehendunt tertium, Conar *pract quæst. cap. 15. num. 5.* Put *decis. 141. lib. 2. in correct.* Et licet ijdem Archillei deinde obtinuerint commissionem admissionis ad causã in statu, & terminis, per quam potuerunt sibi ipsis facere communem præcedentem commissionem continentem clausulam *appel-*
latione remota; attamen ex quo non procurarunt 11
expressam admissionem in statu & terminis mediãte d. Commissione per citationem in forma, non possunt eadem commissione vti, nec tacita admissio resultans ex actis Iudicialibus postea in causa factis sufficit ad hunc effectum, vt declarat Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 159 n 5.* vbi refert ita Rotam resoluisse *in Toletana pensionis 12. Nouembris 1597. coram bon. mem. Litta impres apud Marches. de commission. tom. 2 fol 268.*

Ratio autem est euidens; quia Archillei circumscripta etiam d. commissione potuerunt venire ad causam, deducendo eorum Ius principaliter ad exclusionem vtriusque collitigantis, prout reuera excluserunt, & sic non fecerunt acta sua, vt notabiliter aduertit Adden. *ad eundem Gregor. in d. decis. 159. num. 7.* ex declaratione facta per Rotam *in vna Nolana pensionis 13. Iunij 1611. coram bon mem. Sacrato*, absque quod aduersetur *decis. 304. coram eodem Greg XV.* quia ibi principaliter dederat mandatum ad prosequendum Iudicium in statu & terminis, & ideo prosequutio facta per Procuratorem non poterat intelligi nisi iuxta formam mandati; secus autem est dicendum in proposito, vbi principaliter prosequuti sunt Iudicium, volentes excludere prout excluserunt vtrumque collitigantem nõ vigore commissionis, sed ratione proprij Iuris; ad

effectum

12 effectum enim cognoscendi an tertius veniens ad causam ratione proprij Iuris velit acta sua facere, vel ne, est scrutanda eius voluntas, vt admittit *eadem decis 303.num.3.* de qua tamen voluntate debet clare constare, ne in casum succumbentiæ stet in eius potestate allegare se non fuisse admissum in statu & terminis, & euitare sententiam, & acta, quæ alias ipsum afficerent.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Vrgellen. Beneficij.

Lunæ 22. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

Prouisus à Sede Apostolica de beneficio in mense reseruato vacante, cùm de bono eius iure constet, in possessione capta authoritate Iudicis ritè & rectè procedentis est manutenendus, intruso sub prætextu Iurispatronatus ab anteriori sua possessione ciuili & naturali amoto.

SVMMARIVM.

1 *Menses Sedi Apostolicæ semper reseruati siue adsit alternatiua siue non, referuntur.*

2 *Gratia Apostolica quando est iustificata executioni mandari debet.*

3 *Iuspatronatus laicorum quando contra prouisum Apostolicum obijcitur, nec causa cum clausula arbitrio est commissa, debet concludenter probari.*

4 *Iuspatronatus laicorum quibus fundamentis probandum.*

5 *Iuspatronatus laicorum vt probetur centenaria quasi possessio præsentandi vel saltem quadragenaria sufficit.*

6 *Præsentatio quando non docetur effectuata Iuspatronatus non probat, nec institutio subsecuta effectuationem.*

7 *Quadragenaria quando ex duabus præsentationibus, inter quas intercessit alia prouisio Ordinarij vti de libero non requisito Patrono facta, probari prætenditur, tempus quo resignatarius tanquam de libero possedit ab eadem est subducendum.*

8 *Resignationem absque consensu Patroni factam validari per eius patientiam, nec inducere statum libertatis ita vt possessio præsentandi amittatur, in quibus casibus procedit.*

9 *Patronus tacitè vel expressè consentiens prouisionibus vti de libero factis non potest præiudicare libertati beneficij, si aliunde de Iurepatronatus non constet.*

10 *Sententia Ordinarij ad fauorem Patronorum aut ab eis præsentatorum prolata Iuspatronatus non probat, quando ex actis prout requiritur non iustificatur.*

11 *Sententia Ordinarij beneficio in mense reseruato vacante ad fauorem Patronorum lata, animo fraudandi Oratorem emanasse præsumitur.*

12 *Iudex ritè & rectè procedens, intrusum in beneficio anteriori sua possessione ciuili & naturali priuare potest, etiam absque alia aliqua expulsione.*

DECISIO CLXXVI.

DE hoc beneficio existente in Ecclesia Parochiali Villæ de Villamur Vrgellen. diœces. sub Inuocatione S. Catherinæ & vacante per obitum Io. Duran. vltimi possessoris de mense Maij, fuit à Sede Apostolica prouisus vti de reseruato Petrus Golouardes, qui præuia expeditione Breuis de capienda possessione nomine Cameræ, & præuia iustificatione clausulæ, (*constito quod d. Ioannes in beneficij prædicti possessione existens de dicto mẽse obierit*) coram A C. executore sententiam super immissione obtinuit, citato prius personaliter in partibus Ioan. Torres intruso vigore Institutionis Ordinarij factæ ad præsentationem quorumdam Patronorum, prætendentium beneficium prædictum esse de Iurepatron. laicorum, in vim cuius sententiæ possessionem quoque adeptus fuit. Hinc causa appellationis ad Rotam delata, mihique commissa cum facultate manutenendi *quem de iure*, dubitaui sub die 13. Iunij superioris anni, cui esset dandum mandatũ de manutenendo, & Domini quia resolutio pendebat ab inspectione, an realiter constaret de Iurepatronatus, ita vt sententia executoris posset dici iusta, vel iniusta, mandarunt, vt apposito sequestro videtur de bono Iure; iuxta quem ordinem disputatione reassumpta, in hac tertia causæ repropositione constare de bono Iure Petri responderunt, etiam ad effectum manutentionis.

Et ratio resolutionis fuit, quia ipse habet inten-
tionem fundatam in collatione Apostolica, vti de
vacante in mense Maij reseruato, ex regula nouem
mẽsium, super quo nulla oriri potest dubitatio, cùm 1
mensis Maij, prout & alij tres nempè Ianuarij, Iulij,
& Nouembris sint Apostolici, & semper reseruati,
siue adsit alternatiua, siue nõ, vt notat Gonzal. *super*
reg. 8. glos. 45. 6. 1. n. 21. Quodque vacatio secuta fue-
rit de mense Maij per obitum d Iohannis in posses-
sione existentis, & ipse Petrus sit Clericus, quæ sunt
requisita necessaria pro iustificatione Breuis Apo-
stolici, satis superque probatur ex datis in eius sum-
mario, nec à parte controuertitur, & propterea cùm
gratia Apostolica sit iustificata, debet executioni de- 2
mandari, Anchar. *cons. 197. n. 8. vers proximè dicta*, se-
quitur Rota *in decis. 45. n. 1. p. 2 diuers.* & *decis. 558.*
n. 2. p. 1. & *decis. 580. n. 5. in fin p. 2. recent.*

Non obstat vnica exceptio partis desumpta ex
prætenso Iurepatronatus laicorum, quod non cadit
sub regulis; quia cùm illa obijciatur cõtra prouisum 3
Apostolicum tanquam de reseruato ratione mensis,
& causa non sit cõmissa cum clausula *arbitrio*, debet
concludenter probari, iuxta distinctionem Rotæ *in*
decis. 53. n. 7. & 8. & *decis. 102. n. 16.* post Viuian. *de*
Iurepatr. ita vt non sufficiat quasi possessio præsentã-
di propter clausulas amplissimas, & decretum irri-
tans, in regula reseruatiua mensium existentium,
Rot. *dec. 58. n. 6. & 9.* vbi quod dũ discutitur de Iure-
patronatus, non debet manuteneri patronus in quasi
possessione præsentandi, & *dec. 224 n 3. p. 1. rec.*

Hìc autem non datur illa concludens probatio,
cùm non constet de fundatione, vel dotatione, siue 4
de multiplicatis præsentationibus effectum sortitis
prout requiritur ex dispositione Concil. Trident.
sess. 25. c. 9. de reformat. licèt prætendatur adesse Cen-
tenariam quasi possessionem præsentandi, vel saltem 5
quadragenariam cum fama, quod sufficit vt Rota
pluries tenuit, & signanter *in decis. 312. n. 3. & 4.*
p. 1. recent. & coram Seraph *decis. 1141. n. 1. 2. & 6.*
n ullatenus tamen iustificatur.

Siquidem, aut prætenditur Centenaria ex præ-
6 sentatione, quæ datur de anno 1437. & non probatur, quia d. præsentatio non doceatur effectuata iuxta Calderin *cons. 11. de iurepatr.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, num. 92. vers. quinto sequitur de caus. possess. & propriet.* Caputaq. *decis. 421. part. 2.* Duran. *decis. 62. num. 1.* Buratt *decis. 876. num. 4.* nec institutio subsecuta probat ipsam effectuationem, Put. *decis. 136. circa fin. lib. 3. in correct.* Rot *decis. 169. num. 3. lib. 1. p. 3. diuers.* Canal. *decis. 560. in fin.* Aut præten-
7 ditur probari saltem quadragenaria ex aliis duabus præsentationibus anni 1599. & 1610 effectum sortitis, & minus subsistit; quia inter vtramque intercessit alia prouisio Ordinarij facta de anno 1574. vti de libero, & vacante per resignationem non requisito prætenso Patrono: de dicto autem tempore, quo resignatarius possedit vti de libero provt subducendum est, Buratt *decis. 178. num. 1. & 3.* non remanet quadragenaria.

Nec facit quod prouisio facta de d. anno 1574. fuit simplex permutatio, in qua propterea quatenus requireretur consensus Patroni, censeatur interuenisse stante eius taciturnitate, Rot. *decis. 212. num. 3.* Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 4. n. 30.* vbi quod resi-
8 gnatio facta absque consensu patroni validatur per eius patientiam, & non inducit statum libertatis, ita vt possessio præsentandi amittatur; Quia conclusio vera est, & procedit ad effectum, vt institutio seu resignatio sustineatur non contradicente Patrono, non autem facit, quod beneficium sit de Iurepatronatus, dum collatio, seu resignatio præcessit tanquam de libero, nec aliunde probatur Iuspatronatus, vt in puncto Buratt. *in d. decis. 178. num. 5. & 6.*
9 non enim stat in potestate Patroni tacite vel expresse consentientis prouisionibus factis vti de libero, præiudicare libertati beneficij, si aliunde de Iurepatronatus non constet, vt dixit Rota *in decis. 333. num. 6. part. 1. recent.*

10 Minus obstat sententia Ordinarij prolata ad fauorem Patronorum, seu ab eis præsentatorum; quoniam non iustificatur ex actis provt requiritur ad hunc effectum, iuxta *consil. 47.* Socin. *n. 15. vol. 4.* Rota *decis. 235. num. 4. part. 2. & decis. 197. n. 51. 52. & 53. p. 5. recent* & nupertime fuit dictum *in Corronen. beneficij 19. mensis currentis coram me.* Quinimò ex
11 quo sententia lata fuit, postquam beneficium vltimo loco vacauit in mense reseruato, præsumitur emanasse animo defraudandi oratoriam, vt de vnione facta per Episcopum de beneficio vacante in mense reseruato, tradit Garz. *de benef. part. 12. cap. 1. num. 105. cum seqq.* Gregor. XV. *in decis. 19. num. 4.* ibique Adden. *num. 7.* & in terminis Iurispatronatus fuit resolutum *in Gerunden. beneficij 30. Aprilis anni proximi præteriti, coram R.P.D. Rojas.*

Dum igitur ex prædictis constat de bono Iure Petri, & sic de Iustitia sententiæ, executoris Apostolici, meritò eidem Petro venit concedendum mandatum de manutenendo, cùm de eius possessione appareat per Instrumentum publicum capta authoritate Iudicis, qui ritè, & rectè procedens priuauit Ioannem Aduersarium intrusum sua anteriori possessione ciuili, & naturali, vt notant Angel. *in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, num. 2. in fin.* & Roman. *num. 5.* Imol. *num. 1.* Alex. *num. 2. ff. de acquir. possess.* & absque aliqua alia expulsatione, Seraph. *decis. 1325. num. 1.* Rot. *decis. 525. num. 3. & decis. 557. num. 2. part. 2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Eugubina Erroris Calculi.

Vener. 26. Aprilis 1641.

ARGVMENTVM.

De compulsoria speciali stante irrelevantia scripturarum non concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura compulsanda quando provt requiritur releuantes non sunt, compulsoria non est concedenda.*

2 *Prætensione in transactione remissa, exceptio litis finita ac litis ingressus impeditiua oritur.*

3 *Remittentibus iura sua non datur amplius ad ea regressus.*

4 *Compulsoriam quando ad dilationem dispendium vtrique parti allaturam tendit, Rota semper reiecit.*

5 *Correspectiua diuerso iure censeri non debent, sed vno sublato tollitur & alterum.*

6 *Remissio certæ pecuniæ habens suam causam specialem & expressam non potest dici correspectiua in substantia remissionis salarij, quamuis vtraque in eodem Instrumento contineatur.*

7 *Remissio pecuniæ licet corruat ex defectu legitimæ iustificationis restitutionis in transactione reseruata, non tamen corruit remissio salarij ibidem contenta.*

8 *Dependentia accidentalis non sufficit ad inducendam correspectiuitatem, sed requiritur substantialis respectu causæ originalis.*

DECISIO CLXXVII.

ESOLVTVM fuit, compulsoriam 1
specialem per Michaelem Angelum Zeccadorum petitam non esse concedendam, quia scripturæ compulsandæ non sunt releuantes, provt requiritur ad hunc effectum, Vestr. *in prax. lib. 6. cap. 1. n. 11.* Mantic. *decis. 216 num.* Buratt. *decis. 555. n. 5.*

Irrelevantia autem colligitur ex eo, quod scripturæ compulsandæ respiciunt probationem prætensi salarij, seu honorarij ob patrocinia præstita per
Franciscum Zeccadorum authorem d. Michaelis 2
Angeli in litibus Mutij Conuentini, & tamen hæc prætensio legitur remissa in transactione facta inter eundem Michaelem Angelum, & hæredes d. Mutij, vnde oritur exceptio litis finitæ, ac impeditiua litis ingressus, *l. fratris, C. de transact. c. 1. de lit. con-*
test. in 6. Remittentibus enim iura sua non datur 3
amplius ad ea regressus, *l. quæritur, §. si venditor ff. de ædil. edict.* Crauett. *cons. 24. n. 4. & cons. 114. n. 10.* Frustratoria igitur esset concessio compulsoriæ specialis, dum id quod probari prætenditur ex scripturis compulsandis est remissum in transactione, hincque solum resultaret dilatio, cuius ex-
pectatio & finis non commodum, sed dispendium 4
potius vtrique parti esset allatura; quo casu semper Rota reiecit huiusmodi petitionem, vt *in decis. 2. numer. 1. de dilat.* apud Cassador. *& in decis. 169. numer. 3. part. 1.* apud Caputaquens.

Non

Non obstat, quod remissio salarij ex parte Zec-
cadori fuerit correspectiua remissioni crediti scut.
700. factæ ex parte Conuentinorum, & ideo sicut
ipsi Conuentini petunt dd. scut. 700. ita quoque
5 idem Zeccadorus petere possit salarium iuxta na-
turam correspectiuorum, quæ non debent diuer-
so iure censeri, sed vno sublato tollatur & alterum,
l. etiam, §. ex causa, ff. de minor. l. fin. ff. de acceptil. Alex.
cons. 111. col. 3. lib. 5.

Quia ex lectura d. transactionis patet dd. scu-
ta 700. fuisse à dd. Conuentinis remissa non cor-
respectiuè ad salarium, sed ad eorum veram re-
stitutionem, quam Zeccadorus asserebat factam
d. Mutio, & propterea conuentum fuit vt d. Zec-
cadorus teneretur præcisius docere, quod illa es-
sent comprehensa in computis, seu pecuniis d.
Mutio viuenti restitutis; salarium verò fuit sim-
pliciter remissum, & super illius debiti proba-
tione nihil Zeccadorus reseruauit, prout reserua-
runt Conuentini super restitutione dd. scut. 700.
6 & sic dum remissio scut. 700. habet suam causam
specialem, & expressam, nimirum ob assertam
restitutionem præcisios ex aduerso aliunde iusti-
ficandam, ea non potest dici correspectiua in sub-
stantia remissioni salarij, quamuis vtraque in eo-
dem Instrumento contineatur, *ad text. in l. scire
debemus, ff. de verb. oblig. l. cum eiusdem, ff. de
ædil. edict. l. etiam §. 1.* & ibi Gloss. *ff. de minor.*
Bart. *in l. Aurelius, §. idem quæsiit, ff. de lib. legat.*
Put. *decis. 213. per tot. lib. 3.* vbi benè hæc mate-
7 ria explicatur, indéque sequitur dicendum, quod
corruente remissione dd. scut. 700. ex defectu le-
gitimæ restitutionis in d. transactione reseruatæ,
non tamen corruat remissio salarij ibidem con-
tenta, per *l. cum plures*, & ibi Gloss. *vltim. ff.
de euict. l. si ex falsis penult. C. de transact.* Bald. *in
l. fin. §. præterea, num. 11. C. de iur. dot. & in l. præ-
dium num. 6. C de ædil. edict.* Alban. *cons. 45. num. 5.*
Ciriac *controu 90. num. 26. & 18.*

Nec releuat, quod in decisionibus causæ ema-
natis in secunda instantia sub diebus 21. Iunij,
& 16. Nouembris anni præteriti, coram Reue-
rendissimo D. Decano, dicatur salarium prædi-
ctum fuisse remissum contemplatione partitæ dd.
scut. 700. Quoniam cùm ex suprà deductis con-
stet, diuersam esse causam substantialem vtrius-
que partitæ, decisiones verificantur in contem-
platione, & dependentia accidentali, nempe
quod remissio salarij dederit occasionem, non
causam remissioni scut. 700. dummodo aliunde iu-
8 stificaretur eorum solutio, quæ quidem occasio-
nalis, seu accidentalis dependentia non sufficit,
ad inducendam correspectiuitatem, sed requiritur
substantialis respectu causæ originalis, vt tradit
Anchar. *in cap. accessorium col. 10. num. 16. vers.
præterea isti duo actus de reg. iur. in 6.* Bapt. de S.
Blas. *in quæst. 66. num. 54 tract. de correlat.* quos
refert, & sequitur Add. ad Pacian. *de probat. lib. 1.
cap. 18. litt. F.*

Et ita vtraque, &c.

Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Vener. 17. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

Monialis post diu agitatam litem super nullitate professionis tanquam vi & metu Patris incussæ renuncians positiuè liti pendente examine testium remissorialium in partibus, professionémque coram Vicario Ordinarij Notatio & testibus ratificans, eandem postea amplius impugnare nequit.

Vide suprà *Part. I. Decis. 146.*

SVMMARIVM.

1 *Metus reuerentialis Patris filiæ cum minis mortis incussus irritat professionem.*
2 *Metus ad irritandam professionem minor in muliere quàm in masculo requiritur.*
3 *Metus in minore quàm in maiore perfectæ ætatis exigitur.*
4 *Protestatio explicita ante Sanctiss.mum Crucifixum de coacta per metum Patris professione facta, professionem nullam & inualidam reddit.*
5 *Lamentationes successiuæ de professione per metum emissa probationem metus valde coadiuuant.*
6 *Metus causa facit vt actus succedanei ea durante facti pariter meticulosi dicantur.*
7 *Dictiones* vnquam & semper *omne tēpus includūt.*
8 *Delatio habitus per plures annos cum exercitio actuum professis propriorum non sufficit ad eiusdē probationem, quando præsumptio cedit veritati in declarationibus expressa.*
9 *Confessiones in dispensationibus obtentis emissæ non probant validitatem professionis, sed ad causam pro qua emanarunt restringuntur.*
10 *Moniales quarum interest professionem esse validam non sunt integræ fidei, dū alij testes adsunt.*
11 *Testes super metu tanquam actu perceptibili sensu corporeo deponentes, aliis de actu imperceptibili, nempe de intrinsecis cordis deponentibus sunt præferendi.*
12 *Remissoria forma in examine testium ad vnguem est seruanda.*
13 *Præsentia Procuratoris partis aduersæ dum examinantur testes, defectum citationis supplet.*
14 *Renuncians liti post diu agitatam litem nullitatis professionis, eandémque coram Vicario Ordinarij Notario & testibus ratificans, professionem vlterius impugnare nequit.*
15 *Professio ab initio solemniter emissa etsi ob defectum consensus profitentis per vim & metum inualida, superueniente postea consensu Monialis sic professa validè ratificata dicitur.*
16 *Papa quoties professus nouum consensum præstiterit, media Religione non expressè contradicente suum quoque de facto præstat.*
17 *Professio tacita nouam & solemnem Monasterij acceptationem non requirit, cùm ea ex sola delatione habitus professorum inducatur.*
18 *Matrimonium vt ratificetur, eadem solemnitates quæ in ipso contractu, requiruntur.*
19 *Pontifex seu Ecclesia alterutrius coniugis consensum supplere non potest.*

Secus verò in professione, ibid.

20 *Pontifex non intendit admittere ratificationem Monasterio repugnante.*

21 *Superioris consensus pro acceptatione ad professionem non sufficit capitulari Monialium consensu excluso.*

22 *Receptio Monialis ad Abbatissam & Conuentum vti ad Collegium spectat.*

23 *Actus eodem modo destruitur quo construitur.*

24 *Ratificatio vt sit valida an scientia nullitatis professionis præcedentis requiratur.*

25 *Renunciatio litis corruit parte non præsente ad cuius fauorem fuit renunciatum, nec aliquo pro ea stipulato.*

26 *Renunciatio litis super nullitate professionis ante acceptationem ratificationis reuocari meritò potest,*

27 *Ratificatio fit Deo vbique præsenti, nec refert an à parte colligante fuerit acceptata.*

28 *Actus idem quando de sua natura est diuiduus potest valere respectu vnius, licet sit nullus respectu alterius.*

29 *In diuiduis vtile per inutile non vitiatur.*

30 *Ratificatio eius quod non est, non datur.*

31 *Ratificari potest illud quod est etsi ab initio nullum fuerit, quando actus peccat in his quæ à solo consensu ratificantis pendent.*

32 *Ratificatio purè & simpliciter facta est attendenda quicquid antea fuerit tractatum.*

33 *Executio promissorum cùm debeat subsequi actum ratificationis, modum duntaxat non conditionem importat.*

34 *Modus non suspendit actum neque illum si deficit resoluit, sed ad promissorum adimplementum est agendum.*

35 *Protestatio contra ratificationem professionis facta non releuat, cùm non coram Iudice, vel coram ipso promittente, seu metum inferente emissa doceatur.*

36 *Ratificans post protestationem, etiamsi erret in spe maioris fortunæ, seu diuitiarum, ratificatio nihilominus valet.*

37 *Interpretatio semper in dubio est facienda vt professio sustineatur.*

DECISIO CLXXVIII.

FRANCISCA Cotonella postquam vti expresè professa spatio 24. annorum permanserat in Monasterio S. Dionysij de Odiuellas, Ordinis S.Bernardi, sub prætextu, quod professio ibidem emissa secuta fuisset ob vim & metum, obtinuit de anno 1628. à Sanctissimo D.N. Breue restitutionis in integrum aduersus lapsum quinquennij à S.Concil.Trident. præscripti *in sess. 25.cap.19.de regular* cum solita clausula (*dummodo professionem huiusmodi tacitè, vel expresè non ratificauerit*) causámque prætensæ restitutionis in integrum in Rota introduci curauit cum clausula (*appellatione remota*) contra d. Monasterium, & Antonium, & Ioannem eius fratres, factisque hinc inde probationibus, proposui dubium, An constet de nullitate professionis.

Pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro d Francisca, dicebant expressam professionem per eam in manibus Superioris emissam anno ætatis suæ 16 nullius esse momenti, ob metum reuerentialem patris sibi incussum cum minis mortis, vt disertè deponunt plures testes de visu, & auditu
proprio, & præcipuè 3.6.7 & 10. *Summ. d. Francisca*
*num.6. & seqq. & signanter num.*10. qui metus dici- 1
tur iustus, & irritat professionem, Abb. *in cap. cum*
*virum, num.*8. *de regular.* Felin. *in cap. causam matrimo-*
nij num 5. *de offic delegat.* Couar. *de sponsal.* 2. *part. c.* 3.
§.6. *num.*8. Azor *instit moral. lib.*12. *c.* 5. *q.*4. *vers. Si*
*roges part.*1. Sanch. *de matrim. lib* 4. *disput.* 6 *num.* 36.
& in præcept. decalog. lib. 4. *c.* 3. *num.* 26. Rota *dec.* 779.
num. 10 *part.* 3. *recent.* præsertim in muliere, & mi- 2
nore, vt de muliere in qua requiritur minor metus
quàm in masculo, tradunt Gloss. & Doct. *in c. cum*
locum de sponsal. Innocent. & alij *in d. cap. causam ma-*
trimonij de offic. deleg. Calderin. *cons.* 1. *vers. tertio quid*
sub tit. quod met. caus. Anchar. *cons.* 24. *n.*7. Abb. *cons.* 3
4. *n.* 5 *lib* 1. & de minore, in quo minor metus exigi-
tur quàm in maiore perfectæ ætatis, notant Paul. de
Castr *cons.* 174. *post n.* 3. *lib.* 1. Purpurat. *cons.* 579. *n.*7.
& Rimin. Sen *cons.* 15. *n.* 22. concurrentibus præcipuè 4
tum explicita protestatione, quã eadem Francisca fe-
cit coram Sanctissimo crucifixo in Choro existente
dum accedebat ad profitendum, quod scilicet benè
idem Crucifixus sciebat non sua propria voluntate,
sed per metum Patris erat professura, vt vno ore
concludunt vndecim testes *d. Summ. num.* 11. *& seq.*
ad text. in l. qui in aliena in fin. ff. de acquir. heredit.
bene Rebuff. *cons* 69. *num.* 9. tum & etiam successi- 5
uis lamentationibus de professione per metum
emissa, vt dicunt iidem testes *d. Summ. num.* 12. quæ
probationem metus valdè coadiuuant, Angel. *in*
l. metum la 3. *ff. quod met. caus.* Dec. *in cap fin. num.* 21.
vers benè verum est de appell. Couar. *in epitom. de spon-*
sal part. 2. *cap.* 1. §. 5. *num* 12. Rebuff. *d. cons.* 69. *n.* 10.
vers quod etiam factis, Rota coram S.me. Greg. XV.
in decis. 426. *num.* 25. & 26.

Prout nec tacitam professionem adesse iidem in-
formantes subiungebant ex eo, quod d. Francisca
postea receperit velum nigrum à veris professis re-
cipi solitum, quia vltra quod ad illius susceptionem
fuit pariter coacta, vt deponunt testes *d. Summ n.* 19.
quatenus etiam actus videretur spontè factus ad-
huc non obstaret, cùm tunc temporis viueret pa-
ter, & sic vigebat quoque eiusdem metus causa,
quæ facit vt actus succedanei ea durante facti pa- 6
riter meticulosi dicantur. Bart. *in l penult. ff. de con-*
dit. ob turpem caus & passim DD *in l* 1. *C. quod met.*
caus. Abb *in c. consultationi de sponsalib.* Couar. *in epi-*
tom. 4. *decretal d. part* 2. *cap* 3. §. 5. *num.* 1. Roland.
cons. 2. *num.* 86. *lib* 1. Paris. *cons.* 60. *num.* 34. *lib.* 4. Rota
coram Seraph. *decis.* 771 *num.* 8 & 9 *in fin.* attentis
præcipuè lamentationibus, & expressis declarationi-
bus à d. Francisca factis tàm ante, quàm post emis-
sam professionem, ac etiam post mortem patris, &
fratris, & omni tempore, vt asserunt testes *d. Summ.*
num. 2 *vsque ad fin* deponentes cum dictionibus (*vn-* 7.
quam) & (*semper*) quæ omne tempus includunt,
l. 1. vbi Gloss & DD. *ff. de solut. matrim. l. quia semper.*
ff de in ius vocan. Rota *dec.* 24. *num.* 14. *part.* 2. *recent.*
istæ namque lamentationes, & declarationes exclu-
dunt tacitam, & præsumptam professionem, resul-
tantem ex delatione habitus per 20. annos, & vl-
tra, ex hilaritate, ac ex exercitio actuum professis
propriorum, quia præsumptio cedit veritati in dd. 8
declarationibus expressæ, vt notant Innoc. & alij
communiter *in cap. de eo, quod met. caus.* Suarez *de*
regular. tit. 3. *q.*17. *art.* 15. *in princip.* Barbat. *cons.* 59.
col. 2. *lib.* 2. Decian. *cons* 18. *num.* 5. *& seqq. lib* 3 Hon-
ded. *cons* 78. *num.* 25. *lib.* 2. in puncto Rota *decis.* 533.
num. 4 & 5. *part.* 4. *rec.* & in terminis professæ, quæ
per plures annos permanserat in Monasterio, Re-
buff. *in cons.* 68. *num.* 26. *in fin.* & *num.* 29. Rota *de-*
cis.

cis. 397. sub numer. 6. vbi quod Monialis præsumitur interuenisse actibus iussu, & ob reuerentiam Abbatissæ, *p. 4. recent.* late Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 38. n. 6. vers. excluditur,* quicquid esset dicendum si professa animum suum in contrarium non apperuisset, in quibus terminis loquuntur *decis. Meten. Professionis 1 Iunij 1636. coram me impress. apud Modern. de iure Abbatissar quæ est 3. in ordine, & decis. Messanen. professionis 3. Decembris, anni proximè præteriti coram R. P. D. Peutingerio.*

Nec contrarium elici asserebatur ex redito dictæ Franciscæ ad Monasterium, vnde egressa fuerat ad curandam ægritudinem, nec ex confessionibus emissis in dispositionibus obtentis vbi ipsa enunciatur professa. Nam quoad reditum ad Monasterium, testes probant eã fuisse coactam à D. Collectore Lusitaniæ ad redeundum, mediantibus comminationi-
9 bus censurarum; confessiones verò quatenus demonstrant professionem fuisse emissam, non ideo important eius validitatem, vel quod Francisca illi consentiat, sed restringuntur ad illam causam pro qua emanarunt, ad *leg. si de certa,* vbi Bart. & DD. *Cod de transact.* Aym. *cons. 407. numer. 30.* Natt. *cons. 546. num. 12.* & facit *decisio Melten. pensionis 7 Iunij, & 9. Decembris 1630. coram bon. mem. Coccino.*

Quibus non aduersari dicebatur testes contra dictam Franciscam examinatos ad probãdum, quod ipsa verè, & realiter professionem emiserit absque
10 vllo metu; tum quia sunt Moniales eiusdem Monasterij, cuius interest professionem esse validam, & ideò non sunt integræ fidei dum adsunt alij testes, iuxta magistralem distinctionem, quam secuta est Rota *in Calagur itana Parochialis de Alzola 10 Martij & 22 Iunij 1620. coram bon. mem Coccino.* Tum etiam quia in hac materia magis creditur duobus testibus affirmantibus metum, quàm mille dicentibus actum fuisse sponté factum; ea ratione, quia
11 deponentes super metu deponunt super actu perceptibili sensu corporeo, sed alij de actu imperceptibili, nempè de intrinsecis cordis, vt post Abb. notat in specie Innoc. *in cap. 1. sub num. 10. vers imò plus de his, quæ vi metus caus.* Guttier. *cons. 14. num. 9. & cons. 16 num. 4.* Rebuff. *d. cons. 68. num. 33.* Sanchez *de matrim. lib. 4. disput. 27. num. 1.* & sequuntur quamplures relati *in d. decis. 326. num. 46. coram Gregor XV.*

Absque quod aliquid releuet nullitas opposita contra aliquos ex dictis testibus pro Francisca exa-
12 minatis, eò quòd aliqui eorum fuerint examinati extra diem citationis, alij verò extrà dies præfixos in remissoria, cuius forma debebat ad vnguem seruari, *cap. cum dilecta, & ibi notat. de rescript. cap statutum eodem tit. in 6. l. aut, qui aliter in princip.* & ibi Bart *ff. quod vi, aut clam,* Caputaq. *decis. 143. num. 4. part. 3.* Rot. *decis. 466. num. 1 part. 2 recent* Quia cùm testes Franciscæ iurauerint præsente Procuratore partis aduersæ, vt in *process. de partib fol. 71. à tergo in fin.*
13 *vsque ad fol. 76.* dicuntur rite examinati, talis enim præsentia supplet defectum citationis ad *text. in l. de vno quoque, ff de re iud.* Rot. coram Seraph. *in decis 388. numer. 4. & inter recent. decis. 79 numer. 15. part. 5.*

Prædictis tamen minimè obstantibus, articulo per plures positiones ab omnibus Dominis exactè discusso contrarium fuit resolutum, hoc est constare de valida professione; ea præcipua ratione, quia quidquid sit, an realiter dd. testes sint valide omnes examinati, & concludant prætensum metum continuum, prout requiritur, & non conquassentur ex aliis pro monasterio, & fratribus eiusdem Franciscæ examinatis contrariũ deponentibus, super quo Domini non fuerunt concordes, certum est, quòd dicta Francisca post diu agitatam litem super hac prætensa nullitate professionis, pendente examine testium remissorialium in partibus, positiue liti hu-
iusmodi renunciauit, professionemque ratificauit 14
coram Vicario Ordinarij, Notario, & testibus in hæc verba, ibi; *Quamuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat,* quod sufficit ad hoc, vt ipsa professionem amplius impugnare nequeat, vt de muliere, quæ dixerat se velle esse monialem, ex doctr. Hostien *in cap porrectum, col. 1. &* ibi Abb. *in 2. notab.* firmauit Rot *in decis. 216. part 2. diuers. numer. 10.* etiãsi non interuenerit noua acceptatio Monasterij
cum aliis solẽnitatibus: nam quando prout hic pro- 15
fessio fuit ab initio solemniter emissa, sed solum inualida ob defectum consensus profitentis per vim, & metum, eo ipso dicitur valide ratificata, quo superuenit consensus eiusdem Monialis sic professæ, vt tenent P. Suarez *tom. 3. de relig lib. 7. cap. 1.* Emanuel Rodrig. *2. tom. Summæ cap. 92. concl 5. numer. 5.* Angles *in Flor. tit. de regular. cons. 24. in priori editione, & 50. in posteriori,* Sanctarel. *variar. resol. quæst. 48. num. 10* Less. *de iust & iur. lib. 2. cap 41 num. 67* Bartol. de Vecch. *in praxi obseruand in admittend. ad relig disp 14 dub. 4. num. 7.* Sanch *de matrim lib. disp. 32. n 9. vers erge satis, & num. 14. & in lib. 7. disp. 37. num. 60 & 61.*

Et ratio est quia quatenus noua acceptatio requi-
reretur, ea suppletur à Papa, qui est supremus Re- 16
ligionum Prælatus, & media religione semper acceptat, suumque consensum de facto præstat, quoties professus suum præstiterit, & religio expressè non contradixerit, vt colligitur ex *cap ad nostram, & cap. significatum de regular. & cap. 1 eod. tit in 6.* & ex Concil. Trident *sess 25. cap. 19 de regular* & expressè docent Sanch *d. lib. 7. disput. 37 num 64.* & Ferdinand. de Castr. Palao *tom. 3. disput. 2. punct. 5. num 4. in fin.* quod proculdubio procedit in præsenti ex eo, quòd Sanctissimus in commissione restitutionis in integrum excepit professionem tacitam,
in qua non requiritur noua, & solemnis Monaste- 17
rij acceptatio, cùm ea inducatur ex sola delatione habitus professorum, *c. vnic. vers. si vero de regular. in 6 Clement. final. eod. tit.* ac ex eorum exercitiis, *cap. vidua 4 de regular.* Sanch *super decalog. lib. 5. cap. 3. numer. 10. & 13.* ergo multò magis censetur inducta ex expresso consensu apertis verbis declarato per Franciscam in actu d. renunciationis, vt admonet ad hunc propositum Henric. Boic. *in cap. 1. n. 5. in fin. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt.*

Hincque patet non applicari d decisionem 395. coram Gregorio XV. in qua fuit dictum matrimonium non esse ratificatum ex simultanea cohabitatione, nec ex superuenientia consensus alterius con-
iugis, vel ex aliis actibus, & quod ad illius ratifica- 18
tionem requirerentur eædem solemnitates, quæ requirebantur in ipso contractu; quia licet in reliquis valeat argumentum à matrimonio carnali ad spirituale, quale dicitur professio, *cap. inter de transl. Episcop.* Rebuff. *dict. cons. 69. numer. 9.* non valet tamen in hoc articulo stante diuersitate ratio-
nis ex eo resultante, quod Pontifex, seu Ecclesia 19
non potest supplere alterutrius coniugis consensum, Petr. de Ledesma *de matrimon. quæst. 45. artic. 3. in solut. ad vltim.* secus verò in professione, vt constat ex superius allegatis, & tra-

dit in puncto, Sanch *de matrim.d.lib.7.q.7. disp 37. num.64.vers est enim.*

Non obstat, quòd Monasterium suum consensum reuocauerit, & contradixerit ante superuenientiam noui consensus d Franciscæ, vt probari prætenditur, ex fidibus extraindicialibus 76. Monialium attestantium se non habuisse Franciscam pro Moniali, & quod nomine Abbatissæ id ipsum fuerit Sanctissimo expositum, vt in alio summario Franciscæ *num.* 7. quo casu limitatur conclusio su-
20 pra firmata, cùm Pontifex non intendat admittere ratificationem, superiore id est eodem Monasterio repugnante, Less. *de iust.& iur d lib.2. c.41.dub.7. in fin.* Barthol. de Vecch.*in praxi d. disp 14. dub.4. n. 3. in fin.*

Quoniam licet vera sit limitatio, non tamen potest applicari huic casui, cum dictæ Moniales Sanctissimo scripserint,& dictas fides fecerint absque consensu Capituli, & ideo reuocatio, seu contradictio ex eis desumpta nullius est momenti. Nam sicuti in prima acceptatione adhibitus fuit
21 capitularis Monialium consensus, sine quo nec satis fuisset consensus Superioris, Gloss. *in c. porrectum verb. Monachum de regular.* Anchar. *ibid. n. 6. & in c.fin in 2.not.eod.tit in 6.* Nauarr.*cons 9.num 12. de constit.lib.1.* Roderic. *quæst.regul. tom 3.quæst.17. art.7.* Lap. *allegat. 31. num.1. & 2.* ibique Adden.
22 *lit. A.* vbi quod receptio monialis spectat ad Abbatissam, & Conuentum, vti ad Collegium, Sanch. *in præcept.decalog.lib.5.cap.4.quæst.2. num.65.* ita requirebatur vel consensus capitulariter præstitus in eiusdem acceptationis reuocatione, iuxta vulga-
23 tam regulam, quod actus eodem modo destruitur, quo construitur, *l. 2. C. si aduers.donat. auth. contra C de repudiat.* Pinell.*in l.1.num.4. vers quaro cum donat.C quando lic. ab empt.disced.* Menoch.*cons.1095. num.24.* Surd *decis.128.num.14.& 15.* vel quod Superior reuocasset prænio Monialium capitulari consensu, quem non induenut dictæ attestationes, seu declarationes ab Abbatissa, & Monialibus emissæ vti singulis, non autem in loco capitulariter congregatis, Bald *in l.& sinon, §. die tamen vers. notat Angel. ibidem num.1 ff.de pact.* Felin *in c.cum omnes, num.24.de constitut.* Rot.*decis.484 num.6.part.1.recent.& decis.351.n.11.coram Buratto*, ibique Adden. *n.13 lit.C.*

24 Nec dicatur, quòd ad effectum, vt ratificatio sit valida, requiratur scientia nullitatis professionis præcedentis, Caëtan. *in 2. 2. quæst. 189. art. 5.* Nauar. *cons.28. num.7. & cons.89. num.4.de regular. & in manual.cap.12.num.71.* Rota *decis.179.num 7. & decis.397.num.5.part.4. recent.* Quia vltra quod prædictam opinionem vti minus tutam Sacra Congregatio Eminentiss. Cardinalium Sacr. Concil. Interpr. non amplectitur, sed potius contrarium pluries tenuit, vt in declarationibus relatis in *d. Meten. professionis coram me impress.apud Modern.de iur.Abbatiss sub num.12.cum seqq.* vbi quod Sanctiss. D.N. Vrbanus VIII. huiusmodi declarationes obseruari mandauit 1. Februarij 1631. *in vna Romana nullitatis professionis*; cessat in præsenti omnis scrupulus, cùm ex testibus pro Francisca examinatis, & supra in principio ponderatis, probetur ipsam nunquam se habuisse pro Moniali, nec ab aliis Monialibus pro tali reputatam, quod clarius patet ex propria confessione emissa in actu renunciationis, ibi; *quamvis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, qua nulla datur maior probatio, *l. cum te C.de transact.*

Minus obstat, quòd d. ratificatio desumatur ex 25
dictis verbis in renunciatione liti prolatis, & ideò sicuti d. renunciatio corruit, ita corruere debeat ipsa ratificatio vti accessoria, quia renunciatio liti corruit, ex quo pars, ad cuius fauorem fuit renunciatum, non fuit præsens, nec aliquis pro ea stipulatus fuit, provt requirebatur, ex text. *in l. certum, §. si quis absente, ff. de confess.* & notat in specie Ias. *in l. postquam liti num.1.in fin. C.de pact.*
& propterea meritò potuit reuocari ante accepta- 26
tionem, Alciat. *in d. l postquam liti num. 19. vers. sed tamen* cum aliis allegat. in particulari decisione super d.renũciationis nullitate emanata sub die 30.
Ianuar. anni proximi præteriti. Quæ quidem ratio 27
cessat in ratificatione professionis, quæ fit Deo vbique præsenti, & sic parum refert, quod non fuerit acceptata à parte collitigante, imò cùm Religio suum ab initio præstiterit consensum, cuius perseuerantia præsumitur ex retentione eiusdem professæ in Monasterio, Nauarr. *cons 50. sub num.1. vers. nec potest dici de regular.lib.3.* Rodrig. *quæst.regular.tom.3.quæst.17.art.3. vers. aut nullitas*, sufficit, quòd Papa Religione non contradicente de facto accepter, prout acceptasse præsumitur eo ipso, quo professa suum præstitit consensum, vt supra fuit firmatum ex doctr. Ferdinand. de Castr. Palao
tom.1. moral. disput.2. punct.5. num.4. vbi concor- 28
dantes cumulantur. Nec est nouum, quod idem actus possit valere respectu vnius licet sit nullus respectu alterius, quando prout hic est de sua natura diuiduus, vt tradunt Alban. *cons.38. num.8.* Gabr. *cons.36. num 45.& 46.vol.2.* quos refert, & sequi-
tur Ciriac. *controuers.198.num.13.* ex regula, quod 29
in diuiduis vtile per inutile non vitietur, *c. si confirmationem 39.* vbi Gemin *notat.3. de elect. in 6.c. vtile 37.* vbi Rin.*n.7.de regul.iur.in 6.* Surd.*cons.428. num.20.*

Et quamvis in eadem decisione 30.Ianuar. subiungatur, ex d. renunciatione litis non posse inferri ad ratificationem professionis, cùm Francisca non dixerit velle ratificare professionem, sed potius declarauerit per antea se non fuisse Monialem, vt colligitur ex sæpius recitatis verbis, ibi; *quamvis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, & ideò dum constat ipsam non fuisse Monialem, non possit intrare ratificatio professionis,
ex quo non detur ratificatio eius, quod non est, vt 30
notat Bart. *in l. obseruare 4.§.fin.num 6.de offic. Procons. & legat.* non obstantibus illis verbis *hodie Monialis esse volebat*, quia concesso, quod non fuisset Monialis, prædicta verba importarent tantùm nouam professionem, & consequenter nullam ob defectum solemnitatum requisitarum, ex *c.porrectum de regul.* relat per Azor.*instit.moral p.1.lib.2. c.5.q 7.*

Tamen hodie melius negotio per DD. examinato, recedendo in hac parte à dicta decisione, responsum fuit, quod dum d. Francisca habitum Monialem gestauit, professionémque solemniter emisit, & spatio tanti temporis in Monasterio permansit faciendo actus professis conuenientes, negari non possit, quin ipsa saltem apparenter Monialis reputari deberet, licet inualidè professa ob metum sibi incussum; & propterea quando dixit, *quamvis Monialis non esset*, dicendum est intellexisse de vera Moniali, non autem de Moniali,
saltem habitu, & consequenter retorquetur con- 31
clusio in dicta decisione firmata, quod scilicet illud quod est, sed ab initio nullum, postea ratificari

possit

possit, quando provt hîc actus peccat in his, quæ pendent à solo consensu ratificantis, vt post Abb. tradit Felin. *in cap. nonnulli, § sunt & alij col. 3. de rescript. in 3. ampliat.* quam ibi ponit *vers. pro ista ratione*, benè Natt. *cons. 261 num. 10.* Surd. *cons. 28. num. 223. in fin.* quo supposito stante, non debet dici, quod Francisca in illis verbis, *hodie Monialis esse volebat*, voluerit nouam professionem emittere, sed tantùm præcedentem nullam ratificare, in qua non requiruntur aliæ solemnitates, vt dfusè supra fuit ostensum ex dispositione Sacr. Concil. Trid. *sess. 25. c. 19. de regularib. & ex text. in c. ad nostram, & cap. significatum tit. eod.*

His igitur sic positis non vrget, quod Francisca seducta fuerit ad professionem ratificandam illecebris, & promissionibus Antonij fratris; quia omisso, quod testes ad id examinati deponunt promissiones fuisse factas mediantibus Fr. Iacobo Peregrino, Fr. Didaco de Areda, & Fr. Emanuele de Vasconcellos, qui tamen medio iuramento contrarium attestati sunt, quod confirmatur ex ipso
32 euentu, dum ratificatio purè, & simpliciter facta fuit, quæ propterea debet attendi quidquid antea tractatum fuerit, *cap. dudum, §. sed ad ista vers. insuper, de conuers. coniugat.* Sanchez *in precept. decalog. lib. 6. cap. 2. num* 40. & in terminis matrimonij carnalis idem Sanch. *de matrim. lib. 2 disput 45. numer. 19.* vbi plures cumulat, & nuperrime fuit in Rota decisum *in Romana matrimonij* 10. *mensis currentis coram R. P. D. meo Decano.*

In omnem euentum non inde inferri posset ad conditionem suspensiuam eiusdem ratificationis, nã
33 cùm promissorum executio deberet subsequi actum ratificationis, importat modum dumtaxat, non autem conditionem, *l. cum tale, §. 1. ff de condit. & demonstrat.* Bart. *in l. quibus diebus, § Termilius, num. 11. ff. eod.* Natt. *cons. 513. num. 28* Rota *decis. 293. num. 14. & 15. part. 5. recent.* & in puncto quod matrimonium sic contractum dicatur purum, cum obligatione tamen præstandi, quod promissum est, tradit Basil. à Ponte *de matrim. lib. 3. cap. 13. num. 4. vers. deinde*, mo-
34 dus enim non suspendit actum, neque illum si deficit, resoluit, sed ad promissorum adimplementum est agendum, vt inter modum, & conditionem distinguit Bart. *in l. sicut, §. videmus, ff quibus mod. pign & hypoth. solu.* Negus. *de pignor. memb. 2. part. 6. num. 31. vers. secus autem*, Surd. *decis. 156. n. 6. & 7.* & in terminis matrimonij notat Sanch. *lib. 5. de matrim. disput. 19. num. 9.* vbi plures concordantes refert.

35 Denique non releuat, quod Francisca protestata fuerit se accedere ad ratificandum tanquam ad malam crucem, vt se subleuaret ab ære alieno, quo valdè grauata reperiebatur; quia præterquam quod de hac protestatione non deponit nisi vnicus testis, & per consequens nihil probans, *cap. veniens 10. & cap. licet ex quadam 47. de test. l. iuris iurandi, 8. Cod. eod tit.* adhuc non releuaret, cùm non doceatur emissa coram Iudice, vel coram ipso promittente, seu metum inferente, Bart. & alij *in l. qui in aliena, §. final. ff de acquir. hered.* Abb. *in cap. tua nos de sponsal.* Aymon. *cons. 120. num. 3. & 5.* Paris. *cons. 10. num. 42 & seqq. lib. 1.* Dec *cons 41. num. 1221 & seqq lib. 2.* Menoch. *præsumpt. 127. num. 9. & 10. lib. 2.* & eò mi-
36 nus, quia post prætensam protestationem purè ratificauit; quo fit, vt etiamsi errasset in spe maioris fortunæ, seu diuitiarum, valeat nihilominus ratificatio, vt in puncto professionis tradit Nauar. *in cons. 50. num. 2. de regularib. ex cap constituit, 10. quæst. 3. & in matrim. carnal.* idem Nauarr. notat *in manual. cap.* 22. *num. 32.* & semper in dubio est facienda inter- 37
pretatio, vt professio sustineatur, Nauarr. *cons. 13. numer. 10. de regular.* Sanchez *de matrim lib 7. disput. 37. num. 12. in fin.* Rot. coram Seraph. *decis. 1361. in fin.*

Et ita vtraque parte, &c.

Romana fructuum dotis.

Lun. 27. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

De fructibus dotalibus ad rationem septem cum dimidio iuxta dispositionem statuti Vrbis debitis, maximè post lapsum tempus dilationis ob moram irregularem promissoris contractam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis inter contrahentes in Vrbe est seruandum.*

2 *Consuetudo seu statutum domicilij viri attenditur pro restitutione dotis, nisi aliter expresse fuerit conuentum.*

3 *Consuetudo Neapolitana inter Magnates vigens fructus ad rationem octo pro centenario taxat.*

4 *Identitas rationis efficit, vt casus omissus pro comprehenso ex intentione contrahentium habeatur.*

5 *Pars sicut se habet ad partem, ita quoad omnes partes totius.*

6 *Casuum comprehensio in contractibus vt excludatur, ex rationis identitate sufficit dubitari posse, an eadem ratio in vtroque casu vigeat.*

7 *Socra non ex aliqua legali obligatione sed ex propria liberalitate dotem permittens, ad eam stantibus bonis paternis de iure non tenetur.*

8 *Argumentum de parte ad totum cessat, quotiescunque diuersa ratio in parte & toto considerari potest.*

9 *Argumentum de parte ad totum non valet, nisi quando id quod seruatur in parte seruatur in toto.*

10 *Conuentiones de casu ad casum extendere nostrum non est.*

11 *In conuentionibus nil aliud debet attendi quàm quod in Instrumento legitur expressum.*

12 *Taxatio conuentionalis fructuum pro certa summa sortis principalis ad aliam partem sortis trahi non debet.*

13 *Pacto cessante obligatio legalis pro solutione fructuum iuxta taxam statutariam intrat.*

DECISIO CLXXIX.

ON acquiescens Dominus Dux Marius Sfortia hæres bon. memor. Ducis Alexandri Patris decreto facto per R.P.D. Caballettum A. C. Locumtenentem de soluendo fructus dotales de quibus agitur, ad rationem septem cum dimidio ad fauorem Domini Ducis Balneoli q. viri bon.

bon. mem. Annæ Sfortiæ, adiuit Signaturam, quæ
eidem Iudici rescripsit, vt in causa procederet de
voto Rotæ; quare de partium consensu dubitatu,
ad quam rationem fructus dotales deberentur, &
2 ad rationem septem cum dimidio, fuit resolutum
iuxta dispositionem statuti Vrbis *lib. 1. cap. 137.*
quod seruandum est inter contrahentes in Vrbe,
per *l. si fundus, ff de euict.* & dixit Rota *in decis. 414.*
num. .& 2 coram Durano inter eius impress. licet se-
cus quoad ipsius dotis restitutionem, pro qua at-
2 tenditur consuetudo seu statutum domicilij viri, nisi
aliter expressè fuerit conuentum, per *text. in l. exi-*
gere dotem, ibique scribentes *ff. de Iudic.* Afflict. *decis.*
226. n. 6. & 7. Vltra quod quatenus in præsenti esset
3 seruanda consuetudo Neapolis, qui est locus domi-
cilij mariti, fructus deberentur ad rationem octo.
pro centenario, iuxta taxam ibidem vigentem inter
Barones, & Magnates, vt testantur Molfes. *ad con-*
suetud. Neapol. part. quæst. 12. n. 9. & Grammat. *in decis.*
103. num. 100. & in fin. & fuit dictum *in Anconita-*
na dotium seu alimentorum 19. Aprilis 1630. coram
R. P. D. meo Merlino.

Non obstat quod contrahentes in parte dotis
taxauerint fructus ad rationem quinque pro cen-
tenario, vt legitur in Capitulis matrimonialibus ibi:
Et per dote di detta Donna Anna scudi 30000. di
moneta Romana da pagarse in questo modo, cioè detto
Signor Duca Sforza promette d'assegnare à detto Si-
gnore Duca di Bagnolo scudi cinque mila, & peressi
pagarli daldi che sarà solennizato il matrimonio li
frutti à raggione di cinque per cento &c. *& altri cinque*
mila scudi promette pagarli cinque cento l'anno in
estintione di sorte principale, comminciando doi anni
doppò contratto detto matrimonio, & 10000. altri
scudi promette pagarli &c. *trà termine d'anni dodeci,*
(qua dilatione pendente in Instrumento dotali po-
stea subsecuto conuenerunt quod nullum deberetur
interesse, *) e l'altri scudi* 10. (sequuntur eadem Ca-
pitula matrimonialia.) *promette la Signora Duchessa*
Sforza &c. pagarli di moneta contanti &c. *& caso che*
non facesse detto pagamento e mentre starà in mora &c.
promette di pagarli frutti à raggione di cinque per
cento &c.

Vnde inferebatur, quod sicuti in dicta parte fru-
ctus fuerunt taxati ad rationem quinque pro cen-
4 tenario, ita quoque dicendum sit quoad reliquum
ex identitate rationis, quæ efficit vt casus omissus
habeatur pro comprehenso ex intentione contra-
hentium, *l. si extraneus ff. de contradict. caus. dat.* Fon-
tanell. *de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. gloss. 7 part. 9. n.*
26 & seqq. Ciriac. *contron. 418. num. 45. & seqq.* sequi-
tur Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 1. à num. 12. vsque ad fin.*
5 & facit regula, quod sicut se habet pars quoad par-
tem, ita quoad omnes partes totius, *l. qua de tota in*
princ. vbi Gloss. Bart. & alij *ff de rei vendic. l. Iurisgen-*
tium, § adeo vbi DD. & præcipuè Ias. *ff de pact. l. pars,*
ff. pro derelict. c. Pastoralis, sed cum totum extra de of-
fic. delegat.

Quia non eadem sed diuersa considerari potest
ratio in fructibus scutor. 5000. qui statim à die con-
summati matrimonij deberi cœperunt, quàm in
aliis residui dotis non nisi post plures annos soluē-
di, cum pacto quod interim fructus non currerent;
Intentio etenim Ducis Balneoli fuit consentire mo-
dicæ taxationi fructuum à principio soluendorum,
& deinde compēsare tarditatem aliorum fructuum
pro restanti summa post longum interuallum de-
currendorum, cum maiori eorumdem fructuum ta-
xatione à statuto præscripta, vt benè ad propositum
ratiocinatur Peregrin. *in cons. 98. num. 6. vers. & cum*
ista lib. 3. ad excludendam autem in contractibus ca- 6
suum comprehensionem, ex rationis identitate suf-
ficit quod dubitari possit, an in vtroque casu eadem
vigeat ratio, Salicet. *in l. 2. Cod. de noxal.* Alex. *consil.*
207. n. 15. vers. confirmo lib. 6. Crauet. *cons. 67. n. 6. vers.*
amplius dico, Honded. *cons. 55. n. 45. lib. 2.* Gabriel *cons.*
142. n. 14. lib. 1. & cons. 81. n. 61. lib. 2. Ciriac. *contron.*
461. num. 29.

Quæ quidem diuersitatis ratio eò fortius strin-
git in fructibus, ad eandem rationem scutorum
quinque promissis à Ducissa Socra pro rata dotis
scut. 10000. quoniam potuit mitius agi cum Socra, 7
quæ non ex aliqua legali obligatione prout Pater,
sed ex propria liberalitate dotem promittebat, cùm
ad eam de Iure non teneretur stantibus bonis pa-
ternis, ex Gloss. *in l. cum plures, § cum tutor verb. alio*
patre in fin. ff de admin. tutor. Bart. *in l. 1. n. 12. ff. solut.*
matrim. Molin. *de Hispan. primogen. c. 15. n. 60.* Rolan.
cons. 85. n. 4. vol. Afflict. *decis. 371. n. 3.* Rot *decis. 66. n.*
7. part. 1. recent.

Hincque cessat regula seu argumentum de parte 8
ad totum, cùm non sit locus huic argumento, seu
regulæ, quotiescunque potest diuersa ratio conside-
rari in parte, & in toto, *l. cum de indebito, vers. sed*
hoc ita. & ibi Salicet *in 4 not. ff. de probat. 1. sed si le-*
ge, § adeo, & ibi Gloss. *in verb. dimidiam, ff. de petit.*
hæredit. cum aliis cumulat. per Tiraquell. *in retract.*
lignag. § 1 gloss. 7. n. 46.

Nec regulariter licet arguere de parte ad totum, 9
nisi quando id quod seruatur in parte seruatur
in toto, vt bene aduertit Surd. *in cons. 435.*
numer. 21. & 22. & sic pactum de soluendis fru-
ctibus ad rationem quinque loquens pro rata scu-
torum 5000. non potest trahi ad reliqua scuta
15000. à Duce Sfortia soluenda, cùm nostrum non
sit extendere conuentiones de casu ad casum, *l. fide-* 10
iussores Magistratuum, § pro Aurelio, ff. de fideiussor.
Bald. *in l. si extraneus n. 1. vers. secundum hoc ff. de con-*
dict. caus. dat. Barbos. *in l. si cum dotem n. 49. vers. 3. &*
vltimo, ff solut. matrim. Buratt. *decis. 740. num. 7. & 9.*
nec aliud debet attendi, quàm quod in Instrumento 11
legitur expressum, *l. si ita stipulatus, § Chrisogonus in*
fin. ff. de verb. oblig. Rimin. Iun. *consil. 492. num. 13.* So-
cin. Iun. *cons. 142. num. 30. lib. 3.* Natt. *consil. 404. n. 7.*
Ciriac. *d. contron. 461. num. 16. & 26.* ob quam ratio- 12
nem in puncto transactionis conuentionalis fru-
ctuum pro certa somma sortis principalis, quod
non trahantur ad aliam partem sortis, respondit
Gratian. *discept. forens. c. 716. post numer. 4. vers. neque*
obstat cum seqq. & in proximis terminis dixit Pere-
grin. *in d. consil. 98. n. 4. & seqq. lib. 3.* benè ad propo-
situm Rota *in d. decis. 419. num. 2. vers. non obstat co-*
ram Durano.

Cessante igitur pacto, intrat obligatio legalis ad 13
soluendum fructus iuxta taxam statutariam, post la-
psum tempus dilationis, ob moram irregularem
promissoris contractam, ex eo quod vir sustinuit
onera matrimonij, quamuis fructus promissi non
fuerint, Cagnol. *in l. Curabit n. 41. & 42. C. de action.*
empt. Gloss. fin. *in l. de diuisione, ff. solut. matrim.* Ce-
phal. *cons. 485. num. 12.* Alex. *cons. 147. lib. 5.* Berou.
cons. 129. num. 11. lib. 3. Rota *decis. 471. num. 1. part. 1.*
recent.

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana

Romana Saluiani, seu attentatorum.

Mercurij 29. Maij 1641.

ARGVMENTVM.

De mandato quoad reuocationem attentatorum de voto Rotæ procedendi, ob interpositam appellationem, durante termino decem dierum ad appellandum dato, non obstante quod sententia in mero possessorio fuerit prolata.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non potest exequi intra decem dies ad appellandum datos.*

2 *Dies decem ad appellandum dati, nulla habita ratione momenti, vel hora prolata sententiæ integrè expirare debent.*

3 *Citatio quando non fuit personaliter exequuta, infra decem dies à die habita notitia appellare sufficit.*

4 *Constitutio Ægidiana exclusiua appellationis in possessoriis, quando de proprietate Ecclesiæ agitur non intrat.*

5 *Instrumentum recognitionis subsequuta solutione laudemij, & obligatione Canones successiuè soluendi, dominium sufficienter probat donec de contrario doceatur.*

6 *De dominio quando non agitur principaliter, sed incidenter, etiam leuiores probationes admittuntur.*

7 *Solutio laudemij indicat dominium.*

8 *Instrumentum Inuestiture, seu recognitionis in dominium quando est adminiculatum, dominium ad quemcumque effectum probat.*

9 *Reseruatio consensus partis cuius interest, qua aliàs necessaria non fuisset signum est dominij.*

10 *Promissio soluendi Canones dominij probationem adiuuat.*

11 *Instrumentum concessionis licet non exprimat causam cur debeatur Canonis solutio, satis tamen declaratur ex recognitione concedentis, secundam Inuestituram à prima vt fieri debet regulando.*

12 *Iudex à quo vt supersedeat in executione sua sententia, sufficit quod de causa appellationis ei præsumptiuè constet.*

13 *Instrumentum recognitionis in secunda instantia productum de actis prima instantia reputatur, etiam ad effectum ibi deducta insufficandi.*

14 *Vineam ab harede beneficiata debitoris emens, dum pretium Creditoribus soluit, aduersus alios quoscumque Creditores etiam anteriores tutus est & indemnis.*

15 *Fœmina ob hypothecam anteriorem dotalem in concursu creditorum cæteris est præferenda.*

16 *Dolus seu negligentia Procuratoris haredi præiudicare non debet, cùm datum mandatum ad fraudem committendam non præsumatur.*

17 *Procurator vt præiudicet haredi speciale ac indiuiduum mandatum requiritur.*

18 *Dolus si adsit in harede aliquid in Inuentario describere omittente, non eo Inuentarij beneficiò priuatur, sed tantùm ad duplum condemnatur.*

19 *Emptorem qui pretium haredi beneficiata soluit, creditores ob dolum in harede probatum conuenire non possunt.*

20 *Emptio nullitatis Inuentarij non debet in iudicio possessorio attendi, sed in petitorio & negocio principali est discutienda.*

DECISIO CLXXX.

Sententia lata ex vtili Saluiano à R. P. D. Fachinetto ab A C. Iudice deputato, ad fauorem Iohannis Antonij Pagnini super immissione cuiusdam Vineæ emphyteuticæ Ecclesiæ contra Octauium Primolum, & litis consortes, fuit appellatum post possessionem captam durante termino decem dierum dato ad appellandum, & causa appellationis R. P. D. Bilio fuit commissa cum facultate reuocandi attentata, & manutenendi quem de Iure. Sed quia postea aliud supernenit Signaturæ rescriptum, vt quoad reuocationem attentatorum, idem Iudex procederet de voto Rotæ, de partium consensu dubitaui, An constet de attentatis; & affirmatiuè fuit responsum.

Siquidem cùm à dicta sententia datetur appellatio, non poterat illa exequi intra decem dies datos ad appellandum, *cap. non solum*, vbi Gloss. *verb. innouata ad appellat. in 6.* Rot. coram S. m. Gregorio XV *in decision. 91. numer. 4.* & coram Buratt. *in decision. 59.* pariter *sub numer. 4.* constat namque quod citatio ad sententiam cedebat pro die 16. Octobris, & mandatum de immittendo fuit concessum sub die 26. eiusdem mensis, & illius vigore capta possessio Vineæ hora 15. & sic intra terminum datum ad appellandum, cùm decem dies deberent integrè expirare, nulla habita ratione momenti, vel horæ prolatæ sententiæ, vt ex Bulla Innocentiana seruatur in Curia, Vestr. *in prax. lib. 7. cap. 3. numer. 16.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 95. numer. 6. vers. cæterum traditio hæc*, quod procedit etiamsi à dicta sententia, seu mandato fuit appellatum infra dies decem; quia quandò prout hic citatio non fuit personaliter executa, sufficit appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ, vt declarauit Rota *in decision 2. numer. 1. de dol. & contum. in nou.* & fuit dictum *in decision. 248. numer. 5. impress. apud Moder. post tractat. de manutenen.* 1 2 3

Quod autem sententia præfata sit appellabilis, non obstante quod fuerit prolata in mero possessorio, probatur ex duplici capite.

Primò, quia cùm vinea super qua immissio fuit concessa sit de proprietate Ecclesiæ, Ægidiana constitutio exclusiua appellationis in possessoriis non intrat, vt pluries fuit in Rota resolutum, & signanter *in decision. 238. impress. per Pacif. post tractat. de Saluian. interdict.* & coram Caual. *in decision. 493. numer. 1. & 2.* & in terminis Saluiani fuit dictum *in decision. 49. numer. 1. & 6. part. 5. recent.* & coram Buratto *in decision. 151. numer. 1.* & *vltimo inter eius impress.* de Iure enim Canonico in huiusmodi 4

possessoriis admittitur appellatio, vt notat Salicet.
in l. vnica in 6. apposit. C. si de moment. possess. Bald. *cons.*
141. *num* 1. *lib.* 1. & fuit dictum *in Romana bonorum*
22. *Aprilis anni currentis coram me*

Vineam enim esse de proprietate Ecclesiæ, col-
ligitur ex Instrumento recognitionis in veram Do-
minam & proprietariam, Venerabilem Archicon-
fraternitatem B. Mariæ Consolationis, factæ à P.
Paulo Mantica authore Tullij, à cuius vxore ratio-
ne sui crediti dotalis fuit eadem vinea vendita
Montano, & Primolo, subsequuta solutione laude-
5 mij, & obligatione de soluendo successiue Cano-
nes, quod quidem Instrumentum sufficienter pro-
bat dominium donec de contrario doceatur, Bart. *in*
l. cum falsa num. 7. vers prodest tamen, C. de Iur. & fact.
ignor. & ibidem sequitur Bald. Castr. Ias & alij com-
muniter, Ruin. *cons.* 31. *n.* 1. *lib.* 4. Aym *cons.* 20. *n* 11.
Menoch *cons.* 126. *num.* 186. *in fin & num.* 187. *lib.* 3.
Velasch. *quæst.* 13. *num.* 11. Rota coram Seraphin.
decis. 1387. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 1414. *num.* 3. tam
contra Mantic. & Tullium, quàm contra Pagni-
num ab eodem Tullio causam habentem, Ruin.
cons. 50. *num* 13. *lib.* 1. *& cons.* 128. *num.* 16 *lib.* 2. Rota
decis. 290. *num.* 2. *part.* 1. & *decis.* 193. *pariter num.* 2.
part. 2. & *decis.* 261. *n.* 5. *part.* 5. *recent.* maxime cùm
6 non agatur principaliter de dominio ad effectum
vendicationis, sed incidenter, quo casu leuiores
probationes admittuntur, ex notatis per Bart *in l.*
quidam in suo num. 4. *vers.* 2. *casu ff. de condit. institut.*
Socin. *cons.* 112. *num.* 23. *lib.* 4. Rot. *decis.* 249. *num.* 2.
part. 1. & *decis* 331. *n.* 2 *part.* 2. *recent.* & fuit dictum
in Portuen. Stagni 19. *Iunij* 1637. *coram R. P. D. meo*
Paiζirolo.

Accedentibus præsertim adminiculis resultanti-
7 bus tum à solutione Laudemij, quæ dominium in-
dicat, Bart. *in l. fin. num.* 2. *C. de præd. decurion.* Rota
decis. 410. *num* 4. *part.* 3. *recent.* & fuit dictum *in*
Romana domus 10. *Maij* 1638. *coram me*, tum à
venditione facta Primolo per Appollinariam vxo-
rem d. Tullij, cum reseruatione consensus Archi-
confraternitatis vti proprietariæ, & cum promis-
sione de ei soluendo laudemium, & Canones;
tum, & denique ab ipsa concessione facta per
Mantic. Tullio authori d. Pagnini, in qua pariter
idem Tullius promittit soluere Archiconfraterni-
tati annuos cados 8. musti, vt *in summario Primoli*
n. 1. quando autem instrumentum inuestituræ, seu
recognitionis in dominium est adminiculatum,
probat dominium ad quemcunque effectum, per
doctr. Bart. *in l. ad probat. num.* 23. *C. locat.* Bald *in*
l. cum aliquis num. 4. *C. de Iur. delib.* Rip. *in l. si rem*
aliquam num. 39. *ff de acquir possess* Paris. *cons.* 104.
n. 82. *& seqq. vol.* 1. Rota *dict. decis.* 290. *n.* 1. *part.* 1. &
decis. 193. *n.* 1. *p.* 2. *recent.*

8 Non obstat quod prædictum Instrumentum re-
cognitionis non fuerit productum coram Iudice à
quo, & sic non constito eidem Iudici, quod hæc
vinea esset de proprietate Ecclesiæ, adhuc Ægi-
diana constitutio haberet locum, cùm ad huius-
modi effectum appellatio non ex nouiter deductis,
sed ex eisdem dumtaxat iustificari debeat, Corn.
cons. 10. *n.* 2. *prope fin. vers. non autem posset iustificari*
vol. 4. Seraph *decis* 872. *n.* 2. Buratt. *decis.* 610. *n.* 2.

Quia sufficit quod in actis adessent alia supra
9 relata, nempe instrumentum venditionis factæ à
D. Appollinaria cum reseruatione consensus Ar-
chiconfraternitatis cum promissione ei soluendi
Canones, quæ reseruatio signum est dominij, aliàs
enim necessaria non fuisset, Dec. *cons.* 164. *num.* 2.
Mantic. *de tac.* 1. *lib.* 22. *tit* 3. *num.* 16. Rot. *dict.*
decis. 262. *num.* 2. *part.* 5. & *decis.* 128. *num.* 8. *part.* 6.
recent. sicut & promissio soluendi Canones domi- 10
nij probationem coadiuuat, Rota *decis.* 117. *n.* 5.
& 10. *part.* 5. *recent.* Aderat quoque Instrumen-
tum concessionis factæ per Mantic. Tullio, in
quo similiter promittitur eidem Archiconfrater-
nitati Canonis solutio, quæ licet ibi non exprima- 11
tur, ex qua causa deberetur, satis tamen declara-
tur ex d. recognitione Manticæ concedentis, in-
terpretando, & regulando secundam inuestituram
à prima, vt fieri debet, Morot. *cons.* 26. *num.* 7. Dec.
cons. 193. *n.* 3. Corbul. *de caus. priuat. oblin. finit. n.* 7. &
fuit dictum *in Sarsinaten. feudi* 1. *Iulij* 1649. *coram*
bon. mem. Coccino.

Et quamvis hæc sine dicto primo Instrumento
plenam dominij probationem nón importarent,
sufficiunt tamen in præsenti, quia agitur de domi-
nio incidenter ad effectum, vt Iudex à quo super- 12
sedere debeat in executione suæ sententiæ, tunc
enim sufficit, quod de causa appellationis ei con-
stet præsumptiuè, Franc. *in cap. interposita num.* 2.
limit. 3. Dec. *num.* 1. *vers. secundò ista prima regula*
de appellat. Contard. *in l. vnica quæst.* 1. *num.* 41.
C. si de moment. possess. Modern. *de appellat quæst.*
11. *num.* 66. Vltra quod cùm superueniens Instru- 13
mentum recognitionis in secunda instantia produ-
ctum coadiuuet probationem primæ instantiæ,
perinde habetur, ac si in eadem prima instantia
productum fuerit, & reputatur de actis primæ
instantiæ, etiam ad effectum iustificandi ibi de-
ducta, Cæsar. de Grall. *decis.* 20. *num.* 11. *de prolat.*
Gregor. XV. *in decis.* 272. *num.* 6. ibique Adden.
num. 9. Duran. *decis.* 172. *n.* 7. & benè Contard. *vbi*
suprà in d. q. 1 *n.* 33.

Secundò & principaliter dicta sententia erat ap-
pellabilis ex capite iniustitiæ, quia cùm Pri-
molus emerit dictam vineam ab Appollinaria hæ- 14
rede beneficiata Tullij debitoris, & pretium sol-
uerit creditoribus, tutus erat aduersus alios quos-
cũque creditores eiusdem Tullij etiam anteriores,
ex dispositione textus *in l. fin. §. etsi præfatam vers.*
si verò hæredes, C. de Iur. deliberan. & notat ibi
Bart. *num.* 11. Bald. *num.* 6. *in fin. & seqq.* Ias.
num. 1. *vers quintò vtilitas*, Vallasch. *consultat.* 56.
num. 4. Cancer. *variar. resolut. cap.* 2. *de inuent.*
num. 145. *lib.* 3. Vincent. de Franch. *decis.* 272.
num. 1. Maximè cùm constet de anteriori hypo- 15
theca dotali dictæ venditricis, quæ cæteris credi-
toribus præfertur, *l.* 2. *§. si fundum l. diuersis, &*
l. assiduis, §. & imò vers. exceptis, C. qui pot. in
pign. hab. Mantic. *decis.* 326. *num.* 1. *& seqq.* & sic
iniustè contra eum fuit concessa immissio.

Nec obstat, quod in Inuentario mobilia descri-
pta non fuerint cum expressione ponderis, & men-
suræ, & fuerit omissa descriptio trium capsarum,
& vnius sacculi pleni lineis mobilibus, & quod
plus est probetur d. Appollinariam ægrotante viro
fecisse asportare dd. tres capsas, & sacculum de
nocte ad domum Parochi; quoniam idem Paro-
chus deponit iuxta 6. id factum fuisse de mandato
ipsius viri, & vlterius ex lectura eiusdem Inuen-
tarij, ac ex confessione eiusdem Pegnini constat,
dd. tres capsas cum sacculo fuisse ibidem descriptas
post mensem, quod sufficit quod tempus perficiendi
Inuentarium nõ restringitur ad mensem, licèt intra
mensem debeat inchoari; quatenus verò nõ fuerint
omnia singulariter descripta, hoc tribuendũ est ne-
gligentiæ Procuratoris, qui d. Inuentarium confecit,
cuius

Cuius quidem negligentia, seu dolus non debet præiodicare hæredi, cùm non præsumatur datum mandatum ad fraudem committendū, *l. si Procurator*, vbi Bart. & alij, *ff. de condict. indeb.* ad hoc namque,
17 vt Procurator præiudicet, requiritur speciale, ac indiuiduum mandatum, vt notat Felin *in cap. 1. num. 8. vt lit. non contest*, Paris. *cons. 103. num. 7. vol. 3.* quas refert & sequitur Rolan. *in cons. 71. n. 42. vol. 1.* & tenuit in puncto Rota *in decis. 331. num. 26. & 27. part. 5. & in decis. 281. num. 16. part. 6. recent.*
18 Præterea quamuis etiam adesset dolus hæredis in omittendo aliquid describere in inuentario, adhuc ipsa non priuaretur eiusdem inuentarij beneficio, sed tantùm condemnaretur ad duplum, iuxta text. *in l. vltim. §. licentia, C. de Iur. deliberan.* Cuius intellectus licèt variè per DD. explicetur, attamen Rota hunc sensum amplexa fuit vti veriorem, vt egregiè firmatur *in dicta decis.*
19 *181. num. 4. & 9. cum seqq. part. 6. recent.* & per consequens emptor qui emit ab hærede beneficiata, & pretium soluit, tutus est aduersus alios creditores; qui licèt probato dolo in hærede poterunt contra eam agere ad duplum, vt *in dicta decis. 181. num. 4. part. 6. recent.* non tamen poterunt conuenire emptorem, cui sufficit, vt venditrix esset hæres benefeciata de tempore venditio-
20 nis; & in omnem euentum hæc emptio nullitatis inuentarij non debet in Iudicio possessorio attendi, sed in petitorio, & negotio principali est discutienda, Acbil. *decis. 15. num. 2. de restit. spoliat.* Gabr. *cons. 44. num. 12. lib. 1.* Coccin. *dec. 151. num. 9. & 3. inter eius impress.*

Et ita decisum vtraque parte pluries audita, &c.

Rossanen. Exemptionis.

Vener. 7. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De speciebus exemptionis ad fauorem Abbatis cuiusdam contra Ordinarium concessæ; vbi quod exemptio excepta iurisdictione in populum in omnibus intret.

SVMMARIVM.

8 1 *Verba priuilegij exemptionis Monasterij, nulli scilicet esse subiectum præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, plenam & omnimodam exemptionem important.*
2 *Ordinarius nullam in exemptos iurisdictionem, seu potestatem habet.*
3 *Verbum nulli in priuilegio appositum, nisi in Ordinario qui circumscripta exemptione iurisdictionem habuisset verificari non potest.*
4 *Priuilegium Prælato Ecclesiæ Abbatialis directum, eidem iurisdictionem priuatiuè concedere censetur.*
5 *Solutio decimarum à lege Diœcesana prouenit.*
6 *Reseruatio certæ speciei ad fauorem Ecclesiæ Cathedralis in priuilegio exemptionis facta, omnium aliarum rerum non reseruatarum comprehensionem denotat.*
7 *Expressio non solutionis decimarum in aliquibus speciebus an necessitatem soluendi in aliis inducat.*
8 *Inclusio vnius non est exclusio alterius quando aliò modo includitur.*
9 *Generi per speciem non derogatur, nisi dictio aliqua expositiua & modificatiua inter vtrumque sit adiecta.*
10 *Iurisdictio in populum quando non legitur in priuilegio adempta, Ordinario reseruata censetur.*
11 *Exemptio Monachorum & Monasterij exemptionem populi à lege iurisdictionis ordinaria non infert, cùm ex vno aliud non sequatur.*

DECISIO CLXXXI.

IN præcedentibus decisionibus huius causæ firmatum fuit in genere, constare de exemptione ad fauorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro contra Reuerendiss. D. Archiepiscopum Rossanen. reseruato in vltima earum, vt particulariter videretur de speciebus ipsius exemptionis; quare prosequendo disputationem super reseruatis, hodie dubitaui in quibus consistat exemptio D. Abbatis, & Domini responderunt exemptionem intrare in omnibus, excepta iurisdictione in populum.

Nam quoad personas, & bona Monasterij, eiusque membrorum cum tenimentis omnibus dixerunt totaliter constare de exemptione in omnibus, siue respiciant legem Diœcesanam, siue Iurisdictionem ordinariam, quia Papa in priuilegio satis apertè loquutus fuit, recipiendo d. Monasterium cum omnibus suis tenimentis nedum in protectionem, sed etiam in ius, & proprietatem B. Petri, cum expressione, quod nulli sit subiectum præterquam Sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ, reseruato tantùm onere soluendi Ecclesiæ Rossanensi annuum censum trium cereorum, & vnius cannatæ mellis, & voluit vt in signum exemptionis d. Monasterium solueret annuam vnciam auri S. Romanæ Ecclesiæ, & prohibuit quoque, vt nullus sententiam interdicti, vel excommunicationis contra Abbatem, Monasterium, Monachos, Capellas, seu Clericos promulgare auderet, nisi Romanus Pontifex, vel Legatus ab eius latere destinatus, eidemque Abbati concessit facultatem deputandi in Ecclesiis, & Casalibus suis Notarios, Archipresbyteros, & alios Officiales.

Quæ verba plenam, & omnimodam exemptionem important, vt statuitur *in cap. si Papa, §. si autem Ecclesia de priuil. in 6.* Silnest. Angel. Tabien. D. Anton. quos refert Sanch *lib. 6. cons. moral. cap. 19. dub. 1. num. 4.* & pleniùs fuit deductum in 2. & 3. decisionibus emanatis sub diebus 20. April. & 22. Iunij 1640. quæ de more supponuntur in hac disputatione, adeò vt Ordinarius habeat iurisdictionem, seu potestatem in exemptos, *cap. 1. vers. nunquid ergo de priuil. lib 6. cap. veniens,* ibique DD. *de verb. signif. eod. lib. 6.* Socin. *in cap. postulasti, num. 11. & in cap. cum contingat, num 8. de for. compet.* Vgol. *de censur. c. 2 §. 15. n. 5.* Sayr. *eod. tract. l. 6. n. 16. vers. vel nisi qui delinquit exemptus sit, & in cap. S. num. 7. lib. 1.* 1 2

Vnde patet non applicari decisiones in Cæsaraugustana iurisdictionis 18. Iunij, & 13. Nouembris 1623. coram bon. memor. Patriarcha Manza

Manzanedo, in quibus Rota di*x*it exemptionem cooeessam Priori, & Monasterio Ecclesiæ B.Mariæ de Pilar, per quam d. Monasterium remansit immediatè subiectum Sedi Apostolicæ, debere intelligi, non vt quoad iurisdictionem ordinariam Episcopus totaliter diceretur priuatus, sed quod cumulatiuè posset concurrere cum Papa, ita vt inter eos esset locus præuentioni ex rationibus ibidem adductis.

Quia in casu dictarum decisionum simpliciter tantum fuerat concessa exemptio; hîc verò alia concurrunt, & signanter ponderarunt Domini illa verba negatiua priuilegij, ibi: *Volumus, vt nulli Monasterium vestrum cum Capellis omnibus, & tenimentis suis sit subiectum, præterquam Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ*, per quæ censetur Papa priuasse Episcopum iurisdictione locali, cùm verbum *nulli*
3 non possit verificari nisi in Ordinario, qui circumscripta exemptione iurisdictionem habet, ex text. *in cap. cum persona 7. in fin. de priuileg. in 6.* & *in c. omnes Basilicæ 16. quæst. 1. c. conquerente 16. de offic. ordin. c. cum Episcopus eod. tit. in 6. cap. constituens 6. & cap. seq. de religios. domib.* Præsertim cum priui-
4 legium exemptionis fuerit directum Prælato d. Ecclesiæ Abbatialis tunc Regulari, eoi in dubio censetur concessa iurisdictio priuatiuè, ex notatis per Felin. *in cap. pastoralis limit. 7. num. 4.* Abb. *ibid. in vers. sed & eadem*, Adden. ad eumdem Felin. *in d. c. pastoralis lit. A.*

5 Et propterea intrat etiam exemptio à solutione decimarum, quia earum solutio prouenit à lege Diœcesana, Abb. *in cap. dilectus num. 4. de offic. ordinar.* Chochier *de iurisdict. ordin. in exempt. quæst. 15. num. 6.* Modern. *de potest. Episcop. tit. 1. cap. 1. num. 14.*
6 Idque eò magis venit dicendum, ponderata reseruatione facta io d. priuilegio ad fauorem Ecclesiæ Rossanensis d. annui census trium cereorum, & vnius cannatæ mellis, quæ denotat omnium aliarum rerum non reseruatarum comprehensionem, Io. Andr. *in cap. cum venerabilis de cens.* Dec *cons. 151. num. 1. circa fin. vers. quarè facit*, Seraph. *dec. 1025. n. 6. & 10.* cum aliis cumulat. *in 2. decis. causa §. quæ ex lectura in fin.*

Nec obstat qood in eodem priuilegio *in §. sanè* expressum fuerit, qood Monachi non debeant soluere decimam noualium, quæ propriis manibus, vel sumptibus colunt, siue de animalium ad eos
7 spectantium nutrimentis; ex qua expressione inferebatur, quod de cætero decimam soluere teneantur, & de animalibus non inseruientibus vsui Monasterij, & de his, quæ dant aliis nutrienda, vt in specie ex doctrina Abbat. *in c. ex parte il 1. n. 8. & in fin. de decim.* & aliorum, tenuit Rota *in decis. 493. n. 1. p. 4. recent.*

Quoniam cùm exemptio ab aliis decimis optimè deducatur ex antecedenti generali, ac totali exemptione supra disposita, subsequens specialis expressio dd. noualium non importat exclusionem
8 aliarum decimarum, non enim inclusio vnius est exclusio alterius, quoties prout hîc illud includitur alio modo, Dec *in l. 1. num 84. in 3. lectur. ff. si cert. petat.* Salic. *in l. de crimine, C. qui accusar. non poss.* Menoch. *cons. 86 num. 30.* Surd. *cons 25. num. 35.* Rota
9 *decis. 158. num. 19. part. 5. recent.* Neque generi per speciem derogatur, nisi inter vtrumque adiecta sit dictio aliqua expositiua, & modificatiua, sed species censetur expressa maioris declarationis gratia, Cephal. *cons. 372. n. 15.* Rot *decis. 261. n. 2. p. 2. diuers.* Greg. XV. *in dec. 257. n. 9.* vbi Adden. *n. 31.* allegat concordantes.

Quo verò ad iurisdictionem in populum censuerunt Domini non competere d. Abbati; quia 10
ea non legitur adempta in d. priuilegio, & sic censetur Ordinario reseruata, Anchar. *in dict. cap. postulasti num. 45. vers. quidquid enim de foro compet. & in cap. 2. num. 10. vers. quod probo breuiter de constit. in 6.* & ibi Franc. *in §. statute num. 10. vers. & ita etiam*, Rota *decis. 324. num. 5. part. 1. recent.* Nec ab
exemptione Monachorum Monasterij, eiusque 11
membrorum licet inferre ad comprehensionem exemptionis populi à lege iurisdictionis ordinariæ, cum ex vno aliud non sequatur, *cap. per exemptionem*, vbi Ioan. Andr. *num. 2.* Anchar. *num. 3.* & alij communiter *de priuil in 6. & in cap. 1. §. illum locum de verbor. signific. eodem lib. 7.* & benè distinguit Calder. *in cons. quod incipit, Christi & gloriosa Maria, &c. impress post allegat.* Lap 139. *à num 10. vsque ad fin.* & arguit idem Lap. *in dict. allegat. 139. num. 12. & 13.* Chochier *de iurisd. ordin. in exempt. part. 1. quæst. 13. num. 4.* Rota *dict. decis. 324. num. 6. part. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Eugubina erroris Calculi.

Lunæ 10. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Instrumenta solidationis computorum & acceptationis calculi facti ad relationem Periti de communi partium consensu electi, non obstant, quin computa denuò reuideantur & tractentur, attento manifesto errore in relatione calculi detecto.

SVMMARIVM.

1 *Procuratore exigente summam à Depositariis, quam Peritus in calculo ad creditum eorundem non ponit, error manifestus in partitis committitur & bonus modus negatiuā probandi resultat.*
2 *Confessio ex computis & Epistolis resultans contra scribentes plenè probat.*
3 *Error eo ipso quod constet rem aliter se habere probatur.*
4 *Transactione facta ratio semel reddita amplius reddi non debet.*
5 *Acceptatio calculi Periti constito de errore in considerabili quantitate acceptanti non præiudicat.*
6 *Nemo cum aliena iactura locupletari debet.*
7 *Acceptatio calculi nulla super calculo lite præcedente non impedit, quin ex causa erroris ratio etiam sæpius computata reuideri & denuo tractari debeat.*
8 *Contractus à conuentione partis legem accipit.*

DECISIO CLXXXII.

ENTANTIAM Rotalem coofirmatoriam alterius A. C. qua Michael Angelus Zeccadorus hæres Francisci fratris condemnatus fuit ad restituendum Cooentinis duas partitas, nempè vnam ducatorum 216. auri de Camera, &

& alteram ſentorum 700 monetæ, dixerunt DD. eſſe confirmandam attenta eius validitate, & Iuſtitia.

Validitas enim non impugnatur, & Iuſtitia elucescit ex tribus decisionibus in cauſa factis coram Reuerendiſſ. P. D. meo Pirouano Decano ſub diebus 27. Februarij, 22. Iunij, & 16. Nouembris anni præteriti, in quibus luculenter fuit diſcuſſum, & oſtenſum partitas præfatas adhuc deberi à d. Zeccadoro, non obſtantibus Inſtrumentis ſolidationis computorum, & acceptationis calculi facti ad relationem Periti de communi partium conſenſu electi, attento manifeſto errore in prædicta relatione calculi detecto, *l. vnica C. de error. calcul.* & tradunt communiter ſcribentes *in l. 2. C. de iur. fiſc. l. emptor §. Lucius ff de pact.* Rolan. *conſ. 49. n. 44. lib. 1.*

Error autem quoad primam partitam ducatorum 216. clarè probatur ex eo, quod d. Franciſcus Zeccadorus vti Procurator Mutij Conuentini exegit
1 eandem ſummam à Depoſitariis officij Plumbi, & tamen Peritus in d. calculo non poſuit eam ad creditum eorundem Conuentinorum, vt patet ex eius inſpectione, qui eſt bonus modus probandi negatiuam, Bart. *in l fin. C. de reb. credit.* Natt. *conſ. 45. num. 3. & conſ. 377. num. 9.* Rolan. *conſ. 1. num. 72. & conſ. 2. num. 131. vol. 1.*

Quo verò ad ſecundam ſcut. 700. pariter error patet, quia Peritus faciens debitorem d. Mutium Conuentinum d. Zeccadori in ſcutis 2167. & ba. 67. ſubiunxit, *annullando la Poliza di ſcudi 700. per eſſer compreſa in vn pagamento de ſcudi 1130. per il Banco de Doni ſotto li 12. Settembre* 1601. Et tamen in computis poſtea tranſmiſſis ab eodem Franciſco de anno 1602. prædicto Mutio, idem Mutius deſcribitur Creditor in ſcutis 42. pro fructibus dd. ſcut. 700. iuxta pactum inter eos conuentum in ſupradicta apoca à Perito annullata in ſua relatione calculi; ſignum euidens, quod ſi reuera dicta ſcuta 700. fuiſſent reſtituta, & comprehenſa in d. partita ſcutorum 1130 ſoluta de anno 1601. anno ſubſequenti, non deſcripſiſſet Zeccadorus Conuentinum creditorem pro fructibus, qui ex debito extincto prouenire non poſſunt.

Idemque comprobatur tam ex aliis computis manu dicti Michaelis Angeli ſcriptis ac eidem Mutio tranſmiſſis, quàm ex epiſtolis eiuſdem Franciſci; & etiam Michaelis Angeli, in quibus reſpectiuè apparet d. partitam ſcutorum 1130. fuiſſe contra diſtinctè poſitam à d. partita ſcut. 700. hancque enunciatam vti exiſtentem, non autem extinctam;
2 quæ quidem confeſſio ex dd. computis, & epiſtolis reſultans ſicut plenè probat contra ſcribentes *l. Publia ff. depoſit.* Felin. *in cap. 1. de fid. Inſtrum.* Crauet. *de antiq. tempor. 1. part. num. 4.* & in ſpecie de compu-
3 tis, & epiſtola dixit Rota *Ianuen. in deciſ. 18. num. 8.* ita quoque ad oculum demonſtrat errorem, qui probatur eo ipſo, quod conſtet rem aliter ſe habere, *l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. & fact. ignor.* Socin *conſ. 15 num. 3. vol 4.* Crauett. *conſ. 188. num. 9. verſ probatur autem.*

Non obſtat, quod Inſtrumentum ſolidationis
4 computorum fuerit factum per viam tranſactionis, quo caſu ratio ſemel reddita amplius reddi non debet, vt notatur in *dict. l. vnic.* ibi, *ſi res iudicatæ non ſunt, vel tranſactio non interuenit, C. de error calcul.* Bart *in l 2 C de iur fiſc.* Quia tranſactio nõ fuit facta ſuper computis ſolidatis, imo in ea fuit explicite reſeruata reuiſio computorum per Peritum facienda, vt in d. Inſtrumento *verſ. & nihilominus*, acceptatio verò relationis calculi d. Periti poſtea ſecuta minus 5
præiudicat, conſtito de errore in conſiderabili quantitate, vt conſuluit Socin. *in conſ. 190. incipien. nemini col. 3. verſ. ex quibus patet lib. 2.* & ex plutibus authoritatibus firmat Munoz *de ratiocin. admin cap. 41. n. 5. & 11.* cum aliis relatis *in 1. deciſ cauſa §. attamen in*
fine. Et ratio eſt, quia nemo debet locupletari cum 6
aliena iactura, *l nam hoc natura ff. de condit. indeb.* maxime cum ſuper calculo nulla lis præceſſerit, tunc
enim acceptatio calculi cum pacto de non contra- 7
ueniendo non impedit, quo minus ex cauſa erroris ratio etiam ſæpius computata reuideri, & denuò tractari debeat, vt per *text in d l. vnic C de error. calcul* declarat Ruin. *conſ. 134. ante fin. lib. 1.* quem in terminis ſequitur *Tob. Non. conſ 63 num 19 &* & dixit Rota *in Romana ſeu Camerin. pecuniaria 6 Febr. 1626. coram bon. mem. Remboldo.*

Demum non aduerſatur, quod d. partita ſcutorum 700. aſſeratur remiſſa d Michaeli Angelo contemplatione remiſſionis honorarij, prætenſi ob patrocinia præſtita à d. Franciſco per annos 20. in litibus eorundem Conuentinorum defendendis, & propterea inducta ſit compenſatio in prætenſa tranſactione.

Quoniam ex lectura eiuſdem Inſtrumenti tollitur obiectum, dum apparet, partes poſt mutuam compenſationem vtriuſque prætenſionis ſubiunxiſſe, ibi; *Et nihilominus non obſtantibus ſuprà expreſſis, vt veritas circa præmiſſa habeatur, conuenere dictæ partes per pactum expreſſum, quod computa inter eas iam facta, vt aſſeruere, de datis, & receptis iterum fiant, & reuideri poſſint, & debeant &c. Prout etiam conuenere, dictum Michaelem Angelum teneri ad præciſius docendum, & oſtendendum ſcuta 700 eſſe comprehenſa in computis ſeu pecuniis d. Mutio verè reſtitutis per d. Frãciſcũ prout d. Michael Angelus reſtituta eſſe aſſeruit.* Vnde patet, quod nõ obſtante remiſſione prætenſi honorarij idem Zeccadorus ſe obligauit aliunde docere de præciſa reſtitutione dd. ſcut. 700. & propterea ceſſat compenſatio ex pacto
appoſito in eiuſdem tranſactionis contractu, qui à 8
partium conuentione legem accipit, *l. contractus §. ſed hæc ita ff. de reg iur l. 1. §. ſi conuenıat ff depoſit. l. legem C de pact.* Mantic *de contract. lib 1. tit. 14. num. 5.* tantum enim ab eſt, quod docuerit de vera reſtitutione dd ſcutorum 700. quin potius contrarium conſtet ex ſuperius deductis, & fuſius ponderatis in deciſionibus emanatis coram Reuerendiſſ. P. D. meo Decano, in quibus fuit plenè ſatisfactum cæteris omnibus obiectis, quæ contra prædicta replicabantur pro parte Zeccadori.

Et ita deciſum vna tantum parte informante, altera tamen pluries citata.

Firmana dotis ſeu ſucceſſionis.

Vener. 14. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De ſubſtitutione pupillari ex defectu vocatorum in teſtamento ad fauorem Societatis S. Rocchi facta, vbi quod ſubſtitutio verbis communibus & obliquis concepta ſemper & omni tempore fideicommiſſaria dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* hæres *vnitum cum verbo* est *faciunt substitutionem directam, & pupillarem etiam matre in medio existente continent.*

2 *Substitutio facta ad fauorem pia causa matris fauorem excludit.*

3 *Clausula* omni meliori modo *facit vt substitutio etiam pupillariter facta dicatur.*

4 *Matris ad secunda vota conuolatio pro substitutione pupillari facere videtur.*

5 *Verbum* substituit *est commune, verba autem* esse voluit ac ore proprio nominauit *sunt obliqua.*

6 *Verba communia & obliqua quando in substitutione leguntur, tunc verba communia ad sensum obliquum trahuntur & eiusdem natura reputantur.*

7 *Substitutio quando verba sunt obliqua semper & omni tempore est fideicommissaria.*

8 *Verbum* hæres *cum imperatiuo* esto *coniunctum substitutionem directam facit.*

9 *Substitutio compendiosa matre in medio existente per verba communia facta, an omni tempore fideicommissaria fauore matris censeatur, controuertitur.*

10 *Substitutio quando ad bona testatoris est restricta, omni tempore fideicommissaria dicitur.*

11 *Verba in tertia persona prolata ad personam testatoris & sic ad ipsius bona referuntur.*

12 *Dictio* eius *etiam ad personam & bona pupilli secundùm subiectam materiam referri potest.*

13 *Dictio* eius *in numero singulari vni tantum adaptari potest.*

14 *Verbum* supradictis *tanquam repetitiuum identitatem bonorum demonstrat.*

15 *Pronomen* ipsius *est personalissimum solúmque bona testatoris comprehendit.*

16 *Substitutio sub conditione incerta concepta nullum fauorem substituto prabet.*

17 *Substitutione sub conditione incerta concepta nullus pia causa fauor est tribuendus.*

18 *In successione filiorum lex magis matri quàm pia causa fauet.*

19 *Clausula* omni meliori modo, *quando substitutio ad bona testatoris est restricta, ad illa quoque restricta censetur.*

20 *Matris ad secunda vota conuolatio, ad confirmandam substitutionem pupillarem de per se sola non sufficit.*

21 *Regula* simul iuncta iuuare quæ singula non possunt, *quando catera coniectura omnes in se sunt imperfecta cessat.*

DECISIO CLXXXIII.

VERBA testamenti Francisci Montani sunt hæc, videlicet. *In omnibus autem aliis bonis, &c. ac eius haredem vniuersalem instituit, esse voluit, iussit, & mandauit, ac ore proprio nominauit ventrem pregnantem, & casu quo ex dicto ventre pragnante nullus eueniret filius, seu filia, seu forsan illis aduenientibus, &c. & morientibus absque filiis legitimis, & naturalibus, in tali casu eius haredem vniuersalem substituit, esse voluit, ac pariter ore proprio nominauit Societatem S Rocchi, & in omnibus, & singulis bonis supradictis ipsius testatoris, vsufructuariam vniuersalem instituit Laudomiam matrem.*

Post obitum Testatoris ex ventre prægnante natus est Franciscus iunior, qui fuit quoque hæres institutus à dicta Laudomia Auia paterna, eique substituta Dorothea eiusdem Laudomiæ filia, & prædicti Francisci Posthumi Amita, inter quam Dorotheam, & Societatem S.Rocchi orta controuersia super successione dicti Francisci Posthumi, dedi dubium, an adsit substitutio pupillaris in testamento Francisci senioris ad fauorem Societatis S. Rocchi.

Et pro parte dictæ Societatis dicebatur substitutionem pupillarem adesse, nedum ex virtute verborum, verum etiam ex præsumpta mente Testatoris.

Ex virtute verborum; quia verba, ibi, *eius he- 1
redem vniuersalem substituit, esse voluit, &c.* videntur directa virtute verbi (*haredem*) quod quidem verbum vnitum cum verbo (*est*) faciunt substitutionem directam, vt in terminis eorumdem verborum (*hares esto*) vel (*hares erit*) est textus *in l. 1. & in l. qui liberis, ff. de vulgari & pupillari*, Bart. *in l. Centurio num. 43. ff. eod.* Menoch. *lib. 4. prasumpt. 55. num. 4.* quo casu contineri pupillarem etiam matre existente in medio, tenent inter alios Gabr. *in cons. 69. num. 4. & cons. 130. pariter sub num. 4. lib. 1.* Cephal. *cons. 514. n. 19. & 82.* Rota *decis. 373. num. 3. p. 2. recent.*

Idemque suaderi ex præsumpta mente Testatoris, quæ ex pluribus coniecturis elici asserebatur, vt fuit seruatum *in dicta decis. 373. part. 2. recent.*

Prima namque coniectura desumebatur ex eo,
quod substitutio fuit facta ad fauorem piæ causæ, 2
quæ matris fauorem excludit, *c. si pater de testam. lib. 6.* Peregr. *de fideicomm. art. 34. num. 43.* Rot. *dict. decis. 373. n. 7. & 10.* & apud Card. Mantic. *in decis. 367. n. 12.*

Secunda deducebatur ex clausula *omni alio me- 3
liori modo*, quæ facit, vt substitutio etiam pupillariter facta dicatur, Ioan. de Amicis *in cons. 15. num. 10.* Cephal. *cons. 423. num. 105.* Laderch. *cons. 1. num. 10. vers. quintò*, Rota *decis. 181. n. 6. p. 2. diuers.*

Tertia, & vltima colligebatur ex conuolatione 4
matris ad secunda vota, sicuti hæc quoque coniectura admissa dicebatur *in dicta decis. 367. num. 14.* apud Mant. eamque refert etiam Menoch. *lib. 4. prasumpt. 39. numer. 65, & prasumpt. 56. num. 29.*

Cæterum prædictis omnibus non obstantibus, Domini bene discusso articulo contrarium resoluerunt, scilicet in substitutione, de qua agitur, non adesse pupillarem; ea moti ratione, quia substitutio legitur concepta verbis communibus, & obliquis, provt liquet ex verbis, ibi, *eius haredem substituit, & esse voluit, ac ore proprio nominauit Socie-
tatem, &c.* ponderando verbo (*substituit*) quod 5
est commune; vt per Alex. *in cons. 36. num. 2. lib 3. & in cons. 3. num. 1. lib. 7.* Odd. *de compendios. part. 4. art. 1. in verb. substitutio*, Gratian. *discept. forens. c. 407. num. 36.* verba autem (*esse voluit, ac ore proprio nominauit*) sunt obliqua, ad *text. in l. 2. C comm. de legat.* Intrigl. *substit. centur. 3. quast. 17. & 18.* Fusar.
de substit. quast. 244. num. 11. quando autem in sub- 6
stitutione leguntur verba communia, & obliqua, tunc verba communia ad sensum obliquum trahuntur, & eiusdem naturæ, obliquæ perinde, ac si omnia obliqua essent reputantur, Ruin. *in cons. 128. num. 16 & 17. lib 3* quem refert, & sequitur Marescot. *lib. 2. var. cap. 140. num. 41.* quo casu substitutionem

7 tuitionem semper, & omni tempore esse fideicom-
missariam, firmat text. *in l. cohæredi § cum filia ff. de
vulg. & pupillar.* & sequuntur D D. communiter in
dicta *l. Centurio ff. eodem*, Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 5.
num. 10. vers. porrò*, Menoch. *lib. 4 præsumpt. 58. num.
6.* Odd. *de compendios. part. 5. tit. de compend. à pagan.
fact. art. 2. num. 7.* Peregr. *de fideic. art. 34. num. 21.
& 63.*

Nec contrarium dici potest ex virtute verbi (*hæ-
redem*) quia verbum (*hæres*) tunc demum facit sub-
stitutionem directam, quando est coniunctum cum
imperatiuo (*esto*) in quibus terminis loquitur *tex-
tus in l. 1. ff. de vulgar.* cum aliis in contrarium alle-
8 gatis, alias verbum (*hæres*) simpliciter sumptum,
potius censeri debet commune, quàm directum,
eo quia commodè vtrique naturæ scilicet directæ,
& obliquæ conueniat, & adaptari possit, vt
decidit textus *in l. 2. C. quando, & in quibus
lib. 10.*

Præterea quatenus substitutio prædicta, esset
composita solommodo verbis communibus, adhuc
Domini in eadem sententia permanserunt. Quia
9 licet perardua sit illa quæstio, an compendiosa sub-
stitutio matre existente in medio, quando est fa-
cta per verba communia censeatur omni tempore
fideicommissaria fauore matris, ne à luctuosa filij
hæreditate excludatur, seù potius directa dicatur
intra tempus pupillaris ætatis, post pubertatem
verò fideicommissaria reputetur, vt videre est
apud Bursatt. *in cons. 8. num. 59.* & apud Mantic. *de
coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 16.* latè Fusar. *de
substit. quæst. 242. per tot.* adeò quod liceret Iudici in
vtramque partem inclinare, dixit Ciriac. *in contro-
uers. 242. num. 28.*

10 Attamen quando prout hîc substitutio est restri-
cta ad bona testatoris, tunc receptissima est D D.
sententia, vt omni tempore fideicommissaria di-
catur, Bald. *in precibus num. 44. vers. præterea attende*,
& ibi Salicet. *col. penult. num. 26. C. de impub.* Ripa *in
d. l. Centurio n. 120.* & ibi Socin. *num. 289. vers. sed
mihi ff. de vulgar.* Aym. *cons. 98. num. 10. & cons. 141. in
fine*, Gabr. *cons. 113. num. 7 lib. 2.* Mant. *de coniectu-
ris lib. 5. tit. 7. num. 11 & lib. 7. tit. 3. num. 18.* Peregr.
de fideicomm. art. 34. num. 44. Merlin. *de legit. lib. 3. tit.
2. quæst. 14. num. 16. vers. tertius casus*, Rota *dec. 504.
num. 1 per tot. & dec. 509. in prim. part. 4. diuers. et dec.
639 num. 5. part. 1. rec. et dec. 22. num. 2. inter impress.
apud Merl. de legit.*

Quod autem testator se restrinxerit ad bona pro-
pria, visum fuit clarè probari ex verbis testamen-
ti, ibi; *In omnibus aliis bonis &c. eius hæredem insti-
tuit ventrem prægnantem &c.* & in substitutione. ibi;
*in tali casu eius hæredem vniuersalem substituit Societa-
tem S. Rocchi*, iunctis aliis subsequentibus, ibi; *In
omnibus autem supradictis bonis ipsius testatoris &c.
vsufructuariam vniuersalem instituit &c.* Cùm enim
11 huiusmodi verba sint prolata in tertia persona re-
feruntur ad personam testatoris, & sic ad ipsius bo-
na, *l. debitor, & l. ex facto in princip.* ibique DD. *ff.
ad Trebell.* Bart. *in l. in testamento num. 3. & 4. de aur.
& argent. legat.* Seraph *decis. 552. num. 7.* cum aliis cu-
mulat per Marescott. *lib. 1. var. d. c. 140. num. 3.* vbi lo-
quitur in terminis dictionis (*eius*) & fuit dictum
*in Sabinen. immissionis 2. Iunij 1628. coram R.
P. D. Dunozetto, sub §. non obstat, quod substitu-
tio.*

12 Non obstat, quod dictio illa (*eius*) possit re-
ferri etiam ad personam, & bona pupilli secundum
subiectam materiam, vt per Imol *in dicta l. ex facto
num. 1. vers. sed vbi ratio ff. ad Trebell.* Quia tunc pos-
set referri ad personam, & bona pupilli, quando
substitutio esset facta in forma pupillari, vel per
verba directa; secus verò quando prout hic est fa-
cta sine præfinitione temporis, & absque verbis di-
rectis, Coro. *cons. 312. lit. R. lib. 3.* & declarat Mares-
cott. *in d. cap. 140. num. 9.* Imò in præsenti prædicta
dictio (*eius*) non potest conuenire nisi testatori, cùm
verba testamenti immediatè antecedenter prolata
directa fuerint in filios in numero plurali ibi; *illis
euenientibus, & morientibus &c. in tali casu eius hæ-
redem substituit &c.* ad hoc igitur, vt ad eorumdem
filiorum bona possit etiam referri substitutio, debe-
bat dictio subsequens dicere (*eorum*,) & non (*eius*) 13
in numero singulari, qui vni tantùm adaptari po-
test, Gloss. *in l. 1. verb. D. mus ff. de option. legat.*
Alex. *cons. 2. numer. 19. vers. item loquitur
lib. 4.*

Idemque clarius visum fuit comprobari ex po-
sterioribus verbis ibi, *in omnibus autem supradictis
bonis ipsius testatoris hæredem vsufructuarium &c.*
ponderatis verbis supradictis, & ipsius, quæ non
solùm demonstrant, quod Testator, tam in prima
parte, quàm in posteriori senserit de eisdem bonis
virtute verbi (*supradictis*) quod tanquam repeti- 14
tiuum identitatem bonorum demonstrat, Bart. *in l. si
quis seruum § finali num. 5. ff. de leg. 2.* Ruin *cons. 55. n.
4. lib. 3.* Grat. *de diction. dict. 261. num 1. & seq.* Se-
raph. *dec. 584. num. 8.* Verùm demonstrant volunta-
tem restrictam ad bona propria virtute pronominis
(*ipsius*) quod est personalissimum, solumque bona 15
testatoris comprehendit, Menoch *cons. 176. num.
13.* Fusar. *de substitut. quæst. 345. n. 7. & 8.* Seraph. *dec.
1149 num. 18.*

Prout nec voluntas faciendi substitutionem pu-
pillarem, & disponendi de bonis pupilli, elici po-
test ex coniecturis in contrarium ponderatis; quia
illæ pernecesse non suadent contrarium ex verisimili
mente testatoris, prout requiritur, Marescott. *in
d. cap. 140. num. 10. vers. secus si de his.*

Prima etenim coniectura fundata in eo, quod
substitutio fuerit facta ad fauorem piæ causæ non 16
vrget, quia substitutio in proposito est concepta
sub conditione incerta, nempe casu quo ex ventre
prægnante nullus nasceretur filius, vel quatenus
nasceretur decederet absque filiis, & propterea
nullum præbet fauorem substituto, etiamsi sit pia
causa, ex cumulatis per Peregr. *de fideicomm. art. 53.
num. 65. & art. 34. num. 43. in fine*, Fusar. *de substit.
quæst. 142. num. 86.* Vltra quod plures DD. tenent,
quod in hac re nullus piæ causæ sit attribuendus fa- 17
uor, Alex. *cons. 162. num. 7. lib. 2.* Honded. *cons. 73. n.
34. lib. 1* quos, & alios refert, & sequitur Peregr.
*in dicto art. 34. eod. num. 43. circa med. vers. sed nec ista
ratio*, Fusar *loco supracit. num. 83.* vbi reddit ratio-
nem, quia in successione filiorum lex magis fauet 18
matri, quàm piæ causæ, *argum. l. nam, & si parenti-
bus ff. de inofficioso testamento.*

Secunda deducta ex clausula (*omni meliori modo*)
nec etiam afficit, dum testator non fecit mentio-
nem pupillaris ætatis, nec vsus fuit verbis directis,
sed imo substitutionem restrinxit ad bona propria, 19
tunc enim quemadmodum substitutio ipsa restricta
est ad bona testatoris, ita pariter dicta clausula ad
illa quoque restricta censetur, vt per Ripam *in d.
l. Centurio num. 85. vers. secundo in tellige ff. de vulgar.*
Curt Iun. *cons. 199. num. 21.* bene Marescott. *in sæpe
citat. cap. 140. num. 481.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. di-
cta quæst. 14. num. 69. & 70.* vbi quod hæc coniectu-
ra retorquetur, quando testator se restrinxit ad bo-
na sua.

Tertia

20 Tertia & vltima desumpta ex consolatione matris ad secunda vota de per se sola non sufficit, ex adductis per Mantic. *in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 15. num. 18.* Merlin *de legit. lib. 3. tit. 2. d. quæst. 14 num. 55.* & aduertitur etiam io ex aduerso allegata *decis. 367.* coram Mant. *sub num. 14. vers. & licet ista*, in casu vero dictæ decisionis fuit admissa, quia alia ibi plura concurrebant exclusionem matris suadentia, nempe quod substitutio erat facta verbis directis, nec aliquid fuerat matri relictum in testamento, quinimo ex aliis constabat, quod testator odio prosequebatur matrem, vt patet ex eius lectura, & præcipue *sub num. 13.*

21 Nec potest adaptari regula vulgaris, vt quæ non pro sunt singula simul iuncta iuuent, quia cessat regula prædicta quando cæteræ coniecturæ sunt omnes in se imperfectæ, Bald. *in l. si quis ex Argentariis §. 1. num. 2. & seqq. ff de eden.* Gabr. *de probat. concl. 1. num. 33.* Mantic. *dec. 307. num. 11.* & fuit dictum *in Tuderti. a assert. fideicommissi 4. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Royas.*

Et sic vtraque &c.

Romana Bonorum

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Manutentio super bonis de quibus agitur Cessionariis est concedenda, stante anteriori possessione (quæ Ægidianam non recipit) ad eorum fauorem cedentis, vbi plura de possessione intra terminum ad appellandum capta, quæ vti nulla & attentata in consideratione non est habenda.

Vide suprà *Decis. 175.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando de Iure Canonico datur nec locus est Ægidiana, possessio capta intra terminum ad appellandum nulla dicitur & attentata.*

2 *Clausula* remota appellatione *prohibet appellationem, ita vt possessio etiam intra terminum ad appellandum citra vitium attentatorum capi possit.*

3 *Clausula* remota appellatione *in alia diuersa commissione apposita, non afficit in ea non nominatos.*

4 *Commissio admissionis ad causam in statu & terminis in quantum operatur.*

5 *Admissio ad causam vigore commissionis per decretum procurari debet, cum comparitiones, productiones iurium, vel citationes partis pro eadem non sufficiant.*

6 *Clausula generalis* omnésque alios, *omnes interesse quoquo modo habentes comprehendit.*

7 *Admissio ad causam vigore commissionis generalis tacita sufficit.*

8 *Commissio specialis disputationem super verificatione clausulæ* constito de interesse, *& citationem ad dicendum contra commissionem requiris.*

9 *Veniens ad causam ad effectum excludendi Ius vtriusque, sua acta facere voluisse non censetur.*

10 *Actus subsecuti qualis fuerit in antecedentibus voluntas, declarant.*

11 *Ex diuersis non fit illatio.*

12 *Procurator habens explicitum mandatum ad prosequendam causam in statu & terminis, non potest aliâ viâ ad causam venire, cùm fines mandati excedere nequeat.*

DECISIO CLXXXIV.

Cæterum firmarunt Domini Venerabili Archiconfraternitati Sãctissimæ Trinitatis Conualescentium cessionariç Marci Petrosij dandam esse manutentionem super bonis de quibus agitur, attenta eiusdem Marci anteriori possessione; quia priuatus non remansit ex alia posteriori pro Archilleis capta vigore sententiæ Rotalis latæ ex *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* quia cùm de Iure Canonico à dicta sententia daretur appellatio, & non esset locus Ægidianæ, ex quo agebatur de bonis emphyteuticis Ecclesiæ, & cum persona Ecclesiastica, d. possessio Archilleorum vti capta intra terminum ad appellandum dicitur nulla & attentata, & consequenter nullius est momenti, ex adduct. per Rotam *in decis. 330. num. 45. & 6 part. 6 recent.* & latius ponderatis *in præcedenti decisione causa* emissa sub die 21. Aprilis anni currentis. 1

Nec obstare dixerunt vnicum fundamentum, super quo hodie principaliter insistebant informantes pro Archilleis, nempè quod in commissione causæ ad esset clausula (*appellatione remota*) quæ prohibet appellationem, itavt possessio capi potuerit etiam intra terminum ad appellandum citra vitium attentatorum, ex notatis per DD. *in cap. pastoralis §. præterea de offic. delegat.* Lancell. *de attent. cap. 12 limit. 8. n. 2.* Scacc. *de appellat. q. 16. limit. 1. num. 20.* 2

Quia vt in eadem præcedenti decisione respondetur, hæc clausula fuit apposita in alia diuersa cõmissione obtenta inter d. Petrosium, & Patres S. Mariæ de Scala, & propterea non afficit in ea non nominatos, vt ex text. *in cap. super eo,* vbi DD. *de offic. deleg.* & ex Dec. *conf. 198. num. 4. in fin. vers. & ideo clausula volum. 1.* & aliis firmat Marth. *de clausul. part. 1. clausul. 12. num. 3.* Adden. ad *decis. 4. de sequestr. possess. & fruct. litera A. in nou.* 3

Et quamuis fuerit replicatum, quod Archillei postea obtinuerunt aliam particularem commissionem admissionis ad causam in statu, & terminis, cuios commissionis vigore dicebatur omnia illuc vsque acta approbasse, & causam fecisse suam, & consequenter etiam præcedentem commissionem continentem clausulam (*appellatione*) ex Mandos. *in commission admission. ad caus. in verb. statu, & terminis, sub vers. quæro supposito,* Acchill. *decis. 13. de appellat.* Duran. *decis. 223. num. 1.* 4

Attamen fuit responsum non constare, quod idem Archillei d. commissione vti voluerint, dum illius vigore expressè per decretum non procurarunt se admitti ad causas prout requirebatur, ne alioquin esset in eorum potestate allegare admissionem, si victoriam litis reportassent, & illam negare si succubuissent, adeò vt pro admissione non sufficiant comparitiones, productiones iurium vel 5

cita

citationes partis, vt aduertit Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 259. *num.* 5. & repetit quoque Addent. ad Buratt. *in decis.* 833. *num.* 5.

Quæ quidem ratio non tollitur ex distinctione allata per eosdē informatos pro Archilleis, scilicet quod hoc procedat, quando quis venit ad causam vigore commissionis generalis, secus verò quando admittitur vigore commissionis specialis, quia nullibi probatur eos fuisse admissos vigore specialis commissionis. Imò cùm ipsi potuerint venire ad causam duplici modo, nimirum vigore clausulæ ge-
6 neralis (*omnésque alios*) in prima commissione contentæ, sub qua comprehenduntur omnes interesse quoquomodo habentes, Rota *decis.* 8. vbi Adden. *num.* 7. *de rescript. in nou.* Achil *decis. vlt. eod. tit.* cum aliis allegat. per Mart *de clausul. part.* 1. *claus.* 86. *num.* 1. & vigore specialis commissionis admissionis ad causam in statu & terminis, cum solita clausula (*consti-*
7 *to de interesse*) dicendum est, quod ipsi vigore generalis commissionis admitti voluerint, in qua sufficit tacita admissio, Put. *decis.* 91. *num.* 3. *lib.* 1. *in correct.*
8 non autem vigore specialis, pro cuius vsu requirebatur disputatio super verificatione d. clausulæ (*constito de interesse*) prout fieri solet, & citatio ad dicendum contra commissionem, vt in terminis est *decisio* 1. Bisignet. *de rescript. in antiq.* ex Felin. *in cap. auditis col.* 14. *eod. tit.* & benè ad propositum distinguit, & declarat Put. *in dict. decis.* 91. *num.* 1. & 3. *lib.* 1.

Quod verificatur ex eo, quod Archillei non prosequuti sunt iudicium assistendo iuri alterius ex collitigantibus, quo casu appareret voluntas fa-
9 ciendi acta sua, sed egerunt ad excludendum Ius vtriusque, quo casu veniens ad causam non censetur voluisse facere acta sua, vt fuisse in terminis resolutum per Rotam *in vna Nolana pensionis* 13. *Iunij* 1611. *coram Sacrato*, testatur Adden. ad Gregor. XV. *in d. decis.* 259. *num.* 7. & repetit Adden. ad Buratt. *in d. decis.* 833. *num.* 10. & hanc veritatem agnoscentes iidem Archillei, conati sunt postea nouam commissionem impetrare cum clausula (*appellatione remota*) qua sanè non egnissent si præcessisset eorum admissio ad causam in
10 statu, & terminis, ex his enim actibus subsecutis declaratur, qualis fuerit eorum voluntas in antecedentibus, ad *text. in l. si Iulianus*, §. *proinde*, *ff. ad Macedon. l. quedam*, *ff. de reb. dub.* Dec. in *l. quamdiu in* 2. *lectur. num.* 14. *C. qui admitt.* Alciat *de præsumpt. part.* 3. *regul.* 2. *præsumpt.* 26. *vers. fallit quartò*, bene Roman. *cons.* 291 *num.* 2. ibique Adden. *lit. A.*

Denique minus aduersari visa fuit commissio iactationis & iactationum, obtenta ab eodem Petrosio contra Dimitillam Matrem Archillcorum; quia illa emanauit super diuersa causa, quæ pendet coram R. P. D meo Decano, & ideò nihil commune habet cum ista de qua agitur, iuxta vulgarem regulam,
11 quod ex diuersis non fit illatio. *l. Papinianus* 10. *ff. de minoribus.*

Ex quibus patet benè subsistere responsionem datam in præcedenti decisione *d. decis.* 303. Gregor. XV. vbi fuit firmatum sufficere tacitam admissionem desumptam ex comparitionibus Procuratorum, & aliis actibus iudicialibus ad hoc, vt veniēs ad causam faciat omnia acta sua; quia ibi In-
12 dicij prosecutus fuit Procurator, qui habebat explicitum mandatum ad prosequendam causam in statu, & terminis, & sic non poterat dici quod alia via potuisset ad causam venire, cum fines mandati excedere nequiret, *l. si Procurator* 10. *C. de procurat.* at in casu præsenti Tutor, & respectiuè Curator, ac Pro-

curator Archillcorum habens generale mandatum absque deductis vlla restrictione, qui licet poterat venire ad causam duplici via, elegit tamen priorem, id est in vim commissionis generalis, vt patet ex supra deductis.

Et ita vtraque parte, &c.

Bonon. Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De creditis alicui tertio cum promissione exigibilitatis cessis: An constet de inexigibilitate primi cedentis, quæ vltimo cessionario suffragatur?

SVMMARIVM.

1. *Inexigibilitas quomodo probatur.*
2. *De manutenendo nomen debitoris exigibile quando agitur vigore obligationis, diligentia executorum & citationes pro indicatione bonorum sufficiunt.*
3. *Inexigibilitate vigore cessionis bonorum notoria stante, opus non est vlteriorem facere exequutionem.*
4. *Instrumentum originale in actis productum, vel à substituto Actuarij causa extractum licet absque citatione partis, creditum plenè probat.*
5. *Instrumentum vnum quando ab altero discrepat, standum est pleniori.*

DECISIO CLXXXV.

IOHANNES Cecchellus duo credita ascendentia ad libras 5300. quæ habebat contra Petrum de Furnis, & Iohannem de Zannettis, cessit cum promissione exigibilitatis D. Marchioni Funtanæ, qui eadem nomina debitorum sic sibi cessa denuo cessit Æmilio de Sartis cum simili promissione exigibilitatis. Sed quia d. Æmilius cessionarius nihil consequi potuit à debitoribus cessis, nec à Cecchello cedente, Semidea eiusdem Æmilij familia & hæres iudicium contra d. Marchionem instituit, vigore obligationis per ipsum factæ de manutenendo Cecchellum exigibilem, & deuoluta in gradu appellationis causa ad Rotam, mihique commissa dubitaui, An constet de inexigibilitate Ioannis Cecchelli quæ suffragetur Semideæ, & affirmatiuè fuit responsum.

Quandoquidem in Summario eiusdem Semideæ 1
apparet contra D. Cecchellum fuisse relaxatum mādatum, & non potuisse exequi ob inhibitionem, & decretum visitæ gratiosæ Ciuitatis Bononiæ, quæ mādauerat eundem Cecchellum non molestari, neque realiter, neque personaliter, attenta cessione bonorū per ipsum facta creditoribus, prout constat ex relationibus executorum, & vlterius dantur citationes contra d. Marchionem ad indicandum bona debitoris, super quibus fieri posset executio, qui sunt boni modi probandi inexigibilitatem, iuxta theoricam Gloss. in *l. à Diuo Pio*, § *in venditione verb. capiantur*, *ff. de Iudic.* quam sequūntur Angel. Imol.

Pacian. & alij plures relati per Ciriac. *in controuerſ.5.à n.142.vſque ad n.147.*

Nec erat neceſſaria formalis excuſſio citato ipſo
2 Marchione, qoia dum agitor vigore obligationis
de manutenendo nomen debitoris exigibile, ſuffi-
ciont prædictæ diligentiæ executorum, & citatio-
nes pro indicatione bonorum, Aretin. *in §. item
ſi quis in fraudem num. 13. Inſtit. de action.* Papien.
*in form.reſp.libell.in action hypothec.in verb. exceptio-
nem excuſſionis num.17.* Thomat. *deciſ.61. num. 10.
& 11. cum ſeqq.* facit *deciſio Forolıuien. ceſſionis cen-
ſus 19. Maij 1629 coram bon.mem. Patriarcha Man-*
3 *Zanedo*; præſertim cùm decreto viſitæ emanato vi-
gore ceſſionis bonorum notoria facta fuiſſet in-
exigibilitas Cecchelli, qua notorietate ſtante opus
non erat vlteriorem facere executionem, Bald. *in
conſ.198.lib.1.* Roland. *conſ.9.num.20. lib.1.* Nego-
ſan. *de pignor.part.8. membr.1.num. 14.* Corn. *conſ.
46. col penult. lib. 2.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.45.
num.15.*

Non obſtat quod in indicationibus & decretis
viſitæ, enoncientur plura bona annui redditus
librarom 3000. quorum proprietas æſtimata ad ra-
tionem quinque pro centenario, iuxta Gloſſ. final.
in authen.perpetua de Sacroſanct. Eccleſ. aſcendat ad
libras 6000.circiter, credita autem pro quibus bo-
na prædicta fuerunt aſſignata non excedant libras
26000. & ſic Semideæ potnerit per ſe ſatisfieri pro-
curando ſubhaſtationem dd. bonorum.

Quia non ſubſiſtit quod credita prædicta ſint in
4 libris 26000. ſed benè in ſcutis 26000. vt legitur
in Inſtrumento originali in actis producto pro par-
te d. Semideæ duobus ab hinc menſibus parte ci-
tata, quod plenè probat vti extractum à ſubſtituto
Actuarij cauſæ licet abſque citatione partis, iuxta
deciſionem Gregor. XV. 59. *num.4.* vbi aliæ plures
Rotæ deciſiones concordantes cumulantur; quo
ſuppoſito in facto certum eſt, quod nec redditus
librar. 3000. nec proprietas ad rationem quinque
pro centenario eiuſdem redditus ſatis fuiſſet pro
ſoluendis dd. ſcutis 26000.

Nec releuat Inſtrumentum pro parte d. Mar-
chionis productum loquens de libris per abacum;
quoniam viſum fuit Dominis magis ſtandum eſſe
alteri Inſtrumento loquenti per extenſum, tam ex
eo quod clarios loquitur ad notat. per Rotam Ia-
noen. *in deciſ.96. num.1.2. & 3.* quàm etiam, quia
5 plus continet; quando autem duo adſunt Inſtru-
menta, qoorum alterum ab alio diſcrepat, ſtatur
pleniori, vt tenet Alex. *in conſ.105. n.3.lib.2.argum.
l.ſi ita ſcriptum fuerit 67.ff.de hæred.inſtit. & l.ſi quis
ex argent.§.ſi initium, ff.de eden.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Succeſſionis.

Vener. 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Teſtator quando ex falſa cauſa hæreditate filiam priuat, quam aliàs hæredem vniuerſalem in primo teſtamento propria manu conſcripto inſtituit, concluſio de primo ſuſtinendo intrat, poſteriori vti ex falſa & erronea cauſa condito ſublato.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa finalis & vnica illa dicitur ſine qua non ſic diſpoſuiſſet Teſtator.*

2 *Cauſa falſa & erronea eo ipſo dicitur probata quo rem aliter ſe habere docetur.*

3 *Teſtamentum ſecundum vti ex falſa & erronea cauſa conditum corruit, & ſuſtinetur primum.*

4 *Teſtamentum primum quatenus non ſuſtineretur, filiæ tamen ſucceſſio paterna ſaltem ab inteſtato debetur.*

5 *Teſtamentum non corruit quando plures cauſæ exprimuntur etiamſi omnes non verificentur.*

Nec inualidatur contractus etſi altera ex cauſis cum dictione præſertim *fuerit expoſita*, ibid.

6 *Effectus declarandi mentem teſtatoris ex ante & poſt Teſtamentum dictis colligitur.*

7 *Teſtatoris dicto ſtandum eſt cùm id in animo conſiſtat.*

8 *Cauſam falſam non eſſe in eodem teſtamento expreſſam non refert, dummodo ea aliunde probetur.*

9 *Teſtes duo ſufficiunt ad voluntatem Teſtatoris circa iam factam diſpoſitionem declarandam, non autem ad nouam inducendam.*

Idque procedit etiamſi teſtes ſunt ſingulares, ibid. *imò ſufficit vnicus*, ibid.

10 *Interpres partis pro teſtibus examinandis de ſtylo Curiæ adhibetur.*

11 *Mendax in vno mendax in omnibus reputatur, nec teſtibus taliter deprehenſis ob indiuiduitatem iuramenti fides eſt adhibenda.*

12 *Teſtes à parte aduerſa inducti & ad illius inſtantiam ſeruatis ſeruandis iurantes, ad inſtantiam alterius partis abſque reiteratione terminorum iudicialium, vti communes effecti examinari poſſunt.*

13 *Teſtes per diſtinctionem temporum conciliantur.*

14 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed potius adiuuanda & pro viribus ſuſtinenda.*

15 *Teſtium ſi aliquis ſit defectus ex eorum numero ſuppletur.*

16 *Teſtes concurrentibus aliis adminiculis non ſolùm eò magis probant, ſed & quatenus omni exceptione maiores non eſſent adhuc admittuntur, licet aliàs admittendi non forent.*

17 *Teſtes quando ſunt perſonæ quæ nullo modo reprobari poſſunt fortius probant.*

18 *Teſtibus qui plurimas patiuntur exceptiones nec in dicto concludunt, nulla fides eſt adhibenda.*

19 *Teſtes pauciores in concurſu plurium magis ſpecificè deponentium & adminiculis ſuffultorum, attendi non debent.*

20 *Præſumptio probationibus cedit.*

21 *Appellatione deſcendentium legitimorum & naturalium etiam fœminæ veniunt.*

22 *Fœminæ agnationem conſeruare non valent.*

DECISIO CLXXXVI.

Vb die 15. Decembris 1636. firmatum fuit in hac cauſa teſtamentum Henrici Vicoort ſuſtineri ad fauorem Henrici iunioris ſui nepotis, non obſtante, quod Cæcilia eiuſdem Teſtatoris filia prætenderet teſtamentum præfatum fuiſſe conditum ex falſa cauſa, & ſic ſucceſſionem ad ſe ſpectare; quia re vera ex tunc de-

ductis

ductis prætensa falsa causa, & quidem finalis,
provt requiritur non probabatur, sed examinatis
postea hinc inde aliis testibus, reproposui causam
1 super eisdem, & Domini in hac secunda repro-
positione ex nouiter deductis recesserunt à decisis.

Constat enim hodie testatorem ex falsa causa
motum fuisse ad testandum fauore nepotis, reuo-
cando institutionem d. Cæciliæ filiæ per prius factã
in alio testamento, nempe quia credidit carcera-
tionem ab ipso passam cũ Lucretia concubina fuisse
procuratam ab eadem Cæcilia, & Io. Thoma Sacco
eius viro, vt egregie deponunt quatuor Testes post
præcedentem decisionem examinati, quorũ duo fue-
runt exaduerso inducti; & hoc idem comprobat se-
cundus Testis ab eodẽ Henrico iuniori examinatus,
vt *in Sum. impresso n. 4. 5. 6. 7. 8. 11. & 12.* concludentes
dd. quatuor vno ore, quod Testator obiit cũ hoc er-
roneo, & falso supposito, hancque apparet fuisse
causam vnicam, & finalem, itavt nisi ita credidisset,
omnia sua bona dictę Cæciliæ reliquisset, provt ip-
2 semet eisdem testibus sæpius dixit, causa enim fi-
nalis, & vnica illa dicitur, sine qua testator sic non
disposuisset, Glos. *in l. fin. verb. modus ff de hered. insti-
tuen* ibique Bart. *n. 2.* & Bald. *n. 6. l. in summa §. id quo-
que, ff de condit. indebit.* Abb. *in cap. post translationem
num. 18. de renunciat.* Becc. *cons. 20. num. 10.* Aym. *cons.
141. num. 9.* Surd *cons. 164 num. 31. & 32. lib. 2.* Buratt.
decis. 577. num. 4.

Quod autem causa, quæ mouit Testatorem fuerit
falsa, idest ipsius carceratio procurata non fuerit à
Cæcilia, nec ab eius viro, clarè probatur ex testibus
pariter datis in *d Summ num. 12 cum seqq* inter quos
extat Iudex causæ dictæ carcerationis, & delator
accusationis, qui totam facti seriem recenset, de-
clarando carcerationem præfatam secutam fuisse ex
Ipsiusmet delatoris denunciatione, subdens hoc
fuisse ad suggestionem cuiusdam Alexandri inimici
dictæ Lucretiæ concubinæ Henrici Testatoris, ob
quam denunciationem recepit & ipse mercedem,
mediante ordine directo Banco DD. de Sacchettis
tunc Depositariis Reuerendæ Cameræ Apostoli-
cæ, vt in *d. Summ. num. 15.* Quinimò, vbi dd. Cæ-
cilia, & eius maritus intellexerunt Patrem, &
Socerum respectiuè esse carceratum, valde con-
tristati sunt, omnemque conatum fecerunt pro illius
excarceratione, fideiubendo etiam de proprio, vt
dicunt testes *d. Summ. num 15.* ibique datur quo-
que instrumentum fideiussionis, ex quibus benè
2 iustificatur falsa, & erronea causa, quæ dicitur pro-
bata eo ipso, quo docetur rem aliter se habere,
*l. si post diuisionem C. de iur. & fact. ignoran. l. cum in-
debito, ff. de probat.* Bart. *in l. sed & si me putem n. 2.
ff de condit. indebit. & in l. non fatetur n. 10 ff de con-
fess.* Paris. *cons. 7. n. 6. lib. 3.* Aym. *cons. 188.
n. 9.* Buratt. *decis 282. n. 2.* & fuit dictum in
Eugubina erroris calculi 10. *huius mensis currentis co-
ram me.*

Cùm igitur ex prædictis pateat, quod Testator
hæreditate priuauerit Cæciliam ex falsa causa car-
cerationis, quodque aliàs eam hæredem vniuersa-
lem instituisset, sicut fecerat in primo testamento
3 propria manu conscripto, sed non publicato, in-
trat de plano conclusio, quod hoc secundum testa-
mentum vti ex falsa, & erronea causa conditum
corruat, & sustineatur primum, iuxta text. expres-
sum, *in l. final ff de hered. instituen.* & notat. Alex. *in
l si pater n. 1. & 2 C eod tit.* Curt. Iun. *cons. 96 n. 7.* Ce-
phal. *cons. 540. n. 5. & 6. vol. 4.* Surd. *cons. 1 n. 5. & cons.
374. n. 19.* Manric. *de coniect lib. 3. tit. 10 num. 7.* vel
4 quatenus primum non sustineretur, eidem Cæciliæ

successio paterna debeatur saltem ab intestato, *§. 1.
authen. de hered. ab intest. venient. & §. in testatorum in-
stit. de hered quæ ab intest. deferunt.*

Non obstat, quod testator hanc falsam causã car-
cerationis non expresserit in testamento, sed potius
dixerit se ita disposuisse, quia Cæciliam conceden-
ter dotauerat in scutis 3000. illique vineam valoris
scut. 1500. donauerat, aliaque scuta 50. reliquerat
pro suffragio ipsius animæ, & consenserat dona-
tioni per Catherinam alteram filiam dictæ Cæciliæ
factam valoris scut. 2365. Vnde inferebatur, quod
licet in Codicillis subiunxerit motum fuisse ex cau-
sis animum suum dignè mouentibus, & præcipuè
propter carcerationem passam ad instigationem
Cæciliæ, & eius viri, nihilominus tamen sola car-
ceratio non fuerit causa finalis, cùm plures aliæ
fuerint in testamento expressæ, & in codicillis sal-
tem in genere repetitæ: & ideò quamvis causa
carcerationis falsa detegatur, adhuc testamentum
sustineatur ex regula, quod quando plures expri- 5
muntur causæ non corruat testamentum, seu con-
tractus, etiamsi omnes non verificentur, *§. affinitatis
Instit. de nupt. leg. si non lex Ælia sen. tit. ff. de hered. in-
stit.* Ias. *in auth. non licet num. 11. C de liber. præterit.*
Crass. *in §. testamentum quæst. 41. numer 6.* Merlin. *de
legitim. lib. 4. tit. 1. quæst. 20. numer. 39* cum
aliis allegatis *in præcedenti decis.* etiamsi altera
ex causis fuerit exposita cum dictione *præser-
tim*, Vulpellus *de diction. verb. præsertim pag. 80.
numer. 1.* sequitur Barbos. *eodem tract. diction. 277.
num. 2.*

Quoniam obiectum cessat ex testibus nouiter
examinatis qui concludenter probant causam vni-
cam, & finalem fuisse solam carcerationem, & ob
illam fuisse Cæciliam hæreditate priuatam, idque 6
testatorem pluries dixisse ante, & post testamen-
tum, quod sufficit ad effectum declarandi eius vo-
luntatem, Ruin. *cons. 92. num. 5. lib. 2.* Socin. Iun. *cons.
32. num. 12. lib. 4.* Surd *cons 412. num. 66.* Buratt. *de-
cis. 168. num. 17. & 18.* nam cùm id consistat in ani- 7
mo standum est eius dicto, Gloss. *in §. alia Instit. de
action.* Menoch. *de arbitr. cas. 186. num. 5.* quos, &
alios post Bart. *in l. fin. num. 14. ff. si quis aliq. testar.
prohib.* refert, & sequitur in puncto Surd. *in d. cons.
373. num. 42. cum seqq.* vbi prius *sub num. 41.* de-
clarat nihil referre, quod falsa causa non sit ex- 8
pressa in eodem testamento, dummodo ea aliunde
probetur, & instetur pro annullatione testamenti,
iuxta distinctionem Bart *in d l. fin. num. 3. ff de he-
red. instit* quodque dum provt hìc non agitur de
noua dispositione inducenda, sed de declaranda
Testatoris voluntate circa iam factam, quod sci- 9
licet motus fuerit ex causa carcerationis, duo tan-
tum testes sufficiant, notat Gloss. *in l heredes pa-
lam, §. si quid post factum*, vbi Bart. & alij com-
muniter, *ff. de testam.* Surd: *cons. 356. num. 9.*
Bellon. Iun. *cons. 6. num. 9. & cons. 7. num. 1.* idque
procedit etiamsi testes sint singulares, Castren.
cons. 395. num. 1. col. 3. in princ. lib. 2. Aym. *cons.
73. num. 33.* Buratt. *decis. 205. num. 2.* imò tali casu
sufficere vnicum testem, dixit Gabriel *in cons.
51. num. 8. lib. 2.* quem secuta est Rota *in Bo-
nonien. fideicommissi 16. Martij 1640. coram R. P. D.
meo Bicho.*

Minus obstant ea, quæ contra dd. Testes oppo-
nebantur, nempe, quod illi duo ex inductis per di-
ctum Henricum iuniorem fuerint examinati abs-
que citatione, & speciali intimatione pro certis die-
bus, & horis, provt requiritur ad hoc, vt possit con-
duci Interpres, qui adhibetur de stylo Curiæ, Rota 10

decis.663.in fin.part.4.recent. Adden.ad Gregor.XV. *in decis. 351. in fin.* alij verò plures patiantur exceptiones in persona,& in dicto,maximè dum dicunt, quod ante testamentum testator declarasset velle hæredem vniuersalem instituere dictam Cæciliam, & quod non diligebat nepotem, cùm tamen contrarium conuincatur ex eo, quod in præcedenti donatione vineæ eidem Cæciliæ factæ testator conditionem apposuit, vt d. Cæcilia moriente absque filiis,eo casu succedere deberent in eadem vinea hæredes proximiores in gradu, quam profectò conditionem nō apposuisset,si eidem absolutè vniuersam hæreditatem relinquere voluisset; idemque appareat, quoad amorem erga nepotem, dum quatuor loca montium emit ad eius fauorem pariter ante conditum testamentum, vt in eius *Summar.num.* 9. Vnde dicebatur Testes in hoc deprehendi menda-
21 ces, & sic intrat vulgaris conclusio, quod mendax in vno mendax in omnibus reputetur, itavt illis nulla sit fides adhibenda ob indiuiduitatem iuramenti, Bald. *in l. si ex falsis num.15.vers ita est veritas, C.de transact.* Felin *in cap.fraternitatis num.21. de heretic.* Surd *cons.454.n.47.* Put.*decis.28.num.4. lib.3.* & consequenter testamentum sustineatur, cùm potius præsumendum sit testatorem motum fuisse ad instituendum nepotem ex fratre ad effectum conseruandæ agnationis, ex ponderatis per Menoch. ad hunc propositum *in præsumpt. 24. num.10. lib. 4.* cum aliis allegatis *in præcedenti decisione.*

Nam quoad nullitatem examinis ea tollitur ex
22 eo, quod testes fuerant inducti ab eadem parte aduersa, & ad illius instantiam seruatis seruandis iurauerant, quo casu potuerunt ad instantiam alterius partis examinati absque reiteratione terminorum iudicialium, vti effecti communes, vt ex doctrina Innoc. *in cap.præsentiam col.2.num.5.de testib.* tradit Aretin. *in cons. 140. num.1. vers. ad quæsitum autem*, Capic.*decis.39.num.3.* Boër.*decis.245.num.1.* & de stylo restatur Salust.Tiber. *in prax.A.C. lib 2, cap.13.num.10.* & propterea ritè egit hæres d.Cæciliæ, dum testes prædictos sic ex aduerso inductos, & iuratos præuio iudicis decreto coëgit ad subiiciendum se examini, & decretum huius coactionis alteri parti intimauit, vt in copia intimationis data in calce secundæ informationis facti, quæ quidem intimatio in præsenti casu sufficit, quia hæc pars scire non poterat dies, & horas, quibus testes ad se examinandum accederent.

Quo verò ad mendacium pariter cessat distinguendo tempora, quia de tempore donationis vineæ viuebat Octauius eiusdem Testatoris filius masculus, qui meritò suo Patri succedere debebat, exclusa sorore iam condecenter dotata, & remunerata, & ideò nil mirum si in eadem donatione fuit apposita conditio ad fauorem hæredis proximioris in gradu, in defectum donatariæ sine filiis: quando autem fuit conditum testamentum ad fauorem Cæciliæ, sed non publicatum, & postea per secundum ex falsa causa reuocatum, obierat iam dictus Octauius, & sic bene verificantur dicta testium, deponentium testatorem ante conditum testamentum ad fauorem nepotis declarasse omnia sua bona velle relinquere Cæciliæ, cùm hoc dixerit Testator post factam donationem vineæ, & post
23 obitum Octauij filij masculi; testes enim per distinctionem temporum conciliantur, Bart.*in l.apud antiquos in fin.C.de furt.* Alex.*cons.147.num.4. ad fin. lib.7.* Dec.*cons.602.num.6.* Caputaq. *decis.270.n.2. part.3.* & similiter dum deponunt de modico amore Testatoris erga nepotem, pro quo tamen prius emerat quatuor loca montium, dicendum est, quod ibi loquantur de amore erga nepotem comparatiuè
ad amorem erga filiam longè maiorem, cùm dicta 14
Testium non sint cauillanda, sed potius adiuuanda, & præ viribus sustinenda, Bald. *in l. de quibus num.135.ff.de legib.* Alex *cons.5.num.12.lib.1.* Cassad. *decis. 3. numer. 5. de probat.* Gregor. *decis. 351. num.37.*

Et quatenus aliquis in testibus adesset defectus 15
suppleretur ex eorum numero, cùm sint nouem hi, qui deponunt ad fauorem hæredis Cæciliæ, Gloss. *in l.3.§.fin.in vers.numerus, ff.de testib.* Surd. *cons.18. num.43.* Farinac. *de testib. quæst.54. num.129.* Rot. *decis.298.n.4.part.2. recent.* & alibi passim, iunctis præcipuè adminiculis resultantibus, tàm ex tot actibus ante carcerationem factis erga filiam ingentem amorem denotantibus, vt sunt donationes considerabilis valoris vltra congruam dotem scut. 3000. tempore quo viuebat Octauius filius masculus, vt supra fuit relatum, quàm ex odio postea superuento causa d. carcerationis, vt colligitur ex expressione eiusdem carcerationis facta in codicillis, in quibus vlterius scuta mille dotis promissæ fuerunt adempta (licet nulliter,) & in residuo post ipsius Cæciliæ obitum sine filiis fuit substitutus
idem nepos hæres vniuersalis, quæ adminicula 16
non solum faciunt, vt testes eo magis probent, ex notat. per Bald. *in l.fin. num 2. C.comminat. & epist.* Cæsar de Grass. *decis. 7. num. 4. de prebend.* Rot. *decis.27.num.8.part.1. diuers.* sed etiam operantur, vt quatenus non essent omni exceptione maiores adhuc admittantur, licet aliàs admittendi non forent, vt dixit Rota coram Gregor. XV. *in dict. decis.351. num. 9.* præsertim cùm inter eos adsint duo ex inductis à parte aduersa, qui contra ipsam
fortius probant, absque quod eorum personæ vllo 17
modo reprobari possint, *l si quis testib C. de testib,* Surd. *cons.190. num 18.* Mantic. *decis 274 num.1.* Rota *decis.182.num.7. part.1.& decis.201. num.30. part.5.recent.* & coram Buratto *in decis.553. num.6. & alij*, nullam patiantur exceptionem circa personas, vt patet ex datis *in summ. impress. num. 6.* vbi apparet inter eos extare Sacerdotes, Doctores, Medicos, & alias personas bonæ qualitatis.

Vnde sequitur, quod duobus ex quatuor testibus ex aduerso nuper inductis ad probandum, quod carceratio testatoris non fuerit causa secundi testa-
menti,nulla fides sit adhibenda, tum quia plurimas 18
patiuntur exceptiones circa personas, de quibus in facto, tum quia non concludunt in dicto, Rota *decis.201.num.50.& 380.num.15.& 389. num.12, part.5. recent.* sed potius intentionem hæredis Cæciliæ coadiuuent, vt patet ex eorum lectura; tùm
& etiam quia sunt duo tantùm, & propterea in 19
concursu aliorum numero plurium magis specificè deponentium, & adminiculis suffultorum, non debent attendi, *cap. licet causam vers. ex præmissis de probat.* Gloss.magna *in c.si testes 4. q.3. l. ob carmen §.si testes*, & ibi Gloss. *ff. de testib.* Cæsar de Grass. *decis.13.n.7.de re iudic.*

Ex quibus cùm probetur solam carcerationem
fuisse causam finalem secundi testamenti, cessat 20
præsumptio, quod Testator motus fuerit ratione conseruandæ agnationis, quia præsumptio cedit probationibus, Roman.*consil. 156. num. 40.* Dec. *cons.400. post num. 8.* Rota *dict. decis. 201. num.94. part.5. recent.* quod confirmatur ex lectura eiusdem testamenti, in quo testator nullam de agnatione

mentio

mentionem fecit, sed potius eam exclusit, dum simpliciter instituit nepotem, illiusque filios de-
21 scendentes legitimos, & naturales, quorum appellatione veniunt etiam fœminæ, per text. in *l. vltim. C. de suis, & legitim. authen. de hered. quæ ab intest deferunt. in princ. l cognoscere, §. vlt. ff. de verb. signific. nouit extra de iudic.* Rebuff. *in l. liberorum verb. descendunt, ff. de verb signif.* Rustic. *in l. cum auus lib. 2. cap. 5. n. 14 & 16. ff. de condit. & demonstr.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 6. n. 28. & 29. & lib. 3. cap. 4. n. 1 cum seqq.* Peregr. *de fideicommiss. art. 20. num. 8. & seqq.* Surd.
22 *decis. 61. num. 1. & decis. 84. num. 6.* Fœminæ autem agnationem conseruare non valent, *l. pronunciatio 195. § familiæ, ff. de verb signific.* Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de success. ab intest.* Cranet. *consil. 150. num. 2. & cons. 306. num. 5. lib. 2.* cum aliis pluribus, quos refert, & sequitur Honded. *cons. 75. n. 15. & 16. cum seqq.* & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Leonoriis 2. Martij 1640. coram me.*

Et ita responsum parte vtraque informante.

Nonantulana annuæ præstationis.

Vener. 21. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De annua præstatione, tam ex titulo validæ impositionis iustificato, quàm ex præsumptione sufficientiæ fructuum pro congrua Vicarij resultante.

SVMMARIVM.

1 *Litera in beneficialibus loco tituli habentur.*

2 *Litera ex obreptione vel subreptione redargui possunt.*

3 *Denominatio diœcesis ex parte prouisi est considerabilis, quando beneficium patrimonialibus certæ diœcesis est conferendum.*

4 *Expressio vnius vel alterius diœcesis in beneficiis literis parum refert cùm exinde Papa ad concedendum difficilior non redditur.*

5 *Diœcesis mentionem fieri ad effectum concedendi beneficium in iure non cauetur.*

6 *Abbatiam certa diœcesi esse restrictam per enunciatiuas antiquissimas probare sufficit.*

7 *Collatio dans causam liti in consideratione non est habenda.*

8 *Collationes successiuæ & resignationes prouisorum respectiuè continuatæ Archipresbyteratus erectionis & applicationis fructuum effectuationem bene probant.*

9 *Obseruantia longeua titulorum tam ex literis Pontificis quàm ex facta concordia prouenientium, plenam iustificationem inducit.*

10 *Transactio auctoritate Apostolica confirmata omnes defectus supplet, & successores etiam ligat.*

11 *Iustificatione tituli perceptionis annuæ præstationis prout requiritur probata, onus probandi diminutionem siue insufficientiam redditum Aduersario tam allegant incumbit.*

12 *Examen testium absque Interprete partis nullum esse & irritum in Iure cautum non reperitur.*

DECISIO CLXXXVII.

Mensa Abbatiali, & Iacomelo moderno Vicario tantùm informantibus, resolutum fuerat in hac causa sub die 27. Iunij anni præteriti, annuam præstationem, de qua agitur, non deberi ex duobus præcipuè fundamentis. Altero & primo, quod Archipresbyter non doceret de titulo validæ impositionis dictæ annuæ præstationis; & altero, quod quatenus etiam probaretur vnio Ecclesiæ Parochialis della Rocchetta Archipresbyteratui minori Cathedralis Ecclesiæ Mutinæ, cum omnibus requisitis, vnde resultabat titulus validus, adhuc dicta annua præstatio non deberetur, nisi prius per dictum Archipresbyterum ostenderetur, quod ex fructibus dictæ Parochialis, dempta præfata annua præstatione, remaneret congrua pro Vicario iuxta Constitutionem Pij V. de Vicariis, vt latiùs in decisione tunc emissa. Sed quia hodiè ex nouiter deductis apparet prædicta duo fundamenta non subsistere, Domini vtraque parte informante recesserunt à decisis.

Quantum enim attinet ad primum, illud visum fuit cessare ex literis Apostolicis san. mem. Pauli III. nouiter in forma probanti productis, in quibus continetur erectio dicti Archipresbyteratus, cum applicatione omnium fructuum, redditum, & prouentuum dictæ Parochialis Ecclesiæ pro dote eiusdem Archipresbyteratus, iuxta notata per Abbatem *in cap. conquerente post princip. de cleric. non residen.* vbi quod de redditibus vnius Ecclesiæ potest dotari nouum beneficium; vnde resultat titu- 1
lus validus, cùm in beneficialibus litteræ habeantur loco tituli, vt notat Compost. *in cap. cor suum ad fin. de rescript.* Ioan. Andr. *in cap. vnic. de lit. contest. lib. 6.* & dixit in specie Rota *in decis. 10. n. 5. vers. vnde dicunt de concess. preben. in nou.*

Absque quod litteræ prædictæ possint redargui 2
de obreptione, vel subreptione, ex quo in eis dicta Ecclesia Parochialis della Rocchetta exprimatur sitmata in Diœcesi Mutinensi, cùm tamen esset intra fines Abbatiæ Nonantulanæ nullius Diœcesis, & non fuerit narratum eandem Ecclesiam esse vnitam, & spectare ad d. Abbatiam Nonantulanam, vt debebat per ea, quæ tenuit Rota *in decis. 3. n. 2. de rer permut. in antiq.* Menoch *cons. 294. n. 19. & seqq.* Caual. *decis. 173. n. 2.*

Quia denominatio Diœcesis est considerabilis 3
ex parte prouisi, quando beneficium esset conferendum patrimonialibus certæ Diœcesis, ex ponderatis per Garz. *de benef. part. 7. cap. 9. num. 17. & seqq.* in aliis verò casibus parum refert expressio vnius, vel alterius Diœcesis, cùm exinde Papa 4
non redderetur difficilior ad concedendum, & sic nullam causat obreptionem, Felin. *in c. significante 34. in fin. de rescript.* vbi quod non reperitur in iure 5
cautum, quod fieri debeat mentio Diœcesis, Rebuff. *in 3. parte signaturæ, verb. Diœces.* Crescent. *decis. 14. num 4. de rescript.* vltra quod ex enunciatiuis antiquissimis emanatis de anno 1515 in litteris Leonis X. & in litteris Episcopi Mutinen. cum pluribus aliis, de quibus *in summario Archipresbyteri num. 1. 2. 3. & 4.* in quibus Monasterium, & Abbatia Nonantulæ enunciatur sub Diœcesi Mutinensi, constat eandem Abbatiam de anno 1539. quo emanarunt præfatæ literæ Pauli pro erectione Archipresbyteratus, fuisse de Diœ-

6 cesi Mutinen. ad hunc enim effectum sufficiunt enunciatiuæ antiquissimæ, Suarez. *allegat.* 8. *n.*1. 23. Rota *in Baren.iurisdictionis* 15. *Maij* 1609. coram Card. Sacrato, & *in Farfen. immissionis* 18. *Maij eiusdem anni* coram Iusto, facit decisio *Brixinen. iurisdictionis sub die* 11. *Aprilis* 1639. coram me, licet postea ea potuerit fieri nullius.

Pertinentia autem dictæ Ecclesiæ ad Abbatiam non iustificatur, cùm ex collationibus, quæ dantur à dicta Abbatia; vnica tantùm ea scilicet anni 1366. reperiatur effectuata, & ab anno 1442. vsque ad annum 1539. quo emanarunt dictæ litteræ Pauli, non datur ex parte Abbatiæ aliquis actus possessiuus huius Ecclesiæ, excepta collatione facta de anno 1628. ad fauorem Iacomelli, quæ cùm dede-
7 rit causam liti non est habenda in consideratione, vt dixit Rota coram san. mem Greg. XV. *in decis.* 2. *num.* 4. *& in decis.* 569. pariter *num.* 4. cum aliis ibidem relatis per Adden.

Econtra verò probatur earundem literarum Apòstolicarum effectuatio, quia constat de anno 1558. Cornelium Bellincinum Archipresbyterum resignasse Archipresbyteratum vigore dd. literarum erectionis ad fauorem Aurelij Bellincini *d. summ. num* 3. dictumque Aurelium de anno 1565. eundem resignasse ad fauorem alterius Aurelij cum reseruatione tertiæ partis fructuum *d. summ num.* 4. & de anno 1585. non valens Archipresbyter vtrique Ecclesiæ inseruire, deputauit in Ecclesia Parochiali Vicarium cum assignatione tertiæ partis fructuum, quam tertiam partem postmodum pro maiori quiete concordarunt, & voluerunt, vt eius loco Vicarius Archipresbytero solueret annua scuta 45. auri ponderis Pallæ *d. summ. num.* 2. quæ suc-
8 cessiuæ Archipresbyteratus collationes, & resignationes prouisorum respectiuè continuatæ, vt comprobant etiam testes dati *in eodem summ. num.* 6. benè probant eiusdem Archipresbyteratus erectionis, & applicationis fructuum effectuationem, cùm sint iuxta *vulgat. cons.* 129. Oldrad. quem Rota sequitur etiam in terminis resignationum, vt in *decis.* 423. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* & coram Buratto *in decis.* 864. *num.* 5.

Accedente præsertim dicta concordia anni 1585. cum obseruantia subsequuta per 30. annos, & vltra, in quibus Vicarij pro tempore soluerunt Archipresbyteris della Rocchetta duas tertias partes fructuum in scutis annuis 45. auri de Palla, iuxta formam ipsius concordiæ, vt deponunt testes, & signanter secundus examinatus in particulari processu *fol.* 68. & primus remissorialis super secundo articulo, quibus subsequuntur alij indefinitè deponentes de solutionibus huius annuæ præstationis, & de solutione facta ab eodem aduersario;
9 hæc namque longæua obseruantia plenam inducit iustificationem titulorum prouenientium tam ex dictis litteris Pauli III. quàm ex dicta concordia, iuxta notat. per Gloss. *in c. peruenit*, vbi Imol. *num.* 10. *de empt. & vendit.* Felin. *in cap. illud. num.* 6. *de testib.* Alex. *cons.* 17. *n.* 8. *lib.* 4. Put. *dec.* 345. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *in correct.* Rota *decis* 122. *n.* 6 *& decis.* 604. *n.* 3. *& decis.* 434. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* ita vt allegari quoque possit beneplacitum Apostolicum, licet in eadem concordia non fuerit enunciatum, seu reseruatum, vt optimè tradit Felin. *in cap. Albericus, num.* 4. *vers. si autem in instrumento de testib.* quem passim Rota sequitur in hac sententia, vt testatur Seraph. *in decis.* 1042. *num.* 3. *& inter recent. decis.* 159. *num.* 4. *part.* 1. cum aliis cumulatis per Adden. ad Greg. XV. *in de-*
cis. 343. *num.* 5. transactio autem auctoritate Apo- 10
stolica confirmata supplet omnes defectus, & ligat etiam successores, *cap. veniens*, vbi notant omnes *de transact.* Gemin. *cons.* 87. *num.* 1. *vers. in contrarium*, & dixit in specie Rota *in d. decis.* 159. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* Adden. ad eundem Greg. *in dec.* 152. *nu.* 4. & ad Buratt. pariter *in dec.* 152. *num.* 6.

Hincque dictum fuit corruere etiam alterum, & secundum præcedentis decisionis fundamentum; quia dum ex obseruantia dictæ concordiæ anni 1585. & ex testibus oritur iustificatio tituli perce-
ptionis dictæ annuæ præstationis, & consequenter 11
præsumptio sufficientiæ fructuum tam pro congrua Vicarij, quàm pro eadem annua præstatione, iuxta *decis.* Card. Seraph. 1385. *num.* 3. & Card. Mantic. *decis.* 22. *n.* 1. & coram san. mem. Greg. *in decis.* 429. *num.* 3. *& inter recent decis.* 449. *num.* 5. *part.* 2. & facit Buratt. *in decis.* 296. *num.* 3. ibique Adden *litera B.* onus probandi diminutionem, siue insufficientiam redditu um incumbit Vicario eam alleganti, vt fuit dictum in *Seguntina decimarum* 18. *Martij* 1640. coram R.P.D. meo Merlino.

Quibus nihil aduersatur nullitas examinis te-
stium remissorialium deducta ex eo, quod exami- 12
nati fuerint absque interprete partis, & sic ex eis probata dici nequeat dicta obseruantia; quia citra stilum, qui militat in Curia, tantùm non reperitur in iure cautum, quod talis defectus reddat examen nullum, non obstante protestatione, & appellatione partis, vt in indiuiduo tenuit Rota in *decis.* 32. *in fin. & in decis* 663. pariter *in fine part.* 4. *recent.* Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 331. *num.* 23. sequendo doctrin. Scacc. *in in tract. de indic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 925.

Et ita &c.

Bonon. Societatis super attentatis.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

An & in quibus casibus etiam lite pendente absque vitio attentati sequestrum concedatur?

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum ad fauorem alicuius concessum intra terminum ad appellandum dicitur attentatum, absque quod ex statuto particulari aut constitutione Iustiniana excusari possit.*

2 *Bona debitoris ob certas causas etiam lite pendente citra labem attentati capi possunt & sequestrari.*

3 *Iurisdictio Iudicis à quo non dicitur suspensa in his quæ ad faciliorem exitum causæ appellationis tendunt.*

4 *Timor dilapidationis quando subest sequestrum conceditur.*

DECISIO CLXXXVIII.

R o informante fuit responsum, & sic non constare de attentatis, quia quicquid sit an à sententia lata per Auditorem generalem Eminentissimi legati Bononien. ad fauorem Sanctis

ctis Letitiæ pro consecutione medietatis librarum
21920. socialium iuxta formam Instrumenti socie-
1 tatis detur appellatio suspensiua, itavt sequestrum
ad instantiam eiusdem Sanctis concessum intra ter-
minum ad appellandum dicatur attentatum, abs-
que quod excusari possit ex statuto Bononiæ *lib. 2.*
tit. de Instrum §. si vero, cùm ibi solùm disponatur
quod executio Instrumentis detur post decem dies
à die sententiæ, nec ex constitutione Iustiniana
edit. *supra appellat. querelis rubr. 15. num. 11.* ex quo
non fuit seruata eius forma, præstando fideiussorem
de restituendo in casum retractationis sententiæ, vt
mandat in verbis eadem constitutio.

Tamen adhuc ex alio capite d. sequestrum salua-
2 tur à vitio attentati, nempe ex eo quod fuit conces-
sum ob timorem dilapidationis, & occultationis
bonorum contra Ludouicum Aylinum non possi-
dentem bona immobilia, tunc enim etiam lite
pendente citra labem attentati possunt sequestrari,
& capi bona debitoris, ad not. *in cap fin. de sequestr.*
possess. & fruct. & est bonus text. *in l. Imperatores §. fi-*
nal. ff. de appell. ibi: *tamen cum popularentur ab Ad-*
uersario, æquum sibi videri fructus apud sequestres de-
poni; & ibi Glos. fin. & post Bart. ibidem eleganter
tradit Stephan. Aufrer. *in addit. ad decisiones Capellæ*
Tholosanæ quæst. 478. num 2. & 3. cum seqq. Lancellot.
de attent. part. 2. cap. 4. de attent. lit penden. limit. 9. n. 1.
& cap. 12. limit. 12. num. 11. Caccialup. *de debit. suspect.*
quæst. 15 num 3.

Ratio autem est, quia in tali casu sequestrum dici-
tur fieri ex causa necessitatis, & respicit faciliorem
exitum, ac executionem sententiæ ferendæ in gra-
3 du appellationis; in his verò quæ tendunt ad fa-
ciliorem exitum causæ appellationis, non dicitur
suspensa Iurisdictio Iudicis à quo, *cap cum teneamur*,
vbi Abb. Imol. Franc. & Dec. *de appell. in princip.*
Vestr. *in praxi lib. 8. cap. 4. num 3.* vbi recensendo ca-
sus in quibus facilior exitus causæ inducitur recen-
4 set casum, quando subest timor dilapidationis, &
conceditur sequestrum, Speculat. *tit. de appellat. §.*
nouissime.

Et ita decisum &c.

Leodien. Dominij, & decimarum.

Mercurij 26. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De Attentatis ex spreta Inhibitione Ro-
tali resultantibus.

SVMMARIVM.

1 *Attentata sunt clara post Inhibitionem præsentatam*
facta.

2 *Decimarum temporalium feudi Imperialis cognitio*
ad Dominum directum supposita feudalitate
spectat, licet feudum ab Ecclesia possideatur.

3 *Decimæ quando sunt temporales earum cognitio ad*
Iudicem laicum spectat.

4 *Decimæ quando sunt Ecclesiasticæ de iis Iudex*
Ecclesiasticus cognoscere debet.

5 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta semper est*
timenda

6. *Inhibitio Rotalis attentata causat, etiam in illis*
casibus in quibus de Iure appellatio non datur.
Etiamsi Inhibitio vigore Commissionis subreptitiæ
& nulla emanasset, ibid.

7 *Inhibitionem Rotalem semper esse timendam vnde*
resultat.

DECISIO CLXXXIX.

CONSTARE de attentatis responde-
runt Domini, quia lata sententia per
Officialem Ecclesiasticum Leodien.
in causa vertente inter Abbatem, &
Conuentum Vallis Sancti Lamber-
ti, & Iohannem, & Carolum q. Guidonis De-
fisen, commissaque per dictum Abbatem causa
appellationis in Rota, ac inhibitione obtenta, &
executa sub die 11. Februarij anni currentis *sum m.*
num. 4. nihilominus dd. Ioannes, & Carolus
causam postea in Camera Spirensi reassumi fece-
runt, & inhibitionem vigore d. reassumptionis
extortam præsentare curarunt d. Abbati sub die 26.
eiusdem mensis; vnde patet clara esse attentata 1
vti facta post Inhibitionem præsentatam, *cap. non*
solùm in fin. de appellat. in 6. l. 1. §. 1 ff de oper. nou. nun-
ciat. Lancell. *de attent. post inhibitionem 2. part. cap. 20.*
ampliat. 6. per tot. Achil. *decis. 29. de appellat* Rota *de-*
cis. 51. num. 1. vers. maximè quia eodem tit. in nou. &
inter recent. decis 101. n. 1. p 5. & alibi passim.

Nec obstat quod agatur de dominio, & decimis
temporalibus feudi Imperialis, quarum cognitio 2
propterea spectat ad Dominum directum supposita
feudalitate, licet feudum possideatur ab Ecclesia, vt
ex *c. cæterum de Iudic* & *cap ex transmissa*, & *c. verum*
de for. competen & *cap. 1.* & ibi Gloss. & DD. & præ-
cipuè Bald. *de controu inter Vassall & Episcop.* notat.
Schrader *de feud. part. 1. quæst 2. num. 3.*

Quia quicquid sit an hic agatur de lege feudi, 3
& decimæ sint temporales, itavt earum cognitio
spectet ad Iudicem laicum, secundum doctrinam
Schrader. *suprà* citat. vel potius non agatur de lege
feudi, & decimæ sint Ecclesiasticæ, quo casu de 4
eis cognoscere debet Iudex Ecclesiasticus, vt di-
stinguit Glos. *in d. cap. cæterum verb. quamdiu in fin. de*
iudic. ibique Innocent. *num. 4. cap. 1. de controuers. int.*
Vassall. & alium, Curt. Iun. *de feud. 7. part. in 2. regul.*
vers. 7. fallit. num. 9. & 27. benè ad propositum Alex.
cons. 79. num. 1. vers. sed præmissis lib 1. Iul. Clar. qui
quamplures alios refert, *lib. 4. §. feudum n. 4. 5. 7. &*
8. ibique Adden. *littera E.*

Vtcumque sit, adhuc attentata excusari ne-
queunt, cùm inhibitio Rotalis siue iusta, siue in- 5
iusta semper sit timenda, iuxta notorium stilum hu-
ius sacri Tribunalis, Lancellott. *de attent. cap. 20.*
ampliat. 11. n. 2. cum seqq. Mandos. *de Inhibit quæst. 20.*
num 2. Rot. *decis. 26. in fin. de appellat. in antiq.* & co-
ram Buratt. *decis. 181. num. 3.* & *decis. 267. num. 6. &*
decis. 652. num. 1. & causat attentata etiam in illis 6
casibus, in quibus de Iure appellatio non datur,
Lancellott. *de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 11. num 9.*
& seqq. Rot. *decis. 670. num. 3 part. 2. recent.* & *decis.*
117. n. 4. impress. penes Zacch *de oblig. Camerali*, ac
etiamsi inhibitio emanasset vigore commissionis
subreptitiæ, & nullæ, Rota coram. S. mem. Greg.
XV. *in decis. 435. num. 5. & 6.* Adden. ad Buratt. *in*
decis. 177 vers. 3. ampliatur.

Et ratio huiusmodi stili est; quia quando sumus 7
in Curia, facile est adire Principem pro remedio,
quando verò sumus in partibus, debet & tunc quo-
que eò magis seruari, donec ad Principem reuer-
tatur, ne aperiatur via inferioribus iudicandi su-
per inhibitionibus superioribus, alias enim facilè
eædem

eædem Inhibitiones negligerentur, vt punctualiter refert, & testatur Achill. *dict. decis.* 29. *in fin. de appellat.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Florentina seu Bononien. de Barbadoris.

Vener. 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Sententia iusta ex qua nulla oritur læsio meritò est exequenda; maximè quando non constat de causis restitutionis in integrum, sed potius de re iudicata etiam à parte ob non interpositam appellationem approbata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando ab ea non fuerit appellatum in rem iudicatam transitum facit.*
2 *Res iudicata quando nihil pro parte in actis in contrarium fuerit deductum, à parte approbata censetur.*
3 *Restitutio in integrum non datur, vbi de iniustitia sententia vnde læsio oriatur non docetur.*
4 *Reciproca in quolibet stipite circa hæreditatem inducta singula singulis congruè referendo facit, vt cuilibet descendenti proprij filij & descendentes substituti dicantur.*
5 *Fideicommissaria regulariter sunt odiosa.*
6 *Dispositio quando potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, nunquam per eam nouum fideicommissum inductum censetur.*
7 *Reciproca inter primos institutos inducta onere eodem descendentes ab eis non grauat.*
Maximè quando grauati cum reciproca sunt descendentes & substituti transuersales, ibid.
8 *Dictio* cuiuslibet *omnes vocatos distributiuè & separatim comprehendit.*
9 *Dictio* cuiuslibet *idem operatur ac si facta essent plures separata dispositiones.*
10 *Coæqualia* in stirpes & non in capita *quidnam includit.*
11 *Reciproca substitutio cuiuslibet linea de per se non autem de linea ad lineam, secundum subiectam materiam est intelligenda.*
12 *Confessio erronea attendenda non est.*
13 *Descendentia de linea masculina per gradus distinctos probari debet.*
14 *Probationes leniores maximè in facto antiquo ad effectum successionis admittuntur.*
15 *Æquiuocatio possibilis perfectam impedit probationem.*
16 *Testis vnicus & singularis quantumuis dignus & cuiuscumque authoritatis non releuat.*
17 *Æquiuoca probatio nullius est momenti.*
18 *Facta non fuisse vel effectum non fuisse sortita, paria sunt.*
19 *Enunciatiua quando sunt valde suspecta etiam in antiquis attendi non debere.*
20 *Donatus insignis Iurisconsultus post multa seruiti Reipublica Florentina præstita pœna capitali damnatur.*
21 *Historicis fides est exhibenda.*
22 *Diuersitas ac differentia personarum ex qualitatum diuersitate resultat.*
23 *Probatio illa est reiicienda, quæ à personis interesse habentibus procedit.*
24 *Præsumptioni legitimitatis ex probatione descendentia & legitimitatis resultanti locus est in reo, secus in actore.*
25 *Regula* singula quæ non prosunt simul iuncta iuuare *limitatur, quando de per se in suo genere sunt imperfecta.*
26 *Sententia ob non interpositam appellationem à parte approbata censetur, adeoque executioni mandanda.*

DECISIO CXC.

DVBITAVI in hac causa, an constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum; & Domini censuerunt constare de re iudicata, quia à sententia per me lata in secunda instantia confirmatoria alterius bon. mem. Coccini Decani in vim *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* promulgatæ, in qua pronunciatum fuit S. Religionem Hierosolymitanam esse absoluendam, ac Francisco, Iacobo, & Tideo fratribus de Barbadoris iactantibus ius sibi ipsis competere super bonis, de quibus agitur, vti vocatis in fideicommisso relicto per Bartholomæum de Barbadoris, perpetuum silentium esse imponendum, non fuit appellatum, quæ propterea transitum fecit in rem iudicatam, *l. 1. si qui ad ciuilia* 7. vbi notant omnes, *C. de appellat.* Gloss *in c. in præsentia 6. verb. standum circa med. de renunciat. auth. hodie, C. de appellat. c. cum inter* 13. *& c. quod ad consultationem* 15. *de sentent. & re iudicat* Rota *decis. 1. de appellat. in nouis.* Imò ex quo intra terminum seruatis seruandis præfixum ad docendum de appellatione, eiusque legitima prosecutione, seu de causis restitutionis in integrum iuxta formam commissionis executorialis mihi directæ, nihil fuit pro parte eorundem de Barbadoris in actis deductum, censetur prædicta res iudicata approbata, iuxta notata *in l. fin. C. de sent. qua fine cert. quantit. l. 1.* & ibi Glos. *verb. obtempera, C. de postulan.* 1 2

E conuerso autem dixerunt non constare de causis restitutionis in integrum, quia ex aduerso non docetur de iniustitia sententiæ, vnde oriatur læsio, sine qua restitutio non datur, *l. nam postea 9. §. si minor ff. de iur. iuran. cap. 1.* & ibi Abb. *num. 2. de in integr. restit.* Salicet *in l. 1. num. 8 & 9. C. si aduers. rem iudic.* Odd *de restit. in integr. part. 1 quæst. 4 art. 1.* Morla *tit. 5. de in integr. restit. in proœm.* tantum enim abest, quod læsio probetur, quin potius contrarium apparet ex duabus decisionibus in causa emissis coram d. bon. mem. Coccino sub diebus 16. Decembris 1639. & 15. Iunij 1640. in quarum prima responsum fuit Religioni competere remedium *d. l. diffamari*, cum impositione perpetui silentij diffamantibus, ex quo fuerunt probata omnia requisita necessaria, nempe interesse ipsius Religionis resultans ex instrumento erectionis Baiuliuatus factæ in Vrbe sub inuocatione Sancti Sebastiani Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani; vbi legitur bona, de quibus agitur, fuisse in dotem data dicto Baiuliuatui, possessio postea subsecuta, iactationes ex parte aduersariorum, & lapsus termini præfixi ad deducendam actionem, iuxta notata per Gail. *obseruat.* 9. 3

10.

10. 11. & 12. *lib.* 1. & sequitur Rota *in decis.* 212. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* Et in secunda idem iterum firmatum extitit, non obstantibus iuribus per informantes pro Barbadoris adductis, ad coadiuuandam eorum prætentionem, & quidem optima ratione.

Qoia Bartholomæus testator io suo, cum quo obiit testamento, confecto de anno 1400. post sibi institutos hæredes vniuersales, scilicet Thomasium, Gherardum, Donatum, & Ioannem filios suos legitimos, & naturales, per lineam masculinam de legitimo matrimonio procreatos, æquis portionibus in stirpem, non in capita, & eos inuicē substitutos vulgariter, pupillariter, per fideicōmissum, eorū linea masculina quādocumque deficiente vltimo ex eis decedenti substituit vulgariter, pupillariter & per fideicommissum Ioannem, & Nicolaum ex fratre nepotes, & quemlibet eorum, & cuiuslibet eorum filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales per lineam masculinam de legitimo matrimonio procreatos, & quemlibet eorum æquis portionibus in stirpem, & non in capita: ex quibus
4 conuincitur in defectum lineæ masculinæ institutorum duos fuisse principaliter substitutos stipites, & in quolibet stipite vnam reciprocam fuisse inductam singula singulis congruè referendo, iuxta interpretationem Glos. *in l. quæstiones* 32. *verb. vniuersitatis*, ibique Angel. *num.* 4. *C. de fideicom.* adeò vt cuilibet eorumdem Ioannis, & Nicolai decedenti proprij filij, & descendentes dicantur substituti, vt ex *text. in cap.* 1. *tit. de duob. fratrib. à Capitan. inuestit.* firmant Cephal. *cons.* 430. *num.* 19. *in fin. vers. secundo, cum pluribus seqq. vol.* 3. Odd. *cons.* 45. *à num.* 29. *vers. tertio principaliter, vsque ad finem*, & præcipuè *num.* 42. *vers. ad quintum* Peregr. *cons.* 43 *nu.* 2. & 3. *vers. Est etiam. vol.* 2 & *cons.* 10 *num.* 2. & 3. & *cons.* 37. *n.* 9. *vol.* 3. Rota *decis.* 145. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & coram Seraphin. *in decis.* 1023. *num.* 4. *vers. non obstat.*

Cùm igitur dd Franciscus, & fratres descendere prætendant ex linea masculina d. Nicolai alterius ex duobus principaliter substitutis, non possunt ad bona, de quibus agitur, aspirare pro medietate spectante ad lineam Ioannis alterius coæqualiter substituti, quia deficit reciprnca substitutio de linea ad lineam ex supra deductis, & tenuit in similibus terminis Rota *in Florentina fideicommissi* 28. *Iunij*
5 1638. *coram me.* Fideicommissa namque regulariter sunt odiosa, vt ex plurimis tenet Fusar. tractando quæstionem ad partes *in quæst.* 290 *num.* 1. vbi ante *num.* 3. *vers. existimo*, dicit hanc esse veriorem, & magis communem opinionem, idemque repetit in
6 *quæst.* 476. *num* 5. & propterea dum dispositio potest parere effectum citra multiplicationem nouorum fideicommissorum, nunquam censetur per eam nouum fideicommissum inductū, *l. Pater* 38. §. *fin. ff. de legat.* 3. Fusar. *de substit. d. q.* 475. *n.* 7. & *cons.* 16. *n.* 34. Rota *decis* 466. *n.* 3. *p.* 4 *diuers.* & coram Seraph. *in d. decis.* 1023. *num.* 5. vbi sub *num.* 9. dicitur hoc procedere etiamsi testator habuerit rationem conseruandæ agnationis. Fusar. *vbi sup. d. quæst.* 475. plures congerens, *num.* 21.

In proposito autem dispositio d. Bartholomæi potest parere effectum fideicommissi nedum successiui, sed etiam reciproci in eadem linea cuiuslibet ex duabus principaliter substitutis, & ideo non debet inducere fideicommissum inter vtramque lineam, nec ex eo quod fuerit inducta reci-
7 proca inter primos institutos pernecesse sequitur, quod descendentes ab eis sint eodem onere grauati, vt eleganter tradit Menoch. *in cons.* 982. *num* 4. & sequitur Fusar. *in d. cons.* 3 *per tot.* & signanter *num* 23. 24. & 25. & eò minus hæc extensio fieri debet in præsenti, vbi grauati cum reciproca sunt descendentes, & substituti sunt transuersales, vt distinguendo declarat Pereg. *in cons.* 53. *n* 27. *in fin. lib.* 3. allegans in puncto Crauett. *in cons.* 306 *num.* 6. sed intelligantur inuicem substituti descendentes Nicolai in portione Nicolai, & descendentes Ioannis in portione Ioannis, ponderata præcipuè dictione illa (cuiuslibet) cuius natura est omnes 8
vocatos comprehendere distributiuè, & separatim, Bart. *in l. distinguemus*, 37. §. *cum in plures, de arbitr.* Roland. *cons.* 70. *num.* 44. *lib* 3. Alex. *cons.* 517. *num.* 3. *lib.* 5. qui sub *num* 2. dicit, quod idem operatur 9
hoc distributiuum, ac si essent factæ plures separatæ dispositiones, Paris. *cons.* 49. *num.* 3. & 5 *lib.* 2. Bertaz *claus.* 12 *gloss.* 2 *in* 1. ita vt tribuat in solidum personis nominatis, sed distributiuè, Butr. *cons.* 29. *num.* 2.

Nec aduersatur clausula (*in stirpes, & non in capita*) quoniam illa potiùs videtur apposita ad dirimendam quæstionem, an scilicet ad hæreditatem patrui debeat succedi in stirpes, & non in capita, secundùm diuersas DD. sententias, vt fuit dictum in *Bononien de Bentiuclis* 5. *Maij* 1621. *coram d. bon. mem. Coccino*: fieri quidem poterat, quòd Nicolaus superstitem reliquisset vnum filium, & tres nepotes ex altero filio, & tunc rectè applicabatur distributio in stirpes, & non in capita, Fusar. *d. cons.* 4. *num.* 4. *cum seqq.* & in hunc sensum debet accipi, tam Alexandri declaratio emissa in suo testamento, quàm transactio subsecuta cum Vgolinis, in quibus videtur agnita hæc reciproca substitutio, nempè, quod agnitio intelligatur de reciproca sub- 11
stitutione cuiuslibet lineæ de per se, non autem de linea ad lineam, singula singulis congruè referendo secundum subiectam materiam, Gabr. *cons.* 18. *num.* 13. *vol.* 1. facit *decis.* 429. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* & sequitur *decis.* 436. *num.* 7. *coram d. bon. mem. Coccino, inter eius impress.* aliàs enim vti confessio erronea
non esset attendenda, vt ex *l. ornamentorum* 37. *ff. de auro, & argent. legat.* & ex *l. confessionibus* 13. *ff. de interrogat. action.* tenet Fusar. *in cons.* 169. *num.* 136. *cum seqq.* Rot *in decis.* 358 *n.* 2. *p.* 1. *recent.* 12

Prout nec etiam iidem fratres de Barbadoris possunt prætendere saltem aliam medietatem horum bonorum spectantem ad lineam Nicolai, à quo per lineam masculinam se descendere asserunt,
quia hoc profectò non probarunt, sicuti concludenter probare tenentur per gradus distinctos, iuxta *cap. licèt ex quadam* 47. *de testibus*, Abb. *in cap. tua nos* 7. *num.* 1. & 3. *de consanguin. & affinit.* Buratt. *decis.* 147. *num.* 2. 13

Quamuis enim dum, prout in præsenti, agitur ad effectum successionis, leniores probationes admittantur, maximè in facto antiquo, ex cumulatis per Marescot. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 79. *num* 4. & 5. 14

Attamen ex quo versamur in familia numerosa, in qua plures personæ eiusdem nominis faciliter reperiuntur vno, eodemque tempore, vt verificari videtur in nomine Donati, qui ab Historicis recentioribus de anno 1376. & 1379. enunciatur apud Florentinos Donatus Barbadorus insignis Iurisconsultus, & ex alia parte io instrumento cessionis factæ de anno 1449. per Donatum iuniorem de Barbadoris enunciatur alter Donatus senior miles, qui poterat esse contemporaneus alte-
rius Donati in Historiis relati, vnde resultat possibilis æquiuocatio impediens perfectā probatione *c. in* 15

præsentia 8. de probat. l. non hoc 4. C. vnde legitim.
Idcirco concludentior probatio requiritur, vt ex
doct. Abb. in cap. cum Ioannes 10. sub num 6. de fid. in-
strum. & ex Dec. cons 36. num 4. ve s. Quia tenuit Rota
in Mediolan. Iurispatronatus 8. Iunij 1618. coram Re-
uerendiss. D. meo Pirouano Decano, quæ est decis. 74.
sub num 4. vers præterea, impress. apud Moder. Pisan.
post tract. de iurepatr. & eò magis cùm ex Ioanne
Villano lib. 6. cap 81. & 87. & Fr Cherubino Ghe-
rardaccio part. 1. lib. 5 fol. 199. Historicis constet, vs-
que de anno 1263. & sic ante testamentum Bar-
tholomæi, de quo agitur, familiam de Barbadoris è
Florentia Bonouiam se transtulisse ob prelium apud
Arbiam secutum inter Guelphos, & Ghibellinos,
vt de æquiuocatione, quæ oriri potest circa proba-
tionem descendentię in consanguineis eiusdem fa-
miliæ de Ciuitate ad aliam, animaduertit Rota in
proximè allegat. decis. 74. d num 4 & 9.

Hæc autem concludens probatio desumi nequit
ex his, quæ data fuere pro parte eorundem fra-
trum.

Non quidem ex testibus, quia solus secundus
quatenus aliquam fidem mereretur, dum deponit se
audiuisse à pluribus, (inter quos recenset Franci-
cum vnum ex fratribus aduersariis) quod iidem fra-
tres descendant à d. Nicolao seniori expulso, ac
16 bannito à Ciuitate Florentiæ tanquam vnicus, &
singularis, nihil releuat, vulg. cap veniens 10. & cap.
licet ex quadam 47. de testib. l. iurisiurandi 8. C. eo-
dem tit quod procedit in teste quantumuis digno,
& cuiuscumque auctoritatis, Couar pract. quæst. cap.
33. vers. his accedit, cæteri verò dum dicunt fratres
prædictos de Barbadoris Bononienses descendere
ex nubili familia de Barbadoris Florentina, non
concludunt descendentiam à linea effectiua ipsius
Nicolai, de qua intellexit Bartholomæus testator;
possent enim esse de alia familia de Barbadoris Bo-
17 non. quod sufficit ad reddendam æquiuocam dictam
probationem, & consequenter nullius sit momenti,
vt ex d cap. in præsentia, & l. non hoc C. vnde legitim.
respondit in puncto Rota in d decis. 74. d. num. 9. apud
Modern. Pisan. de iurepatr. præsertim cùm constet
ante conditum testamentum d. Bartholomæi fami-
liam Florentinam de Barbadoris Bonouiam se tran-
stulisse, vt supra fuit ostensum.

Nec minus ex scripturis, vbi plures leguntur
enunciatiuæ, quibus saltem physicè probari videtur
dd. Franciscum, & eius fratres aduersarios descen-
dere à Victorio, Victorium à Francisco seniore,
Franciscum seniorem à Nicolao, Nicolaum à Ludo-
uico, Ludouicum à Donato, Donatumque à Nicolao
seniore vno ex duobus principaliter substitutis à d.
Bartholomæo, quia vltra quod non probantur effe-
18 ctuata instrumenta, ex quibus illæ proueniunt, prout
requiritur, cùm paria sint, quod non fuerint facta,
vel effectum sortita non fuerint, vt ex l. 1. §. nihil ff. de
inoff. testam. & ex l. si quis sub conditione, 1 t. ff. de te-
19 stam. tutel. firmat Surd in cons. 359. num. 10. Et sunt
valdè suspectæ, quæ propterea non debent attendi,
nec etiam in antiquis, Aretin. in cap. cum causam,
num 17. in fin. ibique Felin. in 4. notab. de probat. So-
cin sen. cons. 194. num. 9. lib. 1. Achill. decis. 8. de iure-
patr. Rot. decis. 578 num. 5 in fin part. 3. recent.

Adhuc non concludunt stante æquiuocatione,
quæ resultat ex concurrentia duorum Donatorum,
vno eodemque tempore, quorum alter insignis Iu-
risconsultus, alter verò spectabilis miles enuncia-
tur; ad effectum namque, vt Franciscus, & fratres
possint dici descendentes à Nicolao filio Donati de
Barbadoris Florentini, & fratris Bartholomæi te-
statoris, opus esset docere concludenter d. Nico-
laum fuisse genitum à Donato filio Gheruccij pa-
tris Bartholomæi testatoris, cuius per consequens
diceretur frater ipse Donatus, quod certè ex præ-
dictis colligi nequit, sed potius in contrarium vr-
get verisimilitudo, quod Donatus frater testato- 20
ris fuerit ille insignis Iurisconsultus, qui post tot
seruitia præstita Reipublicæ Florentinæ, in lega-
tionibus apud diuersos Principes, fuit pœna capi-
tali damnatus, vt testantur Historici sub anno 1377.
& 1379. & hac eadem causa fuit insimul carcera-
tus cum d. Bartholomæo, ex qua simultanea carce-
tatione oritur verisimilitudo fraternitatis, quod- 21
que Historicis sit fides adhibenda, est text. in l. 1.
ff. de offic. Præfect. Prætor. Bart. in l. 1. num 21. ff. si
cert. petat. & dixit Rota pluries, vt in decis 91.
num. 14. & 353. num. 23. part. 5. recent. & denuò
in Corduben. decimarum de Lucena 5. Iulij 1638.
coram me.

Ille verò Donatus, à quo descendentiam me-
tiuntur dicti fratres in instrumento cessionis anni
1449. non sub titulo Iurisconsulti, sed simplici-
ter spectabilis miles enunciatur, ex qua qualita-
tum diuersitate, personarum quoque diuersitas, 22
ac differentia resultat, per ea quæ notant Ruin.
in cons. 114. num. 1. lib. 1. & Rimin. senior in cons.
419. num. 4. lib. 3 relat in d. 2. decis. causæ, quæ vltra
prosequitur reiiciendo in omnem euentum proba-
tionem desumptam ex dictis enunciatiuis ex eo, 23
quod procedebant à personis interesse habentibus,
ad consequendum prædictum fideicommissum an-
tea factum de anno 1400 Crauett de antiquit. tem-
por. part. 1. §. ampliatur, num. 14. cum seqq. Mantic.
decis. 88. num. 14. Rota decis. 69. num. 12. part. 5. re-
recent. ac etiam ex eo, quod prætensi descendentes
non enunciantur cum qualitate legitimitatis ex le-
gitimo matrimonio, prout requiritur ex expressa
dispositione testatoris, & respondet præsumptio- 24
ni legitimitatis resultanti ex probatione descen-
dentiæ, & filiationis, quod scilicet ei locus sit in
reo, secus in actore quales sunt aduersarij, Ias. in
cons. 106. num. 7. 8. & 9 cum seqq. lib. 1. Rolan. cons.
100. num. 21. & seqq lib. 2. benè Cæs. de Grass decis. 4.
num. 10. qui fil. sint legitim. & pariter satisfacit ob-
iecto desumpto ex regula, quæ non prosunt singu-
la simul iuncta iuuant, cùm limitetur, quando prout 25
hîc illa singula sunt de per se imperfecta in suo
genere, vt Rota censuit in sæpè citat. decis. 74. n. 7.
& 8. impress. apud Moder. Pisan. de iurepatr. &
facit dec. 169. nu. 14. part. 6. recent. quibus addam de-
cisionem factam in Romana filiationis sub die 1. Iulij
1639. coram me.

Quare cùm ex prædictis appareat de iustitia
sententiæ, & sic cesset læsio, meritò dixerunt Domi-
ni, non constare de causis restitutionis in integrum,
sed potiùs de re iudicata à parte quoque ob non
interpositam appellationem approbata, quæ pro- 26
pterea venit exequenda, l. 1. & tot tit. C. de execut.
rei iudic. Paris. cons. 105 num 29. lib. 1. Parlador. rer.
quotid lib. 1. cap. fin. part. 1. §. 1. de re iudicat. & nuper-
rimè fuit dictum in Anconitana dotis 15. Mart. pro-
ximi præteriti coram me.

Et ita decisum vna tantùm parte informante,
Procuratore alterius partis citato, ac informare
non curante.

Bononien.

Bononien. de Berois.

Veneris 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

Assignatio vnius prædij in transactione secunda erroneè & nulliter facta sufficit, vt pro adimplenda promissione alternatiuè facta vigore primæ transactionis restituatur, absque quod aliud vti ex fideicommisso proueniens relaxetur.

Vide suprà *Decis.* 169.

SVMMARIVM.

1 *Confessio propria partium in transactione emissa contra confitentes plenè probat.*
2 *Error eo ipso probatur dum rem aliter se habere constat.*
3 *Res vna loco alterius per debitorem de iure dari potest creditore volente.*
4 *Inuentarium bonorum hæreditariorum dum præter ibi descripta nulla alia bona adfuisse demonstrat, contra producentem maximè probat.*
5 *Retentione bonorum hæreditariorum in quibus verificari potest compensatio non probata, alterum ex duobus requisitis ad compensandum deficit.*
6 *Transactio ex capite enormissimæ læsionis corruit.*
7 *Restitutio subsequens à forma petitionis in libello facta declaratur.*
8 *Transactio facta à Tutrice absque eiusdem pupilli interuentu nulla est, cùm iam maior infante esset.*
9 *Nouerca de Iure Tutricis munus exercere non potest.*
10 *Nouerca etiam in testamento tutrix relinqui non potest.*
11 *Auctoritas Cardinalis Legati supplet defectus Tutricis quoad solemnitatem, non tamen quoad substantialia contractus nempe potestatem alienantis.*

DECISIO CXCI.

POSTQVAM in hac causa fuit resolutum, prædium Burgi Panicalis non esse Domino Ludouico relaxandum, nec pretium prædij Butrij soluendum, vt in decisione emissa sub die 18. Februarij anni currentis, fuit iterum idem dubium propositum sub die 24. Maij proximè præteriti, & quia informantes pro dicto Ludouico principaliter insistebant super validitate transactionis factæ de anno 1636. in qua dictus Ludouicus dictum prædium Butrij recepit vti proueniens ex fideicommisso Herculis, assereutes non subsistere in facto, quod dictum prædium sit subiectum fideicommisso eximij Doctoris Augustini Beroi., ita vt illius restitutio facta in dicta transactione fideicommissi Herculis possit dici erronea, vt firmatur in dicta decisione; & è conuerso informantes pro Domino Hercule Augustino Iuniori dicebant non solùm dictam restitutionem fuisse erroneam, sed vlterius ipsam transactionem esse nullam ex defectu potestatis Fuluiæ transigentis, tanquam tutricis dicti Herculis Augustini. Ideo Domini dilata resolutione mandarunt, vt informaretur strictè super errore, & nullitate dictæ transactionis; iuxta quem ordinem disputatione reassumpta hodie standum esse in decisis responderunt, quia tam error, quàm nullitas verificatur.

Error quidem probatur ex eo, quod in transactione anni 1636. dictum prædium restituitur, vti
subiectum fideicommisso Herculis, & tamen ex
propria partium confessione emissa in præcedenti 1
transactione anni 1621. constat illud subiacere fideicommisso Doctoris Augustini; hæc enim confessio sicut plenè probat contra confitentes, *l. generaliter, C. de non numerat. pecun. c. per tuas de probat.* ita quoque ad oculum errorem demonstrat, qui
probatur eo ipso, quod constet rem aliter se habe- 2
re, *l. si post diuisionem, C. de iur. & fact. ignor.* Socin. *cons. 25. n. 3. vol. 4.* Crauett. *cons. 188. num. 9. vers. probatur autem*, & fuit nuperrimè dictum *in Eugubina erroris Calculi 10. huius mensis currentis coram me.*

Non obstat, quod dictum prædium Butrij, quatenus etiam proueniret ex fideicommisso Augustini, potuerit dicto Ludouico assignari, prout fuisse assignatum dicebatur in secunda transactione anni 1636. pro omni, & toto eo, quod ipse prætendere posset vigore testamenti dicti Herculis, & sic gratia compensandi, cum illius fideicommisso seu fructibus ex dicto fideicommisso ab hærede grauato perceptis, Ruin. *cons. 7. n. 36. & seq. vol. 1.* cùm certum
sit in Iure per debitorem posse vnam rem loco al- 3
terius dari creditore volente, *l. 2. §. 1.* vbi Ias. *num. 3. vers. volenti autem, ff. si cert. petat l. 1. § an cum ff. de constit. pecun. l. cum, à quo, & l. manifesti, C. de solut.* Franc. Aretin. *cons. 5. n. 5.* Roman. *cons. 163. n. 1. vers. licet volenti, & cons. 190. n. 1. vers. & posito.*

Quia cùm probetur omnia bona dicti Herculis fuisse dicto Ludouico restituta, inter quæ descriptum legitur dictum prædium Butrij, vt conuincitur ex collatione eiusdem restitutionis bonorum
summ. hodierno num. 3. & Inuentario bonorum hæ- 4
reditariorum ipsius Herculis pro parte dicti Ludouici producto, *dict. summ. num. 7.* quod plenè probat negatiuam, nulla alia adfuisse bona in hæreditate, quàm ibi descripta *l. fin. §. licentia danda, C. de iur. deliberan.* Ias. *in l. si constante num. 129. ff de solut. matr.* Gabr *de probat. concl. 7. n. 22.* Couar. *lib. 1. variar. c. 6. n. 4.* Seraph. *decis. 504. n. 6.* maximè contra producẽtem, *l. publica § fin. ff. deposit. c. cum olim de censib.* Doctores *in c. cum venerabilis*, & in specie Dec. *n. 120. & seqq. de except.* Surd. *cons. 5. n. 37.* nulla poterat considerari compensatio; quia ex parte hæredis grauati dicti Herculis non probatur aliqua retentio
aliorum bonorum hæreditariorum, in quibus veri- 5
ficari possit compensatio, & sic deficit alterum ex duobus requisitis ad compensandum, relat. *in l. 1. ff. de compensat.* Menoch. *cons. 1121. n. 17.* non obstante illa clausula (pro omni, & toto eo, &c.) quoniam illa merito debuit apponi, dum dictus Ludouicus recipiebat omnia alia bona hæreditaria dicti Herculis, in quibus illa verificatur, ad tradita per Cancer. *var. resol p. 3. c. 15. n. 204. vers. hoc ego verum.*

Fructus autem fideicõmissi per hæredem grauatum percepti erant solùm vnius anni, cũ quibus fuerunt soluti fructus annuorum legatorum, & censuum ab eodem fideicommittente eius auctore debitorum; & si quid minimum superesset, non posset dici æquiualens pretio dicti prædij relaxati,

6 quod est tornaturarum 118. cum palatio, &aliis
domibus magni valoris, immò tali casu transactio
corrueret ex capite enormissimæ læsionis secũdum
magis communem opinionem, quam Rota seruat
iuxta terminos *l. 2. C. de rescind. vendit.* late Gabriel
de empt. & vendit. concl. 1. num. 68. & seqq. Molin. *de
Hispan. primogenit. lib. 4. cap. 9. n. 36.* Rot. *decis. 102.
num. 2. part. 1. diuers & decis. 715. num. 1 part. 2. recent.*
Vnde semper remanet verum, quod prædium Butrij
fuerit restitutum tanquam fideicommissarium Her-
7 culis iuxta formam petitionis in libello factæ *d.
Summario num. 7.* à qua declaratur subsequens resti-
tutio per *text. in cap. inter dilectos ibi, ex forma peti-
tionis*, vbi Bald. *de fid instrument.* Dec. *cons. 142. n. 6.*
Menoch *cons. 310. num. 21.* Grat. *cons. 6. nu. 17. lib. 1.*
Rota *decis. 84. num. 3. p. 2. diuers.* & per consequens
erronee, vt supra fuit ostensum

8 Nullitas pariter est patens: tum quia dicta trans-
actio fuit facta a Domina Fuluia vti Tutrice di-
cti Herculis Augustini tunc pupilli, absque eius-
dem pupilli interuentu, provt opus erat, cùm esset
iam maior infante, Castrens. *in l. neque Tutores n. 5.
C. de procurat.* Aretin. *in §. neque num. 12. Instit. de au-
ctorit. Tutor* Socin. *cons. 24. num. 45. lib. 1.* Peregr. *cons.
74. num. 4. lib. 3.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 14.
num. 1.* Anton. de Vergil. *de legit person. cap. 3. in prin-
cipio num. 15.* vbi de communi testatur; tum etiam
9 quia cùm dicta Fuluia esset tantummodò Nouerca
non autem Mater, nec Auia pupilli, de Iure non
poterat Tutricis munus exercere *l. 1. C. quando mu-
lier tut. offic. l. tutela l. vlt ff de tutel. l. fæmina ff. de reg.
Iur. l Iure nostro ff. de testam. tut.* Guttier. *de tutel. part.
1. cap. 8. num. 1. & num. 2.* vbi quod nec etiam potest
10 relinqui Tutrix in testamento per Glos. 1. *in l. fin. ff.
de tutel.* quam sequitur Montal *in 3. tit. 7. lib. 3. for.
glos. vlt.* Caldas Pereira *inter tractat. Doctor. de in in-
tegr. restit min. 1. part. pag. 1131. num. 106.* Surd. *cons.
428. num. 4. & 5.* Ciriac *controuers. 135. num. 19.*
Rota *in Romana hereditatis 22. Iunij 1635. coram
Motmanno.*

Nec huiusmodi defectus potuit suppleri ex au-
11 ctoritate Cardinalis Legati Bononien. quia illa sup-
plet, dumtaxat defectum solemnitatum, non ta-
men substantialia contractus, nempe potestatem
alienantis, Rota *decis. 2. de confirmat. vtil. vel inu-
til. in non.* faciunt tradit. per Felin. *in cap. 2.
num. 42. de rescript.* & per Castriens. *in cons. 84.
num. 4. lib. 2.* Rota *decis. 430. numer. 5 part. 1. re-
cent.*

Cùm igitur ex prædictis appareat assignationem dicti prædij Butrij in transactione anni 1636. fuisse erroneè, & nulliter factam, dicendum est sat esse si illud restituatur dicto Ludouico pro adimplenda promissione alternatiuè facta in prima transactione anni 1621. absque quod prædium Burgi Panicalis sit relaxandum, cùm istud vti proueniens ex fideicommisso Iuniperæ spectet ad Herculem Augustinum Iuniorem Reum conuentum ex persona Io. Francisci sui Anthoris, ad dictum fideicommissum vocati, vt firmatum fuit in præcedenti decisione.

Et ita decisum Hercule Augustino tantùm informante in hac vltima positione.

Hispalen. Decimarum de Almonte.

Vener. 28. Iunij 1641.

ARGVMENTVM.

De Remissoria stante præcipuè impossibilitate ad effectum probandi immemorabilem negatiuam decimarum de quibus agitur, iuxta stylum Tribunalis in similibus casibus seruari solitum omni Iure deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Anni pubertatis Testium ad probandam consuetudinem decimalem sunt subducendi.*

2 *Rota ob impossibilitatem & inuerisimilitudinem etiam in casu quo testes ætatis annorum 88. esse debebant, Remissoriam denegat.*

3 *Lites duæ diuersæ quarum tamen vna in alia impedimentum non præstat, vnde emanare di.ntur.*

4 *Executio notificationis præcedentis litis, eiusdemque contestatio quomodo probatur.*

5 *Iudex inter personas eiusdem litis sed diuersa actione conuentas, vigore eiusdem commissionis separatim prius contra vnam deinde contra aliam pronunciare potest.*

6 *Comparitio moderna Archiepiscopi litem ad instantiam Capituli ab initio latam non diuersificat, cùm ipse ad causam veniat iuribus Capituli assistendo.*

7 *Materia articulata quando saltem indirectè ad infringenda fundamenta decisionum in causa factarum tendat, Remissoria eò facilius est deneganda.*

DECISIO CXCII.

DENEGANDAM esse remissoriam responderunt Domini, attentâ præcipuè impossibilitate probationis resultante ex eo, quod lis super decimis, de quibus agitur, cœpta fuit de anno
1565. Vnde ad effectum probandi immemorabi-
lem negatiuam ante dictum tempus, quod scilicet
in territorio oppidi de Almonte, provt nec in aliis
territoriis aliorum oppidorum litis consortium, &
nec etiam locorum vicinorum, nunquam fuerint
solutæ decimæ ex oleo, oliuis, ficubus siccis, nu-
cibus, amigdalis, cæterisque fructibus minutis,
esset necessarium reperiri testes annorum 130. &
ad probandam pariter consuetudinem decimalem, 1
(super qua magis insistebant informantes pro Vni-
uersitatibus dictorum oppidorum.) requirerentur
Testes centenarij, cùm vltra annos pubertatis Te-
stium essent subducendi anni 76. à quibus lis inci-
pit, *cap. licet de Testibus*, Seraphin. *decis. 76. num.
2. & decis. 1460. num. 2.* Buratt. *decis. 178. &
num. 8.*

Testes verò tã longeuæ ætatis tẽporibus istis inuerisimile, ac impossibile est, quod secundũ naturam inueniantur, vt fuit dictum in hac eadem cau-

fa

ſa ſub die 27. Iunij 1639. coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano Decano, ob quam inueriſimilitudinem, ſeu impoſſibilitatem Rota aliàs dene-
2 gauit remiſſoriam, etiam in caſo quo Teſtes debebant eſſe ætatis annorum octuaginta octo, vt in *deciſ. 266. num. 17 part. 6. recent.* & de Teſtibus 100. annorum extat *deciſ. 235. num. 12. in fin. cum ſeqq. par. 5. recent.*

Non obſtat quod lis de dicto tempore anni 1565. fuerit cæpta ad inſtantiam Capituli tantùm contra D. Ducem Medinæ Sidoniæ, actione negatoria prohibendo illi exactionem decimarum, hodierna autem fiat etiam ad inſtantiam D. Archiepiſcopi Hiſpalenſis, & non contra Ducem, ſed contra oppida dirigatur actio confeſſoria pro earundem
3 decimarum exactione; vnde dicebatur ex hæc Actoris, Rei, Iudicis, actioois, & controuerſiæ diuerſitate, probari quoque duas eſſe lites diuerſas, *l. cum quæritur cum duabus ſeqq. ff. de rei Iudic.* quarum vna propterea non præſtat impedimentum in alia, *l. 1.* & ibi DD. *C. ſi vnus ex pluribus appellat.* Lancellott. *de attent. part. 2 cap. 4. lim 2. num. 1. & 2. cum ſeqq.* & in terminis remiſſoriæ dixit Rota *in deciſ. 403. num. 6. coram ſanctæ memor. Gregor. XV.* & videtur ſenſiſſe *in deciſ. huius cauſa emiſſa ſub die 5. Decembris 1676. coram dicto Reuerendiſſimo D. meo Decano in §. 1.*

4 Quia Capitolom in libello porrecto de dicto anno 1561. duas eodem tempore ſibi propoſuit actiones, alteram negatoriam contra Ducem, & alteram confeſſoriam contra Commonitates omnes, quæ hodie ſunt in cauſa, vt patet ex notificatione ſingulis prædictis Commonitatibus eiuſdem libelli facta, *ſummario Capituli, num. 1.* qua de cauſa eædem Communitates conſtituerunt ſingulæ ſuos Procuratores ad hanc litem *dicto ſummario num. 2.* & coram Iudice de partibus comparuerunt, contradicendo petitioni dicti Capituli, *ſummario earundem Communitatum num. 2.* Vnde confirmatur tam notificationis præcedentis executio, Felin. *in cap. cum contingat poſt num. 8. de reſcript.* Rota *deciſ. 11. de dol. & contum. in nou.* Gregorius XV. *in deciſ. 27. n. 4.* ibique Addent. *n. 12.* quàm litis conteſtatio *l. rem non nouam, §. Patroni, C de Iudic. l. 2. §. 1. C. de iurām. calumn.* Socin. *in cap. vnic. n. 67. de lit. conteſt.* Rot. *deciſ 6. n. 1. & 2. eod tit. in nou.* & fuit dictum in *Illerden. Decimarum 16. Nouembris 1630. coram d. Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

5 Et ideò licet ſententiæ latæ in actione negatoria contra Ducem non afficerent Communitates, vti diuerſa actione contentas, prout dicitur in dicta *deciſ. emanata ſub die 5. Decembris 1636.* non tamen inde excluditur, quin ex eodem libello ſuper eiſdem decimis fuerit lis contenta in actione confeſſoria cum dictis Communitatibus, contra quas propterea particularis ſententia poſtmodum emanauit coram eodem R. D. meo Decano, qui potuit vigore eiuſdem commiſſioois ſeparatim pronunciare prius contra Ducem, deinde contra Communitates, *l non idcirco*, vbi notant omnes *ff. de iudic.* Dec. *conſ. 295. num. 1.* Gregor. XV. *in deciſ. 488. n. 7.*
6 Nec comparitio moderna Archiepiſcopi diuerſificat litem ab initio cæptam ad inſtantiam Capituli dumtaxat, cùm ipſe veniat ad cauſam aſſiſtendo iuribus Capituli, quod eſſe generalem Adminiſtratorem totius Diœceſis Hiſpalenſis, fuit pluries reſolutum in deciſionibus cauſæ, & ſignanter coram dicto R. D. meo Decano ſub die 2. Martij 1635. 13. Iunij, & 5. Decembris 1636.

Minùs releuat commiſſio ſpecialis obtenta de anno 1631. coram R. P. D. meo Veroſpio, contra Communitates de Almonte, & Bullulos, ſub narratiua, quod in antiqua commiſſione non fuerant prædicta duo loca comprehenſa; quoniam, cùm ex prædictis pateat, omnes Communitates ab initio extitiſſe in lite, nil poteſt releuare, quod non fuerint omnes expreſſæ in poſteriori commiſſione, cùm adhuc ſemper vigeat ratio impoſſibilitatis reperiendi Teſtes idoneos, inſpecto initio litis ex ſuperius allegatis.

Propterea dixerunt Domini, materiam articulatā eſſe omninò imaginariam, cùm ſaltem indirectè tendat ad infringenda fundamenta deciſionum in cauſa factarum, quarum vigore emanarunt quoque ſententiæ Rotales in iudicatum tranſactæ, condemnantes Ducem ad reſtitutionem harummet decimarum, quas ab Incolis, & Communitatibus exegerat, & ideò eò facilius remiſſoriam denegarunt, iuxta ſtylum Tribonalis ſeruari ſolitum in ſimilibus caſibus, vt in *deciſ. 111.* coram Papa Greg XV. & coram Seraphino *in deciſ. 1460. num. 1. & inter recent. deciſ. 350. num. 3. & 326. n. 1. & 22.* & facit *deciſ. in Corduben. Decimarum de Lucena 5. Iulij 1638. coram me.* 7

Et ita deciſum vtraque &c.

Romana Laudi, ſeu Domus.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Reciproca ſubſtitutio in fundo dotali de quo agitur inter legatarias non intrat, niſi verbis expreſſis in ipſa diſpoſitione contineatur, vel neceſſariis coniecturis aliunde probetur.

SVMMARIVM.

1 *Datio alterius ſubſtituti reciprocam excludit.*
2 *Subſtitutio pluribus ſimpliciter facta, etiam altero ex illis decedente purificatur.*
3 *Subſtitutio pluribus ſimpliciter facta in ſingularitates reſoluitur.*
4 *Subſtitutio facta inter honoratas in toto legato ad inducendam reciprocam non ſufficit, niſi quoque vltimo morienti facta appareat.*
5 *Natura verbi relatiui eſt repetere qualitates omnes relati tam circa rem ipſam, quàm circa modum ſuccedendi.*
6 *Reciproca non inducitur niſi verbis expreſſis contineatur in ipſa diſpoſitione, vel adſint neceſſaria coniectura eam perneceſſe includentes.*

DECISIO CXCIII.

ENSVERVNT Domini ſententiam Rotalem, qua declaratum fuit domum de qua agitur, eſſe fundum dotalem, & non adeſſe reciprocam ſubſtitutionem inter legatarias in ſcutis 1000. pro qualibet, eſſe confirmandam vti validam, & iuſtam.

Validitas non impugnatur, & iuſtitia redditur patens ex tribus deciſionibus in cauſa factis coram R. P. D. meo Dunozet. Rota *deciſ. 350. num. 1. part 1.*

& decis.668.num.1.part.2.& dec.395.pariter num.1. in fin.part. 4 recent. In prima enim, ac in secunda emissis sub dieb. 28. Nouembris 1638. & 12. Nouembris 1640. abundè iustificatur q. Cinthiam del Prato acquisiuisse dominium domus de qua agitur pro rata scut.1000. mediante eiusdem domus emptione facta à Ioanne Foruia eius Viro, cum pecuniis redactis ex censu dotali eiusdem Cinthiæ, ita vt d.domus pro d.rata dicatur fundus dotalis, vt ex rationibus ibidem benè deductis.

Et in tertia emanata sub die 30.Ianuarij 1640. solidis fundamentis demonstratur reciprocam substitutionem non adesse inter Feliecm, & Mariam legatarias, ponderatis verbis legati, ex quibus apparet substitutionem fuisse factam in casum, quo dd. Maria, & Felix decederent non monachatæ, vel nuptæ, vel aliqua ex ipsis monachata, seu nupta, vel sine filiis. Nam aut inde resultat vnicus tantum casus substitutionis, qualificatus tamen à monachatu, vel nuptu legatariarum, & inter eas nulla potest considerari reciproca, dum substitutio
1 legitur facta si aliqua ipsarum decederet, quia datio alterius substituti excludit reciprocam, Sanch. *in l haredes mei §.cum ita part.6.num.86 ff ad Trebell.* Gabriel *cons.117 num.24. & 26.lib.* 1. Cephal. *cons.* 215 *num.6. & seq.* Surd *.cons.329 lib* 3. Menoch. *cons.636.num.19.& cons.1056.num.10.* Hund. *cons. 60.num.49.lib.6.& cons.65. num.18.lib.2.* Peregrin. *cons.30.num.8 & seqq.lib.3. & de fideicomm.art* 13. *num.56.* Osasch *decis Pedem* 210.*num.7.* Cæsar Barz. *decis Bononien.* 1.*num.* 2. *& decis. 6. num. 3. & seqq.*

Aut verò exinde desumuntur plures casus substitutionum separatim, & pariter cessat reciproca
2 inter dd. legatarias, quia substitutio facta pluribus simpliciter, purificatur etiam altero ex illis decedente, vt præter allegatos in decisione tenet Fusar *in cons.34. num. 8. & cons 60 num.18.* vbi quod
3 talis substitutio resoluitur in singularitates. Rota *dec 145.num.2.& 2.part.1 recent.*

4 Non obstat, quod substitutio sit facta inter honoratas in toto legato scut. 2000. quia vltra quod hoc non sufficeret nisi quoque appareret facta vltimo morienti; vt notant DD. in *l. Titia §. Seia libertis ff.de legat.*5.Rota *decis.266. num.21. & decis. 300.num.10.& decis.361.num.17.part.1.recent.* cessat obiectum ex quo d. substitutio est facta in scutis 2000. sed relatiuè ad institutionem, ibi, *in detti scudi 2000.&c. voglio che succedino*, & sic in singulis scut.1000.pro qualibet, prout in ipsa institutione dispositum fuit, adeò vt sicut in institutione vna non fuit vocata in portione alterius, ita quoque
5 dicendum est in substitutione; natura enim verbi relatiui est repetere qualitates omnes relati tam circa rem ipsam, quàm circa modum succedendi, *l.asse toto ff.de hared.instit.l.institutio talis ff.de condit. & demonstrat.l.si ita scripsero ff. de re iudic.* Ruland. *cons.34.num.31.& 32.lib.4* Gabriel *cons.66.num.7.8. 11.& 12. lib. 2.* Rota *decis. 187. num. 7. part.1. recent.* & In hac materia sufficit reddere dubiam men-
6 tem testatoris, ad effectum excludendi reciprocam, quæ non inducitur nisi verbis expressis contineatur in ipsa dispositione, vel adsint necessariæ coniecturæ eam pernecesse includentes. Ias. *in l. potest ff. de vulg.* Rip. *in l. haredes mei §. cum ita num. 17.& 23.ff.ad Trebell.* Fusar.*cons.156.num.1.* cum aliis allegatis *in dicta 3.decisione*, cuius fundamenta Dominis placuerunt, & ideo cum illis transierunt.

Et ita vna tantùm parte &c.

Tudertina Societatis.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

Societas inter fratres prætensa præsumi non debet, nisi ab allegante plenè & concludenter probetur.

Vide suprà *Decis.173*

SVMMARIVM.

1 *Societas per tales actus qui citra ius & nomen societatis fieri non possunt, ab allegante plenè & concludenter est probanda.*

2 *Verbum* Capitale *ad communionem mercium pernecesse referri non debet, dum de dominio solius personæ aliunde constat.*

3 *Confessio aquiuoca & Epistola proueniens confitenti seu scribenti praeiudicare non potest.*

DECISIO CXCIV.

IN hac causa postquam præuiis duabus decisionibus prolata fuit sententia absolutoria ad fauorem Cosmi, Ferrantes Aduersarij, dum coram me sub die 26. Martij anni præteriti quærebatur an sententia Rotalis esset confirmanda, vel ne, dilationem obtinuerunt sub prætextu futuri examinis in Curia faciendi, pro coadiuuanda eorum intentione, ad quem effectum exhibitis in actis articulis parte opponēte, proposui dubium, an illi essent admittendi; quod fuit negatiuè resolutum sub die 15. Aprilis proximè præteriti, vt in decisione tunc extensa; cuius fundamentis iterum examinatis, non obstantibus aliis articulis additionalibus noniter datis, Rota sub die 14.mensis præteriti mandauit ad vlteriora procedi in disputatione negocij principalis, iuxtà quem ordinem hodie causa reproposita pro confirmatione sententiæ Rotalis fuit responsum, attenta eius validitate, & iustitia.

Validitas non impugnatur, & satis probatur ex reuolutione actorum, vbi apparet adesse omnia requisita relata *in vulgat decis.* Caputaq. 260.*part.2.* Iustitia verò elucescit ex decisionibus in causa factis, vt sæpe Rota dixit, & signanter, *in decis.350.num. 1.part.1.& decis.668.num.1.part.2. & dec. 395.num. 1 in fin.part 4.recent.* In illis enim claré demonstratur nullam adfuisse societatem, seu communionem artis fundacariæ, & mercium apothecæ inter d.Cosmum, & Pacinum eius fratrem, à quo causam habent Aduersarij, vigore prætensæ donationis inter viuos factæ ad fauorem Lucretiæ eorum Auctricis, idque optima ratione. Quia societas non 2
præsumitur, sed debet ab allegante plenè & concludenter probari per tales actus, qui citra ius & nomen societatis fieri non potuerint, Butr.*cons.75.* Anchar.*cons.302.col.2.* Alex.*cons.37. volum.2.in fin. vol.4.* Cephal.*cons.247.num.20.* Surd.*cons.441. num. 9.vers.& ad inducendam*, & *decis.267.num. 7. vers. hinc dicimus*, qualis tamen probatio per Ferrantes non solùm non fuit allata, sed potius contrarium fuit per Cosmum iustificatum, tam ex propria con-

fessione

fessione d. Pacini emanata in Instrumento publico cum iuramento pro exoneratione suæ conscientiæ, quàm ex testibus conformiter examinatis, iunctis pluribus coniecturis, & præsumptionibus, vt in prædictis decisionibus fusè ponderatur, & signanter *in* 1. *&* *in* 2. emanatis sub diebus 21. Iunij 1638. & 4. Aprilis 1639. coram Reuerendiss. P. D. Panzirolo.

Non obstat epistola d. Cosmi eidem Pacino scripta, super qua ex aduerso vltimo loco tota vis fiebat, dum in ea idem Cosmus mandat fratri, vt adeat Pompeium Bonacursum, *accio aiuti voi, & me, e vender il capitale*, quod verbum *capitale* præsupponebatur referri ad capitale mercium, & & artis fundacariæ; quia vel potest referri ad capitale patrimonij, vt firmatum fuit in dd. decisionibus coram D. meo Panzirolo, vel in omnem
2 euentum, quatenus referretur ad capitale mercium, non inde referri perneceſſe posset ad communionem earumdem mercium, dum aliunde constat de dominio solius Cosmi, vt fuit comprobatum *in tertia decisione* coram me emissa sub die 15. Aprilis proximè præteriti; sufficit enim, qood
3 confessio ex dicta epistola proueniens sit æquiuoca, ad hoc vt confitenti, seu scribenti non præiudicet, Honded. *conf.* 69. *num.* 73. *lib.* 2. Mohed. *decis.* 2. *de rest. t. spoliat.* Rota *decis.* 443. *num.* 8. *part.* 1. *recent.* cum aliis congest. *in dd. decis.* causæ, quæ ad saturitatem satisfaciunt omnibus obiectis alias factis.

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, altera sæpios citata, &c.

Bonon. Societatis.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

De valore Capitalis totius de quo agitur à Peritis de consensu partium electis æstimati, alteri sociorum iuxta conuentionem in Instrumento societatis appositum ad medietatem soluendo.

Vide suprà *Decis.* 188.

SVMMARIVM.

1 *Peritorum de consensu partium electorum relationi omnino standum est nisi de errore doceatur.*

2 *Condemnatio sub prætextu æris alieni socialis non est retardanda, quando de illo legitimè non constat.*

3 *Libri sociales non probant, nisi iuxta formam instrumenti socialis ritè & legaliter fuerint regulati.*

4 *Descriptio crediti cum specificatione partium nominatim cum die & causa, ad effectum impugnandi partitas & fraudem si quæ adsit in libris socialibus detegendi requiritur.*

5 *Perito tertio standum est in discordia aliorum Peritorum electo.*

6 *Liber inuerisimilia continens non probat.*

DECISIO CXCV.

Postquam in hac causa Sanctę tantùm informante sub die 26. mensis præteriti resolutum fuit non constare de attentatis, vt in decisione iam extensa, proposui dubium super negocio principali an scilicet Ludouicus teneatur ad solutionem Capitalis, & pro qua summa; & pariter ipso Sancte solùm informãte responsum fuit, Ludouicum teneri ad solutionem medietatis lib. 21920. in quoibus valor totius Capitalis fuit æstimatus iuxta conuentionem in Instrumento Societatis appositam, nempe quod finita Societate, teneatur Ludouicus totum Capitale recipere, & medietatem valoris illius soluere Sancti consocio in contanti, iuxta æstimationem faciendam à duobus peritis: vnde cùm Periti de consensu partium electi retulerint Capitale ascendere ad dictas libras 21910. meritò ad solutionem illarum medietatis debet Ludouicus condemnari; Peritorum
enim relationi de consensu partium electorum omnino standum est nisi doceatur de errore, *l. si emptione*, §. *fin.* ff *fin. regund.* Bart. *in l.* 1. *C. eodem tit. l hac edictali*, §. *illud*, ibi: *quos vtraque pars elegerit*, *C. de secund. nupt.* Felin. *in c. proposuisti num* 6. Abbas *ibidem num.* 10. Pinell. *in l.* 2. *C de rescind. vendit. in* 3. *part. cap. vlt. num* 4. Cagnol. *ibidem num.* 159. Rota *decis.* 531. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & coram S mem. Greg. XV. *in decis.* 161. *n.* 7. 1

Nec prædicta condemnatio est retardanda sub prætextu æris alieni socialis; quia de prætenso ære alieno legitimè non constat, imò redditur inuerisimile, cùm à septennio, quo dissoluta fuit societas, nullus creditor comparuerit, & ideo poterit consuli indemnitati Ludouici per cautionem de eum defendendo pro prætensis debitis socialibus, iuxta dispositionem text. *in l. omnes es & l. seq. ff. pro soc. l. cum socij, ff de commun. diuidun* cum aliis allegat. per Modern. *de societ. cap.* 39. *num.* 100. vbi bene declaratur quando consocio satisfieri debeat mediante solutione, vel mediante cautione. 2

Prout nec ex d. Capitali debet detrahi assert. creditum proprium d. Ludouici, in libr. 5730. quoniam de eo non constat nisi ex partitis ab ipsomet Ludouico exaratis in libris socialibus, qui in præsenti casu pro eodem Ludouico non probant; tum quia non fuerunt ritè, & legaliter tenti, & regulati iuxta formam Instrumenti socialis, *in capitulo* 2. *summario num.* 1. ad tradit. per Bald *in conf.* 151. *lib.* 3. Petr. de Vbald. *tract. de duobus fratribus part* 12. *n.* 1. Stracc. *in tract. de mercat. part.* 2. *num.* 59 quos & alios allegat Modern. *de societ. cap.* 38. *num* 21. *cum seqq.* Tum etiam quia descriptio d. crediti est confusa, & nimis generica *per resto, & conto fatto, e per saldo*, absque specificatione partitarum nominatim cum die, & causa, prout requiritur ad hoc, vt alter socius possit partitas impugnare, & si quæ fraus, aut machinatio in libris socialibus adesset detegere, vt aduertit Bald. *in l. comperimus*, *C. de nauicul.* & *in rubric. C de fid. Instrum. num.* 34. & 57. & sequuntur Iaſ. Stracc. & alij relati per Modern. *de societ. in dict. cap.* 38. *num.* 34. Monoz. *de ratiocin. cap.* 10. *num.* 2. 34. & 70. Boccadill. *in politic. lib.* 5. *c.* 4. *num* 71. 3 4

Quod bene agnouit tertius Peritos, dum similia solda reiecit, cui vti electo in discordia aliorum Peritorum omnino standum est, Gloss. *in l item si vnus* §. *principaliter in verb. authoritati in fin.* ibique Bald. 5

Bald pariter *in fin.ff.de arbitr.* Parif *conf.96.num.32. lib.1.* Rota *decif.55. num.1. part.1. recent.* præsertim cum confiderauerit inverifimilitudinem refultantem ex tot folidationibus fpatio biennij emanatis, cùm tamen ex lege Inftrumenti focialis deberet fieri fiognlis annis tantùm: liber autem qui
6 continet inverifimilia non probat, Bald.*in rubr.C de fid.Inftrum.* Crauett.*de antiquit.tempor part.1.n.213. & 219.* Caftren.*conf.114. in 5.dub.lib.2.* Iaf.*conf.4. lib 2* Menoch.*de arbitr.caf.92.num.5.lib.2.* Modern. *de fociet. d. cap. 18. num. 32.* cum aliis quos refert Modern. Patarin. *de fcriptur. priuat. lib. 4. cap.10. num.9.*

Et ita, &c.

Romana Dotis.

Lunæ 1. Iulij 1641.

ARGVMENTVM.

De fpuriis alendis feu dotandis, ex regula quod eadem ratio quando in diuerfis militat, eorum cafus vno eodémque iure fit terminandus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio defcendentes fpurios alendi feu dotandi afcendentibus incumbit.*
2 *Defcendentes ex legitimis ficut ab Auo funt alendi ita defcendentes ex fpurio.*
3 *Obligatio alendi, aut dotandi fpurios, cùm fit onus reale ad quofcumque heredes etiam extraneos tranfit.*
4 *Ratio qua militat in vno cùm etiam militet in alio, vtriufque cafus vno eodémque iure terminari debet.*

DECISIO CXCVI.

ROTA fub die 16.Iunij 1635. coram bon.mem Pirouano cenfuit Margaritæ dotem deberi, ex eo quod fuit probatum ipfam effe filiam Iulij, & Iulium effe filium naturalem bon. mem. Tarquinij filij clar.mem. Card.Profperi Sanĉta-Cruci, & debere præftari à bon.mem.Francifco filio d.Tarquinij, tanquam fucceffore, & poffeffore bonorum dd.Cardinalium Profperi, & Tarquinij Aoi & Proaui refpectiuè eiufdem Margaritæ, & fub die 20. Decembris eiufdem anni dixit dotem præfatam effe taxandam in fcutis 500. vt in decifionibus fub dd. diebus extenfis: quibus refolutionibus partes acquieuerunt, & Margarita dotem habuit, & effecta eft Monialis. Interim obiit d.Francifcus relictis DD.Tarquinio, & Profpero Iunioribus fuis filiis, contra quos Anna Maria foror d.Margaritæ iudicium inftituit pro confequenda eadem dote ad effectum pariter fe monachandi, & refolutionem fauorabilem reportauit coram eodem Pirouano, qui ex quo morte præuentus decifionem extendere nequiuit, Domini hoc mihi demandarunt vti in eius locum fubrogato.

Rationes autem, quæ mouerunt Dominos ad fic refpondendum, fuerunt illæmet ponderatæ in decifionibus factis ad fauorem d.Margaritæ, nempe inopia proprij parentis, & obligatio Afcendentium alendi, feu dotandi defcendentes etiam fpurios, ex allegatis per Surd.*de aliment. tit.1. quaft.10. à num.5. vfque ad.9.* vbi licet loquatur de filio, feu de filia, eadem ratione concludit ad fauorem nepotum, & pronepotum, in *quaſt.13. num.1. & 2.* & quod ea quæ procedunt in filio legitimo locum habeant etiam in fpurio, vt ficut defcendentes ex legitimis funt alendi ab Auo, ita defcendentes ex fpurio, notat in fpecie Paleott. *in tract. de noth. & fpur.cap.47. num.6. in fin.* quodque id quod dicitur de Auo procedat in Proauo, tradit Surd.*vbi proximè num.10.* quæ quidem obligatio tranfit ad quofcumque hæredes etiam extraneos, cùm fit onus reale, vt præter allegatos in dd. decifionibus tenent Molin.*de Hifpan.primog.lib.2. cap.15. à num. 42. vfque ad 46.* Paleott. *de noth.& fpur.d.cap.47.n.7.* Ofafch. *decif Pedemont.115.* Vincent.de Franch.*decif.5.n.13. & 19.* Ioan.de Caftill.*tom.5.quotidian.controuerf cap. 62.num.96.* Rot. *inter collect. per Farinac.in centur. 7. decif.47. num.5.6. & 7. impreff. in 4.part. diuerf. fol mihi 412.*

Cùm igitur fit confeffum inter partes, quod d. Anna Maria eft filia dicti Iulij, prout eft d.Margarita, eadem ratio quæ militat pro vna, militat quoque pro alia, & per confequens earum cafus debet vno eodémque iure terminari, *l.illud.ff.ad l.Aquil. l.quidam nummularios,ff.de eden.* Calderin. Dec. Bald. & alij quos refert Modern. *de axiomatibus Iur. axiom.97. num.3. & 7.*

Et ita vna tantùm parte informante refolutum fuit.

Romana Bonorum.

Mercur. 20. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

Poffeffio anterior tanquam nulla & attentata pendente termino ad appellandum capta, anteriori poffeffioni præiudicare non debet.

Vide fuprà *Decif.184.*

SVMMARIVM.

1 *Claufula (appellatione) remota tertiis non comprehenfis, nec in commiffione nominatis non fuffragatur.*
2 *Veniens ad caufam in ftatu & terminis omnia acta fua facit.*
3 *Veniens ad caufam vti fideicommiffarius ad effectum excludendi vtrumque litigantem acta gefta fua non facit.*
4 *Claufula conftito expreffam Iudicis admiffionem per decretum particulare requirit.*
5 *Actus fubfequutus bene arguit an aliquis ad caufam in ftatu & terminis fit admiffus.*

DECISIO CXCVII.

RO tertia vice hodie fuit refponfum, Venerabili Archiconfraternitati Sanctiffimæ Trinitati ceffionariæ Marci Petrofij dandam effe manutentionem fuper bonis, de quibus agitur, quia pofterior poffeffio Archilleorum fuit nulla,

nulla, & attentata, tanquam capta pendente termino ad appellandum, & consequenter non præiudicauit anteriori possessioni d Petrosij, Rot. *decis.* 225. *n.* 4 *p.* 1. & *decis.* 310 *num.* 1. & 5. *part.* 6. *recent.*

Absque quod iidem Archillei iuuari possint 1 clausula (*appellatione remota*) apposita in commissione huius causæ ad instantiam Patrum Sanctæ Mariæ de Scala contra dictum Petrosium, quia illa non suffragatur tertiis non comprehensis, nec nominatis in eadem commissione, vt dixit Rota coram Puteo *in decis.* 143. *lib.* 2 cum aliis cumulatis per Marchesf. *de commissionibus part.* 3 *cap.* 10. *de commissionibus cum clausula (appellatione remota) num.* 5. *fol. mihi* 99.

Nec aliquid releuare visa fuit replicatio, quod scilicet ipsi Archillei postea obtinuerint particularem commissionem pro admissione ad causam in statu & terminis, constito de interesse, & citauerint ad dicendum contra, & iuxta formam commissionis procedi, literásque inhibitorias decerni obtinuerint, ac demum decisionem reportauerint sub die 16: Ianuarij 1636. coram bon. mem. Motinan. in qua vtraque parte informante dictum fuit constare de eorum interesse, ad effectum admissionis ad causam, 2 & sic dum venerunt ad causam in statu & terminis, fecerint omnia acta sua, Mandos. *in Commission. admissionis ad causam, verbo in statu, & terminis, vers. quero supposito*, Duran. *decis.* 223. *num.* 2. Martin. And. *decis.* 43. *num.* 13.

Quoniam dupliciter fuit responsum, sicuti etiam in præcedentibus decisionibus fuit consideratum.

Primò quod tertij, quales sunt Archillei in præsenti, non veniunt ad causam corroborando iura 3 alicuius ex litigantibus, sed venerunt vti fideicommissarij ad effectum excludendi vtrumque litigantem, vt exitus comprobauit, & propterea non fecerunt acta sua, prout ex notatis per Ioan. Andream Geminianum, & alios *in c.* 2. *vt in lit. pendent. in* 6. firmauit Rota *in decis.* 17. *n.* 5. & *decis.* 352. *n* 6 *part.* 5 *recent.* & coram Seraph. *in decis.* 906. *n* 1. & explicat Addens ad sanct. mem. Greg. X V. *in decis.* 259. *num.* 7.

4 Secundò, quod stante clausula *constito* requirebatur expressa Iudicis admissio per decretum particulare, itavt non sufficiant actus, nec ipsa decisio emanata coram Morman. in qua fuit dictum constare de interesse, Crescent. *decis.* 3. *de rescript.* Puteus *decis.* 91. & 3. *lib.* 1. Gomes. *decis.* 52. *per tot. lib.* 2. & fuit dictum *in Toletana pensionis coram Lista*, quæ est post Marchesf. *part.* 2. *fol.* 168. relata per Adden. ad Gregor. XV. *in dict. decis.* 259. *num.* 5. & ad Buratt. *in decis.* 833. *pariter sub n.* 5. aliud enim est decretum factum in citatione ad dicendum contra commissionem, & iuxta illius formam mandari, procedi, & inhiberi, cuius copia datur *in hodierno summario Archilleorum n.* 4 aliud verò est decretum particulare pro admissione ad causam in statu, & terminis, quod particulare decretum non adest in præsenti.

In quam sententiam eò libentius iuerunt DD ex quo Archillei prædicti optimè agnouerũt hanc veritatem, dum postea procurarunt impetrare nouam commissionem cum repetitione clausulæ (*appellatione remota*) quam tamen Sanctissimus concedere 5 noluit, ex hoc enim actu subsequuto bene arguitur eos antecedenter non se habuisse pro admissis in statu, & terminis, ad tradit. per Romanum *in cons.* 291. *num.* 2. cum aliis allegatis *in* 2. *decis. causæ sub* §. *quod verificatur in fin.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Bonon. fideicommissi de Bologninis,

Mercur. 27. Nouembris 1641.

ARGUMENTUM.

De manutentione reuocatis attentatis primo possidenti concedenda, non obstante posteriori possessione etiam authore Prætore capta.

SUMMARIUM.

1 *Possessio etiam authore Prætore pendente appellatione à tertia sententia, seu decreto de duas præcedentes exequendo capta, vti attentata anterioribus possessoribus manutentionem non impedit.*

2 *Statutum Bononiense quo cauetur semel tantum licere appellare in possessorio quomodo intelligendum.*

3 *Sententiæ quarum vna negat detractiones, altera admittit, conformes dici non possunt.*

4 *Difformitate sententiarum stante locus non est executioni, sed appellationi.*

5 *Sententiæ quamuis conformes quoad clausulam* deductis deducendis, *nisi prius facta liquidatione eius quod detrahi debet exequi non possunt.*

6 *In fideicommisso est quicquid superest detractionibus deductis.*

7 *Alienationes factas præsumi debitas detractiones adæquare quandònam procedit.*

8 *Sententiam cum omnibus qualitatibus approbare censetur, qui ab eadem nouum grauamen continente non appellat.*

DECISIO CXCVIII.

POSTQUAM Rota censuit coram R.P.D. meo Merlino Decano, mandatum de immittendo relaxatum ad fauorem illorum de Bologninis contra Palmerios, possessionémque illius vigore captam, & alia sublecuta esse attentata, ac successiuè pro reuocatione attentatorum concessit dd. Palmeriis manutentionem, Bolognini appellarunt, & causam appellationis mihi committi obtinuerunt cum facultate manutenendi quem de iure; ideo dubitaui cui sit dandum mandatum de manutenendo, & illud iisdem Palmeriis esse concedendum fuit responsum, attenta eorum anteriori possessione, *cap. licet causam*, vbi Felin. *num.* 8. *de probat.* Couarruu. *pract. quæst. cap* 16. *vers. duodecimo hac in controuersia*, latè Menoch. *de retinen remed* 3. *num.* 723. Rota coram Papa Greg. XV. *in decis.* 9. *num.* 5.

Absque quod aliquid releuet posterior possessio capta per Bologninos authore Prætore; quia vti capta pendente appellatione à tertia sententia, seu de- 1
creto de exequendo duas præcedentes sententias latas ad fauorem eorundem, fuit attentata, *c. non solùm de appellat. in* 6. *cum concordant.* Rota *decis.* 530. *num.* 2. *part.* 6. *recent.* & consequenter non impedit manutentionẽ Palmeriis anterioribus possessoribus, *l. improba, C. de acquir. possess.* Rot *decis.* 215. *n.* 4. *par.* 2. *recent.* & coram Buratto *decis.* 491. *num.* 3.

Quod autem à d. sententia, seu decreto de exequendo daretur appellatio, etiam ad effectum suspensiuum, licet fuerit super executione, stante notoria iniustitia, colligitur ex pluribus ponderatis in decisione emanata coram d. R. D meo Decano sub die 15. Martij anni currentis. & signanter ex eo, quod dictum decretum mandat exequi dictas sen-
2 tentias vigore statuti Bononiensis, quo cauetur semel tantùm licere appellare in possessorio, quod tamen est intelligendum, quatenus secunda sententia confirmatoria primæ sit conformis, Rota *decis.* 69. §. *non obstat* post Fenson. *ad stat. Vrb.*

In præsenti verò de conformitate non constat, sed immò sententiæ difformitas est patens, dum altera purè ac simpliciter concedit immissionem, supponendo detractiones iam fuisse consumptas ex præcedentibus alienationibus, & altera immissionem concedit conditionaliter, scilicet deductis deducendis, & compensatis compensandis, mandans fieri calculum, & in casu insufficientiæ bonorum fideicommissi vniuersalis, detractiones fieri su-
3 per fideicommisso particulari Dum igitur vna sententia negat detractiones, & altera illas admittit, non possunt dici conformes, vt ad propositum extat *decis.* 80. *impress.* apud Pacific. *post tract. de Salmian. sub num.* 2. Seraph. *decis.* 1. *num.* 1. qua difformi-
4 tate stante non erat locus executioni, sed appellationi, Couarr. *pract. quæst cap.* 25. *n.* 6. Alex. *cons.* 77. *num.* 1. *vol.* 2. Aym. *cons.* 183. *n.* 1. Adden. ad Buratt. *in decis.* 663. *num.* 8.

5 Quinimò etsi sententiæ prædictæ essent conformes, itavt vtraque contineret eandem conditionem deductis deducendis, adhuc non poterant exequi, nisi prius facta liquidatione eius quod detrahi debebat, vt dicunt Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *num* 81. Surd *cons.* 186. *num.* 22. & *cons.* 410. *num.* 54. *& seqq.* cum aliis relatis *in d. decis causa*, & præter ibi allegatos faciunt Honded *in cons.* 98. *n.* 16. *vol.* 2. & Rota *in decis.* 113. *num.* 3. *part.* 1. & melius *in decis.* 232. *num.* 5 *part.* 4. *recent.* adeò quòd deductis deducendis in reliquo exequerentur sententiæ latæ
6 super fideicommissione, cùm illud dicatur esse in fideicommisso quod superest deductis detractionibus, *l. qui quadraginta* 2. *vers. quod hæres*, *ff. ad Trebell.* Surd. *cons.* 335. *num.* 18. *vers & ratio est vol.* 3. Buratt. *decis.* 946. *num.* 6. Rota *decis.* 88 *num.* 4. *&* 27. *part.* 6. *recent.*

Nec obstat quod hæredes grauati à quibus causam habent dicti Palmerij adiuerint hæreditatem absque beneficio legis & inuentarij, & sic intret
7 conclusio, quod alienationes factæ præsumantur adæquare detractiones debitas, Peregr *de fideicom. art.* 39. *num.* 14. Adden. ad Greg. XV. *in decis.* 185. *num.* 6. Rota *decis.* 126. *num.* 28. & *decis.* 164. *num.* 6. *part.* 7. *recent.*

Quia hoc respicit iustitiam primæ sententiæ, quę admisit detractiones fuisse consumptas per alienationes, sed non propterea tollit clausulam *deductis deducendis* in secunda sententia contentam; quamobrem prius esset discutiendum an aliquid esset detrahendum antequam ad executionem deueniretur, ex Surd. Peregr & aliis supra allegatis, maximè cum
8 Bolognini non appellauerint à secunda sententia continente nouum grauamen in illa parte qua mãdabatur fieri detractiones; quo fit vt eam approbare censeantur cum omnibus qualitatibus, *l.* 1. & ibi Glos. *verb obtempera, C de postulat l.* 1. *C si sæpius in integr. resti. postul. c. quoad consult. de re Iudic.* Rota *d. decis.* 232. *num.* 5. *vers. de quibus p.* 4. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Vinearum.

Mercur. 27. Nouembris 1641.

ARGVMENTVM.

De restitutione in integrum, ex defectu concludentis probationis identitatis & dominij, quæ ad effectum deuolutionis fundi controuersi requiritur resultante.

Vide suprà *Part. I. Decis.* 131.

SVMMARIVM.

1 *Agens ad deuolutionem fundi identitatem & dominium directum concludenter probare tenetur.*

2 *Enunciatiuæ solæ siue instrumentum concessionis, aut solutiones Canonum, quando agitur ad effectum deuolutionis ad dominium directum probandum non sufficiunt.*

3 *Clausula* non alias, aliter, nec alio modo *stante nulla potest dici inducta caducitas, etiamsi ad traditionem rei alienatæ ante impetratum consensum fuerit deuentum*

4 *Iura producta ad effectum iustificandi associationem executioni demandatam suffragari pro exclusione restitutionis in integrum non possunt, ipsa executione ex deductis non iustificata.*

5 *Iura producta pro iustificatione simplicis confirmationis mandati in secunda instantia, ad corroborationem aliorum in actis existentium bene suffragantur.*

6 *Clausula* non aliàs, *&c. deficiente, caducitas quando ad traditionem rei fuerit deuentum ante impetratum consensum, causatur.*

7 *Res quod sit dubia, ad effectum contra caducitatem respondendi sufficit.*

8 *Tempus solutionis laudemij nisi à die notitia non currit.*

9 *Deuolutio vt euitetur qualibet causa etiam minus iusta sufficere solet.*

DECISIO CXCIX.

ITERVM dixerunt Domini, constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Alphonsi, aduersus mandatum de associando ad possessionem Vinearum, de quibus agitur, concessum Monialibus Sancti Cosmati, ob prætensam caducitatem, confirmando decisionem emissam sub die 10. Iunij 1639. quia adhuc duo prædictæ decisionis fundamenta subsistere visa fuerunt.

Primum, quod dictæ Moniales egerunt ad deuo- 1
lutionem dictarum Vinearum absque probatione identitatis, & dominij directi, prout concludenter probare debebant, Bald. *in l. omnes in fin. Cod. de probationib.* Cranett. 257. *numero* 53. Seraphin. *decis.* 1453. *num.* 1. Canal. *decis.* 269. *n.* 2. non obstantibus enunciatiuis emissis ab eodem

Alphon

Alphonso in instrumentis alienationum dictarum vinearum, scilicet quod illæ existerent sub directo dominio earundem Monialium, quia solæ enuncia-
2 tiuæ, imò nec instrumentum concessionis, sioe solutiones Canonum non sufficiunt ad probandum dominium directum, quando, prout hic, agitur ad effectum deuolutionis, Caputaq. *decis.* 280. *num.* 5. *part.* 1. Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 7. *&* 9. Rot. *decis.* 606. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & coram Durano *decis.* 431. *num.* 9. *inter eius impress.*

Alterum & secundum, quod in omnem euentum, cum alienationes prædictæ, factæ per Al-
3 phonsum, contineant clausulam *non aliàs, aliter, nec alio modo*, nulla potest dici inducta caducitas, etiamsi deuentum fuerit ad traditionem rei alienatæ, ante impetratum consensum, ex veriori & æquiori sententia de qua per Clar. *in* §. *Emphyteusis quæst.* 13. *num.* 5. *circa med. vers. benè verum est.* Roland. *cons.* 51. *num.* 10. *vol.* 3. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 78. *num.* 2. & dixit Rota *in Romana deuolutionis Domus* 20. *Aprilis* 1598. coram Penia, & coram Martino Andrea *d. decis.* 63. *num.* 4.

Nec ad tollendum primum fundamentum, censuerunt aliquid releuare iura noniter producta, quibus concludenter probari prætenditur directum dominium dictarum Monialium; quia quicquid sit an ex illis, iunctis cum aliis ante mandatum in actis exhibitis, directum dominium sit concludenter probatum, certum tamen est,
4 quod illa hodie non possunt suffragari ad effectum iustificandi alsociationem, iam executioni demandatam, ita vt excludatur restitutio in integrum, cùm executio ex noniter deductis iustificati non possit, ex notatis per Abb. *in cap. inter cæteras de re iudic. num* 8. ibique Felin. *num.* 5. Marescott. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 151. *num.* 10. Rot. *decis.* 417. *num.* 8. *&* 9. coram bon. mem. Coccino, inter eius impress. Secus verò esset dicendum, si ageretur de simplici confirmatione di-
5 cti mandati in secunda instantia, nam tunc iura producta, pro illius iustificatione ad corroborationem aliorum in actis existentium, bene suffragarentur; in quibus terminis procedunt, & loquuntur *decis.* Caputaq. 322. *part.* 3. Cæsar de Graff. *decis.* 16. *num.* 16. *de probat.* cum aliis in contrarium allegatis.

Prout nec secundum decisionis fundamentum corruit ex facto, ex eo scilicet, quod in dictis alienationibus, factis per Alphonsum, deficiat
6 clausula *non aliàs, aliter, &c.* cuius defectus causat caducitatem, quando fuit deuentum ad traditionem rei antè impetratum consensum, vt distinguit Clar. *in dict.* §. *emphytensis quæst.* 13. *cum aliis alleg.*

Quia tam in venditione facta Braschæ, quàm in permutatione facta cum Colutio, legitur talis clausula, vt patet ex instrumentis datis *in hodierno summario dict. Alphonsi, num.* 1. Et licet in permutatione facta cum Colutio, clausula ista sit posita post conditionem initam inter partes de impetrando consensu intra legitima tempora, vt ibi reseruato in primis, & ante omnia consensu Monialium S. Cosmati intra legitima tempora obtinendo sumptibus, & expensis dicti Horatij, & non aliàs, &c. vnde dicebatur eam referri ad obligationem Horatij, de impetrando consensu suis sumptibus, & expensis: Attamen non inde excluditur quin referatur etiam ad ipsam alienationem consensus, iuxta regulam *l. fin. ff. de reb. dub.* & in hac materia sufficit, quod res sit dubia 7
ad effectum, vt contra caducitatem sit respondendum, Seraph. *decis.* 794. *num.* 10. & fuit dictum nuperrimè *in Romana deuolutionis* coram Reuerend. D. meo Merlino Decano sub die 17. Iunij 1641. confirmata sub die 20. huius mensis currentis.

Demùm non obstat quod dictus Alphonsus per annum, & vltrà, distulit soluere laudemium, quia tempus non currit nisi à die notitiæ, ex ad- 8
notat. per Corbul. *de iure emphyteut. de causa priuat. ob non petit. inuest. num.* 8. & ideo dum sibi concludenter non constabat de dominio Monialium, non tenebatur soluere laudemium, & per consequens non dicitur incidisse in caducitatem ob lapsum solius temporis, ad effectum enim euitandi deuolutionem qualibet causa etiam mi- 9
nus iusta sufficere solet, *l. igitur* § *potest*, *ff. de liber. caus.* Corbul. *de iur. emphyteut. de priuat. ob non solut. canon. limit.* 17. *num.* 2. Rot. *decis.* 388. *num.* 4. coram San. mem. Greg. X V.

Et ita vtraque, &c.

Eugubina Erroris Calculi.

Lunæ 9. Decembr. 1641.

ARGVMENTVM.

Acceptatio calculi facti per Peritum de consensu partium electum, constito de errore in considerabili quantitate acceptanti præiudicare non debet.

Vide suprà *Decis.* 182.

SVMMARIVM.

1 *Peritus descriptionem partitarum quarundam per errorem in calculo omittens, parti calculum acceptanti præiudicare non potest.*

2 *Verba generaliter & indistinctè prolata generaliter sunt intelligenda.*

3 *Fructus non debentur quando creditum sortis est extinctum.*

4 *Confessio vel liberatio generaliter facta, omnia debita singularia licèt expressa specialiter non fuerint concernit.*

5 *Liberatio restricta non generalis, liberationem quoad aliud creditum in computo separato contentum non operatur.*

6 *Confessio vt noceat certa & indubitata esse debet.*

DECISIO CC.

Non acquiescente Michaele Angelo Zeccadoro decisioni factæ Conmentinis tantùm informantibus sub die 10. Iunij anni currentis, qua firmatum fuerat, sententiam Rotalem confirmatoriam alterius A. C. esse confirmandam, reproposui denuò causam super eisdem, & vnanimi DD. consensu responsum fuit, standum esse in decisis.

Quandoquidem inconcussa remanent dictæ decisionis

cisionis fundamenta, quibus probatur iustitia sententiæ condemnantis dictum Michaelem Angelum vti hæredem Francisci fratris, ad restituendum dd. de Conuentinis duas partitas, de quibus agitur, vnam scilicet ducatorum 216. auri de Camera, & alteram scutorum 700. monetæ, non obstante acceptatione calculi facti per Peritum de consensu partium electum; quia cùm Peritus in eius calculo omiserit per errorem descriptionem
1 dictarum duarum partitarum ad creditum eorumdem de Conuentinis, talis acceptatio ipsis non præiudicat, Socin. *cons. 190. vers. ex quibus patet, lib. 2.* Paris. *cons. 89. num. 34 lib. 1.* Munoz. *de ratiocin. administ. cap. 41. num. 5. & 12.* Gratian. *discept. forens. cap. 761. num. 3. cum seqq.*

Nec placuit responsio data, quoad primam partitam; nempe, quod ea non per errorem fuerit omissa, sed ex voluntate partium, supponendo, quod calculatio facta fuerit solùm super partitis, & computatis eidem Perito exhibitis, non autem super illis, in quibus nulla aderat controuersia, prout erat dicta partita ducatorum 216. quæ propterea compensata dicebatur cum honorario prætenso à dicto Michaele Angelo, ob patrocinia præstita à dicto Francisco in defendendis litibus eorumdem de Conuentinis.

Nam nullibi probatur talis partium voluntas, imò potius contrarium conuincitur ex pacto adiecto in Instrumento transactionis, initæ inter dictos Michaelem Angelum, & Conuentinos, ibi; *vt veritas circa præmissa habeatur, conuenere dictæ partes per pactum expressum, quod computa inter eas iam facta, vt asseruere de datis, & receptis, iterum fiant & reuideri possint, & debeant:* hæc enim ver-
2 ba tanquam generaliter, & indistinctè prolata non admittunt prætensam restrictionem computorum ad certas partitas, sed generaliter sunt intelligenda *l. 1. § & generaliter ff. de legat. præstand. l. regula ff. de iur. & fact. ignorant.* Surd. *decis. 217. num. 9.* Rota *decis. 282. num. 11. part. 5. recent.* & multò minus potest inde desumi compensatio cum prætenso honorario, dum eædem partes hoc non dixerunt, & econtra voluerunt pro habenda veritate quod computa iam facta denuò fierent. Cùm igitur in reuisione computorum apparuerit, dictam partitam ducatorum 216. non fuisse comprehensam, meritò Zeccadorus condemnatur ad illius restitutionem.

Prout nec releuare visum fuit id, quod repetebatur circa secundam partitam scutorum 700. scilicet illam reuera fuisse comprehensam in solutione scutorum 1130 facta in Banco illorum de Donis sub die 22. Spetembris 1601. iuxta assertionem dicti Periti de consensu partium electi, ibi, *annullando la Poliza de scudi 700. per esser compresa in vn pagamento di scudi 1130. per il Banco de Doni sotto li 22. Settembre 1601.* & proindè benè fecerit idem Peritus si eam in calculo non descripsit ad creditum Conuentinorum.

Quia huiusmodi Periti assertio erronea detegitur ex pluribus fundamentis ponderatis, tam in tribus decisionibus emanatis coram bon. mem. Pirovano, quàm in vltima coram me, & signanter ex eo, quod dictus Franciscus de anno 1602. & sic post dictam solutionem scutorum 1130. transmisit computum Mutio Conuentino, in quo se constituit debitorem in scutis 42. pro fructibus eiusdem partitæ scutorum 700. iuxta pactum inter eos conuentum in eadem apoca per Peri-
3 tum annullata, qui quidem fructus non debebantur, si creditum sortis iam erat extinctum, Caputaq. *decis. 103. part. 1.* Caualer. *decis. 651. num. 5.*

Nec de legalitate dicti computi potest dubitari, cùm fuerit in actis productum, ac formiter recognitum parte citata.

Quibus sic stantibus non aduersantur plures confessiones ipsius Mutij Conuentini emanatæ, tam in eius libro rationum, quàm in epistolis datis in summario dicti Zeccadori, ex quibus apparet dictum Mutium post dictum computum sibi transmissum de anno 1602. pluries se enunciasse creditorem dicti Zeccadori in minori summa dictorum scutorum 700. per verba. *per resto, e saldo*, ac similia, quinimò aliquando fassum fuisse, nihil de suis peculiis penes ipsum Zeccadorum remansisse; vnde dicebatur, eumdem Zeccadorum penitus liberatum remansisse, cùm confessio, vel liberatio 4
generaliter facta concernat omnia debita singularia, licet specialiter non fuerint expressa, vt probatur in *l. pluribus ff. de accept.* & notat plenè Bart. *in l. Aurelio §. Caius ff. de liberat. legat.*

Quoniam fuit consideratum duo computa, & rationes distinctas solitas fuisse teneri à Zeccadoro cum Conuentinis, quarum altera dicebatur *il conto corrente*, continens exactiones redituum existentium in Vrbe, quæ fiebant ab ipso Zeccadoro, vti Procuratore dicti Mutij, & altera nuncupabatur *il conto a parte*, respiciens creditum Chirographatium dictorum scutorum 700. quæ retinebantur à dicto Zeccadoro ad effectum satisfaciendi creditoribus Angeli, cum promissione interim de soluendo Conuentinis vsuras ad rationem sex pro quolibet centenario, vt colligitur tam ex verbis calculi facti per Stheucum *summ. Conuentinorum num. 3. ibi; Heredi del Signor Mutio deuono dare scudi 893. per spese delle liti fatte dal Signor Francesco Zeccadoro per detto Signor Mutio, quali ascendono à scudi 1121. delle quali se ne cauano scudi 227. per esser segnati à libro* al conto corrente *remisto d'accordo tra dette parti*; & ex epistolis Michaelis Angeli *dicto summ. numer. 5.* ibi: *Io mi son risoluto mandarle il conto come stà senza quello, che mi doueua dar lui* (idest Franciscus) *ch' io non ne ho conto, che è delli 700. scudi*, quàm ex parcella computi dicti Francisci transmissi de anno 1620. in quo quia erant descripti fructus dictorum scutorum 600. dictus Mutius delineando partitam adnotauit in margine per hæc verba, *non si mettono, ma si lasciano al conto à parte:* ex his enim satis apertè demonstratur duo inter partes adfuisse computa distincta, vt ad propositum aduertit Rota *Ianuen. in decis. 191. num. 6. circa med.*

Et propterea supradictæ confessiones emissæ per Mutium in suis libro & epistolis, sunt referendæ *al conto corrente*, super quo solidationes fiebant annuatim, vt ex eisdem libro, & epistolis elicitur, non autem ad computum separatum, & distinctum, in quo creditum dd. scutorum 700. dumtaxat adnotabatur vnà cum eius fructibus, quo fit, vt liberatio desumpta ex verbis *per resto, e saldo*, non 5
dicatur generalis, sed restricta *al conto corrente*, & consequenter non operatur liberationem quoad aliud creditum contentum in computo separato, vt benè ad propositum ratiocinatur Abb. *in cons. 114. n. 3. vers. sed his non obstantibus cũ seq.* sufficit, quod dictæ confessiones specificè non loquantur de dicta partita scutorum 700 ad hoc vt interpretatio fieri debeat contrà Zeccadorum, qui in eis se fundat, *l.*

veteri

veteribus, ff. de pactis, Rota Ianuen. *decis. 7. num. 6.* Rota *decis. 561. num. 6. part. 1. recent.* & fuit dictum *in Tudertina Societatis sub die 21. Iunij 1638. coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo Patriarcha Constan-*
6 *tinopolitano*; confessio autem, vt noceat, debet esse certa & indubitata, Honded. *cons. 69. num. 73. lib. 2.* Rota *decis. 443. n. 8. p. 1. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Narnien. Canonicatus.

Die Mercurij 11. Decembr. 1641.

ARGVMENTVM.

Possessio Canonicatus in Collegiata manutenibilis non est, quando eadem Capitulariter capta non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Possessione Canonicatus capitulariter non capta manutentio denegatur.*
2 *Manutentio Canonicatus absque Capituli consensu non datur, etiamsi possessio de mandato executoris literarum Apostolicarum fuerit obtenta.*
3 *Possessio vt capitulariter capta dicatur, Capitulum cum interuentu maioris partis Canonicorum prius legitimè conuentum requiritur.*
4 *Canonicis requisitis possessionem capitulariter tradere recusantibus, possessio quoquo modo capi potest & manutenibilis existit.*
5 *Capitulum quando iustam causam denegandi traditionem possessionis habet, possessio nec capi nec manuteneri potest.*
6 *Resignans beneficium contra formam decreti eo ipso beneficio priuatur, nec resignatarius vllum ex tali resignatione ius acquirere potest.*
7 *Beneficium quoties ipso facto vel iure amittitur, Beneficiario nullum ius remanet quod in alium transferri potest.*
8 *Gratia Apostolica vt sit valida requiritur expressio litis.*
9 *Capitulum pro conseruatione statutorum bene contradicere potest, respectu qualitatum & habilitatum in Canonicis requisitarum.*
10 *Canonicatus reseruati collatio ad sedem Apostolicam spectat.*

DECISIO CCI.

1 DENEGARVNT Domini manutentionem Ioanni Riccio, quia eius possessio non fuit capitulariter capta, prout requiritur, quando agitur de possessione Canonicatus in Collegiata, Innocent. & alij communiter *in cap. ex literis, de restit. spoliat.* Cassador. *decis. 8. & caus. possess. & propriet.* Rota *decis. 701. num. 5. part. 1.* Idque
2 procedit, etiamsi possessio capta fuerit de mandato Executoris literarum Apostolicarum, Abb. *in c. 2. num. 16 de consuetud. & in cap. transmissam, num. 1. de elect.* Gregor. XV. *in decis. 364. num. 6.* Et fuit dictum *in Miten Canonicatus. 4. Iulij 1618.* coram bon. mem. Pirouano.

Quod autem possessio in præsenti non fuerit capta capitulariter, probatur ex eiusdem possessionis instrumento dato *in summario dicti Ioannis n. 1.* vbi apparet ab vno ex Canonicis ipsum fuisse immissum in possessionem; & tamen ad hoc, vt possessio capitulariter capta dicatur, requiritur, quod 3
Capitulum prius legitime congregetur cum interuentu maioris partis Canonicorum, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. §. 3. Proœmial num. 81.* Rota *decis. 79. n. 1. & 2. p. 3. lib. 2. diuers.*

Nec applicatur limitatio admitti solita, nempè 4
quod quotiescumque Canonici fuerint requisiti, & recusauerint possessionem capitulariter tradere, possessio quoquo modo capi possit, & sit manutenibilis; vt tradit Ancharan. *in cap. vbi Capitulum de concess. preb. lib. 6. num. 2* Rota coram Greg XV. *in dict. decis. 364. num. 2.* & coram Caualer *dec. 359. num. 4. & in recent. decis. 97. n. 2. p. 5.*

Quia ex tenore actus relati à Notario in dicto instrumento possessionis, apparet Paulum Petrum, & Bartholomæum Canonicos fuisse repertos non in actu, seu in loco adeptæ possessionis, sed in Porticu Ecclesiæ, & requisitioni sibi factæ per Notarium respondisse, Ecclesia adest ianuis patentibus, & nos nolumus personaliter adesse; quod quidem non sufficit, cùm ad hunc effectum requiratur, vt Capitulum prius legitimè congregatum recusasset possessionem tradere, vt aduertunt Adden. ad Greg. XV. *in dict. decis. 364. num. 6* & ad Buratt. *in decis. 319. num. 17. vers. prædicta autem*; vel saltem debebant omnes Canonici interpellari ad se congregandum pro Capitulo faciendo, vt videtur consensisse Rota *in dict. decis. 359. num. 4.* coram Canalerio.

Vltra quod limitatio prædicta non habet locum, 5
quando Capitulum habuit iustam causam denegandi traditionem possessionis, vt tenuit Rota *in dict. decis. 359.* coram Canalerio, & alios concordantes referunt Addent. ad Gregor. *dict. decis. 364. sub lit. B.* & ad Buratt. *dict. decis. 319. in d. vers. Prædicta autem.*

Iusta verò causa in hoc casu pro Capitulo deducitur ex pluribus.

Primò ex eo, quod resignatio facta ad fauorem D. Ioannis est euidenter nulla; nam in prouisione Apostolica emanata de mense Iulij 1638 ad fauorem Laurentij resignantis adest decretum expressum, quod intra triennium proximum Canonicatus, & præbenda ad fauorem alicuius non resignentur, alioquin vacent, & resignatio facienda nulla sit ipso facto, & tamen idem Laurentius contra formam d. decreti de mense Maij anni curren- 6
tis, & sic intra triennium resignauit; vnde eo ipso priuatus remansit beneficio, ita vt Resignatarius ex hac resignatione nullum ius acquirere potuerit, ex notat. per Felin. *in cap. in nostram, num. 37. vers. fallit quinto, de rescript.* Rebuff. *cons. 64. num. 4.* Rota *decis. 5. de re iudicat. in antiquior.* per Bisignet. Et ratio est, quia quoties beneficium amittitur ipso 7
facto, vel ipso iure, nullum ius remanet Beneficiario, & per consequens nihil remanet, quod in alium transferri possit, vt ex pluribus tradit Paris. *de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. num. 21. 22. & 23.* vbi quod hoc procedit etiamsi non præcesserit sententia declaratoria.

Secundò ex eo, quod in literis d. resignationis non fuit facta mentio litis pendentis inter Capitulum, & Resignantem, super priuatione eius Canonicatus, eo quia infra annum ad Sacerdotium iuxta formam Statutorum Ecclesiæ se pro-

moueri non curauit, ſupra quo idem Capitulum
ſententiam propitiam reportauerat. Ad hoc au-
8 tem, vt gratia Apoſtolica ſit valida, requiritur ex-
preſſio litis, vt notatur *in cap. 1. vt lite pendent. lib. 6.*
& firmauit Rota coram Mantic. *in deciſ. 188. n. 213.*
vtrobique num. 1. inter recent. deciſ. 238. num. 2.
part. 4.

Tertiò & vltimò ex eo, quod in eiſdem literis
reſignationis fuit narratum, quod huiuſmodi Ca-
nonicatus nullum habebat ordinem ſacrum anne-
xum, cuius tamen contrarium apparet ex d. ſtatuto
Eccleſiæ dato *in ſummario Capituli num. 2.* ibi; *quod*
nemò deinceps in Canonicum, & fratrem admittatur,
quin vltra alias qualitates ſit etiam Sacerdos, aut eius
ætatis, vt infra annum poſſit cum effectu promoueri ad
9 *Sacerdotium*; pro quorum quidem Statutorum con-
ſeruatione Capitulum benè contradicere poterat
reſpectu qualitatum, & habilitatum requiſitarum
in Canonicis, vt aduertit Adden. ad Gregor. XV.
in deciſ. 221. num. 11. & tenuit *Rota in deciſ. 27. n. 16.*
part. 6. recent.

Neque dicatur quod cauſæ prædictæ non perti-
neant ad hoc Iudicium ſummariiſſimum, quia con-
ſtat Rotam illas habuiſſe pro ſufficientibus in aliis
controuerſiis, & ſignanter *in dict. deciſ. 359.* coram
Card. Caualer. in qua *ſub num. 4.* conſideratum fuit
10 pro Capitulo, quod Canonicatus erat reſerua-
tus, cuius propterea collatio ſpectabat ad Se-
dem Apoſtolicam, & ex hac ſola ratione Actori
fuit denegata manutentio, vt patet ex eius
lectura.

Et ita vtraque, &c.

Romana nullitatis contractuum.

Lunæ 13. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

De reſtitutione bonorum & fructuum ob inualiditatem contractus & venditionem rei pupillorum per Tutores factam, non ſeruatis in alienatione bonorum pupillorum de iure ſeruandis.

Vide ſuprà *Part. I. Deciſ. 152.*

SVMMARIVM.

1 *Bona pupilli vendita ſtante inualiditate contractus à die venditionis cum fructibus reſtitui debent.*

2 *Contra leges quæ fiunt pro infectis ſunt habenda.*

3 *De nullitate contractus quando pro parte pupillorum niſi poſt 24. annos oppoſitum non fuerit, fructus niſi à die moræ litis non debentur.*

4 *Contractus quando eſt doloſus & ipſo iure nullus ob defectum vtilitatis pupillorum & læſionem vltra dimidiam, emptor vſque ab initio in mala fide dicitur conſtitutus, cuius tempus circa reſtitutionem fructuum attenditur.*

5 *Contractus quando ipſo iure eſt nullus ex cauſa quæ inerat de tempore venditionis, fructus percepti ſunt reſtituendi.*

DECISIO CCII.

Censvervnt Domini Maſtinum te-
neri ad reſtitutionem bonorum &
fructuum à die celebrati contractus,
quia eiuſdem contractus inualiditas
eſt euidens, ex quo continet vendi-
tionem rei pupillorum factam per tutores ad fauo-
rem d. Maſtini, non ſeruatis de iure ſeruandis in
alienatione bonorum pupillorum, vt latè fuit oſten- 1
ſum in deciſione emanata ſub die 4. Maij 1640 quo
caſu tam res vendita, quàm fructus à die venditio-
nis reſtitui debent, iuxta diſpoſitionem textus *in l.*
Iubemus la 2. §. Sanè ſi hac C. de ſacroſanct. Eccleſ. ibi;
Prædia autem, &c. cum fructibus, penſionibus, & ac-
ceſſionibus totius medij temporis vindicentur, vt tan-
quam penitus à nullo empta, vel vendita teneantur, 2
quia ea, quæ contra leges fiunt pro infectis habenda ſunt.
Eam denique ſententiam ſequitur Redoan. *de reb.*
Eccleſ. non alienan. q. 22. num. 4. Abb *in cap. ſi diligenti*
num. 13. de præſcript. Felin. *in cap. cum cauſa num. 27.*
verſ. & in hac materia de re iudic. Surd. *conſ. 115. n. 31.*
& 32. Mantic. *de tacit. lib. 25. tit. 6. n. 68.* Grammat.
deciſ. 79. num. 8. & ſeqq. Rot. *deciſ. 14. num. 3. part. 1.*
diuerſ. & deciſ. 256. num. 2. coram bon. mem. Durano in-
ter eius impreſſ.

Non obſtat quod pro parte pupillorum non fue- 3
rit oppoſitum de nullitate contractus niſi poſt 24.
annos, & ſic fructus non debeantur niſi à die mo-
ræ litis iuxta deciſionem 41. *num. 16. part. 6 recent.*
vbi agebatur de contractu cenſus à minore nulliter
impoſiti, & deciditur fructus ante oppoſitionem
minoris decurſos ſpectare ad Creditorem, ex quo
contractus habuit ſtatum validitatis, donec minor
opponeret, ob quam rationem idem in contractu
ab Eccleſia nulliter inito tenuit Cenc. *de cenſib.*
part. 1. cap. 2. quæſt. 3. art. 2. num. 6. & part. 2. cap. 2.
quæſt. 4. art. 7. num. 16. & 17. Gonzal *ſuper regul. 8.*
gloſ. 56. num. 97. 98. & 99. Gratian *diſcept. 559. n. 64.*
Rot. *in Romana cenſus* coram bon. mem. Cardin.
Millino impreſſ. apud eundem Cenc. *deciſ. 29.*
num. 4.

Quia hoc procedit quando concurrit bona fi- 4
des; ſed in præſenti verſamur in contractu doloſo,
& nullo ipſo Iure ob defectum vtilitatis pupillo-
rum, & ob læſionem vltra dimidiam, ex deductis
in præcedenti deciſione: vnde emptor vſque ab
initio dicitur conſtitutus in mala fide, cuius tem-
pus attenditur circa reſtitutionem fructuum, *l. qui*
bona fide ff. de acquir rer. domin. l. 1. §. ex die ff. de vi &
vi armat. Menoch. *de recuperand. remed. 15. num. 6. 12.*
Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 49. num. 130. & ſeqq.*
Facchin. *controuerſ. cap. 59. lib. 1.* Rot. *deciſ. 3. num. 23.*
& 24. part. 7. recent. & quod vbi contractus eſt ipſo 5
Iure nullus ex cauſa, quæ inerat de tempore ven-
ditionis, reſtituendi ſint fructus percepti, tradunt
Couarrum. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 9. num. 1. verſ. tan-*
dem his diſtinctionibus, Beron. *conſ. 165. num. 22. lib. 1.*
Coraſ. *in Miſcellaneis lib. 3. cap. 9. num. 4.* cum aliis
cumulatis per Rotam *in deciſ. 1. num. 8. part. 2.*
recent.

Et ſic deciſum vna tantùm parte informante,
&c.

Roſſanen.

Rossanen. Decimarum.

Vener. 24. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Remissoria non est concedenda, quando de bono eius iure constat in cuius præiudicium efflagitatur.

SVMMARIVM.

1 *Abbas quando decimas Archiepiscopo soluere non tenetur, nec Coloni aut Conductores herbarum pro animalibus ibi poscentibus ad decimas obligantur.*

2 *Consuetudo decimandi dum non potuit introduci nisi post priuilegium exemptionis obtentum, initium quod immemorabilem excludit resultat.*

3 *Consuetudo Arrendatariorum soluendi decimas Archiepiscopo, Abbatia de cuius interesse agitur, præiudicare non potest.*

4 *Præscriptio vt inducatur contra priuilegium Ecclesiæ concessum quadragenaria esse debet.*

5 *Quadragenia vt probetur quid requiritur.*

6 *Lis per taciturnitatem deserta ei qui litem mouit nec postea prosequutus fuit, imputari debet.*

7 *Constito de bono Iure partis deficit alterum requisitum, quod vnà cum longa taciturnitate ad effectum desertionis litis concurrere debet.*

DECISIO CCIII.

POSTQVAM resolutum fuit constare de exemptione ad fauorem D. Abbatis S. Mariæ de Patiro vigore priuilegij Papæ Innocent. III. idemque priuilegium esse reale, & continere etiam exemptionem à solutione decimarum, Reuerendiss. D. Archiepiscopus Rossanen. institit pro Remissoria, qua probare intendebat se esse in quasi possessione exigendi decimam casei, & recottæ, ac vigesimam agnorum, & hædorum nascentium ex ouibus, & capris spectantibus tàm ad Diœcesanos, quàm non Diœcesanos pascentibus intra limites suæ Diœcesis, nec non decimam, & vigesimam omniom ouium, & caprarum pascentium intra fines d. Diœcesis, etiam in bonis Abbatiæ d. S. Mariæ de Patiro, provt in eadem quasi possessione decimandi, & vigesimandi articulabatur fuisse ab immemorabili tempore Archiepiscopos Antecessores: quare super hoc dato particulari dubio, hodie Domini Remissoriam non esse dandam responderunt ex duplici fundamento.

Primò, quia posito quod dictum priuilegium sit reale, vt iam fuit decisum in præcedentibus decisionibus, quæ de more supponuntur in hac disputatione, sequitur dicendum quod ipsa bona sint exempta, adeò vt sicut Abbas de eis non tenetur
1 soluere decimas, ita neque Coloni, neque Atrendatarij, siue alij Conductores herbarum pro animalibus ibi pascentibus soluere decimas D. Archiepiscopo teneantur, inxt. Gloss. *in Clem. 1. verb. excolendas vers. sed nunquid*, & ibi Imol. *num.* 14. Vital. *num.* 31. *de decim.* Abb. *in c. ex parte num* 4. *eod. tit.* Ciriac. *contr.* 141. *num.* 24. Menoch. *cons.* 286. *num.* 8. Rot. *decis.* 4. *de priuil. in antiq. & decis.* 23. *num.* 6. *p.* 2. *diuers.* Et consequenter articulata immemorabilis exigendi decimas casei, & recottæ ab animalibus exterorum depascentibus in territorio Abbatiali posito intra Diœcesim Rossanen. detegitur irreleuans, cùm ex ipso priuilegio contraria obseruantia probetur de tempore eiusdem Priuilegij concessionis, quippe quod præsumitur vsu receptum eo ipso quod fuit publicatum, Rot. *decis.* 197. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & fuisse obseruatum apparet ex deductis in tribus præcedentibus decisionibus; & sic
dum allegata consuetudo decimandi non potuit 2
introduci nisi post d. priuilegium, hinc resultat initium, quod immemorabilem excludit, Couarr. *in reg. poss. part.* 2. §. 3. *ante num.* 8. Molin *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 64. Osasc. *decis.* 101. *num.* 31. & fuit dictum *in Maiooricen. Indultorum* 11. *Aprilis* 1639. coram Reuer. D. meo Merlino Decano.

Præterea in præiudicium d. Abbatis non releuaret consuetudo, quod Atrendatarij, vel affictuarij 3
siue alij exteri animalia conducentes ad pasculandum in territorio Abbatiæ soluerint decimam D. Archiepiscopo, qoia non potuerunt præiudicare eidem Abbatiæ, de cuius interesse agitur, ad *l. fin. C de acquir possess* Grat. *discept. forens. cap.* 519. *n.* 74. Gigas *de pens. quæst.* 148. *num.* 4. Rot. *decis.* 382. *sub num.* 3. *vers. non obstat quod, part.* 4. *diu.* Ipsius enim Abbatialis Ecclesiæ interest hanc decimam Archiepiscopo non solui, qoia eò facilius, & vtilius poterunt territoria & pascua locari, ex adnotatis per Macer. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 3. *num.* 32. & 33. & per Ciarl. *controu. forens. c.* 22. *n.* 8.

Secundò quia materia articulata redditur impro-
babilis. Nam esto qood aliqoa præscriptio aduer- 4
sus d. Priuilegium potuisset induci, ea tamen deberet esse quadragenaria, cùm versemur in Priuilegio concesso Ecclesiæ, iuxta text. *in cap. accedentibus*, & ibi Gloss. & Doct. *de Priuil.* Gloss. *in cap. accessissent, verb. melius videtur*, cum ibi notatis per scribentes *de constitut.* Gail. *lib.* 2. *obseru. cap.* 60 *num.* 12. *vers. secundo casu*, Gabr. *cons.* 162 *num.* 8. Rot. *decis.* 704. *num.* 8. & 11. coram Buratto inter eius impressas, quidquid sit circumscripto Priuilegio, in quibus terminis loquuntur allegati per Monet. *de decim. cap* 5. *quæst.* 4. *num.* 102. in contrarium adducti. Cùm autem ad probandam quadragenariam requi-
rerentur testes 128. annorum, subducendo tem- 5
pus motæ litis de anno 1569. vltra annos pubertatis Testium, vt fieri debet, *cap. licet de testib.* Seraph. *decis.* 76. *num.* 2. & *decis.* 1460. *pariter sub n.* 2. Buratt. *decis.* 178. *num.* 8. & ibi Adden. *num.* 19. inuerisimile, ac impossibile est, quod secundum naturam testes huiuscemodi ætatis temporibus istis reperiri possint, vt fuit dictum *in Hispalen. Decimarum de Ayamonte* 27. *Iunij* 1639. *coram bon. mem Pirouano*, ob quam inuerisimilitudinem seu impossibilitatem Rota aliàs denegauit remissoriam etiam in casu, quo testes debebant esse ætatis annorum 88. *vt in decis.* 266. *num.* 17. *part.* 6. *recent* & de testibus 100. ann. extat *decis.* 231. *num.* 12. *in fine cum seq. part.* 5. *recent.* Adeò quod etiam si sufficeret consuetudo decennalis, adhuc testes deberent esse ætatis annorum 98. & consequenter inuerisimilis, ac impossibilis redderetur eius probatio ex mox allegatis.

Nec obstat quod lis per tacitornitatem fuerit 6
deserta, quia vltra quod pro parte Abbatis talis taciturnitas negatur, nec illa ei debet imputari, sed potius Archiepiscopo, qui litem mouit, vt in commissione per eum præsentata 14. Maij 1569.

coram

cotam bon.mem. Verallo *summ. num.* 3. & postea eam non prosequutus fuit, Achill. *decis.7. num.* 3. *vers.item quia ipse litem non mouerat, vt lit.pend.* cessat omnis hæsitatio ex eo, quod ex decisionibus præcedentibus in causa factis constat de bono iure d. Abbatis, & sic deficit alterum requisitum, quod vnà cum longa taciturnitate concurrere debet ad effectum desertionis, vt bene explicat Achill. *in dict.dec.7.num.7.cum seqq. tit lite pend.* & facit Crescen.*decis.*19.*de prob.* & fuit dictum *in Tullen. Parochialis 26 Ianuarij 1615.coram bon mem. Card.Fabricio Verospio.*

Et ita decisum vtraque parte audita,&c.

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Vener. 24. Ianuarij 1624.

ARGVMENTVM.

De reuocandis attentatis, vigore appellationis à mala relatione Examinatorum & decreto Ordinarij in præiudicium tertij præsentati pendentis.

SVMMARIVM.

1 *Acta pendente termino ad appellandum saltem per viam nullitatis sunt reuocanda.*

2 *Appellatio suspensiua à reprobatione examinatorum non datur.*

3 *Dispositio Concilij appellationem scilicet à reprobatione examinatorum non dari, in Parochialibus non autem in simplicibus locum habet.*

4 *Constitutio Synodalis Calaguritana de beneficio conferendo Clerico à maiori parte præsentantium præsentato in quibus casibus procedit.*

5 *Decreta prouisionalia cum eorum intimationibus vim citationis habent.*

6 *Appellatio à collatione seu institutione facta in contradictorio iudicio datur, cum vim diffinitiuæ habeat.*

7 *Grauamen ab Examinatoribus alicui illatum quomodo iustificatur.*

8 *Grauamen à mala relatione resultans vt iustificetur meritò ad nouum examen est procedendum.*

9 *Admissus ab Ordinario conditionaliter dum non appellat, appellationi quoad effectum suspensiuum renunciare videtur.*

10 *Signatura Sanctissimi causam appellationis simpliciter committens facit, vt omnia gesta tam antea quàm post appellationem attentata dicantur.*

DECISIO CCIV.

CVM vacasset integrum simplex beneficium, de quo agitur, in Ecclesia Sancti Petri de Cornago, Ordinarius iuxta formam Motus proprij fel. rec. Clementis VIII. apposuit edicta, in quorum termino plures filij patrimoniales concurrerunt, inter quos præuio processu fabricato super probatione patrimonialitatis fuerunt declarati pro legitimis oppositoribus Franciscus Lopez, Antonius Vicente, & Franciscus Ximenez. Sed quia examinatores Synodales approbarunt sufficientes ad curam animarum dictos Antonium Vicente, & Franciscum Ximenez dumtaxat, cuius approbationis vigore idem Ordinarius eos declarauit habiles ad curam animarum, decernendo insuper ad illorum fauorem mandatum de præsentando directum Capitulo dictæ Ecclesiæ ad quod spectat præsentatio, dictus Lopez appellauit à mala relatione dictorum Examinatorum, & decreto Ordinarij, causamque appellationis in Rota committi obtinuit: qua tamen appellatione non obstante, prædicti Antonius, & Franciscus Ximenez obtinuerunt à Capitulo præsentationem, & ab Ordinario diuisionem huius beneficij in duas partes, ac institutionem respectiuè, possessionemque, que subsecuta. Quare dubitaui an constet de attentatis quæ veniant reuocanda, & affirmatiue fuit responsum.

1 Siquidem apparet mandatum Ordinarij de præsentando fuisse expeditum sub die 15. Maij 1640. præsentationem à Capitulo factam sub die 18. ac institutionem sub die 20. eiusdem mensis cum adeptione possessionis postea subsecuta, & sic omnia emanasse non solùm pendente termino ad appellandum, quod sufficeret ad hoc, vt venirent reuocanda, saltem per viam nullitatis, ex notatis per Franch. *in cap. ad audientiam in fin. de appellat.* Lap.*allegat.*1.*num.* 11.*vers.dubitatur tertio.* Cæsar de Grass.*decis.*2. *num.*5. *de appellat.* sed etiam post appellationem interpositam per dictum Lopez sub die 16.eiusdem mensis,quo casu à vitio attentatorum excusari non possunt, & ideo meritò debent in primis reuocari, iuxta Gloss. *in cap non solum de appellat.lib.6.* Lancellot. *de attentat. appellat. penden. c.*12.*limit.*49. *per tot.* Rota *decis.*488. *num.*3. *p.*3. *& decis.*613.*p.*4.*recent.*

2 Non obstat quod à reprobatione examinatorum non detur appellatio suspensiua, vt disponitur à Sac. Concil. Trid. *in cap.* 18. *sess.*24. *de reformat.* & in Diœcesi Calaguritana adsit Constitutio Synodalis, qua cauetur, quod Clerico à maiori parte præsentantium præsentato statim fiat collatio, ac tradatur possessio; vnde inferebatur posse ad executionem procedi non obstante appellatione, ad quod comprobandum allegabatur decisio facta coram me *in Calaguritana beneficij 5.Martij 1638.*

3 Quia dispositio Sac.Concilij *in dict.cap.*18. habet locum in Parochialibus, non autem in simplicibus, vt loquendo de his beneficiis patrimonialibus Calaguritanis declarauit Rota *in decis.* 10. *per tot.part.*2.*diuers.* & sequitur Gonzal. *super regul.*8 *in adnotat. contra nullitat. num* 185. *&* 109. Garz. *de benef part.*9.*cap.*2.*num.*244. Castro Palan *de benefic. Ecclesiast.part.*2.*tract.*13. *disput.* 3. *punct.*2. *num.*7. Adden. ad Greg.XV. *in decis.*515. *num.*4. Constitutio vero Synodalis quatenus adsit cum omnibus 4 requisitis, de quibus Gonzal. *vbi supra num.* 214. id est quod fuerit confirmata à Papa, aut longo tempore obseruata, habetet locum quando in prouisionibus huiusmodi beneficiorum proceditur extraiudicialiter, *vt in Calaguritana S.Ioannis de Molinar.*3.*Iulij* 1634.*coram bon.mem.Coccino*; secus autem quando prout hic iudicialiter fuit processum, tunc enim semper debet admitti appellatio, aliàs gesta tàm intra tempus ad appellandum, quàm post appellationem attentata dicuntur, vt tenuit Rota specialiter in istis causis Calaguritanis coram Gregorio XV. *in dict.decis.*515. *num.*1. *&* 2.*& in decis.* 527.*pariter sub num.*1.*& per tot.* Gonzal. *vbi supra num.*

num. 28 & 186. & 216. & fuit dictum *in Calaguritana beneficij de Domosquia* 27. *Ianuar.* 1627. coram R.P.D meo Dunozetto, & *in alia Calaguritana beneficij de Cornago* 19. *Decembr.* 1638. & 14. *Ianuarij* 1639. coram Reuerendissimo P.D. meo Ghisilerio, & nuperrimè *in Calaguritana beneficij de la Braza* 27. *Maij* 1641. coram Domino meo Peutingerio.

Nec contrarium firmatur *in dicta Calaguritana coram me sub die* 5. *Martij* 1638. sed solùm quia in eadem causa per prius resolutum fuerat prout hic constare de attentatis, disputabatur an prouiso ab Ordinario fuisset ius quæsitum, ad effectum vt illud intelligeretur reseruatum in posteriori prouisione Apostolica alteri facta, cum solita clausula *dummodo non sit alteri ius quæsitum*, & ex quo anterior prouisus, cuius collatio cum inde secutis erat declarata attentata, pro non obstantia attentatorum inter alia allegabat dictam Constitutionem Synodalem, & consuetudinem Ecclesiæ; Rota dixit quod quicquid esset an ex d. constitutione, seu consuetudine tolleretur appellatio suspensiua, de qua re Gonzal. *in locis supra citatis*, & præcipuè *sub num.* 214. & 215. certum erat quod ius eiusdem anterioris prouisi legitimè acquisitum, mediante approbatione Examinatorum, & declaratione Ordinarij pro idoneo, non fuerat amissum ob attentata postea subsecuta ex ibidem allegatis, & ideo non bene dicta decisio fuit allegata ad probandam canonizationem dictæ consuetudinis, pro exclusione appellationis in istis terminis, sed potius retorquetur, dum in eadem causa appellatio fuit admissa, & omnia gesta intra tempus ad appellandum, & post appellationem fuerunt declarata attentata, vt in decisione antecedenter emanata sub die 28. Aprilis 1636. pariter coram me.

Quod autem in præsenti fuerit actum indicialiter, probatur ex datis *in summario dicti Lopez sub num.* 8. vbi apparet post edicta affixa datos fuisse articulos ab vnoquoque oppositore coram Ordinario, & factis necessariis citationibus, & decretis, fuisse examinatos testes etiam vigore literarum remissorialium, ad effectum probandi requisita patrimonialitatis, productisque hinc inde iuribus, & per
5 Ordinarium admissis in processu causæ, varia emanasse decreta prouisionalia cum eorum intimationibus, quæ vim citationis habent, Seraph *dec.* 583. *num.* 3. & *decis.* 1057. *num.* 4. vnde prædictis omnibus ponderatis non potest negari, quin indicialiter fuerit actum, vt in simili dixit Rota *in decis.* 351. *p.* 1. *recent.* & coram Greg. XV. *in dicta decis.* 15. *n.* 1. & in terminis huius Ecclesiæ de Cornago sub dd. diebus 19 Decembris 1638. & 14. Ianuarij 1639. coram R.P.D. meo Ghisilerio, vbi aliæ concordantes referuntur.

6 Et regulare est quod à collatione, seu institutione facta in contradictorio iudicio detur appellatio, cùm habeat vim diffinitiuæ, Franch. *in c. auaritia, n.* 5. *de elect. in* 6. Gemin. *ibid. n.* 7. Gloss. *in cap. fin. vers. inanis eod. tit.* pariter in 6. Garz. *de benef. p.* 4. *num.* 16. & *seqq.* & præsertim *num.* 26. cum aliis cumulatis *in Mediolanen. beneficij* 17. *Decembr.* 1640. coram D. meo Bicho.

7 Idque eò magis venit dicendum, attento notorio grauamine dicto Lopez ab Examinatoribus illato, dum ille non fuit ab eis declaratus habilis, sicut alij ad curam animarum, prout requiritur ad effectum obtinendi similia beneficia, iuxta dictum motum proprium Clementis VIII. & tamen ex examine in Curia facto de ordine Rotæ coram Examinatoribus Eminentiss. D. Vicarij constat fuisse approbatum, etiam ad curam animarum, inde enim benè iustificatur grauamen examinatorum de partibus, Rota *decis.* 8. *de probat. in nou.* & *decis.* 18. *num.* 4. *de concess. prebe. d.* pariter *in nou.* & excluditur quod fuerit processum per viam gratificationis, quæ haberet forsan locum, si ipse quoque Lopez fuisset ab Examinatoribus approbatus cum aliis ad curam animarum; sed cùm fuerit reprobatus, ritè egit dum appellauit à mala relatione examinatorum, pro 8 quorum grauamine iustificando meritò fuit deuentum ad nouum examen, vt in indiuiduo fuit seruatum in *decis.* 538. coram Gregorio XV. & in dictis aliis decisionibus Calaguritanis *supra* relatis.

Demum non aduersatur, quod appellatio dicti Lopez fuerit admissa ab Ordinario sine præiudicio 9 ordinatorum, & executioni demandatorum, & ab hac admissione sic conditionali idem Lopez non appellauerit, vt debuit iuxta doctrinam Innocent. *in cap. pastoralis num.* 5. *in fin. de offic. delegat.* ibique Card. *in* §. *præterea col.* 6. *in princ.* & sequitur Capic. *decis.* 34. *num.* 5 & 6. Adden. ad Vestr. *in prax. lib.* 7. *cap. vlt. num.* 23. vnde dicebatur fuisse renunciatum appellationi quoad effectum suspensiuum, & consequenter non posse dari de attentatis.

Quoniam vltra quod in dicta admissione sic conditionaliter facta, fuerunt præseruata solùm ordinata, & executioni demandata, ideoque non possunt excusari à vitio attentatorum ea, quæ successiuè gesta fuerunt, sufficit quod postmodum Signatura Sanctissimi commiserit causam appellatio- 10 nis simpliciter, ad hoc vt omnia gesta tàm antea, quàm post appellationem attentata dicantur, Gloss. *in l. appellatione in verb deliberatione*, & ibi Bald. *C. de appellat.* Card. *in Clement.* 1. *quæst.* 8. *propè fin. de re iudic.* Lancellot. *de attentat. part* 2 *cap.* 1 2. *limit.* 6. *num.* 27. *cum seqq.* quod passim Rota seruat, vt *in decis.* 96. *num* 4. & *decis.* 140 *num.* 3. *coram Durano inter eius impress.* & alibi sæpe.

Et ita vtraque, &c.

Hispalen. Decimarum de Almonte.

Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

De decimis ad Capitulum Hispalense priuatiuè quoad Dominum temporalem locorum de quibus agitur spectantibus, vbi plura de decimis spiritualibus à Domino temporali acceptis restituendis.

Vide suprà *Decis.* 192.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum vti generalis Administrator bonorum Archiepiscopatus habet intentionem fundatam super iure omnium decimarum quæ in tota diœcesi percipiuntur.*

2 *Sententiæ tanquam non latæ super toto eo quod fuit petitum non valent.*

3 *Index Ecclesiasticus stante omnimoda distinctione articulorum super iure liquido Capituli bene pronunciare potest.*

4 *Testes nulliter examinati in consideratione non sunt habendi.*

5 *Decimas pretendens, nisi sint spirituales immemorabili non eget.*

6 *Dominus temporalis tributum exactum quod ratione decimæ spiritualis Ecclesiæ debetur, restituere tenetur.*

7 *Capitulo ratione generalis administrationis bonorum Archiepiscopatus, decimæ de omni fructu opificio & negotiatione debentur.*

8 *Decimæ de negocio & artificio sunt soluendæ.*

9 *Decima ex minutis aliquando ex consuetudine non soluuntur.*

10 *Actus dans causam liti, cùm non habeatur in consideratione, consuetudinem non inducit.*

11 *Decimarum exactio vt iustificetur, de consuetudine uniformi & legitimè præscripta est docendum.*

12 *Vniuersitas qualibet ad id quod deberi fuit probatum in actis condemnata censetur.*

DECISIO CCV.

Validæ, & instæ visæ fuerunt sententiæ Rotales, quibus pronunciatum extitit decimas olei, ficuum aridarum, laterum, & aliarum rerum quæ in oppidis de Almonte, Lucena, & liris Consortibus, eorumque territoriis colliguntur, spectare ad Capitulum Hispalen. priuatiuè quoad D. Ducem Medinæ Sidoniæ Dominum temporalem eorumdem locorum, & ideo pro earum confirmatione fuit responsum.

Validitas enim resultat ex reuolutione processus, vbi apparet interuenisse omnia requisita relata in vulgata *decis.* Caputaq. 160 *part.* 1. & Iustitia redditur patens ex decisionibus in causa factis, in quibus firmatur, loca de quibus agitur esse sitnata intra fines Diœcesis Hispalen. eorumque Parochias non esse diuisas, sed omnimodam earum curam residere penes Archiepiscopum Parochum Vniuersalem, &
1 propterea dictum Capitulum, vti generalem Administratorem bonorum Archiepiscopatus habere intentionem fundatam super iure percipiendi omnes decimas, quæ percipiuntur in tota Diœcesi, iuxta dispositionem *c. cum contingat*, vbi Gloss. *verb. de iure commune, & c. cum in tuæ de decim. & in c. fin.* ibique Gloss. *verb. prædiorum de paroch.* Rebuff. *de decim. q.* 6. *n.* 1. & 10. *cum seqq.* Rota *decis.* 371. *n.* 4. *p.* 1. *recent.*

Quibus non aduersantur ea, quæ tàm pro parte D. Ducis, quàm pro parte Vniuersitatum hodie deducebantur.

Nam quod attinet ad D. Ducem; Primò non ob-
2 stat, quod in sententiis non fuerit quoque pronunciatum super iure percipiendi tributum, seu decimas temporales ab eo prætensas in dd. locis, ratione dominij temporalis, sicut pro sua parte fuit in actis protestatum, quasi quòd eædem sententiæ tanquam non latæ super toto eo quod fuit petitum non valeant, *l. in hoc iudicio ff famil. ercisc. l. etiam, ff. de minor.* Felin. *in c. cum inter num.* 6. *de sentent. & re iud.* Rot. *decis.* 76. *num.* 10. *p.* 7. *recent.* Quia idem Dux vsque ab initio in hac parte declinauit Iudicem Ecclesiasticum, allegando illum incompetentem super iure mere laicali, & nunquam liquidauit decimas, de quibus agitur, ad se spectare iure dominij tem-
3 poralis, ideoque benè potuit Iudex stante omnimoda distinctione articulorum pronunciare tantum super iure liquido Capituli, Abbas *in c.* 1. *num.* 9. *de mut. petit. & in d. c. cum inter num.* 23. *in fin.* ibique Felin. *vbi supra vers. fallit primo de sent. & re iud.* Rot. *decis.* 417. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & decis.* 646. *n.* 3. coram Cauaier.

Secundò nec etiam obstat, quod prædictæ sententiæ sint iniustæ, dum condemnant eundem Ducem ad restitutionem decimarum perceptarum, quas ipse supponit percepisse tanquam tributum temporale, idque probatum prætendit ex testibus deponentibus semper illas à Duce, eiusque Antecessoribus, ac Ministris, & Arrendatoribus exactas, vti redditus Ducatus, & Maioratus. Quoniam vltra quod non subsistit, quod exactio harum decimarum fuerit facta pro tributo temporali, cùm testes de 4
hoc deponentes non sint habendi in consideratione vti nulliter examinati, tàm ob defectum citationis, quàm ex quo locus examinis fuerat allegatus suspectus à Capitulo, vt fuit ponderatum in decisione causæ emanata sub die 2. Martij 1635. coram Eminentiss. D. Cardinali Verospio Iuniore, & vlterius reddatur etiam inuerisimilis eorumdem testium depositio, dum Dux allegauit immemorabilem, qua non egebat nisi decimæ essent spirituales iuxta 5
decis. Caputaq. 241. & 242. *part.* 1. & tales in dubio præsumuntur, Bald. *cons.* 419. *lib.* 1. Bertaz. *cons. Ciuil.* 17. *num.* 15. & 16. Alciat. *cons.* 32. *tom.* 1. *lib.* 1. *num.* 5. Addent. ad Greg. XV. *in decis.* 404. *lit. B* In omnem euentum sufficit, quod prætensum tributum fuerit 6
exactum vi decimarum, ad hoc vt idem Dux tenatur restituere id quod ratione decimæ spiritualis debetur Ecclesiæ, vt ad literam disponit tex. *in c. cum non sit in homine* 33. *de decimis*, ibique Gloss. & Doctores communiter, & inter Theologos Diu. Tho. 2. 2. *q.* 87. *art.* 2. *ad* 4. Sot. *lib.* 9 *de iust. & iur. q.* 4. *art.* 2. *ad* 4. quos & alios refert & sequitur Monet. *de decim. c.* 6. *q.* 4. *n.* 37.

Quod verò spectat ad Vniuersitates non vrget, quod per ipsas dicatur, has decimas minutas non 7
deberi, quia Capitulum ratione generalis administrationis bonorum Archiepiscopatus habet intentionem fundatam in iure, secundum quod decima debetur de omni fructu, opificio, & negotiatione, vt *in c. non est, & c. Nuntios, & c. ex parte il. de decim. c. decima* 16. *q.* 1. ibi, *de negocio, & artificio solue* 8
decimas, Suarez *de Relig. tom.* 1. *c.* 34. *num* 1. & 4. Fagnnd. *in quinque Ecclesiæ præcepta prac.* 5. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. ac in specie de nucibus, amigdalis, castaneis, oliuis, & aliis fructibus arborum de oleo, & lapidibus, aliisque rebus minutis, notat Rebuff. *de decimis q.* 8 *per tot.* & Monet. *eodem tract. c.* 4. *q.* 2. & nouissimè Castro Palao 2. *part. tract.* 10. *de decimis disput. vnic. punct.* 7. *per tot.*

Et licet aliquando ex consuetudine decima ex mi- 9
nutis non soluatur, vt per Rebuff. *de decim. q.* 13. *n.* 51. Attamen talis consuetudo in præsenti nullibi probatur, sed potius excluditur ex solutionibus factis ab eisdem Vniuersitatibus ante motam litem; nec ex eo, quod Capitulum ab initio litis conquestum fuerit de non solutione, probatur contraria consuetudo. Siquidem ob illam recusationem in non sol- 10
uendo mota fuit lis; actus autem qui dedit causam liti non inducit consuetudinem cùm non habeatur in consideratione, vt Rota sæpe dixit, & signanter coram Gregor. XV. *in decis.* 4. *num.* 2. & *decis.* 569. *num.* 4. sicuti nec probatur ex solutionibus factis D. Duci, quia imò illæ magis probant consuetudinem passiuam soluendi quoad ipsas Vniuersitates, & lis vertens inter Capitulum, & Ducem, non tangit articulum huius consuetudinis, sed solùm in ea discutitur ad quem spectet earumdem decimarum 11
exactio, & ideo nihil obest, cum ad hunc effectum oporteret

oporteret docere de consuetudine vniformi, & legitime præscripta, iuxta *cap. fin. de consuetud. & c. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess & propr.* Couar. *lib. 1. var. c. 17. num.* 8. §. 10. Rebuff. *de decimis dicta q. 13. n. 53.*

Prout non releuat, quod in eisdem sententiis dictæ Vniuersitates simpliciter ac indistinctè condemnatæ fuerint ad solutionem harum decimarum, cùm tamen ab omnibus Capitulum prætendat decimam laterum, & ficuum aridarum, quia vnaquæ-
11 que Vniuersitas censetur condemnata, ad id quod deberi fuit probatum in actis, à quibus sententia declaratur singula singulis congruè referendo, vt per Bald. *in cons. 516. n. 3. lib. 5.* Rot *decis. 319. num 20. p. 1. recent. & decis. 60. num. 44.* coram Durano inter eius impress.

Et ita, &c.

Leodien. declaratoria.

Lunæ 27. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

De declaratoria concedenda ob spretam inhibitionem Rotalem causæque reassumptionem in Camera Spirensi procuratam.

Vide suprà *Decis. 189.*

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria ob contumaciam in non parendo conceditur.*

2 *Mandatum intimatum ac in actis reproductum seruatis quatuor terminis de stylo Curiæ seruari solitis, ad docendum de paritione requiritur.*

3 *Intimatio mandati ad effectum docendi de non paritione an personaliter exequi debeat.*

4 *Intimationis scientia executionem personalem & quemlibet alium defectum sanat.*

5 *Intimationis scientia nimiam pertinaciam & inobedientiam probat, ob quam declaratoria eò magis concedenda venit.*

6 *Inobedientia & contumacia graue est delictum & deterrimi exempli.*

7 *Declaratoria sine contumacia non datur.*

DECISIO CCVI.

POSTQVAM in hac causa Rota ad instantiam Abbatis & Conuentus S. Lamberti censuit sub die 26. Ionij anni præteriti constare de attentatis commissis per Ioannam, & Carolum q. Guidonis Desisen, ob procuratam causæ reassumptionem in Camera Spirenti in spretum inhibitionis Rotalis, fuit etiam expeditum mandatum pro reuocatione dictorum attentatorum, cui quia dd. Ioannam, & Carolum noluisse parere asserebatur, dubitaui an esset danda declaratoria, & Domini affirmatiuè quoad Ioannam, negatiuè verò, quoad Carolum responderunt.

Quantum enim attinet ad Ioannam, dixerunt
1 Domini constare de eius contumacia in non parendo, ob quam conceditur declaratoria, Matian. Socin.

in cap. nulli n. 7. de sent. excom. Abb. *in cap. 1. n. 10 de iudic* Cassad. *decis. 5. n. 7. de const.* Concil. Trid. *sess. 23. c. 1. de reform vers. quod si*, & fuit dictum *in Leodien. dominij de Holconia 29. Maij* 1628 *coram Durano* quæ est *decis. 149. num. 1. inter eius impress.* Apparet namque eidem fuisse d. mandatum intimatum, ac in 2
actis reproductum, seruatis quatuor terminis de stilo Curiæ seruari solitis ad docendum de paritione, iuxta notata per Felin. *in cap Rodulphus n. 41. de rescript. & in cap ad probandum de re iudic.* Vestr. *in praxi cap. vlt. lib. 8. n. 19.* Cassad. *decis. 6. n. 10. de caus. possess. & propr.* ex quibus satis probatur negatiua non paritionis, ex annotatis per Bart. & alios *in l. in illa stipulatione, ff. de verbor. oblig. at.* & dixit Rot *in decis. 178. n. 2. & decis. 591. n. 5. p. 2. recent.* & coram Duran *in decis. 162. n. 2. inter eius impress.*

Nec obstat quod intimatio dicti mandati non 3
fuerit personaliter executa contra dictam Ioannam, prout requiritur ad hunc effectum secundum doctrinam Innocentij *in cap. si Aduersarius de eo. qui mit. in possess. causa rei seru.* Cassad. *decis. 12. n. 2. de rescript.* Put. *decis. 324. n. 1. lib. 1. in correct.* quia sufficit quod fuerit executa domi dimissa copia, dum ipsa Ioanna de ea notitiam habuit, vt probatur ex eo quod die sequenti post executam d. intimationem nempè 3. Decembris recursum habuit ad Iudices laicos, insinuando eis mandatum reuocatorium attentatorum per d. Abbatem obtentum in hoc Tribunali, ac sibi insinuatum, protestando de incompetentia Iudicij; inde enim non solùm concluden-
ter probatur dictæ intimationis scientia, per quam 4
sanatur executionis personalis, & quilibet alius defectus, Bald *in l 1 in 3. notab ff. de feriis.* Felin. *in cap. illud n. 8. de præscript.* Rot. coram Mantic. *in dec. 352. num. 10. inter eius impress.* & coram S. m. Greg XV. *in*
decis. 27. n. 3. ibique Adden. *n. 9.* sed etiam elicitur 5
nimia pertinacia & inobedientia, ob quam eò magis debet concedi declaratoria, vt in terminis dixit aliàs Rota *in Leodien. dominij de Steuerdia 13. Nouembr.* 1624. apud Buratt. quæ est *dec. 825.* in ordine inter eius impress. & signanter *sub n. 5.*

Graue quidem delictum, & deterrimi exempli 6
est inobedientia & contumacia, Glos *in cap. duo sunt 96. dist.* Abb. *in c. 1. n. 10.* & ibi Ripa *n. 29. de iudic.* Couar. *in c. Alma Mater p. 1. §. 9. n. 3 de sent. excom. in 6.* vtpotè quæ ex contemptu proficiscitur, & aliàs ad contemptum prouocatur, & ideo censuris est coërcenda, vt fuit dictum *in Corduben. dimidiæ portionis 1. Iulij* 1630. coram R. P. D. meo Merlino Decano, quæ est *decis. 404. sub n. 8. & 9. p. 5. recent.* vbi quod spretis mandatis actum est de Iurisdictione & regimine Ecclesiastico.

Quo verò ad Carolum visum fuit non posse dari declaratoriam, quia pro eius parte non probatur recursus ad Iudices laicos, & licet ei fuerit personaliter intimatum dictum mandatum, tamen cùm ipse citetur tãquam tutor filiorum q. Ioannis sui fratris, ac tutelam deposuerit, vt *in d. summ n 5.* non potest
dici contumax in non parendo, & sine contumacia 7
non datur declaratoria, Rot. *decis. 7. in fin. de sent. excomm. in nou. & decis. 276. n. 1. p. 5. recent.*

Nec subsistit quod ob depositam tutelam soluerit salarium Not[illegible]o, vnde inferebatur ad perseuerantiam in administratione, quoniam ex eodem summario apparet solutionem salarij fuisse factam sub die 19. Iulij 1641. & renunciationem tutelæ subsecutam sub die 3. Decembr. eiusdem anni.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Bonon. Pecuniaria.

Vener. 31. Ianuarij 1642.

ARGVMENTVM.

Impotentia & inexigibilitate debitoris probata, contra promittentem manutenere nomen eiusdem exigibile actio datur.

Vide suprà *Decis.* 185.

SVMMARIVM.

1 *Relatio executoris dicentis non potuisse exequi mandatum executiuum contra debitorem relaxatum, debitoris impotentiam & inexigibilitatem probat.*

2 *Citatio contra debitorem ad indicandum bona super quibus fieri potest executio, est bonus modus probandi debitorem soluendo non esse.*

3 *Inhibitio ne debitor molestetur eius inexigibilitatem notoriam reddit.*

4 *Decretum ad Creditores in eo descriptos restrictum, alios in Iudicio citatos pariter afficit.*

5 *Agi vt possit contra promittentem manutenere nomen debitoris exigibile, sufficit eiusdem bona esse debitis inuoluta, exactionemque nisi cum longa dilatione fieri non posse.*

6 *Bona debitori non liberè reseruata, sed oneri anteriori subiecta, ad instantiam Creditoris posterioris distrahi non possunt.*

7 *Bona debitoris pro satisfactione creditorum sufficere quando in facto non iustificatur, assignatio eorum oneribus pro quibus Iudicis decreto facta fuit, congrua censetur.*

8 *Bona debitoris credita excedere alleganti onus idem probandi incumbit, cùm sit quid facti quod non præsumitur.*

DECISIO CCVII.

TERVM Domini dixerunt constare de inexigibilitate Cecchelli, confirmando decisionem emanatam 17. Iunij superioris anni, quia verissima est conclusio ibidem firmata,
1 nempe quod per relationem executoris dicentis non potuisse exequi mandatum executiuum contra debitorem relaxatum, probetur eiusdem debitoris impotentia & inexigibilitas, vt præter allegatos in decisione tenent Barz. *decis. Bonon.* 20, *n.* 42. & alij relati à Carocc. *in tract. de excuss. bon. p.* 2. *q.* 31 *n.* 1. *&* 4.

Quod eò magis venit dicendum in præsenti, vbi
2 contra debitorem præcessit etiam citatio ad indicandum bona super quibus fieri possit executio, qui est alter bonus modus probandi debitorem non esse soluendo, iuxta tradita per eundem Carocc. *in dict. tract. quæst.* 34. *n.* 9. Ac insuper in vim cessio-
3 nis bonorum obtenta fuit inhibitio in visita gratiosa, ne debitor molestaretur; vnde notoria reddebatur eius inexigibilitas, vt de debitore, qui produxerat saluum conductum, voluit Gratian *cons.* 37. *num.* 17. *lib.* 1. sequitur Carocc. *in dicto tract. quæst.* 35. *num.* 5. & per consequens, nec etiam requirebatur excussio bonorum, Gloss. *in l. decem, ff. de verb. oblig.* cum ibi not. per DD. bene Grat. *cons.* 63. *num.* 4. *lib.* 2. & alios plures refert Carocc. *vbi suprà num.* 1. *& seqq.*

Quibus non aduersatur, quod decretum visitæ, cuius vigore emanauit inhibitio, restrictum fuerit ad Creditores ibi descriptos, inter quos non legitur Æmilius de Sartis cessionarius Marchionis Fontanæ, quia sufficit, quod ipsi in dicto Iudicio fue- 4
rint citati ad hoc vt decretum ipsos quoque afficiat, vt ex not. per Felin. *in cap. quamuis num.* 9. *de re iudic.* tradit Put. *decis.* 335. *in fin. lib.* 3. *in correct.* & sequitur Ciarlin. *controuers. cap.* 5. *num.* 40. imò ex quo Fontana cedens insimul cum Æmilio Cessionario citatus fuit, non potest culpæ eiusdem Æmilij adscribere, quod se quoque inter creditores describi non fecerit, & assignationem bonorum ad sui fauorem non reportauerint per æs, & libram, in vim statuti Mercatorum Bonon. vt in simili dixit Alex. *in l.* 2. §. *voluntate num.* 15. ibique Ripa *n.* 23. *ff solut. matrim.* Decian. *cons.* 18. *num.* 151. *lib.* 1. Mangil. qui plures cumulat *in tract. de euict. quæst.* 4. *num.* 23. *&* 25.

Vltra quod ex lectura d. decreti, de quo *in summ. hodierno Semidea num.* 2. apparet bona Cecchelli non fuisse sufficientia pro satisfactione creditorum, qui propterea diuisi fuerunt in tres classes, quarum altera expectare debebat, donec cursu temporis sequeretur satisfactio alterius anterioris; ad hoc autem, vt agi possit contra Fontanam, qui 5
promisit manutenere nomen debitoris exigibile, sufficit quod bona eiusdem debitoris essent intricata, & debitis inuoluta, vel non nisi cum longa dilatione exactio fieri possit, vt ex Castrens. *in l. inter eos*, §. *Creditor, ff de fideius.* firmauit Rota Ianuen. *decis.* 156. *num.* 8. & concordat Scacc *de camb.* §. 2. *gloss.* 5. *num.* 268. *&* 274. & fuit dictum *in Forolinien censu* 20. *Maij* 1626. *coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.*

Nec obstat quod in eodem decreto reseruata fuerit aliqua bona Cecchelli, vt *in sum. Fontana n.* 4. adeò vt sicuti d. decretum non impediebat quominus Æmilius executionem super dicta bona reseruata facere posset, ita nec inhibitio vigore eiusdem decreti obtenta, præsertim cùm ea fuerit posteà per aliud decretum Iudicis restricta ad terminos decreti visitæ, & reducta ad viam Iuris, vt *in d. summ. num.* 2. quia prædicta bona non fuerunt liberè reseruata 6
Cecchello, sed vt ex illis subministraret alimenta Mattheo fratri, prout tenebatur vigore Instrumenti donationis sibi factæ ab Annibale fratre vsque de anno 1611. adeò quod huiusmodi bona absorbeantur hoc onere anteriori vt inhærenti bonis ex eadem die & Instrumento, quo Cecchello acquisita fuerunt, & per consequens nõ poterant distrahi ad instantiam Æmilij Creditoris posterioris, ad *l. cum prior, ff de distract. pignor.* Negusant. *de pignor. part.* 5. *membr.* 2. *n.* 1. *& seqq* & *membr.* 3. *n.* 7. Mantic. *dec.* 64. *n.* 1. Rot. post Pacific *de Saluian. interdict. dec.* 74. *n.* 11. & *inter recent. decis.* 306. *n.* 30. *p.* 7.

Atque hinc patet nihil releuare, quod Inhibitio redacta fuerit ad terminos decreti visitæ, & quod Fontana in termino citationis ad indicandum bona indicauerit ea, quæ ex processu & actis visitæ apparebant; quia dum omnia dicta bona in eodem decreto assignata fuerant Creditoribus, & pro alimentis Matthæi, & idem decretum afficiebat etiam DD. Æmilium & Fontanam vti citatos in eo Iudicio iuxta superius deducta, consequens est vt etiam inhibitio iuxta

iuxta terminos dicti decreti deberet seruari, & afficeret dd. Æmilium, & Fontanam in eodem decreto comprehensos.

Nec valet replicatio, qood bona præfata sint sufficientia pro satisfactione omnium creditorum,
7 quia hoc iu facto non iustificatur, & præsumptio stat pro decreto Iudicis, itavt eorum assignatio dicatur congrua qneribos pro quibus fuit facta, Castrens. *cons.* 432. *n.* 1. *vol.* 1. Alex. 80. *n.* 11. *lib.* 5. Rot. *dec.* 245. *n.* 6. *p.* 7. *rec.* sicut etiam dicitur de executione, Alex. *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus n.* 17. *ff. de re iudic.* Buratt. *decis.* 426. *n.* 3. & alleganti excessum
8 incumbit onos probandi *l.* 2. *ff de probat.* Caputaq. *decis.* 301. *part.* 7 cùm sit quid facti quod non præsumitur, Rota coram Seraphin *dec.* 1189 *num.* 1. & *decis.* 306. *num.* 26 *part.* 7. *recens.*

Denique non releuat, qood post moderationem inhibitionis, id est eius reductionem ad terminos decreti visitæ, Semidea dicti Æmilij hæres procurauerit iterum exequi facere mandatum executiuum super bonis Cecehelli, sed rursus fuerit reiecta ob eandem inhibitionem; quoniam id magis demonstrat conatum, & omnem diligentiam Semideæ pro exigendo Cecchello, ac virtutem dictæ inhibitionis, quæ, vt suprà fuit fulminatum, etiam post reductionem ad terminos decreti visitæ obstabat executioni.

Id quod dicebator de ordine dato prn dicta executione facienda non obstante inhibitione, nec etiam officit; quia fuit ostensum postea superuenisse aliud decretum, quo mandabatur dictam inhibitionem seruari, & idcirco Dnmini responderunt standum esse in decisis vtraque parte informante, &c.

Eugubina Dotis.

Vener. 14. Februar. 1642.

ARGVMENTVM.

Mandatum de exequendo à Iudice contra aliquem relaxatum est validum & iustum, quando ad eius validitatem omnia requisita necessaria concurrunt.

SVMMARIVM.

1 *Agenti vigore publici instrumenti dotalis pro fideicommisso, deficiente obligatione Camerali seu quarantigia, via executiua non competit.*
2 *Iuramentum executionem paratam non habet, cùm non sit amplius vsu receptum nisi decisiuum sit litis.*
3 *In concursu duorum testamentorum via executiua cessat.*
4 *Patre via ordinaria agente filius postea ad executiuam conuolare non potest.*
5 *Ius executiuè procedendi ob lapsum 30. annorum præscribitur, cùm eo temporis spatio nihil in causa actum fuerit.*
6 *Clausula* si quid exequendum, *ad effectum suspendendi executionem ex noniter deductis iustificari non debet.*
7 *Nullitas actus vitiat actum etiamsi in minimo fuerit excessum.*
8 *Via executiua nedum vigore conuentionis, sed etiam vigore statuti, siue in vim constitutionis Principis quæ etiam instrumenta antea confecta comprehendis, competere potest.*
9 *Statuta odiosa stricti iuris strictè & prout sonant sunt intelligenda.*
10 *Enumeratio scripturarum & dispositionum quarum vigore executiuè proceditur, scripturas executionis parata priuilegium habentes demonstrat.*
11 *Verbum* doue *est exemplificatiuum & exponitur pro* quando.
12 *Statutum vnum ab alio declaratur.*
13 *Instantia ab hærede in actione personali cœpta in fideicommissarium non transit.*
14 *Præscriptio petitionis hæreditatis quæ 30. annis terminatur, tempore quo durat instantia iudicij vniuersalis currere nequit.*
15 *Iudicio vniuersali pendente iudicium particulare moueri non potest.*
16 *Legitimatio personarum cùm non fuerit opposita in prima instantia, in secunda citra vitium nullitatis processus bene fieri potest.*
17 *Probationes facta ad nouas exceptiones partis elidendas executioni decreti ex tunc deductis iustificans non obstant, etiamsi causa fuerit commissa cum clausula* si quid exequendum.
18 *Valor scuti aurei de tempore solutionis attendi debet, cùm bonitàs extrinseca solùm non intrinseca mutata probetur.*
19 *Iudex de excessu moneta extraiudicialiter se informare potest.*
20 *Coniuncti plures quando sunt in re vel re & verbis, vnus ex pluribus vocatis totum fideicommissum petere potest, cæteris tamen eorum ratam si & postquam in iudicio comparuerint communicaturus.*
21 *Domicilia plura eandem personam in locis diuersis habere non repugnat.*

DECISIO CCVIII.

RÆTENDENS Comes Franciscus à Porta mandatum de exequendo contra ipsum relaxatum à Locumtenente Eugubino, ad instantiam Comitis Hieronymi Beotiuoli esse nollum, & iniustum, causam appellationis in Rota mihi cõmitti obtinoit, ac institit pro disputatione dubij: An ei esset daodum mandatum de manutenendn, in cuius propositione facta sub die 16. Decembris anni præteri, quia plures excitatæ fuerunt difficultates, quæ sub vnica disputatione terminari non poteraot, Domini dilata resolutione, mandaruut materiam restringi ad partienlares inspectiones, videlicet, quod primò videretur, an obligatio Coostantiæ sustineretur. Secundò an sustineretor Testamentum Elisabethæ; Tertiò an Comes Cæsar esset vocatus ad fideicommissom dictæ Elisabethæ. Quartò an creditum, & via executiua fuerint præscripta, & Quintò an obstarent detractiones Trebellianicæ, & lucri dotalis ex persona Comitis Octauiani: & quatenus pars voluisset disputare prius de nullitatibus, disputaretur dubium; Ao mandatum de exequendo sit nollom cum omnibus iode executis? Cúmque dictus Comes à Porta voluerit primò videre de nullitatibus, proposui dubium per Dominos præscriptum, pro cuius affirmatiua resolutione informantes pro dicto Comite a Porta, dicebant;

Primò mandatum præfatum esse nullum, tum quia Comes Cæsar vti vocatus ad fideicommissum 1

Elisabethæ, egit vigore publici instrumenti Dotalis, pro quo iuxta veriorem opinionem deficiente obligatione Camerali, seu quarantigia non competit via executiua, *l.*1.cum ibi not.per Bald *C de execu.rei iud.l.at Prætor* §.1. vbi Angel *ff eod.* Alex. *cons.*192.*num.*1.*lib.*2. Rota coram Durano *in dec.*37. *num* 6. *inter eius impress.* & in terminis Instrumenti dotalis, fuit dictum *in Lucana dotis* 19. *Ianuarij*
2 1629. *coram bon.mem. Vitile*, non obstante iuramento, quod præterquam in præsenti non fuit præstitum iuxta formam traditum à Bart.*in l.*2. *num.*8. *ff de iureiur.* nec minus haberet executionem paratam, cùm tale iuramentum non sit amplius vsu receptum, nisi sit litis decisiuum, Thesaur. *decis.* 26. *num.*7.*vers.sed vt breuiter*, Zacch *de obligat.Cameral. quæst.*2.*num.*18. & 19.*cum seqq.* Rot. inter impress. apud eundem *decis.*75.*n.*3.& 4. Tum quia tam Co-
3 mes Bentiuolus, quam Comes à Porta venit ex testamento Elisabethæ, quæ bis testata fuit: in concursu autem duorum testamentorum, cessat via executiua, iuxta not.per Bart.& alios *in l.fin.C.de edict. Diu. Adr toll.* Rot.coram Seraphino *decis.*279.*n.*1.
4 Tum & etiam, quia primus Comes Octauianus, egit via ordinaria, & sic non potuit Cæsar eius filius postea ad executioam conuolare, Gloss. *vlt.in l perinde la* 2.*ff ad leg. Aquil.* Bald. *in l.diffamari* 2. *col.C de ingen.& manumiss* Rom.*cons.*131. *ad vers.secus autem*, Rot.*dec.*507.*num* 4.*part.*4.*recent.* & inter impress. per Zacch. *de oblig. Cameral. decis.* 68. *per totum.*

Secundò subiungebant, quod quatenus etiam
5 competiisset via executiua, ius hoc fuisset præscriptum ob lapsum 30.annorum, & vltra, quo temporis spatio nihil actum fuit in causa, Innoc.& Bald. *in cap vlt.in fin.de except.* idem Bald. *in rub num.*12. *vers & dico, quod contra de præsumpt.* Achil. *decis.*4. *in princ eod tit* Martin. Andr *dec.*32.*num* 7.

Tertiò allegabant causam fuisse commissam Locumtenenti Eugubino cum clausula (*si quid exe-*
6 *quendum,*) vnde cùm in primo iudicio non fuerint legitimatæ personæ, sed etiam fuerint postea iustificatæ coram eodem Locumtenente, dicebant debuisse suspendi executionem, quia dicta clausula debet ex eisdem, non ex nouiter deductis iustificari, vt dixit *in Romana census* 4. *Decembris* 1585. coram Eminentiss. Pampbilio seniore impress. per Marchesan. *de Commiss. part.* 1. *fol.*257. *num.*5. & coram Canal. *dec.* 165. *num.*4. & *inter rec dec.*187. *num.*6. *part.*2.

Quartò addebant mandatum prædictum esse excessiuum, ex eo quod fuerit relaxatum, & respectiuè executum pro scutis 4500. monetæ Romanæ, quæ transcendunt debitum scut. 3000. auri, habita ratione valoris de tempore promissionis, hincque
7 desumebatur nullitas excessus, quæ vitiat actum, etiamsi in minimo fuerit excessum, Bart.*in l. si non sortem,*§.*si centum,* & ibi Ias. *num.*1. *ff.de condit. indebit.* Afflict.*dec.*218. *num.*3.& 4. Rot. coram Durano *d. decis.*17.*num.*15.

Quintò & vltimò afferebant subhastationem, & deliberationem fuisse factas ad fauorem Marchionis S. Mariæ Forensis contra dispositionem Bullæ Sixti V. 3.*in ordin.*§.1. ab aliis Pontificibus successoribus confirmatæ, & signanter a Sanctissimo Domino nostro, *in eius Constit.*65.& in alia promulgata de anno 1637. quas procedere etiam in subhastatione declarauit Rot.*in dec.*319. *n.*5.& 6.coram S.mem.Gregor.X V.

Verùm præfatis non obstantibus contrarium resolutum fuit, nempe mandatum esse validum; quia ad eius validitatem concurrunt omnia requisita necessaria, de quibus in *vulgat. decis.* Caputaq. 160. *part.*2.

Non obstat prima nullitas deducta ex eo, quod non potuerit agi via executiua, pro instrumento non quarantigiato, seu obligatione Camerali vallato; quia licet hoc verum sit de iure communi, *ex alleg in princ.* secus tamen dicendum est in præsenti, vbi adsunt statutum Eugubinum, & decretum Ducale, quibus disponitur, quod instrumenta publica cuiusuis generis habeant executionem paratam;
nam certum est, quod via executiua competere po- 8
test, nedum vigore conuentionis, vt notatur in *l.creditores, C.de pignor.* Zacch. *de obligat. Cameral. dicta quæst.*2. *num.* 16. sed etiam vigore statuti, Asin. *de execut.*§.1.*cap.*26.*per tot.* Rot coram S. mem Gregor.XV.*in decis.*362.*num.*2.& *in decis* 234 *num.*14. *part.*5. *recent.* siue in vim constitutionis Principis, quæ comprehendit etiam instrumenta antea confecta, vt in terminis Capra. *in suo tract. Regularum, reg.*6. *num.* 52. Asin. *de execut.* §. 2. *cap.* 12. & *cap.*29.

Nec placuit intellectus datus dd. Statuto, & decreto per informantes pro Comite à Porta, quod scilicet in illis non dicatur clarè, quod publicis instrumentis detur via executiua, sed tantùm cum supposito, quod competat via executiua præscribatur forma executiuè procedendi, ponderando verba illa Statuti, ibi; *Cùm igitur via executiua ex publico instrumento, &c.* & verba Decreti, ibi; *Che nelle cause essecutiue, doue dall' Attore si produrranno instrumenti publici*, quasi quod loquantur de instrumentis, quæ alioquin, putà ratione Quarantigiæ, vel obligationis Cameralis haberent paratam executionem, non autem de aliis, & ideo non debeat fieri extensio, cùm versemur in statutis odiosis, &
stricti iuris, quæ sunt strictè, & provt sonant intel- 9
ligenda. Alex.*cons.*96 *col.*2. *post med. vers.vnde succedit communis doctrina lib.*2. latè Asin. *de execut. in princ.tract.*5.*cap.*1 *per tot.*& *cap.*1.*num.*8.

Quoniam animaduerterunt Domini, quod si in dd. Statuto, & decreto, debebat solùm præscribi forma procedendi in iudiciis executiuis, satis fuisset dicere, quod in causis executiuis procedatur sic,
& sic, sed in eis vlterius processum fuit, enumeran- 10
do omnes scripturas, & dispositiones, quarum vigore executiuè proceditur, vt in Statuto, ibi; *Cùm igitur via executiua ex publico instrumento, sententia, laudo, in iudicatum, transactis, testamento, donatione, causa mortis, codicillis, siue vltimis voluntatibus, siue Apoca, vel Chirographo legitimè recognito, &c.* & in Decreto, ibi; *Che nelle cause essecutiue, doue dall' Attore se produrranno instrumenti publici sentenze, lau di passati in giudicato testamenti.&c.* quæ quidem enumeratio, quia aliàs esset superflua, dicendum est, quod fuerit facta ad indicandum, quænam scripturæ executionis paratæ priuilegium haberent, & sic quod stet exemplificatiuè, & demonstratiue ad causas executiuas, provt in dubio verba accipi debent, *l fin.* §. *Titia ff. de liberat. legat.* Bart. *in l. cum Pater*, §. *mense*, *vers. quæro quid si testator*, *ff. de legat.* 2. & *in l. Centurio num.* 39. *ff. de vulg.* Paul. de Castr. *cons.*219.*col.*2 *post med.lib.*2. Rot *decis.*262.*num.*3.*part.*1.*diu.* & *dec.* 114. *num.*5.
*part.*1. *recent.* ponderando præsertim verbum illud, 11
doue, ibi, *doue si produrranno, &c.* quod est exemplificatiuum, & exponitur pro quando, Menoch. *cons.* 473.*num* 6. *ex text in l postliminium*, *ff. de Capt.& postlimin.reuers.l.*1.§.*confestim ff ad municip.l.si ita sit scriptum*,§.*fin.de legat.*1. Idque eo magis, cùm in alio

statuto,

statuto, in quo specialiter disponitur, quod Apocæ
habeant executionem paratam, dicatur quod Apocæ
vim habeant publici instrumenti, vnum enim sta-
12 tutum ab alio declaratur. Bald. *in l. omnes populi, n. 71. ff. de Iust. & Iur.* Caputaq. *dec. 201. in fin. p. 3.* Rot. *decis. 467. num. 3. p. 1. recent.*

Cùm igitur ex his pateat Comitem Cæsarem
potuisse executiuè agere, non est curandum de
alio iudicio anteriori ordinariè cœpto per Comi-
tem Octauianum Patrem, vti hæredem dictæ Eli-
saberhæ, quia idem Cæsar potuit ex persona pro-
pria, tanquam fideicommissarius eiusdem Elisa-
bethæ nouum iudicium executiuum instituere,
13 cùm instantia cœpta ab hærede in actione per-
sonali, non transeat in fideicommissarium, Bart.
in l. si cum hominem, num. 3. ff. de fideiuss. Alex.
in l. cum hæreditas, num. 2. ff. ad Trebell. Pe-
regr. *de fideicomm. art. 54. num. 19.* Fusar *de sub-
stit. q. 620. num 6.* cum aliis alleg. à modern. Vene-
to *in tract. de transmiss cas. 55. num. 3.*

Ad id quod dicebatur de duorum testamento-
rum concursu, quo stante non potuerit agi exe-
cutiuè, responsum fuit hoc pendere ab alio ar-
ticulo, reseruato in particulari inspectione, nem-
pe an testamentum secundum Elisabethæ susti-
neatur.

Secunda nullitas desumpta ex præscriptione fa-
cillimè tollitur, quia à die purificari fideicommis-
si, quo solo tempore orta fuit actio Comiti Cæ-
14 sari, non intercesserunt 30. anni, prout requiri-
tur ad præscribendam petitionem hæreditatis, iux-
ta *l. hæreditatis, C. de petit. hæred. & l. licet, cum gloss. C. de Iur delib.* vltra quod huiusmodi præscriptio
currere nequiuit tempore, quo durauit instantia
iudicij vniuersalis, moti de anno 1577. per Co-
mitem Horatium Carpineum, & Lauram eius ma-
trem contra Octauianum, super prætensa nullitate
15 testamenti dictæ Elisabethæ: pendente enim iudi-
cio vniuersali, non potuit moueri iudicium parti-
culare, quod à resolutione illius vniuersalis pen-
debat, vt probat *text. in l. si quis libertatem*, ibique
notant omnes *ff. de petit. hæred. l. non distinguemus, §. si is faciat*, & ibi Gloss. Bart. & alij *ff. de arbitr.*
Caputaq. *decis. 117. part. 2.* Rot. coram Buratt. *decis. 257 num 2.*

Tertia fundata in defectu iustificationis clausu-
læ, *si quid exequendum*, pariter eliditur; quia De-
cretum Prætoris Eugubini iustificatur ex eisdem,
16 præterquam quoad personarum legitimationẽ, quæ
cùm non fuerit opposita in prima instantia, bene
potuit fieri in secunda, citra vitium nullitatis pro-
cessus, iuxta notata per Bald. *in l. non ignorat, n. 2. C. de his qui accus. non poss.* Gloss. *in l. 1. in verb. filium, C. quorum bonorum*, Rot. *decis. 307. num. 7. part. 1. recent.* & coram S. mem. Greg. XV. *in decis. 88. num. 1.* Adden. ad eundem *in decis. 264. n. 6.*
& coram Buratt. *in decis. 749. num. 21.* probationes
17 autem factæ ad elidendas nouas exceptiones par-
tis, non obstant executioni decreti iustificati ex
tunc deductis & oppositis, etiamsi causa fuerit
commissa cum clausula, *si quid exequendum.* Cæs.
de Grass. *decis. 20. num. 11. de probat* Greg. XV. *in decis. 272. num. 6.* ibique Adden. *num 9.* Duran *dec. 372. num. 7.* & fuit dictum *in Tiburtina Prætorum 5. Iulij 1638. coram bon. mem Buccabella.*

Quarta posita in excessu, & ipsa quoque dilui-
tur, quia obligatio est in scutis 3000. auri, & eodem
modo conceptum est mandatum vnà cum execu-
tione, & deliberatione, nec opus fuit liquidare va-
lorem auri in moneta argentea, quoniam etiam pro
moneta aurea, quæ extat in rerum natura, quidquid
sit in imaginaria, potuit relaxari mandatum execu-
tiuum; & quamuis ex pretio exbursato à licitatore
Comes Hieronymus creditor receperit scuta 3900. 18
non tamen excessit, quia attento valore scuti aurei
de tempore solutionis, prout attendi debet, cùm
non probetur mutata bonitas intrinseca, sed solùm
extrinseca, *cap. olim, & c. cum Canonicis*, & ibi not. *de censibus*, Gloss. *in cap. quis ignorat, in vers. tempore nostro 32. quæst 4.* Corn. *cons. 279. ante med. vers. tamen conclusi contrarium lib. 1.* Rot. *decis. 149 num. 1: p. 1. recent.* Adden. ad Greg. XV. *in dec. 42. num 7 & 8.*
dicta summa scut. 3900 monetæ non est excessiua, 19
vt est notorium, de quo propterea iudex potuit se
extraiudicialiter informare, Bald. *in l. vnic. C. vt quæ desunt Aduoc.* Cin. *in l. 2. col. 12. vers secundo quæritur, C. quæ sit longa consuetudo*, cùm aliis, quos refert,
& sequitur Asin. *de execut. §. 3. cap. 34. num. 13. & 14.*

Nec excessus potest considerari ex alio capite,
nempe ex eo, quod solus Cæsar, vti fideicommissa-
rius egerit pro tota summa, & tamen adessent alij
fratres vocati ab eadem Elisaberba fideicommit-
tente: nam quidquid sit quando plures sunt con-
iuncti verbis tantùm, in quibus terminis loquitur
text in l. ff. si pars hæred pet. certum est, quod quan- 20
do sunt coniuncti in re, vel re, & verbis, prout hic,
tunc potest vnus ex pluribus vocatis totum fidei-
commissum petere, per *text in l planè, § si coniunctim*, cum ibi not. *ff. de legat. 1.* Socin. *in l quæ conditio, col. penult. ff. de cond. & demonstr.* Alciat. *cons. 47 num. 5. & 6 lib 9.* & benè distinguit Peregr. *de fideicomm. art. 9. num. 12. vers si vero*, & fuit dictum *in Bonon. fideicommissi de Liuio 27. Ianuarij 1621. coram Card. Verospio seniori*; communicaturus tamen postea cæ-
teris eorum ratam, si & postquam comparuerint
in iudicio, ad Gloss *in l. vnum ex familia, § rogo, in verb. sed omnes, ff. de legat. 2.* Rot. *decis. 262. num. 13. part. 1. recent.*

Quinta tandem, & vltima nullitas deprompta
ex forensitate Marchionis Petri Francisci Licita-
toris corruit ex facto; quia etsi ipse ratione ori-
ginis haberet domicilium in oppido S. Mariæ, ra-
tione tamen habitationis in ciuitate Thypherni,
vbi bona possidet, & onera soluit, quæ alij ciues
Thyphernates sufferunt, dicitur subditus ditioni
Sedis Apostolicæ, *l. domicilium ff ad municip. l. si in patria, C. de incolat.* Dec. *cons. 661. num. 6.* Rot. *decis. 211. num 4. part. 5. recent.* cùm non repugnet
eandem personam plura habere domicilia in locis 21
diuersis, per *text. in l. assumptio, §. viris prudentibus*,
vbi notant omnes *ff. de municip.* Menoch. *cons. 329. num. 36. in fin* Rot. *decis 137. num. 13. & 364. num. 6 part. 5. recent.* & fuit dictum *in Romana, seu Ianuen. Dotalis 14. Nouembris 1639.* coram Reuerendiss.
P. D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopoli-
tano.

Ex quibus vtraque parte informante respon-
sum fuit pro validitate mandati, reseruato ta-
men quod particulariter videatur de aliis reser-
uatis, &c.

Romana Capellæ, seu Beneficij.

Vener. 14. Februar. 1642.

ARGVMENTVM.

Possessio Capellæ de qua agitur capta à Procuratore ad id specialiter const tuto sufficit ad manutentionem, alio præsertim in possessione non existente.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit possessori, quando de eius possessione constat à Procuratore ad id specialiter constituto capta.*

2 *Possessio à Procuratore constituto capta alio in possessione non existente sufficit, etsi absque alio Iudicis ministerio fuerit obtenta.*

3 *In summariissimis possessoriis nuda detentatio tantùm attenditur.*

4 *Tituli per Canonicam institutionem præuia Patronorum præsentatione legitimè obtentam productio, in beneficialibus non est necessaria.*

5 *In concursu duarum possessionum titulata præfertur.*

6 *Possessione beneficij captâ, omnium bonorum ad ipsum beneficium spectantium possessio capta censetur.*

DECISIO CCIX.

PRo informante fuit responsum, & sic D Ioanni Paulo Muto dandam
1 esse manutentionem in possessionem Capellæ, de qua agitur, quia constat de eius possessione capta à Procuratore ad id specialiter constituto, *l* 1.§. *Per procuratorem, ff. de acquiren. possess.* Gloss. *in cap. si tibi absenti verb. habuerit*, ibique DD. *de prabēd. in* 6. Rot *dec.* 21. *de procurator. in nou.* vt probatur ex publico Instrumento dato *in eius summ. sub num*, 3. quod sufficit
2 alio non existente in possessione, *l. prædia*, vbi Bart. *ff. de acquiren. possess.* Rot. coram S. mem. Gregor. XV. *in decis.* 268. *n.* 1. cum aliis ibi cumulatis per Adden. *sub num.* 8. quamuis possessio capta fuerit absque alio Iudicis ministerio, Rot. coram eod. Greg, XV. *in decis.* 107. *num.* 1. In his enim summariissimis
3 possessoriis nuda detentatio tantùm attenditur, Cæsar de Grass. *decis.* 6. *num.* 8. *de restitut. spoliat.* Rot. *decis* 284. *num.* 11. *part.* 5. *recent.*

Idque eò magis venit dicendum in præsenti,
4 quia d. Ioannes Paulus docet de titulo per Canonicam institutionem, præuia Patronorum præsentatione legitime obtentam ab Eminentissimo D. Card. Cesarino, pro Eminentissimo D. Card. Cornelio Titulari S. Marci *d. summ. num.* 1. Duran. *decis.* 120. *n.* 3. cuius tamen tituli productio, nec in beneficialibus est necessaria, iuxta opinionem quam Rota passim seruat, vt *in decis.* 66. *num.* 4. *part.* 2. apud Caputaq. & *in decis.* 595. *num.* 8. *part.* 1. *diuers.* & coram Gregor. XV. *in decis.* 323. *num.* 2. & nuperrimè fuit dictum *in Perusina Parochialis* 10. *Iunij* 1641. *coram*
5 *R. P D meo Bichio*, nisi essemus in concursu duarum possessionum, quia tunc titulata præfertur, ex notatis per DD. *in cap. licet causam de probat.* & explicat Adden. ad eundem Gregor. X V. *vbi proximè sub num.* 4.

Quæ quidem manutentio debet concedi vniuersaliter super omnibus bonis ad dictam Capellam spectantibus. Quia cùm Procurator apprehenderit possessionem Capellæ per tactum Altaris, aliosque actus fecerit in simili fieri solitos, perinde est ac si singulariter omnium bonorum possessio-
nem adeptus fuisset. Nam capta possessione benefi- 6
cij censetur capta possessio omnium bonorum ad ipsum beneficium spectantium, Couarr. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 15. Gonzalez *ad regul* 8. *glos* 34. *num.* 119. *vers. & limitatur.* Rot. *decis.* 19. *num.* 7. *part.* 2. *diuers.* & *decis.* 240. *num.* 2. coram Caualerio, & *decis.* 233. *num.* 4. coram Buratto.

Et ita, &c.

Bonon. Attentatorum.

Vener. 21. Februarij 1642.

ARGVMENTVM.

De attentatis contra inhibitionem A. C. commissis sufficienter purgandis, antequam ad vlteriora in causa procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis licet in causa interessatus cùm fuerit ex aduerso inductus approbatur, nec vlla ab eadem parte aduersa contra eum exceptio personalis allegari potest.*

2 *Testes de via clausa deponentes quomodo ad euitandam contrarietatem sunt intelligendi.*

3 *Attentatorum purgatio nil aliud est quàm rei in pristinum statum restitutio.*

4 *Lucri deperditi ratio non habetur quando illud ex arbitrio alterius pendet.*

5 *Quantitas damnorum vigore specialis commissionis iuxta stilum Rotæ intra terminum præfixum liquidari debet.*

6 *Testis de proprio iudicio deponens valorem non probat.*

7 *Testes ad effectum probandi valorem rei alicuius, rationem sui dicti concludentem etiam non interrogati reddere debent.*

8 *Sententia post inhibitionem lata satis per legitimam earum renunciationem purgata dicuntur.*

9 *Expensa in iudicio facta sunt reficienda.*

10 *Expensa quando earum nulla datur liquidatio post commissa attentata in consideratione non sunt habenda.*

DECISIO CCX.

CORAM Reuerendiss. P. D. meo Merlino Decano sub die 26. Iunij 1637. resolutum fuit in hac causa constare de attentatis commissis ex parte Hieronymi Bauosij ex triplici capite. Primò circa clausuram viæ, per quam Nappio & aliis patebat accessus ad proprium prædium, ac molendinum. Secundò circa incisionem arborum in margine canalis molendini existentium. Tertiò & vltimò

mo circa sententias latas in partibus ad fauorem
eiusdem Banosij post inhibitionem A. C, vt in de-
cisione tunc extensa, cuios vigore prolata quoque
fuit sententia attentatorum reuocatoria; à qua in-
terposita appellatione, causaque mihi commissa,
dum Banosius intendebat ad vlteriora procedere,
supponendo omnia attentata fuisse purgata, su-
peruenit ad instantiam Nappij rescriptum Signa-
turæ, mandans procedi quidem ad vlteriora, sed
purgatis omnibus attentatis contra inhibitionem
A. C. commissis. Quamobrem dubitaui an con-
stet de sofficienti purgatione attentatorum,
& in hac tertia caosæ positione fuit affir-
matiuè responsum ex sobsequentibus rationi-
bus.

Nam quantum attinet ad clausuram viæ, pro-
bant duo testes, nempe secundus, & tertius ad in-
stantiam eiusdem Nappij examinati, quod hodie
via ipsa est aperta, adeò vt per eam transire pos-
sint homines, currua & omnia, vt *in summ. Bo-*
1 *nosij num.*2. & quamois alter ex dd. testibus sit in-
teressatus in causa, attamen cùm fuerit exaduerso
inductus, ex hoc approbata dicitur eius persona,
& propterea nulla ab eadem parte aduersa contra
eum allegari potest exceptio personalis, *l. si quis*
testibus C. de testib. Surd.*cons.* 390.*num.* 18. Mantic.
decis. 174. *num.* 1. Rota *decis.* 201. *num.* 10. *part.* 5. *re-*
cent. Provt non aduersantur cæteri testes deponen-
2 tes de via claosa; quia ad euitandam contrarieta-
tem hi intelligendi sont de tempore antecedenti,
antequam scilicet d. via aperiretur, alij verò te-
stes de tempore successioo, Felin. *in cap. transsata*
num. 8. *circa med. de constitut* Ruin.*cons.* 150. *num.* 6.
lib. 4. Rota *decis.* 351. *num.* 31. coram sanct. mem.
Greg. XV. reposita itaque via in pristinum negari
non potest, quin circa hoc constet de sufficienti
3 attentatorum purgatione, quæ nil aliod est, quàm
restitutio rei in pristinom statum, *cap. non solum de*
appellat. lib. 6. Dec *cons* 103. *num.* 1. Lancell *de atten-*
tat. part. 3. *cap.* 29. *num.* 78. Buratt. *decis.* 356.
num. 4.

Nec obstat, quod reficienda sint etiam damoa
passa occasione impedimenti d. viæ, ob quod ho-
mines accesserunt ad alia molendina commodio-
4 ra, & viciniora; quia vltra quod lucri sic
deperditi non habetur ratio, quando illud pendet,
provt hîc, ex alterius arbitrio, cùm homines etiam
si via fuisset aperta, potuissent qood maluissent
molendinom adire, vt benè aduertit Bald *in*
cons. 71. *num.* 4. *lib.* 1. & io puncto Lancell. *de atten-*
tat. part 3 *cap.* 31. *num.* 177. *&* 178. In omnem euen-
5 tum cessat penitus difficultas ex eo, quod quanti-
tas horum damnorum non fuit exaduerso liquida-
ta provt debuit, staote deposito vnius Iulij, vnà
cum præfixione termini ad liqoidandum facta vi-
gore specialis commissionis iuxta stilom Rotæ, de
quo Seraphin *decis.* 655. *num.* 4. *&* inter recen. *decis.*
431. *num.* 6. *parti* 1. & coram sanct. mem. Gregor.
XV. *in decis.* 303. *num.* 1. ibique Adden. *num.* 6. & co-
ram Buratto *decis.* 646. *num.* 3. *vers. vel obtineat*, quid-
quid sit quando dicta commissio specialis non fuit
obtenta, in qoibus terminis procedunt decisiones
ex aduerso allegatæ.

Quò verò ad incisionem arborum (omisso pro
nunc an sit sufficienter probata, cùm probationes
super ea allatæ non videantur concludere) saltem
certum est non fuisse liquidatum assertum damnum,
hoc est arborum valorem & quantitatem annui
fructus, solus enim primus testis soper sexto depo-
nit de annuo redditu scut. 25. & quartus super eo-
dem dicit de reddito duarum corbarum glandis pro
qualibet arhore, sed vterque deponit de proprio 6
indicio ibi, *a mio giudicio*, ideoque valorem non
probat, Rota *decis.* 742. *num.* 4. *in fin. part.* 2. *rec.* *&*
dec. 272. *num.* 11. *part.* 5 ad hunc enim effectum 7
requiritur, vt testes reddant rationem concluden-
tem sui dicti etiam non interrogati, Rimin. Sen.
cons. 138. *num.* 31. Cassad. *decis.* 19. *num.* 3. *super regul.*
Gratian. discept. forens. cap. 461. *num.* 25. Rota coram
san. mem. Greg. XV. *in decis.* 379. *num.* 3. *& decis.* 573.
num. 11.

Qooad denique sententias latas post inhibitio- 8
nem, satis dicitur purgatum attentatum per earum
legitimam renunciationem, Lancell. *de attent. part.*
3. *de attent purgat. cap.* 19. *num.* 25. *& seqq.* Aechill.
decis. 25. *num.* 1. *de appellat.* Canal. *decis.* 138. *num.* 1.
Greg XV. *decis.* 486. *num.* 1. Buratt. *decis.* 116 *num.* 3.
& quamuis reficiendæ siot etiam expensæ factæ in 9
eo iudicio, Gail. *pract. obseruat. lib.* 1. *obseruat.* 146.
num. 11. Caputaq *dec.* 56. *part* 1. Buratt *dec* 356. *num.*
5. attamen in præsenti nulla datur liquidatio ex- 10
pensarum factarum post commissa attentata, seu
eorum occasione, & eæ quæ continentur io lista
ex aduerso data non sont tales, & ideo noo sunt
habendæ io consideratione, quia in his casibus so-
lùm reficiendæ sunt expensæ factæ post attentata,
& eorum occasione, non autem à die motæ litis, vt
declarauit Rota coram bon. mem. Coccino *in dec.*
371. *num.* 4. *inter eius impress.*

Et sic decisum vtraque &c.

Bononien. fideicommissi de Bo-logninis.

Lunæ 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

De manutentione anteriori possessioni concedenda, non obstante posteriori auctoritate Iudicis capta, quæ stante notoria eius iniustitia attendi non debet.

Vide suprà *Decis.* 198.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Iudicis stante eius notoria iniustitia attendi non debet, sed omnia in eius executione gesta etiam per viam manutentionis sunt reuocanda.*
2 *Appellare à sententia tam ratione iniustitia quam noui grauaminis licet..*
3 *Sententiarum difformitas vnde resultat.*
4 *Difformitas sententiarum ipsam substantiam respicit, & vt non sit locus statuto particulari efficit.*
5 *Grauamen nouum ex sententiis difformibus inductum quomodo colligitur.*
6 *Sententiæ inter se conformes dicuntur quando nulla inter eas difformitas circa substantiam considerari possit.*
7 *Dictio vltra regulariter est inclusiua.*

8 *Sententiarum ex eo resultat diffo mitas, quod in una detractiones fuisse consumptas in altera esse faciendas supponitur.*

9 *Clausula* deductis deducendis,*intelligendo,quatenus de iure sunt facienda detractiones, an sententiam conditionalem reddat.*

10 *Verba sententia secundùm mentem Iudicis proferentis sunt intelligenda.*

11 *Sententia à decisione declarationem recipit.*

12 *Declaratio respiciens tantummodò executionem circa bona fideicommissi particularis quoad bona fideicommissi vniuersalis non operatur.*

13 *Fideicommissarij ob nouum grauamen à secunda sententia bene appellare possunt.*

14 *Fideicommissarij nulla interposita appellatione nec facta liquidatione eius quod detrahi debebat ad executionem deuenire non possunt.*

15 *Sententia tertia executorialis an faciat numerum ad effectum rei iudicata ex conformitate sententiarum resultantis.*

16 *Incertitudo sententia conformitatem excludit.*

17 *Clausula suspensiua* deductis dedocendis, *vt non sit locus cautioni operatur*

18 *Sententia erronea ac iniusta dans executionem duabus conformibus qua re vera non adsunt, numerum facere non potest.*

19 *Sententia seu mandatum de exequendo vti lata post appellationem interpositam dicitur attentata, adeaque in consideratione non est habenda.*

20 *Appellare semel licere in quolibet possessorio statuto Bononiensi cauetur.*

DECISIO CCXI.

VIA Bolognini non aequieuerunt resolutioni factæ sub die 27.
Nouembris superioris anni, qua
firmatum fuit Palmeriis dandam
esse manutentionem super bonis,
de quibus agitur, repropofui causam super eisdem
sub die 17. Februarij præteriti, & ob varias Dominorum sententias non fuit capta resolutio; reassumpta verò hodie disputatione, & ab omnibus
Dominis negotio discusso, pro eorum maiori parte
responsum fuit standum esse in decisis.

Dixit enim maior pars Dominorum, quorum opinio præualuit in ista resolutioue, quod
constat de anteriori possessione illorum de Palmeriis, ob quam propterea debet eis concedi
manutentio ex allegatis in decisione, non obstante posteriori possessione capta per Bologni-
1 nos auctoritate Iudicis; quia sententia d. Iudicis stante eius notoria iniustitia attendi non
debet, sed quidquid fuit gestom in eius executione venit reuocandum etiam per viam manutentionis, iuxtà distinctionem selatam in illa
celebri *decis. Romana de Bombellis* impress. apud
Modern. *de manutent. in ordine sub num.* 19. &
20. pro eisdem Bologninis allegata; maximè
2 cùm à dicta sententia fuerit appellatum, prout
licebat tam ratione dictæ iniustitiæ, Lancellott.
de attent. appellat. penden. limit. 25. *num.* 15. quàm
noui grauaminis, vt in terminis decreti de exequendo tradunt Bald. in addit. ad Speculat. § *tit. de appellat. in princ. verb. pronunciatione*, Ruin. *cons.* 78. *num.* 1. *vers. & subdit lib.* 5. Roland. *cons.* 43. *num.* 6. *lib.* 2. Rota *decis.* 340. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Notoria autem iniustitia dictæ sententiæ desumpta fuit præcipuè ex eo, quod ipsa mandat
exequi alias duas præcedentes conformes in vim
Statuti Bononien. quo cauetur semel tantùm licere
appellare in possessorio, & tamen dd. præcedentes
sententiæ non sunt conformes, sed euidenter dif-
formes apparent, dum earum prima concedit im- 3
missionem purè, & simpliciter, secunda verò sub
conditione, ibi, *deductis deducendis, & compensatis compensandis*, Rota *decis.* 232. *num* 5. *part.* 4.
recent. quæ quidem difformitas respicit ipsam sub- 4
stantiam, & efficit, vt non sit locus statuto, vt
in termini statuti de duabus conformibus aduertit Ronchegall. *in tract. de duobus reis in l* 7. *eod. tit. num* 4. vbi quod hoc est notabile in materia
conformitatis sententiarum, vt sciamus quando
appellandum sit, Barbat. *cons.* 10. *col.* 3. *lib* 1. quos,
& alios refert, & sequitur Asin *in praxi* §. 31. *cap.* 61. *n.* 1. & 5.

Nouum verò grauamen deductum fuit ex eo,
quod dicta sententia dat executionem dictis duabus præcedentibus cum clausula (*data cautione de restituendo si quid erit deducendum*) quod est
contra propriam formam, & substantiam dictarum sententiarum, in quarum prima supponitur
detractiones esse consumptas, & in secunda adest
conditio suspensiua executionis antequam fierent
detractiones, vt supra fuit ostensum; quoties
namque in subsequenti sententia adiicitur, vel 5
detrahitur aliquid substantiale, quod est diuersum, & non venit in consequentiam alterius præcedentis, tunc dicitur inductum nouum grauamen, vt in simili dixit Aym. *cons.* 103. *n.* 4. Rota *decis.* 100. *n.* 1. *part.* 1 *diuers.*

Quibus sic stantibus non visa fuerunt aduersari
ea, quæ mouebant minorem partem Dominorum
ad tenendum contrarium.

Nam primò, non aduersari dictum fuit,
quod tam prima, quàm secunda sententia concedat pariformiter immissionem Bologninis, reseruatis iuribus ad fauorem illorum de Palmeriis super detractionibus faciendis, & sic nulla inter
vtramque considerari possit difformitas circa sub- 6
stantiam, quod sufficit ad hoc, vt sententiæ dicantur inter se conformes, Glos *in Clem.* 1. *verb. dicuntur, de sent. & re iudic.* Duran. *decis.* 151. *num.* 1.

Quia in prima sententia non reseruantur iura
Palmeriis super detractionibus faciendis, sed potius reseruantur iura Bologninis super aliis bonis fideicommissariis non comprehensis in eadem
sententia, cum supposito, quod detractiones Palmeriis competentes fuerint consumptæ per alienationes factas, vt clarè deprehenditur ex illis
verbis, ibi. *Reseruamus iura talia qualia eisdem Bartholomeo, & Thaddeo fratribus competunt super aliis bonis, tam non alienatis in præsenti sententia non comprehensis, quàm alienatis vltra detractiones de iure debitas:* dum igitur Iudex reseruauit fideicommissariis ius super bonis alienatis vltra detractiones,
cogitauit aliquid esse alienatum vltra detractio-
oes, & sic detractiones fuisse factas, ponderan- 7
do dictionem illam (*vltra*) quæ regulariter est
inclusiua, *l si vltra C de fideicommiss.* Menoch. *de præsumpt. lib* 4. *præsumpt* 145 *num.* 4. Surd *decis.* 289. *num.* 9. & per consequens nullo modo dici potest,
quod talis sententia sit conformis secundæ, in qua
non supponitur detractiones fuisse consumptas, 8
sed esse faciendas, vnde clara resultat deformitas,

vt

vt fuit dictum in *Bononien. Saluiari interdicti* 15. *Nouembris* 1599 impress. post Pacif. *de Saluian. interdict. quæ est la* 80. *in ordine.*

Secundò, nec obstare, quod clausula illa (*deductis deducendis*) posita in secunda sententia intelligatur quatenus de iure sint faciendæ detractiones; quia ex hoc non excluditur, quin eadem sententia sit conditionalis, & requirat post se liquidationem an sit locus detractionibus, & pro qua summa, antequam executioni demandetur, vt benè ratiocinatur Peregrin. *de fideicommiss. art.* 50. *num.* 83. Surd. *cons.* 186. *num* 23. *& seqq* cum aliis allegatis per Fusar. *de substit. q.* 672. *n.* 16. *vers. istam distinctionem.*

Quod corroboratur ex eo, quod Rota Bononien. quæ protulit dictam secundam sententiam, in ea mandauit fieri calculum, & probationem, & quatenus constiterit non sufficere bona fideicommissi vniuersalis, detractiones fierent ex bonis fideicommissi particularis, & proindè in decisione desuper extensa declarauit voluisse pronunciare difformiter à primo iudice, nimirùm reformando eius sententiam puram in conditionalem, vt patet ex lectura decisionis datæ in præterito Summar. num. 7. ibi; *reformando tamen dictam sententiam in ea parte in qua supponit deductiones fuisse consumptas, verè enim non verificabatur consumptio detractionum licèt aliquæ alienationes probarentur, ideò fuit addita per nos clausula, deductis tamen deducendis*, adeò quod non intellexit, quod detractiones fierent prout de iure, sed quia agnouit de iure esse faciendas, adiecit conditionem suspensiuam per
10 ablatiuum absolutum; verba etenim sententiæ intelligenda sunt secundum mentem Iudicis proferentis, Bart. *in l. Iulianus* 60. *num.* 13. *ff. de condict. indebit.* Dec. *cons.* 43. *num.* 4. Rota *decis.* 392. *num.* 24. *part.* 5. *& decis.* 65. *num.* 9. *part.* 7. *recent.* & quod sen-
11 tentia declarationem recipiat à decisione, dixit Rota *in decis.* 327. *num.* 1. coram Buratto, vltra quod in eademmet sententia dicitur, quod prima sententia reformatur.

Tertiò, nec etiam obstare, quod idem secundus Iudex licet voluerit, quod fierent detractiones, declarauerit tamen nolle per earum liquidationem faciendam suspendi executionem suæ sententiæ; Quoniam ista declaratio visa fuit respicere tantum-
12 modò executionem circa bona fideicommissi particularis, & ideò non operari quoad bona fideicommissi vniuersalis, de quibus etiam nunc agitur vti diuersa, ad vulgat. *l. Papinianus exuls ff. de minor.*

Quartò nec releuare, quod detractiones præsumantur consumptæ, eò quod hæres non confecerit inuentarium, & plures fecerit alienationes; quia vt aliàs fuit responsum in præcedentibus decisionibus, hoc respicit iustitiam primæ sententiæ, in qua supponitur detractiones esse consumptas, sed non tollit difformitatem secundæ continentis clausulam suspensiuam (*deductis deducendis,*) pote-
13 rant bene fideicommissarij appellare ab hac secunda sententia ob huiusmodi nouum grauamen, Comit. *pract. quæst. cap.* 25 *num.* 6. Rota *decis.* 93. *num.* 1.
14 *part.* 1. *recent.* at appellatione non interposita, & omissa liquidatione eius, quod detrahi debebat, non poterant ad executionem deuenire, Rota *dicta decis.* 232. *num.* 5. *part.* 5. *recent.*

Quintò nec aliquid facere aliud præcipuum obiectum, nempe quod data difformitate inter duas priores sententias, non possit tamen negari, quin aliqua ipsarum sit conformis cum ter- 15
tia, quæ licèt sit executorialis, dicitur nihilominus facere numerum ad effectum rei iudicatæ ex conformitate sententiarum resultantis, vt fuit decisum in *Romana cambiorum* 26. *Martij* 1640. *coram Reuerendiss. P. D. meo Cerro*, & sic adhuc adsunt duæ conformes requisitæ ex dispositione Statuti.

Quoniam hæc tertia sententia executorialis detegitur incerta, dum mandat exequi duas priores, cùm non magis referri possit ad vnam quàm ad alteram, incertitudo autem excludit conformi- 16
tatem, vt dixit Rota *in decis.* 1. *coram Seraphino*, quinimò vtrique est difformis; quia dat executionem dictis sententiis (*data cautione de restituendo si quid erit deducendum*) & tamen in præcedentibus sententiis in vna supponitur detractiones fuisse iam consumptas, & in alia adest clausula suspensi- 17
ua (*deductis deducendis*) quæ quidem clausula operatur, vt non sit locus prædictæ cautioni, vt in puncto ex Castrens. *cons.* 270. *num.* 3. Put. *decis.* 471. *num.* 3. & ex aliis firmauit Rota *in decis.* 92. *num* 7. impress. per Modern. *de manutent.* quidquid sit vbi talis conditio non adest, & liquidatio requirit longum temporis spatium, in quibus terminis loquitur Fusar. *in dicta quæst.* 672. *num.* 18. cum aliis ibi
allegatis: & vlterius eadem sententia apparet erro- 18
nea, ac iniusta, dum dat executionem duabus conformibus, quæ reuera non adsunt, vt suprà fuit ostensum, & propterea non potest facere numerum, ad text. *in l.* 4. §. *condemnatum ff. de re iudic.* Vitalin *in Clem.* 1. *num.* 109. *eod. tit.* & in terminis statuti Bononiæ fuit dictum in *Bononien. prædij* 3. *Decembris* 1636. coram Reuerendiss. P. D. Ghisilerio, quæ est *decis.* 179 *num.* 1. *part.* 7. *recent.*

Vltima sententia, seu mandatum de exequen- 19
do Eminentissimi D. Legati, vti lata post appellationem interpositam à dicta tertia sententia dicitur attentata, *tot. tit. ff. & C. nil innouan. appellat. pendent. cap. non solùm de appellat in* 6. Burat. *decis.* 134. *num.* 1. & ideò non fuit habita in consideratione.

Denique nec obesse visum fuit, quod in possessorio adipiscendo non detur appellatio, & sic vigore primæ sententiæ potuerit fieri executio non reuocanda per viam attentatorum, & manutentionis, sed via ordinaria, quia contrarium pluries
resolutum fuit in hoc tribunali stante statuto Bo- 20
nonien. quo cauetur in quolibet possessorio licere semel tantùm appellare, vt fuit dictum in *decis.* 220. *coram Buratto*, & plenè fuit deductum in *Romana bonorum* 18. *Februarij* 1539. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in alia *Bononien. bonorum* 4. *Maij eiusdem anni* coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi respondetur contrariis, & allegantur concordantes.

Ex quibus vtraque parte informante responsum fuit standum esse in decisis pro maiori parte Dominorum &c.

Tudertina Societatis.

Lunæ 17. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Societas mercium inter fratres eadem provt debet non probatâ excluditur, sententiáque absolutoria ad fauorem alterius lata Iure merito confirmatur.

Vide suprà Decis.194.

SVMMARIVM.

1 *Societatem commercij prætendentes eandem tanquam fundamentum intentionis suæ probare tenentur.*

2 *Actore non probante Reus per diffinitiuam absolui debet.*

3 *Communio bonorum patrimonialium aliorum bonorum propria industria ab altero ex fratribus quæsitorum communionem non probat.*

4 *Origo negotij à redditibus patrimonialibus excluditur, filio post mortem Patris pro famulo ob paupertatem inseruire coacto.*

5 *Pretium bonorum ab ipsis fratribus communiter receptum vnumquemque suam habuisse ratam supponit.*

6 *Pecunias aliquem in seruitio negotij pro virili erogasse cum sit quid facti non præsumitur nisi probetur.*

7 *Societatis præsumptio excluditur nisi de ea per tales actus appareat qui citra ius & nomen societatis fieri non possunt.*

8 *Census super bonis communibus citra inclusionem societatis imponi possunt, quia super portione imponentis impositi censentur.*

9 *Actus æquiuoci inter fratres facti communionem non concludunt.*

10 *Testis non reddens concludenter rationem dicti fidem non meretur.*

11 *Testis de credulitate & proprio iudicio deponens non releuat.*

12 *Testes informiter examinati in consideratione non sunt habendi.*

13 *Confessio propria partis cum sit verisimilis & adminiculata, optimam causam scientiæ reddendo præiudicat ei, cui forsan aliàs haudquaquam præiudicaret.*

DECISIO CCXII.

Non acquiescentibus Ferrantibus decisioni emissæ altera tantùm parte informante sub die 1. Iulij anni præteriti, qua firmatum fuerat sententiam Rotalem latam ad fauorem Cosmi super exclusione societatis mercium de quibus agitur esse confirmandam, repropofuit denuò causam super eisdem, & Domini vnanimiter vtraque parte informante, standum esse in decisis responderunt, moti ex eisdem rationibus in decisione ponderatis, non obstantibus iis, quæ rursus pro parte dd. de Ferrantibus repetebantur, ad probandam prætensam societatem: vnde docebatur constare de iniustitia dictæ sententiæ, quia omnia sublata fuerunt in præcedentibus decisionibus factis coram Reuerendiss. D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano sub diebus 21. Iunij 1638. & Aprilis 1639.

Agunt enim ipsi Ferrantes vti hæredes Lucretiæ Donatariæ Pacini contra Cosmum eiusdem Pacini fratrem, pro consequenda medietate mercium, de quibus agitur, sub prætextu quod ambo fratres socialiter rationem fundacariam exercuerint, & tamen hanc prætensam societatem non probarunt provt debent tanquam fundamentum eorum intentionis, iuxta tritam regulam, de qua Fulgos. *in l. 1. ff. de probat.* Decian. *respons.* 18. *num.* 10. *& seq. lib.* 4. Cephal. *cons.* 247. *num.* 10. *lib.* 2. cum aliis relatis per Giurb. ad consuetudinem Messanorum *cap.* 16. *gloss.* 4. *num.* 2. Et ideo iure merito fuit responsum sententiam absolutoriam ad fauorem Cosmi esse confirmandam. Quia, Actore non probante Reus debet per diffinitiuam absolui, *vulgar. l. qui accusare, C. de eden.* Decian. *de probat. cap.* 67. *num.* 1. *&* 2. 1 2

Nec sufficit dicere quod isti fratres nunquam distribuerint bona patrimonialia, & semper vixerint ad vnum panem, & vnum vinum. Quia da a communione bonorum patrimonialium, non inde sequitur probata communio aliorum bonorum quæsitorum propria industria ab altero ex fratribus, *l. ex parte* 40. *§. si filius, ff fam. ercis.* & *l si fratres* 80. *ff pro socio.* Felician. *de societ. cap.* 1 *num.* 9. Paris. *cons.* 84. *num.* 16 *lib* 5. cum aliis cumulatis in prima decisione *sub §. nec præfatis*, vbi vlterius subiungitur oegocium mercium non potuisse originem trahere ex redditibus bonorum patrimonialium. Quia testes deponunt dd. redditus non ascendisse ad sex salmas annuas frumenti, & septem musti, non sufficientes pro alimentis numerosæ familiæ, itavt Cosmus statim Patre defuncto ob paupertatem coactus fuerit in alieno fundaco pro famulo inseruire, vnde excluditur origo negotij à redditibus patrimonialibus, ex traditis in proposito per Paris. *cons.* 100. *num.* 19. *lib..* & per Gratian. *disceptatione* 714. *num.* 9. 3 4

Provt non subsistit, quod quatenus dictum negotium non prouenerit ex redditibus bonorum patrimonialium, fuerit saltem auctum ex pretio eorundem bonorum communiter à dd. fratribus venditorum. Quia exceptis scutis 150. ex quibus Cosmus, & Pacinus aliam domum emerunt pariter communi nomine, apparet ex eisdem Instrumentis venditionum pretium dd. bonorum fuisse ab ipsis fratribus communiter receptum, & sic vnumquemque habuisse suam ratam, Curt. Sen. *cons.* 54. *num.* 2. Remin. *cons.* 462. *num.* 29. Boer. *decis.* 23. *num.* 10. Surd. *decis.* 47. *num.* 4. & consequenter cessat præsumptio versionis pretij in augmentum mercium, dum ex aduerso non docetur etiam Pacinum pecunias à se, vt suprà pro sua rata receptas similiter pro virili erogasse in seruitio dicti negotij, quod non præsumitur nisi probetur, cùm sit quid facti, *l. in bello*, 6. *facta, ff. de capt. & postlim. reuers.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 54. 5 6

Nec valet replicatio, quod pecuniæ præsumantur receptæ à Cosmo tanquam natu maiore, ab

ab eoque erogatæ in augmentum negotij, quia contrarium liquet ex prædictis instrumentis, in quibus pretium dicitur receptum ab vtroque fratre, & sic intrat præsumptio, quod vnusquisque suam partem receperit; & licet adempta rata scut. 150. erogata in emptionem domus, non apparet in quam causam fuerit erogatum residuum, non ideo necessariò sequitur, quod illud fuerit erogatum in augmentum negotij, dum dictum residuum potuit inseruire pro alimentis, pro accincio, aliisque expensis factis in monachatione diuersarum sororum, ac etiam potuit inseruire pro supplemento dotis promissæ à patre in casu, quo bona eisdem sororibus relicta per q Alteliam non sufficerent pro dote scut. 500. provt eorum Pater & post illius obitum Cosmus frater accedendo obligationi paternæ supplere promiserat, vt ex instrumento dato *in summ eorundem de Ferrantibus num.* 8. quæ omnia reddunt æquiuocam præsumptionem versionis pecuniarum in negocium, & consequen-
7 ter excludunt societatem, cum de ea debeat apparere per tales actus, qui citra ius & nomen societatis fieri nequiuerint, ex allegatis per Surd. *cons.* 441. *num* 9. *& decis.* 267. *num.* 6. *vers. hinc dicimus*, & fuit firmatum in præcedentibus decisionibus.

Ea, quæ dicebantur de impositionibus censuum factis per Cosmum super bonis communibus, nihil conferunt ad probandam societatem mercium,
8 sed potius retorquentur, quia census fuerint impositi ab ipso Cosmo nomine proprio, & cum propriis pecuniis eiusdem fuerunt extincti, provt fieri potuit citrà inclusionem societatis, etiamsi fuerint impositi super bonis communibus, quia censentur impositi super portione imponentis, Cene. *de censibus part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 7. *num.* 7. 9. *&* 10. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 72. *num.* 1. *& seq.* Rota coram S. mem. Gregor. XV. *in decis.* 125. *n.* 1. *&* 2. ibique Adden. *n.* 16.

Nec obstant testes pro eisdem Ferrantibus examinati, quia in quantum deponunt de actibus gestis à Pacino in apotheca, præstando operas suas in emendo, & vendendo, quia concordant partitæ librorum scriptæ à Cosmo, in quibus adnotauit res venditas à Pacino & pretij exactionem factam ab eodem Pacino, vt *in dicto summario num.* 3. per quam annotationem censetur approbasse ven-
9 ditiones, & pretij exactiones, non concludunt communionem, quia isti actus sunt æquiuoci, cùm potuerint ab illo fieri iure familiaritatis tanquam à fratre seu iuuene retento in apotheca, Surd. *d. cons.* 441. *num.* 9. *&* 10. Gratian. *discept* 336. *num.* 23. *& seq.* & fuit quoque ponderatum in prima decisione *sub* §. *Et quamuis.*

In quantum verò deponunt super dominio mercium minus afficiunt, quia duo tantùm ex legitimè examinatis, loquuntur de dominio, quorum primus iuxta 8. dicit. *Erano tenute ambo due per padroni in quanto erano fratelli*, & sic dum non reddit
10 concludenter rationem dicti, fidem non meretur, Menoch. *de arbitr. quæst.* 15. *num.* 3. Rot. *decis.* 188. *n.* 2. *part.* 6. *decis* 66. *num.* 6 *part* 7 *recent* Secundus verò asserit; *& io teneuo detto Pacino stando con suo fratello per tale che facesse in Bottega quell' essercicio come Padrone, & appresso di me era tenuto per tale*, & pro-
11 pterea vti deponens de credulitate, & proprio iudicio nihil releuat, Paris. *cons* 56. *n.* 14. *lib.* 2. Alex. *cons.*
12 74. *num* 5. *lib*... Caualer *decis.* 375. *num.* 4. Alij autem testes tamquam informiter examinati non sunt habendi in consideratione.

Repetito obiecto desumpto ex epistola Cosmi scripta eidem Pacino vt adiret Pompeium Bonaiutum pro implorando auxilio pro vtroque fratre ad effectum vendendi capitale, satisfaciunt responsiones datæ in omnibus decisionibus, cum quibus Domini transierunt.

Et quatenus ex omnibus prædictis resultaret aliquod indicium seu præsumptio societatis, totaliter elideretur ex propria confessione iurata ipsius Pacini, emissa in publico Instrumento pro exoneratione suæ conscientiæ, declarando capitale mercium quod Cosmus retinebat, fuisse per ipsum acquisitum propriis laboribus & industria, absque quod ab initio mercaturæ, neque postea ipse Pacinus aliquid impendere, vel erogare potuerit ex pecuniis & bonis inter ipsos fratres communibus;
quæ quidem confessio cùm sit verisimilis, & adminiculata ex depositionibus testium asserentium 13
Cosmum semper fuisse Dominum absolutum negotij mercium, & Pacinum eius fratrem nullum in dicto negocio habuisse interesse, reddendo optimam causam scientiæ, præiudicat ei, cui forsan aliàs non præiudicaret, Paris. *cons.* 58. *num.* 11. 12. *&* 13. *lib.* 5. Crauett. *cons.* 102. *num.* 4. Rot *decis.* 362. *n.* 8. *in fin. part. recent.* cum aliis allegatis in prima decisione, vbi aliæ plures vrgentissimæ cumulantur coniecturæ, confessionem prædictam comprobantes.

Quod eò facilius venit hîc admittendum, cùm probationes Cosmi dirigantur dumtaxat ad offuscandas probationes Actoris, & sic eidem tamquam Reo, & possessori, sufficit aliquod etiam minus concludens deducere ad inturbandam probationem Actoris; adeò vt illa non dicatur plena & concludens iuxta distinctionem relatam per Surd. *in cons.* 105. *n.* 6. *vers. nec dicatur*, & sequuta est Rota *in Augustana decimarum* 27. *Iunij* 1639. *coram R. P. D. Bichio.*

Et ita vtraque &c.

Romana Successionis.

Vener. 28. Martij 1642.

A R G V M E N T V M.

Soror maritata & dotata nisi dotem habitam conferat, vel alij sorori in Capillo existenti eandem ex bonis hæreditariis dotem permittat, cum eadem fratri mortuo ab intestato succedere non potest.

S V M M A R I V M.

1 *Soror si cum aliis quæ similem non habuerunt dotem in successione vult communicare, dotem habitam conferre debet*

2 *Collatio regulariter inter collaterales locum non habet; limitatur,* ibid.

3 *Sororem dotatam habere paragium præcipuum in damnum aliarum sororum iniquum censetur.*

4 *Sorores rei emphyteuticæ renouationem ab alia sorore infra annum non petentes, eo ipso huiusmodi actione priuatæ manent.*

DECISIO CCXIII.

Arcvs Antonius Rotolantes in suo, cum quo decessit testamento reliqoit Helenæ, Hortensiæ, & Dorotheæ filiabus dotes congruas iuxta vires facultatum suarum, quibus voluit esse contentas, in reliquis autem bonis hæredes vniuersales instituit Vincentium, Petrum & Gregorium filios masculos, quibus adhuc viuentibus Helena ingressa fuit monasterium Sanctæ Mariæ in Campo Martio, assumpto nomine Teclæ, ac recepta dote eidem monasterio competente Hortensia verò in seculo nupta, dotata fuit à fratribus in scutis quatuor mille, præuia renunciatione ad eorundem fratrum fauorem facta omnium bonorum paternorum, maternorum, fraternorum, & Antonium, tam ex testamento, quam ab intestato. Deinde obierunt omnes masculi intestati, superstite Dorothea, quæ post aditam hæreditatem Vincentij fratris vltimi defuncti, assignando omnia bona in dotem nupsit Fabritio Piegnano, contra quem insurrexerunt Moniales ex persona Sororis Teclæ, & Hortensia altera Soror petentes coram A. C. remedio quorum bonorum immissionem in possessionem bonorum hæreditariorum dicti Vincentij pro duabus ex tribus partibus. Et quia partes obtinuerunt à Sanctissimo rescriptum, vt causa terminetur cum voto Rotæ appellatione remota, proposui dubium, An sit danda immissio petita, & Domini negatiuè quoad Hortensiam responderunt, quo verò ad monasterium dixerunt, vt postea particulariter videantur.

Ratio autem fundamentalis huius resolutionis fuit, quia constat quod valor hæreditatis Antonij communis Patris vix ascendebat ad scuta 13000. iuxta calculum factum per informantes pro dicta Hortensia; vnde sequitur, quod dum ipsa habuit scuta 4000. in dotem ex dicta hæreditate, & non appareat post obitum dicti Vincentij superfuisse bona excedentia valorem scut. 8000. æquum non
1 est, quod illa dictam dotem consequatur, & vltro æqualiter cum aliis duabus Sororibus, quæ similem dotem non habuerunt, succedat, sed debet dotem habitam conferre, si vult in successione communicare, vt fuit seruatum *in Fulginaten. reintegrationis 10. Decembris 1618. coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio Iuniori*, & faciunt allegati per Modern Pisansen. *de imput q.* a 3. *num.* 6. quamvis enim
2 collatio regulariter locum non habeat inter collaterales, vt *in l. emancipati cum concordantibus C. de collation.* hoc autem limitatur quando, provt hîc, Soror maritata & dotata vult succedere cum Sorore existente in Capillo fratri mortuo ab intestato, nam tunc Soror maritata tenetur dotem conferre vel permittere, vt eius Soror in Capillo capiat eandem dotem in bonis per fratrem relictis, & postea æqualiter diuidere residuum, vt in puncto extat decisio Afflict. *la* 161. *num.* 2. cum aliis ibidem ad propositum cumulatis per Vrsillum *sub num.* 1. *& seqq.* sequitur Molfes. *de success. part.* 4. *quæst.* 21. *num.* 5. & *in addit. num.* 6. vbi allegat Loter. *in consuetudine si aliquis moriens, in additione incipiente, iuxta etiam istam glossam*, & reddit rationem, quia esset
3 iniquum vt Soror dotata haberet paragium præcipuum in damnum aliarum Sororum, atque ita fuisse iudicatum in Sacro Concilio.

Nec ad computum dotis dictæ Dorotheæ est calculanda mola emphyteutica, quia eius inuestitura expirauit per mortem d. Vincentij, & fuit reacquisita per ipsam Dorotheam, mediante renouatione obtenta nomine proprio ab Ecclesia Domina directa, quod sibi facere licuit, etiam in præiudicium aliarum Sororum. Nam etsi ipsæ quoque insi-
mul concurrere potuissent in petitione renouationis, vt contra sententiam Caldatij fuit magistraliter resolutum, *in Imolen. bonorum* 22. *Aprilis* 1619. *coram bon. mem. Coccino*, nihilominus, quia eam non petierunt infra annum, priuatæ remanserunt huiusmodi actione, vt tradunt Iason *in l. petens num.* 10. *C. de pact.* Ruin. *cons.* 213. *n.* 9. *lib.* 2. Caldas. *de renouat. emphyt quæst.* 5. *num.* 11. & alij plures allegati per informantes. 4

Et ita vtraque, &c.

Narnien. Canonicatus.

Ven. 28. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

An ad capiendam possessionem Canonicatus in Collegiata actus Capitularis requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Possessio Canonicatus in Collegiata capitulariter capi debet.*
2 *Actus Capitularis ad effectum capiendi possessionem Canonicatus in Collegiata non requiritur.*
3 *Capitulum etiam in vno Canonico repræsentari potest.*
4 *Possessio renuentibus Canonicis quoquomodo capi potest, & est manutenibilis.*
5 *Resignatio ad fauorem alterius contra formam decreti facta an sit nulla.*
6 *Capitulum non potest se opponere possessioni alterius sub prætextu quod litteræ Apostolicæ iustificatæ non fuerint.*
7 *Mentio litis in literis resignationis non est necessaria ad effectum Canonicatu aliquem priuandi.*
8 *Statutum vti non confirmatum à Sede Apostolica dum repugnat Iuri communi non est attendendum.*
9 *Ætas 14. annorum vt admittatur aliquis Canonicus de iure communi in Ecclesiis Collegiatis sufficit.*

DECISIO CCXIV.

N decisione in hac causa emanata sub die 11. Decembris 1641. resolutum fuerat Ioanni Diecio denegandam esse manutentionem ex duplici fundamento. Primò, quia possessio non fuit Capitulariter capta; altero & secundo, quia Capitulum habuit iustam causam denegandi traditionem possessionis. Sed concessa desuper noua audientia, hodie dixerunt Domini recedendum esse à decisis, quia neutrum ex prædictis duobus fundamentis subsistere visum fuit.

Non primum, quia licet vera sit conclusio, quod 1
possessio

possessio Canonicatus in Collegiata debeat capitulariter capi, ex doctrina Innocent. & aliorum *in cap. de mandato executoris Apostolici*, vt fuit dictum *in Meten. Canonicatus 4. Iulij 16 8. coram bon. mem.*
2 *Pironano*: Attamen ad hunc effectum non requiritur actus Capitularis, id est quod Capitulum fuerit legitimè conuocatum, vt in terminis ita distinguendo firmant Ancharan. *num.* 1. Lap. *num.* 2. & Gemin. *num.* 8. *in cap cum in Ecclesiis de prabend in 6.* sed sufficit, quod possessio tradita sit à Canonicis nomine Capituli & Capitulum repræsentantibus, vt dixit in punct. Buratt. *decis.* 522. *num.* 11. vbi sic declaratur dicta decisio Meten. coram Pironano.

Vnde cùm ex tribus Canonicis, qui interuenire poterant, duo reperti in foribus Ecclesiæ, licet requisiti possessionem tradere recusauerint, vt probatur ex publico instrumento, bene potuit alter
3 possessionem tradere, provt effectualiter tradidit, quia etiam in vno Canonico potest Capitulum repræsentari in his casibus, ex allegat. per Rotam *in decis.* 283. *per tot.* coram Puteo *lib.* 3. *in correct.* facit text. *in l. sicut 7. §. in decurionibus, ff quod cuiusque vniuersitatis*, Gloss. & DD. *in cap. Gratum de postulat. prælat.* Seraph. *decis.* 1050. *num.* 5. & fuit dictum *in Coloricen. Canonicatus Sancta Vrsula 27. Ianuarij 1627. coram Eminentissimo D. Cardinali Vbaldo*, imò
4 si omnes recusassent, adhuc possessio poterat quoquo modo capi, & erat manutenibilis, Anchar. *in cap. vbi Capitulum de concession. prabend. lib. 6. n.* 1. Rot. *decis. 97. n. 23 p. 5 recent.*

Nec minus subsistit secundum; quia Capitulum nullam habuit iustam causam denegandi traditionem possessionis, licet illa desumeretur ex triplici capite in decisione præcedenti.

Nam primò pro iusta causa allegari nequit, quod
5 resignatio facta ad fauorem d. Ioannis sit nulla, vti facta per Laurentium prouisum Apostolicum infrà triennium, contra formam decreti in eius prouisione appositi; quia hoc respicit potius interesse Datariæ, & prouisionem ipsam, quàm interesse Capituli, & propterea suffragari non potest ad effectum impediendi traditionem possessionis petitam in executionem literarum Apostolicarum, quidquid sit quando agitur in petitorio, vel causa allegata respicit interesse particulare ipsius Capituli, vt bene distinguit Rota *in decis.* 55. *num.* 4. & 5. coram Durano inter eius impress. & *in decis.* 221. *num.* 3. & 4. coram Papa Gregor. XV. vbi Adden. *lit. B.* & in specie, quod Capitulum non possit se oppo-
6 nere, sub prætextu, quod literæ Apostolicæ non fuerint iustificatæ, sed tantùm quãdo apparet de statuto requirente aliquam qualitatem in persona promouenda ad Canonicatum, decisum fuit *in Meleuitana Coadiutoria 29. Nouembris 1624. coram Reuerendissimo D. meo Merlino Decano*, vbi ad id allegatur alia *decisio Pacen. puritatis sanguinis 11. Decembris 1609. coram ManZanedo*, & dicitur reuocata contraria decisio, quæ allegari poterat, coram Blanchetto.

Secundò, nec iusta causa desumi potest ex eo,
7 quod in literis d. resignationis non fuerit facta mentio litis, quæ pendebat inter Capitulum, & Laurentium resignantem; quia cùm Capitulum ageret ad priuationem Canonicatus contra Laurentium, eo quod infra annum non curauerat promoueri ad sacerdotium, Canonicatus non fuerat effectus litigiosus, iam lis non erat super Canonicatu, sed super priuatione, vt ex adnotat. per Glos. *in cap. si hi contra quos vt lite pendent. in 6.* dixit Rota *in decis.* 485. *num.* 1. coram Puteo *lib.* 2. *in correct.* Paris. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 16. & late fuit firmatum *in Romana Capellania 15. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Coccino*, & per consequens mentio litis non fuit necessaria, *cap.* 2. vbi Gloss. *verb. finita vt lite pendent. lib. 6. Clem. 1. de sequestr. possess.*

Tertiò & denique iusta causa nec deduci potest ex eo, quod in supplicatione resignationis fuerit falsò narratum, huiusmodi Canonicatum nullum habere ordinem sacrum annexum, cùm tamen contrarium constet ex statuto Ecclesiæ, quo cauetur, vt Canonicus non admittatur nisi sit Sacerdos, vel eius ætatis, vt infrà annum possit ad sacerdotium promoueri, quia tale statutum, quate- 8
nus esset in forma probanti non est attendendum, vti non confirmatum a Sede Apostolica provt requiritur dum repugnat iuri communi, Oltradus *cons.* 259. Federic. de Sen. *cons.* 17. *per tot.* Alex.
cons. 106. *num.* 2. *lib.* 1. de iure enim communi suf- 9
ficit in Ecclesiis Collegiatis ætas 14. annorum, Azor. *institut. moral. cap.* 5. *quæst* 6. *num.* 6. Garz. *de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 59. quidquid sit in Cathedralibus de quibus loquitur Concil. Tridentinum, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss* 5. *num.* 29. & declarauit Sacra Congregatio Eminentiss. S. Concilij interpretum, vt refert Barbos. *de potestat. Episcop allegat.* 60. *num.* 72.

Aliud verò statutum allegatum in die decisionis visum fuit Dominis non esse habendum in consideratione, quia est alterius Ecclesiæ, & propterea comprehendere nequit casum nostrum.

Et ita vtraque, &c.

Placentina Canonicatus.

Lunæ 31. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem Canonicatus ad fauorem prouisi Apostolici stantibus tribus requisitis ad hunc effectum necessariis passim & iure merito est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus vt obtineat Canonicatum, Patronum esse de familia effectiua vocata à fundatore cum qualitate hereditaria per gradus distinctos probare tenetur.*
2 *Verba* masculis & legitimis ac de cognatione, *&c. ad solos heredes & successores masculos qui sunt de familia restricta censentur.*
3 *Voluntas præcedens ex factis subsecutis declaratur.*
4 *Heres heredis dicitur heres fundatoris.*
5 *Cognomen idem habens eiusdem familiæ præsumitur.*
6 *Probatio obscura & æquiuoca non suffragatur.*
7 *Iuspatronatus existentia stante, an onus probandi deficientiam lineæ familiæ effectiuæ Actori pro fundanda sua intentione incumbat.*
8 *Reus in sua exceptione regulariter est Actor.*
9 *Testamenta ad probandum Iuspatronatus adducta cùm non sint in actis idem est ac si extra mundum essent.*

10 *Testa*

10 *Testamentum quando est sumptum sumpti fidem non meretur.*

11 *Prouisio hominis ad certas personas limitata prouisionem legis pro hæredibus extraneis excludit.*

12 *Iuspatronatus cum fideicommisso regulariter non transit, sed penes hæredem grauatum remanet.*

13 *Possessio antecessorum ad hæredes absque noua apprehensione non transfertur.*

DECISIO CCXV.

ESOLVTVM fuerat in hac caosa sub die 2. Decembris superioris anni coram Reuerendissimo D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano, sententiam executoris Apostolici ad fauorem Antonij Iuliani latam esse confirmandam, vt in decisione tunc extensa; sed quia Ioannes Baptista Calestanus aduersarius prædictæ tesolutioni acquiescere noluit, proposui denuo causam super eisdem vti subrogatos in locum d. D. Patriarchæ absentis, & Domini standum esse in decisis responderunt, moti ex rationibus in dicta decisione ponderatis.

In ea enim iure merito firmatur Institia dictæ sententiæ, concedentis immissionem in possessionem Canonicatus de quo agitur ad fauorem d. Iuliani prouisi Apostolici, vti de reseruato cum subrogatione gratiosa, ad ius & possessionem Antonij Legij vltimi possessoris, quia fuerunt concludenter probata tria requisita necessaria, nempe clericatus ipsius Iuliani, possessio Legij defuncti, & reseruatio Canonicatus vacati de mense Decembris, quibus stantibus passim conceditur immissio, vt Rota millies censuit, & signanter fuit dictum *in Valentina Decanatus & Canonicatus sub die 5. Iunij 1637. coram bon.mem. Coccino*, & in eadem sub die 29.Nouemb.1638.coram me.

Non obstat exceptio Iurispatronatus pro Calestano allegata, quia licet dentur literæ Papæ Iulij II. emanatæ super erectione huius Canonicatus, in quibus ius præsentandi Canonicum reseruatur Episcopo Boien. fundatori, & post eius obitum pro Philippo fratre, & post eorum obitum pro hæredibus, & successoribus masculis, & legitimis, ac de familia & cognatione illorum de Bargarottis dumtaxat: Attamen Calestanus præsentatus ab Antonio Maria prætenso Patrono nón potest Ca- 1 nonicatum obtinere, dum non probauit d. Antonium Mariam esse de familia effectiua vocata à fundatore cum qualitate hæreditaria, prout requiritur in patronatu mixto, Card. *in Clem 2. quæst. 7. de iurepatr.* Ahb. *in cap. 1. eodem tit.* Couarruu. *variar resolut. lib. 2. cap. 18. num. 7.* & quidem per gradus distinctos, iuxta text *in cap. licet ex quadam*, ibi; *singulos gradus, de testibus*, Bald. post Innoc. *in cap. series num. 1. & 3. eod. tit.* Dec. *cons. 321. n. 6. & 7.* Mantic. *decis. 88. n. 1. & 2.*

Absque quod aduertentur verba illa, *pro hæredibus & successoribus*; quia in præsenti intelligenda sunt de hæredibus, & successoribus sanguinis, tum 2 quia statim subsequuntur immediatè verba, *Masculis & legitimis, ac de cognatione, &c.* quæ qualificant dictam vocationem hæredum ac successorum, itavt censeantur tantum vocati hæredes masculi, qui sint de familia, vt ex Mantic. *de coniect. vltim. volunt. 668. tit. 14. num 15.* Patis *cons. 55. num. 9 lib. 2.* Gabriel *de verbor. signif. concl. 3. num. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 32. num. 45.* & ex aliis tenuit Rota in terminis reseruationis Iurispatronatus *in decis. 290. num. 5. part. 4. recent.* tum etiam quia in præcedentibus literis Papæ Alexandri VI. reseruatum fuerat Iuspatronatus pro filiis hæredibus, & successoribus masculis, sicut narratur in postremis literis Iulij II. *summario præteritæ positionis num. 1.* & idem exprimitur in sententia executoris earundem literarum Iulij II. ibi; *Baptistæ Episcopo & eo vita functo Philippo Bargarotto laico fratri germano, pro se suisque filiis hæredibus, & successoribus masculis & legitimis, ac de cognatione, & familia de Bargarottis dumtaxat*; quæ quidem sententia inseruit saltem pro declaratione, quod Iulius II. in suis literis intellexerit de hæredibus, & successoribus, qui essent filij & descendentes, maximè cùm fuerit acceptata à Patronis, qui eius vigore præsentarunt, voluntas enim præcedens declaratur ex factis sub- 3 secutis, ad *l. si de interpretatione, ff. de legibus, l. aut facta, §. euentus, ff. de pœn.* Rota coram Mantic *in decis. 313. num. 7. & inter recent. decis. 419. num. 6. part. 1.*

Nec releuat quod Iulius II. post reseruationem Iurispatronatus factam pro Episcopo & Philippo dixerit in numero plurali ibi; *& post eorum obitum ad eorum hæredes & successores; &c.* quasi quod comprehendere voluerit etiam hæredes extraneos Episcopi, de eadem tamen familia contensina de Bargarottis; quia cùm iam antecedenter dispositum fuisset quod post mortem Episcopi Iuspatronatus spectaret ad Philippum, subsequens dispositio collata in euentum mortis Philippi pro hæredibus nullo modo potest referri ad Episcopum, maximè cùm ex tenore sententiæ executoris literarum dicti Iulij II. supra relato declaretur, quod dicta dispositio loquitur de filiis, quos certè Episcopus licitè habere nequibat; & propterea potius dicendum est Papam censisse de descendentibus Philippi, qui me- 4 diatè erant hæredes etiam Episcopi. Nam hæres hæredis dicitur hæres fundatoris, ad *l. fin C. de hæred. institu.* Gratian. *discept. forens. cap. 104. num. 1.* Buratt. *decis. 279. num. 1.* Rota *decis. 363. num. 9. p. 5. recent.*

5 Nec obstat quod Antonius sit eiusdem cognominis de Bargarottis, & de eadem Ciuitate, & sic præsumatur eiusdem familiæ, ex allegatis per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. num. 48.* quia non inde sequitur quod sit descendens de familia effectiua Philippi vocata per fundatorem, cùm possit originem trahere ab alio stipite, vt ponderat Peregrin. *de fideicommiss. art. 2. num. 31.* & in terminis Iurispatronatus dixit Rota *in decis. 74. num. 9.* & *decis. 75. num. 5.* apud Vitian. *post tractat. de Iurepatr.* 6 probatio etenim, quæ est obscura, & æquiuoca non suffragatur, *cap. in præsentia de probat. l. non hoc, C. vnde legitim & cognat.*

Quæ responsio non tollitur ex replicatione facta 7 pro Calestano, scilicet, quod stante existentia Iurispatronatus, onus probandi deficientiam lineæ familiæ effectiuæ Iuliano Actori pro fundanda sua intentione incumbit, vt de Rectore agente ad deuolutionem ob lineam finitam ait Rota coram Seraphin. *in decis. 1458.* & coram Caualer. *in decis. 344. num. 5.* quia hoc procederet si Iulianus se fundaret in deficientia lineæ, prout se fundabat Rector Ecclesiæ in casibus dd. decisionum, sed ipse se fundat in vacatione sequuta per obitum Legij in mense reseruato Sedi Apostolicæ, Calestanus verò ad excludendam hanc reseruationem allegat Iuspatronat. & se esse præsentatum à Patrono, & ideò ipse tenetur

netur docere, quod Iuspatronatus pertineat ad suum
authorem, vt dixit Rota *in decis.781.num.3.post.med. part.1.* & *in decis.756. num.1. part.2. recent.* & fuit
dictum *in Gerunden. beneficij 30 Aprilis 1640. coram*
Reuerendiss. P. D. meo Roxas, & regulariter Reus
8 in sua exceptione dicitur Actor, qui propterea de-
bet illam concludenter probare, dum prout hîc
Actor plenè fundauit suam intentionem, iuxta di-
stinctionem relatam per Surd. *in cons. 505. num. 6.*
& secuta est Rota *in Augustana decimarum 27. Iu-*
nij 1639. coram R. P. D. meo Bichio.

Atque hinc paret nihil releuare quod Author
Calestani probetur filius Marsilij filij & hæredis
Antonij Mariæ, filij & hæredis Alexandri hæredis
extranei Antonij nepotis dicti Philippi fratris Epi-
9 scopi fundatoris, quia vltra quod duo testamenta
ad hoc probandum adducta non sunt in actis, &
sic perinde est ac si essent extra mundum, Castrens.
in l.aie Prator §.si Index vers. & pro hoc ff.de re iudic.
Adden. ad Gregor. XV. *in decis.224. num.6.* & al-
10 terum ipsorum est sumptum sumpti, quod propter-
ea fidem non meretur, *l. Sancimus C. de diuers. re-*
script DD. in cap.1. de fid. instrument. & *in Auth. si*
quis in aliquo C. de edend. nec in eis probatur con-
cludenter descendentia legitima cum qualitate hæ-
reditaria per gradus distinctos prout requiritur,
adhuc non suffragaretur, cùm deberet docere se
esse hæredem, & descendentem de linea effectiua
vocata à fundatore, non autem esse hæredem, &
descendentem hæredis extranei qualis fuit Ale-
xander, in quem transire non potuit Iuspatrona-
tus reseruatum pro familia effectiua Philippi cum
taxatiua *(dumtaxat)* tunc enim cessat consilium 81.
Anchartani aliàs communiter receptum, quia pro-
11 uisio hominis limitata ad certas personas excludit
prouisionem legis pro hæredibus extraneis, Lam-
bertin. *de Iurepatron. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 6.*
num 8. Rot. *decis 785. num.14. part.1. diuers.* & in-
ter impress. apud Vitian. post *tract. de Iurepatron.*
decis. 12. num.1. cum aliis allegat. *in dicta decisione*
D. Patriarcha Panzirols sub §. neque refragatur, vti
subsequenter benè comprobatur dictam taxatiuam
cadere super descendentibus, & declarantur verba
illa *pro cognatione, & familia*, id est, quod stent
declaratiue pro excludendis masculis natis ex fœ-
minis Philippi. qui aliàs venirent appellatione fi-
liorum, seu descendentium masculorum, per text.
in §.1. Authen de hared.venien.ab intest. Rot *dec.463.*
n.8. p 1 recent.

Prætereà animaduertebat vnus ex Dominis, quod
Author Calestani fundat intentionem suam in
prætenso testamento Antonij Mariæ, in quo ipse
non vocatur ad hæreditatem de directo, sed per
fideicommissum, & ideò eo minus probatur perti-
12 nentia Iurispatronatus, quia illud regulariter non
transit cum fideicommisso, sed remanet penès hæ-
redem grauatum, vt ex textu *in l. quia perindè, §.*
restituta, ff ad Trebell. tradit ibi Bart. quem repro-
bando contrariam sententiam Romani *in l. Titius*
num. 5. ff. eod. sequitur Lambertin. *de Iurepatron. 2.*
part. 1.lib quæst.2.art.35. vers. tamen prædict. Molin.
de Hispan. primogen. lib.1. cap.24. num. 5. Couarru.
variar. resolut. lib.2. cap.18. num.6. Peregrin. *de fi-*
deicomm ff. art. 6. num. 17. & alios plures allegat
Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat.71. num 9.*
& fuit dictum *in Fimiana Iurispatron. 28. Nouembris*
1621. coram Reuerendiss. P D meo Ghisilerio, &
in Florentina Capellania 29. Maij 1634. coram R.P.
D.meo Dunozet.

Quod confirmatur ex eo quod d. Author Ca-
lestani non est in quasi possessione præsentandi,
cùm nunquam præsentauerit; signum euidens
quod in ipsum non transiuit Iuspatronatus, &
quatenus doceretur de quasi possessione suorum
antecessorum, adhuc non suffragaretur, quia quasi 13
possessio antecessorum non transfertur ad hære-
des absque noua apprehensione, hoc est exer-
citio Iuris præsentandi, Calderin. *cons. 12. de*
Iurepatron. Gabriel *cons.185. num.17. lib. 2.* Lot-
ther. *de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 115.* Ac-
chill. *decis.5. num. 3. de caus. possess & propriet.*
Rot. *decis. 62. num. 2. & seqq. coram Durano*, &
fuit dictum *in Mediolanen.beneficij 17.Decemb.1640.*
coram R.P.D.meo Bichio.

Et sic vtraque parte informante, &c.

Aprutina Iurisdictionis.

Lunæ 31. Martij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure Episcopi quoad causas criminales & matrimoniales, approbationes Confessariorum & Concionatorum, visitationes & literas dimissorias, non obstante consuetudine immemorabili à Capitulo in contrarium allegata.

SVMMARIVM.

1 *Ius approbandi Confessarios & dimissorias concedendi, ex dispositione Concilij Tridentini Episcopis priuatiuè quoad alios inferiores, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili est concessum.*

2 *Cognitio causarum criminalium & matrimonialium Episcopo à Concilio reseruatur.*

3 *Episcopum dicere Iurisdictionem spectare ad Capitulum non sufficit, quando Concilium immemorabilem requirit.*

4 *Concilium quandò pro forma requirit canonizationem immemorabilis per sententiam in iudicatum transactam, huiusmodi forma precisè & non per æquipollens est adimplenda.*

5 *Confessio Episcopi de pertinentia Iurisdictionis ad Capitulum, cùm satisfacit forma à Concilio requisita Capitulo non suffragatur.*

6 *Confessio Episcopi de pertinentia iurisdictionis ad Capitulum Ecclesia non praiudicat.*

7 *Ius deputandi seu approbandi Concionatores Episcopo priuatiuè quoad alios inferiores competit.*

8 *Testis de visitationibus à Capitulo factis deponens cùm sit vnicus non releuat.*

9 *Probatio Episcopi cùm habeat pro se Iuris assistentiam vti verisimilior & fauorabilior aliis testibus est præferenda.*

10 *Scripturis visitationum magis quàm testibus est credendum.*

11 *Actus in dubio magis authoritate ordinaria quàm delegata expeditus præsumitur.*

12 *Scientia Capituli quoad visitationes ab Ordinario factas, ex reitratione tot visitationum iuncta*

temporis diuturnitate præsumi p .est.

13 *Scientia Capituli non est necessaria, quando de eiusdem anteriori possessione non constat*

14 *Actus etiam inscio Capitulo expediti, stante assistentia Iuris Episcopo manutentionem conseruant.*

DECISIO CCXVI.

ODERNO Episcopo Aprutino ingerenti se io Iurisdictionem spiritualem super castris Nereti, & Turani, de quibus agitur, vti sitis intra fines suæ diœcesis, se opposuit Capitulum Aprutinum prætendens actus gestos per Episcopum esse attentatos, ex quo sibi & non Episcopo d. Iurisdictio competat ex immemorabili consuetudine per Rotam approbata in duabus decisionibus emanatis sub diebus 10. Iunij 1606 & 19. Martij 1607. coram Eminentissimo D. Cardinali Pamphilio tunc Rotæ Auditore, qui successiuè dedit etiam eidem Capitulo mandatum de manotenendo, in qua quidem controuersia Domini mandarunt reuideri dd. decisiones; Quare dubitaui an sit recedendum à decisis, & affirmatiuè fuit responsom quoad causas criminales & matrimoniales, approbationes Confessariorum, & Concionatorum, & quoad Ius visitandi, & ad literas dimissorias, quo verò ad reliqua fuit dictum vt videatur de bono Iure.

Ratio resolutionis fuit, quia in dictis decisionibus conceditur Capitulo manutentio simpliciter in quasi possessione Iurisdictionis ac Iuris visitandi, & conferendi beneficia in his duobus castris de quibus agitur, & tamen quoad Iurisdictionem in
1 primis erat excipiendum Ius approbandi Confessarios, & dimissorias concedendi, quia hoc est concessum Episcopis priuatiuè quoad alios inferiores, non obstante quacumque consuetudine etiam imemorabili, ex dispositione Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 1. & cap. 15. de reform.* Rota *decis. 655 num 1 p. 3. recent.* & fuit dictum *in d. Aprutina Iurisdictionis coram R.P.D. meo Dunozet. sub die* 18. *Martij* 1637. *§. multo minus.*

2 Secundariò erat excipienda cognitio causarum criminalium & matrimonialiom, quam Concilium Tridentinum *sess 14. cap. 20. de reform.* reseruauit Episcopo priuatiuè quoad omnes alios inferiores, & ideo donec per istos doceatur Iurisdictionem fuisse ab eis acquisitam vigore immemorabilis canonizatæ per tres conformes, vel saltem per vnam in iudicatum transactam, non debet Episcopo denegari manutentio, vt sæpius Rota dixit, & signanter in *decis. 491 n. 11. p. 1. & decis. 148. n. 1. & decis. 173.* pariter sub *num. 1. p. 1.* & *decis. 126. num. 2. p. 4. recent.* & *decis. 39. num 4* post Pacif. *de Saluian. interdict.* adeo quod non sufficiat Capitulo præensa immemorabilis probata, vt dicitur per testes, nisi etiam res iudicata concurrat, quia Concilium Tridentinum vtrumque copulatiue requirit, vt fuit in specie firmatum *in alia Aprutina Iurisdictionis* 8. *Aprilis* 1639. *coram R P D meo Dunozet.*

Nec res iudicata potest io præsenti desumi ex sententia lata ab Episcopo de anno 1561. occasione remissionis ad Capitulum cuiusdam Clerici Campilij carcerati, in qua Episcopus præuia narratiua, quod sibi constet Capitulum Aprutinum esse Iudicem Ordinarium in causis, & personis spiritualibus & Ecclesiasticis in castris Nereti & Turani, mandat Vicario, vt ad idem Capitulum remittat Campilium de Castro Nereti io carcere Episcopi detêtum, quia dicta sententia emanauit principaliter super remissione d. Campilij ad Capitulum, sed nullam mentionem facit de immemorabili provt requiritur, vt in puncto obseruauit Rota *in decis. 719. vers. non obstant quatuor sententia part. 4. diuers.* Non enim sufficit quod Episcopus dixerit Iurisdictionem spe- 3
ctare ad Capitulum, quando Conciliom requirit vniuersalem, dico, immemorabilem, vt aduertit Rota *in decis. 421. num. 3. vers minus obstat part. 2. recent.* Cùm igitur Concilium requirat pro forma
quod canonizetur immemorabilis per sententiam 4
in iudicatum transactam, forma huiusmodi præcisè est adimplenda, & non per æquipollens, vt in proposito similis dispositionis Concil. Trident. tradit Gonzalez *super regul. 8. gloss. 18. num. 8. & seqq.* Rot. *decis. 199. num. 4. part. 2. diuers.* & *decis. 154. num. 8. part. 1. recent.* quas in his terminis refert, & sequitur dicta decisio Aprutina Iurisdictionis 8. Aprilis 1639. coram R. P. D. meo Dunozet.

Idque confirmatur euidenti ratione. Nam dum sententia de immemorabili nullam facit mentionem, potuit fundari in aliis probationibus, quas tamen Concilium non admittit, & sic illius dispositioni non dicitur satisfactum; & licet ex dicta sententia posset saltem deduci confessio Episcopi de pertinentia Iurisdictionis ad Capitulum, ni-
hilominus Capitulo suffragari minimè potest, tum 5
quia confessio Episcopi satisfacit formæ à Concilio requisitæ, vt in puncto Rota *dicta decis. 719. vers. & siquidem part. 4 diuers.* & *in dicta Aprutina Iurisdictionis coram Reverendiss P. D. meo Dunozet.*
Tum quia regulare est, quod similis confessio non 6
præiudicet Ecclesiæ, Bald. *cons. 5. de confess.* Rip. *lib. 2. responsion. cap. 28. num. 5.* Caputaq. *decis. 128. num. 3. part. 1.* Rot. *decis 64. n. 10. & decis. 327. n. 2. & 4. apud Modern de manuten.*

Tertiò erat etiam excipiendum ius deputandi 7.
seu approbandi Concionatores, quia hoc quoque competit Episcopo priuatiuè quoad alios inferiores, vt disponitur in Concil. Trident. *session. 24. cap. 4. de reformat.* dum, vt supra fuit firmatum non docetur de contrario ex immemorabili canonizata per rem iudicatam, & censuit S. Congregatio Concilij in Theatina Iurisdictionis S. Ioannis in Venere relata in dicta Aprutina Iurisdictionis 18. Martij 1637. coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozet.

Quartò & denique debebat quoque excipi ius visitandi iuxta dispositionem eiusdem Tridentini
sess 7. cap. 8. de reformat. Quia vnicus tantum testis 8
nempè nonus super secundo deponit visitationes factas fuisse à Capitulo, qui propterea nihil releuat, *cap. licet, cap. veniens, cap. iurisiurandi de testib.* cæteri verò conentur solum dicere, quod Episcopus seu eius Vicarios visitauerit tanquam delegatus Apostolicus, vt *in summ. Capituli num. 3.* & inter actus iudiciales dentur tantummodo duæ visitationes factæ a Capitulo de anno 1578. & 16. Decembris, & 14. Ianuarij *dicto summario num. 2. litera P. & lit. V.*

Et è conuerso pro parte Episcopi, vltrà testes dantur plures visitationes factæ ab anno 1565. citra,
summ Episcopi num. 10. quæ propterea Episcopi pro- 9
batio cùm habeat pro se iuris assistentiam, proculdubio vti verisimilior, & fauorabilior debet preferri, Innoc. *in cap. auditis n. 4. vers. hinc colliguut,* & *in vers.*

preferen

præferentur de præsumpt. Felin. *in cap. licet causam num. 9. vers. & ibi etiam subdit, de probat.* Gabriel *de testibus conclus. 4. num. 29.* & in his terminis Rot. *decis. 560. num. 1. ad fin. part. 3. recent.* ipsique venit concedenda manutentio, Seraphin. *decis.* 1437. *num. 1. & inter recent. decis. 381. num. 5. part. 2.* Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 312. num. 4. vers. limitatur.*

Vltra quod fuit animaduersum, quod prædicti testes Capituli dum dicunt visitationes Episcopi & eius Vicarij fuisse factas iure delegato, conuincuntur de mendacio, cùm contrarium appareat ex
10 ipsa lectura scripturarum visitationum, quibus magis creditur, quam testibus, Gloss. *in cap. 3. loco de probat* Felin. *in dict. cap. cum causam num. 5. eod. tit.* Aym. *cons. 54. num. 15.* Paris. *cons. 104. num. 46. vol. 1.* Gregor. XV. *decis. 434. num. 8,* Rot. *decis. 322. n. 12. p. 6. recent.* & ideo corruit responsio data *in 2. decis. Card. Pamphilij*, maximè cùm plures visitationes fuerint factæ à Vicariis, quibus visitatio authoritate delegata demandari non potest, iuxta theoricam gloss. *in cap. siquis verbo per alium de offic. ordinar in 6.* Dec. *in cap. quoniam,* Abb. *in num. 88. de offic. delegat.* Federic. de Sen. *cons. 130. in fin.* Sbroz. *de offic. & po-*
11 *testate Vicarij lib. 2. quæst. 57. num. 7.* & actus in dubio præsumitur magis expeditus authoritate ordinaria, quæ est magis proficua, quàm delegata, Innoc *in cap. cum ex officij 15. num. 3. de præscript.* & in terminis visitationis Mantic. *decis. 322. n. 17. vers. quinimo.*

Neque obstat dicere, quod visitationes præfatæ factæ fuerint absque scientia Capituli, quia vltra
12 quod scientia potest præsumi ex reiteratione tot visitationum iuncta temporis diuturnitate, Rota coram Martin. Andrea *decis. 54. num. 15.* & *decis. 222. num. 6. & 7.* coram Butatto, & *decis. 166. num. 2 & 4. part. 1. diuers.* præsertim cùm aliquando interuenerint duo Canonici tanquam Comites Episcopi, ac etiam Præpositus Nereti deputatus à Capitulo, Seraphin *decis. 1437. num. 3.* in omnem euentum ex
13 quo non constat de possessione anteriori Capituli non fuit necessaria eius scientia, & patientia, sed benè Episcopos per huiusmodi actus conseruauit
14 suam quasi possessionem, etiamsi fuerint inscio Capitulo expediti, vt distinguendo inter actus acquisitos & conseruatiuos possessionis, tradit Ripa *in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 54. de caus. possess. & propriet.* Rot *decis. 57.* post Modern. Perusin. *de manuten.* stante præcipuè assistentia iuris, Rot. *dec. 310. n. 8.* post eundem Modern. *de manut.*

Et ita conclusum vtraque parte audita, &c.

Cracouien. Iurispatronatus.

Vener. 4. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

De concedenda declaratoria aduersus contumaces & mandatis Superiorum voluntariè inobedientes.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria aduersus contumaces & mandatis Superiorum voluntariè inobedientes passim conceditur*
2 *Relationi Nuncij standum est in his quæ ad eius officium spectant.*
3 *Mandatum in actis reproductum seruatis terminis seruari solitis bonus modus est negatiuam non paritionis probandi.*
4 *Promotor fiscalis vt mensa Episcopalis mandato Rotali obediat procurare debet.*
5 *Actus aliquis positiuus in materia mandati de manutenendo non requiritur.*
6 *Declaratoria ob voluntariam inobedientiam est ferenda.*
7 *Commissione continente clausulam* cum connexis & annexis totóque negotio principali, *causa ad Romanam Curiam dicitur deuoluta, licet à decreto interlocutorio fuerit appellatum.*

DECISIO CCXVII.

Vb die 1. Iulij 1641. coram R. P. D. Domeo Panzirolo Patriarcha Constantinopolitano, præuia decisione expeditum fuit mandatum de manutenendo in quasi possessione præsentandi Rectorem ad Ecclesiam Parochialem S. Petri, ad fauorem Collegij Soc. IESV oppidi Sandomirien, citatis Promotore Fiscali Cameræ Episcopalis, & Sebastiano Kokuvinski in eadem Parochiali intruso; sed quia pro parte d. Collegij dicebatur dictum mandatum non potuisse executioni demandari ob inobedientiam dd. Promotoris Fiscalis & Sebastiani intrusi, dubitaui an contra eos esset danda declaratoria, & affirmatiuè fuit responsum, quia ea pas- 1
sim conceditur aduersus contumaces, & voluntariè inobedientes mandatis superiorum, vt notant Marian. Socin. *in cap. nulli num. 7 de sent. excomm* Abb. *in cap. 1. num. 10. de iudic.* Couar. *in cap. Alma mater in 1. part. relect. 9. num 3.* & in terminis mandati de manutenendo dixit Rota *in decis. 107. in princip.* coram Martin. Andr. & alibi sæpè.

De contumacia autem, ac de voluntaria inobedientia in præsenti constat ex eo, quod dictum mandatum in primis fuit personaliter intimatum tam d. Promotori, quàm d. Sebastiano, vt ex relatione Nuntij *summ. num. 3.* cui standum est in his 2
quæ spectant ad eius officium, ex notatis per Præposit. *in cap. cum parati, col. penult.* ibique Dec. *de appellat.* Rot. coram Puteo *in decis. 187 lib. 3.* & postea fuit in actis reproductum seruatis quatuor terminis 3
seruari solitis ad docendum de paritione, de quibus Felin. *in cap. ad probandum num 6 de indic.* Vestr *in prax. cap. vlt. lib. 8. num. 19.* Cassador. *decis. 6. num. 10. de caus. possess. & propriet.* qui est bonus modus probandi negatiuam non paritionis, ex traditis per Bart. & alios *in l. in illa. ff. de verbor. obligat.* & in termini: declaratoriæ ob non paritionem mandato de manutenendo dixit Rota *in decis. 591. num. 5. part. 2. recent.* & in aliis relatis per Adden. ad Butatt. *in decis. 171. num. 5.*

Nec hæsitari potest, quin etiam contra Promotorem fiscalem defendentem iura mensæ Episcopalis possit relaxari declaratoria adinstar Tutoris, & Curatoris, qui nomine minoris litem defendunt, debet enim procurare Promotor fiscalis, vt mensa 4
Episcopalis mandato Rotali obediat, alioquin non mensa, sed ipse dicitur deliquisse, vt in specie de declaratoria contra Tutorem dixit Rota *in dec. 172. n. 7.* apud Modern. *de manut.* & text. *in l. 1. §. si Procurator,* vbi Bald. *n. 1. in 2. notab. & n. 4. ff. si quis ius dic. non obtemp.*

Non obstat quod in hac materia mandati de manutenendo non requiratur aliquis actus positiuus, sed sufficiat sola præstatio patientiæ pro totali paritione, & sic non sit locus declaratoriæ iuxta distinctionem, quam Rota passim sequitur, vt apud Put. *in decis. 244. lib. 1. in correct.* Mohedan. *in decis. 9. de sent. & re iudic.* & *decis. 614. num. 1. part. 3. recent.* quia in actu intimationis d. mandati tam Promotor fiscalis, quàm Sebastianus intrusus non dixerunt se esse paratos ad præstandam patientiam pro executione ipsius mandati, sed potius declararunt nolle parere, allegando varias exceptiones & præcipuè incompetentiam Iudicis, ac defectum Iurisdictionis Rotalis, vt patet ex lectura d. relationis, de qua *in dicto summ. num. 3.* vnde dicitur apertus animus contraueniendi non autem parendi,
6 ob quàm propterea voluntariam inobedientiam ferenda est declaratoria, Couar *in d. cap. Alma mater* §. 7. *num. 6. circa med.* Butatt *decis.* 748. *num.* 3. & in puncto de mandato de manutenendo fuit dictum *in d. decis.* 107 coram Martin Andrea. & *in decis.* 24. *num* 17. apud Modern *de manutent.* & *in d. decis.* 271. *num* 4 apud eundem.

Quæ quidem inobedientia eò magis redditur inexcusabilis, cùm pro parte eorundem Promotoris fiscalis, & Sebastiani sub die 17. Iunij 1641. & sic ante expeditionem prædicti mandati fuisset porrecta commissio in signatura Sanctissimi pro auocatione causæ à Rota, allegando easdem exceptiones, quas allegarunt postea in actu intimationis ipsius mandati, & præcipuè, quod prius deberet terminari prima instantia coram Ordinario Cracouien. iuxta dispositionem Sacri Conc. Tridentini, & nihilominus Signatura commissionem reiecit, nihil rescribendo, & quidem merito, quia causa reperitur commissa in Rota per viam appellationis interpositæ à decreto D. Nuntij Apostolici in vim
7 commissionis continentis clausulam, *cum emergentibus & annexis totoque negotio principali*, quo casu tota causa dicitur ad Romanam Curiam deuoluta, licet appellatum fuerit à decreto interlocutorio, vt ex Felin *in cap. causamque de rescript.* vt ex aliis docet Vestral *in prax. lib. 4. cap. 9. num. 11.* & quotidie practicatur.

Et ita decisum vna tantùm parte informante &c.

Lucana Suffragiorum.

Lunæ 7. Aprilis 1642.

ARGVMENTVM.

Suffragia votorum pro maiori parte sufficiunt, iuxta regulam iuris, quod fit à maiori parte Capituli à toto factum censetur.

SVMMARIVM.

1 *A maiori parte Capituli quod fit à toto Capitulo factum dicitur.*
2 *Liber Capituli ab Officiale per Capitulum deputato referatus inter ipsos Capitulares sine dubio probat.*
3 *Minor numerus in maiori inest.*
4 *Actus quando remanent æquiuoci probatio contrariæ consuetudinis ex iis desumi nequit.*
5 *Episcopus contra consuetudinem legitimè præscriptam quæ parem cum lege vim habet statuere non potest.*
6 *Consuetudo particularis loci controuersi consuetudini generali est præferenda.*

DECISIO CCXVIII.

IN castro Camarotis Lucen. Diœcesis extat Ecclesia Collegiata, cuius Clerus constat quindecim personis, nempè Priore, octo Canonicis & sex Capellanis, qui omnes vocem habent in Capitulo Cùm autem de anno 1636 variæ subortæ fuissent controuersiæ inter Canonicos, & Capellanos, Ordinarius sententiam protulit, in qua inter cætera mandauit, vt in posterum, *i partiti chi si proporano in Capitulo non s'intendano vinti se non poi li duoi terzi de voti come si costuma dal Capitulo della nostra Cathedrale, & dalle Collegiate delle Città*, ab hac sententia Canonici appellarunt, & causam appellationis Ordinario Pisan. committi obtinuerunt, hincque super inciden. appellant: interposita appellatione, & causa ad Rotam deuoluta dubitaui, an suffragia votorum pro maiori parte sufficiant, & affirmatiue fuit responsum, quia clara est Iuris regula, quod id quod fit à maiori parte
Capituli dicatur à toto Capitulo factum, vt est tex. 1
in cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte Capit. ibique D D communiter *l. quod maior ff. ad municip. in cap. quod omnes num. 8. & seqq. de regul Iur.* Abb. *consil.* 57. *num.* 1. *lib.* 2. Cassad. *decis.* 2. *num.* 2. *de Iurepatronat.*

Quod eò magis venit dicendum in præsenti, vbi ab anno 1579. citrà apparet ita fuisse seruatum in resolutionibus capitularibus extractis ex libro ipsius
Capituli *Summ Canonic. n. 2.* qui quidem liber vti 2
referatus ab Officiale deputato per Capitulum, sine dubio probat inter ipsos Capitulares. Anchat. *quæst.* 60 *num. 6 lib. 1.* Genua *de script. priuat lib. 5. tit. de libr. capitul alicuius Ecclesiæ fol.* 209. vnde resultat etiam longena consuetudo, cùm tamen ex quo sumus in materia Iuri conformi non quadragenaria requiratur sed decennalis sufficeret, iuxta glos. *in verbo consuetudo in cap. final. de consuetud. in 6.* Felin. *in cap. statuimus, num. 5. vers. attendendum*, dicit Abb. *de maiorit. & obed.* & tradunt communiter Canonistæ *in cap. fin. de constitut.* Rot. coram Caualer. *decis.* 107. *num.* 2.

Nec obstat quod aliquando in dictis resolutionibus interuenerint duæ tertiæ partes Capituli, quia in maiori numero inest minor, *l.* 1. § *si stipulat. et ff. de verbor obligat. l. 3. vers. si quia plus ff de adim legat. l. qui concubinam* § 1. *ff de legat* 3. ad docendum autem quod duætertiæ partes requirantur, opus esset probare quod resolutiones capitulares factæ cum minori numero votorum fuerint irritæ. Nam alias
actus remanent æquiuoci, cùm forsan casus tulerint 4
vt duæ tertiæ partes consenserint, & per consequens inde desumi nequit probatio contrariæ consuetudinis, Aretin. *consil.* 115. *num.* 3. *cap in præsentia*, & ibi Dec. *num.* 58 *de probat.* Rot. *decis.* 140. *num.* 2. & *decis.* 294. *num. 6. part. 2. diuers. &* coram Butatt. *decis.* 464. *num.* 6.

Idemque patet non aduersari per dictam sententiam, seu potius statutum Episcopi, quia ipse non potest statuere contra consuetudinem legitime præscriptam, sicut non potest contra Ius, nam consue-
tudo parem vim habet cum lege, *l. de quibus ff. de legib.* 5

legib. l. ex non scripto Instit. de iur. natur. cap. consuetudo distinct. 1. cum aliis quos ad hunc propositum allegat Barbosa *in tract. de offic. & potest. Episcopi in alleg. 95. num. 30*

Minus releuat consuetudo Ecclesiæ Cathedralis, de qua fit mentio in dicta sententia, seu statuto Episcopi, quia vltra quod non probatur, adhuc
6 probata non suffragaretur, stante supradicta particulari consuetudine loci controuersi, quæ est seruanda, Gloss. *in cap. super eo verbo vicinis in fin. de censib.* Paris. *cons. 25. num. 4.* & 41. *lib. 4.* Aym. *cons. 206. num. 14. vers. idem, & magis*, Rota coram Caualer. *decis. 95. num. 2. & 3.* & debet præferri consuetudini generali, Rot. *decis. 169. n. 9. p. 5. recent.* vbi allegantur concordantes.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, altera sæpè sæpius citata, diùque expectata, ac informare non curante.

Elboren. Expensarum.

Lunæ 5. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

De Salario stante promissione indefinita nec vnquam reuocata à die limitato currente, vti & de aliis expensis iuxta relationem Periti cui standum est, iure merito reficiendis.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio salarij quomodo probatur.*
2 *Promissione indefinita nec vsquam reuocata stante salarium à die statuto debetur.*
3 *Ius temporis limitati est vt vltra illud dispositio non porrigatur.*
4 *Salarium stantibus requisitis debetur etsi conuentio pro certo salario non adsit.*
5 *Solitum Archiepiscoporum antecessorum non suffragatur dum de persona ad personam non extenditur.*
6 *Salarium ab aliis antecessoribus diuersum constituens, solitum à tempore limitato nisi in futurum tantùm de uno non potest.*
7 *Iudex in taxando salario rationem laborum non temporis habet.*
8 *Relationi Periti standum est in materia reficiendi expensas, in qua probatio talis qualis haberi potest admittitur.*
9 *Expensa cùm sint verisimiles & fieri solita Procuratori à principali sunt reficiendæ*
10 *Fides extraiudicialis etiam medio Iuramento coram Notario & testibus firmata in præiudicium Archiepiscopi non probat.*

DECISIO CCXIX.

Didacus Lopez de Francia Lusitanus prætendens vsque ab anno 1636. incepisse negocia gerere Reuerendiss. D. Ioannis Cortigno moderni Archiepiscopi Elboren. & plures fecisse expensas de proprio, causam in Rota contra d. Dominum Archiepiscopum introduxit, tam pro confectione salarij, quàm recuperatione expensarum. Quare dubitaui, an ei debeantur salarium, & expensæ, & pro qua summa; & Domini in hac secunda positione responderunt salarium deberi ab anno 1640. tantùm, expensas verò omnes ei esse reficiendas prout infra.

Ratio resolutionis quoad salarium fuit, quia *in* 1 *summario num. 4.* dantur litteræ missiuæ dicti Archiepiscopi, in quibus d. Didacus constituitur eius Agens in Romana Curia, cum salario scutorum ducentorum anno quolibet anno incipiendo à prima die Ianuarij 1640. exinde enim benè probatur constitutio salarij, vt aliàs in simili dixit Rota *in Romana salarij 18. Februarij 1622. coram bon. mem. Pirouano*, & 2 cùm promissio sit indefinita, nec vsquam reuocata fuerit, salarium debetur à dicta die 1. Ianuarij 1640. citra, nulla habita consideratione an Didacus pro Archiepiscopo toto hoc temporis spatio elaborauerit, necne, vt sensit Rota *in decis. 330. num. 3. p. 1. recen.*

At pro tempore antecedenti id est ab anno 1636. vsque ad annum 1640. d. promissio eidem Didaco suffragari nequit, quia limitatè loquitur de tempore, quo currere incipiat salarium, ibi, *con salario de doi mille reali che comincierà à guadagnare dal primo di Gennaro 1640.* ius autem tem- 3 poris limitati est, vt vltra illud dispositio non porrigatur, *l. si vnus, §. primo, ff. de pact. l. fratres, ff. de pœn.* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 2. num. 44. & 45.* Surd. *decis. 203. num. 1. & seqq.*

Nec releuat, quod antecessores moderni Archiepiscopi fuerint soliti conducere Procuratores seu Agentes cum certo salario, & quidem maioris summæ, quam scut. 100. & d. Didacus etiam ipse sit consuetus operas suas locare, vt est notum in Curia, & sic licet ante annum 1640. non adsit con- 4 uentio pro certo salario, adhuc tamen illud debeatur, stantibus dictis duobus requisitis, vt tradunt Federic. de Sen. *cons. 218* Alex. *cons. 109. num 1. & 2. lib. 6.* Ruin. *cons. 138. num. 1. lib. 1.* Natta *cons. 376. num. 4.* Rot. coram Seraphin. *decis. 1322. num. 1. & inter recent. decis. 291. num. 1. part. 1.*

Nam etsi pro parte Didaci probetur requisitum necessarium, nempe quod sit solitus operas suas locare, non tamen probatur pro parte moderni Archiepiscopi, quod sit solitus Procuratores conducere, sicut vtrumque copulatiuè probari debet, vt decisum fuit *in Nolana mercedis 12. Iunij 1596. coram bon. mem Peña imp. ess.* apud Marchesan. *de commiss.* quidquid in contrarium dixerit Rota tamen 5 *in decis. 115 num. 2. vers. neque est*, nec suffragatur solitum Archiepiscoporum antecessorum, quia non extenditur de persona ad personam, *ad l. 3 § si quis interdicto*, & ibi Bart. *de itin. actuque priuat. l. ius singulare, & l. quod verò contra, ff. de legibus*, Rot. *decis. 172 num. 1. part. 1 diuers* & coram Mantic. *decis. 184.* 6 *num. 6.* & eò minus cum discrimine moderni Archiepiscopus salarium constituent ab aliis antecessoribus in dicto anno 1640. à quo tempore non potest desumi solitum in præteritum, sed tantùm in futurum, ad notat. per Felinum *in cap vltim. num 1. & 3. de constitut.* Calcan. *cons. 15. num. 13. & seqq.* Rot. *decis. 155. num. 5. part. 1. recent.* & bene ad propositum facit Ciriac. *controuers. 103. num. 5. & 6.*

Præterea quatenus etiam vtrumque solitum probatum extitisset, adhuc quantitas salarij (cùm desuper non adsit expressa taxatio conuentionalis) penderet à laboribus per d. Didacum passis pro ser- 7 uitio d. Archiepiscopi, nulla habita ratione tem-

 poris,

poris, quia officium Iudicis in taxando salario habet solùm rationem laborum, non autem temporis, *l. Seio amico in princ.* & ibi Bald *ff. de ann. legat. §. illud tamen, auth. vt iud. sine quoquo suffrag. l. qui duobus,* & ibi Bald *ff. de condit. & demonstrat.* Roman. *cons.* 25. *num.* 2. Rot. *d. decis.* 291. *num.* 2. & 3. & *decis.* 354. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Vnde cùm de laboribus passis ante d. annum 1640. liquidò non constet, non potest pro salario prætenso ante dictum tempus aliquid determinari.

Quo verò ad expensas etiam Aduocatorum,
8 Procuratorum, & Sollicitatoris dixerunt Domini eas omnes esse reficiendas D. Didaco ascendentes ad summam scut. 150. iuxta relationem Periti, de qua in *dicto summario num.* 5. cui standum est in hac materia in qua admittitur probatio talis, qualis haberi potest, Federic. de Sen. *cons* 119. *num.* 4. Rot. *decis.* 283. *num.* 1. *part* 1. *recent.* & in specie de liquidatione expensarum facta per relationem periti, fuit dictum *in Spoletana expensarum 4. Iulij 1636. coram R. P. D. meo Rojas.*

Prout etiam eidem Didaco restituenda sunt scuta 20. soluta per eum D D. Acciaiolis pro cambiis scutorum 200. quæ in Hispania taxantur à Constitutione Pij V. & ea cessisse in causam Archiepiscopi, colligitur tum ex facultate ab eo data Patri Assistenti Lusitano Societatis IESV accipiendi pecunias ad cambium, vt in literis missiuis eiusdem Archiepiscopi *d. summ. num.* 8. tùm ex occasione expendendi in lite Rotali contra Religionem de Auis diu agitata prius coram me, & postea coram R. P D. meo Panzirolo Patriarcha Constantinopol maxim. cùm non probetur quod Archiepiscopus alias pecunias ad vrbem transmiserit, & regulariter lites
9 non fiunt sine expensis, quæ propterea cùm omnes in præsenti sint verisimiles, & fieri solitæ, reficiendæ sunt Procuratori à Principali, vt sensit Rota *in decis.* 511. *num.* 1. & *seqq.* coram S. mem. Gregor. XV. quidquid sit inter victum & victorum, iuxta distinctionem, quam refert Rot. *in Maceraten hereditatis 24. Ianuarij anni currentis coram R. P. D. meo Bichio.*

Non tamen censuerunt DD. quod d. Didaco reficiantur pecuniæ solutæ Emmanueli Simois, quia non probatur missus Romam ibique permansisse pro seruitio Archiepiscopi, nisi ex fide extraiudiciali dicti Patris Assistentis Lusitani, quæ qui-
10 dem fides nihil probat in præiudicium Archiepiscopi, Cæsar de Grassis *decis.* 2. *num.* 13. *de sponsal.* Seraph. *decis.* 106. *num.* 3. Adden. ad S. mem. Greg. XV *in decis.* 214 *litt. B.* vbi quod hoc procedit etiam si fides esset cardinalis firmata medio Iuramento coram Notario & testibus.

Et ita decisum Didaco tantùm informante, &c.

Fanen. Prædij.

Vener. 9. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Condemnatus per sententias Rotales iterum attentâ earundem validitate & iustitia confirmatas, ad solutionem pretij prædij de quo agitur, vnà cum fructibus recompensatiuis omni iure tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitris duobus quod demandatur per vnum ex ipsis expleri non potest.*

2 *Testis de mensuratore deponens licet eiusdem nomen non exprimat nihilominus probat, dum aliunde de identitate personæ constat.*

3 *Actus in dubio præsumitur gestus ab eo qui ad id fuerat electus.*

4 *Mensuræ probatio probationem terminationis includit.*

5 *Vicinus dum non adsunt termini, communionem in fouea quæ in dubio præsumitur communis, prætendere potest.*

6 *Foueam ad vnum pertinere dum est in confesso inter partes, præsumptio contraria veritati à partibus confessata cedit.*

7 *Fouea vbi apparet inclusa in venditione, in mensura etiam comprehendi debet.*

8 *Depositum pretij in partibus factum cùm contineat conditionem terminationis faciendæ iniustam & extrinsecam, deponentem liberare non potest.*

9 *Venditori sufficit semel fecisse prædium mensurari, vt sua obligationi de mensurando & terminando satisfecisse videatur.*

10 *Sententiæ propitiæ cùm bonam fidem parere soleant, à restitutione fructuum excusant.*

11 *Sententiarum effectus per appellationem remanet suspensus.*

12 *Titulo redacto de sui natura per appellationem reuocabili ad non titulum, fructus ab initio vsque sunt soluendi.*

13 *Decreto reuocato fructus sunt restituendi.*

DECISIO CCXX.

SENTENTIAS Rotales, quibus D. Comes Petrus Aloysios de Monte Veteri condemnatus fuit ad solutionem pretij Prædij, de quo agitur, vnà cum fructibus recompensatiuis ad fauorem P. Paoli Leonardi, vti validas & iustas, dixerunt Domini, esse confirmandas. Validitas enim apparet ex reuolutione actorum, & non controuertitur; Iustitia verò redditur manifesta ex benè congestis in decisionibus emanatis coram R R. P P. DD. meis Dunozet, & Patriarcha Panzirolo, in quibus clarè demonstratur, quod dum d. Comes emit Prædium præfatum à d. Leonardo pretio æstimando à duobus Peritis communiter electis, pretium soluere promisit in tribus paghis æqualibus, quarum prima fieri deberet statim secuta æstimatione, ac facta prædij terminatione, reliquæ verò duæ infrà biennium, Iure merito debeat ad solutionem d. pretij, & fructuum recompensatiuorum condemnari, cùm pro parte Venditoris omnia promissa fuerint adimpleta, & ipse post aduentum diei solutionis interpellatus soluere recusauerit, ex allegatis in eisdem decisionibus.

Nec releuat præcipuum obiectum aliàs etiam decantatum ad dicendum pro parte venditoris, non fuisse in omnibus adimpletum, nempè quod non fuerit facta prædij terminatio, saltem legitimè ab ambobus Peritis de consensu partium electis, prout debebat ex notatis, in *l. Prædium §. in seruum, & in l. item si vnus § etiam si plures ff de rescript. arbitr.* vbi deciditur quod id quod duobus Arbitris de- 1
manda

mandatur non potest per vnum ex ipsis expleri, & periti habeantur loco Arbitrum, Rota *decis.554.n. 2.part.2.recent.*

Quia, vt bene respondet secunda decisio D.Patriarchæ emissa sub die 23.Ianuarij superioris anni non subsistit, quod vnus tantùm peritus terminationem fecerit, sed ambo interuenerunt, vt constat tam ex eorum relatione, quam ex confessione Comitis facta in responsione ad positiones ibi; *atteso che detto Sig. Paolo habbia mostrato à gl' Agrimensori sin doue è la sua giuriditione e li sudditi Agrimensori habbino misurato fin' al detto luogo designato da esso Signor P.Paolo*, iunctis depositionibus Testium, quorum primus, qui est peritus dicit, se vnà cum altero Perito, certificatum fuisse de confinibus, & alter inquit, *Che furono messi cinque termi-*
2 *ni da miser Lorenzo, & vn'altro misuratore*, & licet non exprimat nomen huius mensuratoris, nihilominus probat dùm aliundè constat de identitate personæ, scilicet esse illummet mensuratorem à partibus electum, vt deponit explicitè primus Testis, cum quo præsumitur contestis secundus genericè de mensuratore deponens, Castrens. *in cons.* 126. *num.3.circa fin lib.*1 Alexan.*cons.*156.*num.*11.*&* 12. *lib.*5. Aym.*cons.*78.*num.*9. *vers. amplius testis*, Rota
3 coram Sanct. memor. Gregor. XV.*in decis.*344. *n.* 13.& in dubio præsumitur gestus ab eo, qui fuerat ad id electus, & in executionem præcedentis electionis, *l.*1 *§ verum ff de ma..um.*Batt. *in l.*2.*ff de condit & demonstr num.*3. Surd.*decis.*71. *num.*9. *& decis.* 170.*num.*13.*& dec.*288.*num.*33.Rota *dec.*262.*num.* 5.*part.*1.*diuers.*

Et quatenus ex prædictis non eliceretur præcisè quod Periti prædium terminauerint; Attamen, quia constat præcisè quod mensurauerunt, & mensura supponit terminationem tanquam suum necessarium antecedens constitutiuum termini à quo, &
4 ad quem, ista probatio mensuræ includit probationem terminationis, ad textum in *l.quicumque C. de apoc. priuat. lib.* 10. Aym. *de antiq. tempor part.* 3. *num* 40. Rot. *decis.*400 *num.*10. *vers.etenim, part.*1. *recent.*

Absque quod obstet, quod non fuerint apposita signa pro terminis, & confinibus in qualibet prædij parte, quoniam provt etiam responsum fuit in præcedentibus decisionibus, fouea existens in illa parte vbi deficiunt termini inseruit pro termino, & quod exaduerso replicatur nempe vicinum dum
5 non adsunt termini posse prætendere communioné in fouea, eo quod in dubio præsumatur communis ex allegatis per Surd.*in cons.*424.*n.*36. non applicatur, cùm procedat, quando fouea est in medio duorum Territoriorum: at in casu nostro est in confesso
6 inter partes, quod tota fouea pertinet ad vnum, vnde præsumptio contraria cedit veritati à partibus confessatæ, *l in rebus C.de iur.dot.* Socin.*cons.*104. *num.* 10. *lib.* 2. Paris *cons.*29. *num.* 44. *lib.* 2. Roland. *cons.*99.*num.* 11. *lib.*1. Surd *cons.*7 *num* 61 *& cons.*28 *num.*130. Adeoquod vltima linea foueæ in præsenti est terminalis inter vicinos; stante mensuratione quæ est inuariabilis, cùm ponat in claris, quota sit quantitas terrarum venditarum, clarumque pariter reddat quousque illæ progrediantur,
7 quodque in mensura etiam ipsa fouea comprehendatur provt comprehendi debet, vbi apparet inclusa in venditione, Alex.*cons.*110 *num.*5.*in fin lib.*2. Rota coram sanct. mem.Gregor. XV. *in decis* 155. *num.*4.

8 Ex quibus sequitur dicendum, nec etiam Comiti suffragari posse depositum pretij in partibus factum, quia cùm contineat conditionem terminationis faciendæ, & sic iniustam, & extrinsecam, non potuit deponentem liberare, Paul.de Castr. *in l. acceptam sub num.* 12. *vers. si verò facta fuit C. de vsur.* Alex.*cons.*78.*num.*19.*vers quinto quia, & numer. seq.lib.*5.Ruin.*cons.*119.*num.*15 *lib.*5. Cenc.*de censib. part.*3.*cap.*1.*quæst.*4 *artic.*9. *numer.* 28. iuxta antiq. impress. Rota coram sanct. memor. Gregor. XV. *decis.*505.*num.* 9. cum aliis ibi allegatis per Adden.
num. 11.satis enim fuit venditori semel fecisse præ- 9
dium mensurari, vt suæ obligationi de mensurando, & terminando satisfecisse dicatur, ad textum in *l.si quis heredem C.de instit.& substit.l.in substitutione ff. de vulgar.l. heredibus in princip.ff. ad Trebell.* Surd.*cons.*39.*num.*27.

Tandem non obstat, quod d. Comes in partibus 10
obtinuerit sententias propitias, quæ cùm parere soleant bonam fidem, excusant à restitutione fructuum, vt in terminis fructuum ratiocinatur. Giurb. *in decis.*89.*num.*15.Buratt. *decis.*368.*numer* 3. & fuit dictum *in Ciuitatis Castelli supplementi legitim.* 22. *Iunij* 1640. *coram Reuerendissimo P D. meo Merlino Decano.*

Nam quicquid sit in sententiis, à quibus non
fuit appellatum, secus est vbi vt in præsenti fue- 11
runt suspensæ per appellationem, quæ efficit vt effectus sententiarum suspensus remaneat, *l.*1.*§.fin.* vbi Bart.*num.*1.*ff.ad Turpillian.cap.pastoralis § prætereà de offic. delegat.*Rota *decis.*2: *num.*2.*de re iudic in non.& decis.*1118. *num.*5 *part.*5.*recent.* Maximè cum dd. sententiæ fuerint postmodum reuocatæ à Iudi-
cibus appellationis, & sic intrat regula, quod reda- 12
cto titulo de sui natura per appellationem reuocabili ad non titulum, fructus sunt soluendi vsque ab initio, Roman.*cons*454.*numer.*27. Natta *cons.*515. *num.*12.Rimin *cons.*334 *num* 21 *&* 17. Surd. *decis.* 25.*numer.*21.*&* 22. Giurb. *dicta dec.*1. *num* 10.*part.*
2. *recent.* & in puncto, quod reuocato decreto, 13
vel sententia, sint restituendi fructus, tradit Muta *in decis.*17. *numer.* 9. vbi allegat concordantes.

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana retrouenditionis Domus.

Vener. 9. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Fructus domus de qua agitur, à die facti depositi vsque ad diem consignationis pecuniarum, iis penes quos dominium remansit debentur.

Vide suprà *Part.I. Decis.* 81.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ante retrouenditionem maturati ad retrouenditorem spectant.*

2 *Fructus dominium sequuntur & domino accrescunt.*

3 *Decretum vti iniustum & per appellationem suspensum executioni demandari non potest.*

4 *Rediens ad Iudicem post interpositam appellationem pecunias consignatas eo mandante recipiendo, appellationi renunciasse censetur.*

5 *Appella*

5 *Appellationi non censetur renunciatum, cum recedat aliquis ad Iudicem pro reuocatione grauaminis ex primo decreto illati.*

6 *Recedenti à prætensione fructuum domus per transactionem, nouam postea super eisdem litem conficere non licet.*

7 *Natura decisionis relatiua est vt omnia quæ continentur in relato in referente expressa dicantur.*

8 *Creditor partem debiti sine taxatiua recipiens residuo renuntiare non dicitur.*

9 *Fructus quando Iure actionis alicui tanquam Domino debentur, quamuis consignatio depositi ex communi partium concordia sequuta fuerit, peti adhuc possunt.*

10 *Taciturnitas in præiudicialibus non inducit consensum.*

DECISIO CCXXI.

IN hac causa sub die prima Februarij 1638. resolutum fuit depositum scut. 2300. factum per hæredes Francisci Zecchadori in Sacro Monte Pietatis pro habenda retrouenditione domus, de qua agitur, deliberatæ Taurinis cum pacto de retrouendendo, non suffragari iisdem hæredibus vti cautelatum, & continens conditiones extrinsecas, & propterea pecunias, vt supra depositas, esse liberè consignandas dd. de Taurinis, reseruato, vt particulariter videretur, an fructus, seu pensiones dictæ domus deberentur eisdem Taurinis à die facti depositi vsque ad diem consignationis pecuniarum, vt latius in decisione tunc emissa.

Hodie autem prosequendo disputationē super reseruatis, Domini respōderūt Taurinis fructus domus deberi à die facti depositi vsque ad diem consignationis pecuniarum, ea præcipuè ratione, quia sicut vsque ad diem consignationis pecuniarum, dominium domus prædictæ remansit penes Taurinos, ita eisdem debentur fructus hactenus decursi, & matu-
1 rati, vt in terminis retrouenditionis, quod fructus ante eam maturati spectent ad retrouenditionem, tradunt Mantic. *de tacitis lib. 4. tit. 32. num. 4* Thesaur. *decis. 56. num. 3. per tex. in l. his, §. Mancipia, ff. solut. matrim.* Vincent. de Franch. qui loquitur in specie
2 de pensionibus domus *decis. 79. num. 1. & 3.* & ratio est euidens quia fructus sequuntur dominium, & Domino accrescunt, *l. solum § meum ff de rei vindic. l Item quæ ff. de acquir rer domin.* Tiraq. *de retract. conuent. gloss. 1. num. 34. & 35.* Surd. *cons. 128. n. 5.* Rot *decis. 461. n. 4. p. 1. recent.*

Non obstat quod bon. mem. Pirouanus longè ante consignationem pecuniarum decreuerit retrouenditionem haberi pro facta, quia decretum fuit
3 suspensum per appellationem à Taurinis interpositam, & emanauit cum supposito validitatis depositi, cuius contrarium postea apparuit ex resolutione coram me facta sub die 1. Februarij 1638. & proinde tanquam iniustum, per appellationem suspensum non potuit executioni demandari, *l. 1. § fin.* vbi Bart *n.* · *ff. ad Turpill. cap. Pastoralis § præterea de offic delegat* Rot. *decis. 23. num. 2 de re iudic. in nou. & decis. 65. ad med. vers. sed vt ponitur, ff. de appellat. in nou* & *decis. 118. n. 5 p. 5. recent.*

Nec releuat quod deinde Taurini redierint coram eod. bon mem. Pirouano, ac pecunias eo man-
4 dante receperint, vnde inferebatur fuisse renunciatum appellationi, non obstante quacumque contraria protestatione tamquam contraria facto, iuxta decisionem Put. 2·0. *lib. 1. in correct.* cum aliis allegat. per Scacc. *de appellat q. 17. limit. 2 n 46. & 47.* Quia Taurini non exegerunt vigore illius decreti, à quo fuit appellatum, & in quo mandabatur consignari depositum, adimpletis conditionibus in eius productione oppositis, sed in vim noui decreti postmodum editi, reiectis dd. conditionibus vti extrinsecis iuxta formam decisionis coram me in secunda instantia emanatæ, vt manifestè constat ex lectura consensus præstiti pro parte Zecchadori coram dicto bon. mem. Pirouano pro consignatione depositi, vbi Ioannes Taurinus se obtulit paratum easdem pecunias liberè recipere, & quietantiam facere, subdens per hæc verba: *Et prædicta sine præiudicio Iurium ipsis DD. de Taurinis quomodolibet competentium, & non recedendo in reliquis ab appellatione aliàs eorum nomine interposita, illaque semper salua, & non aliàs*, &c. & tunc successiuè idem Pirouanus stante supradicto consensu mandauit consignari pecunias.

Adeò, quod licet Taurini redierint ad Iudicem à quo, non tamen acceptarunt decretum per appellationem suspensum & in decisione mea reiectum, sed potius redierunt ad eundem Iudicem
pro reuocatione grauaminis illati ex dicto primo 5
decreto, quo casu non censetur renunciatum appellationi, Abb. *in cap gratum vers. hoc limita de offic. delegat.* Felin. *in cap. cum venissent. vers idem si actus tenderet de restit spoliat* Franc. *in cap. cum teneamur de appellat. in vlt. notabili*, & *in c. si a Iudice vers. si aduerte eodem tit lib 6.* quos & alios plures refert Gabriel *de appellat. concl. 2. num. 14. & 15. circà med.*

Minus aduersatur, quod Taurini in actu receptionis pecuniarum in Sacro Monte Pietatis quietantiam fecerint simpliciter absque repetitione
præseruationis Iurium, & sic videantur à præten- 6
sione fructuum domus recessisse per transactionem, & consequenter non liceat hodie super eis nouam litem consurgere, iuxta text. *in l. terminato C. de Iuribus, & lit. expens.* Quia quietantia non fuit simpliciter facta, sed cum relatione ad mandatum de consignando concessum à d. bon. mem. Pirouano sub die 14. Maij 1638. vigore consensus præstiti eadem die ab vtraque parte, in quo consensu fuerunt præseruata Iura Taurinorum, & ideo censentur in eadem quietantia repetitæ omnes qualitates contentæ in scriptura præcedente, in cuius executionem
tionem facta fuit, natura enim decisionis relatiuæ 7
est, vt omnia quæ continentur in relato dicantur expressa in referente, Berou. *cons. 140. num. 36 lib 2.* & quidem cum omnibus eius qualitatibus, *l. asse toto ff. de hæred instit.* Bart. *in l. 1. § vlt. circa fin. ff famil. ercisc.* Aym *cons. 45. num. 4.* Rot. coram S. mem. Gregor XV. *in decis. 522. num. 9. & 10.*

Vnde fit, quod licet Taurini in actu receptionis depositi non dixerint se recipere sine præiudicio fructuum, super quibus pendebat appellatio coram me, non tamen censetur illis renuntiasse, quia
Creditor recipiens partem debiti sine taxatiua non 8
dicitur renuntiare residuo, *l. rationes* & ibi Gloss. *verbo quantitatem C. de probat.* Bart. *in l. si cum dos n. 2 ff ad Trebell.* Surd *cons. 224. n. 4.*

Nec in præsenti applicatur dispositio textus *in d. l terminato C. de fruct. & lit. expens.* quoniam non versamur in transactione, de qua loquitur d. textus, sed in simplici quietantia recepti, & propterea,
cùm fructus domus de quibus agitur, debeantur 9
Taurinis Iure actionis tanquam Dominis iuxta superius deducta, quamuis consignatio depositi sequuta

quuta fuerit ex communi partium concordia, adhuc tamen peti possunt, iuxta distinctionem, quam declarando *dict. text. in l. terminato*, faciunt Adden. ad Guidop. *in decis.* 55. & facit Bart. *in l. mulier*, §. *si rem n.* 2. *ff. de legat.* 3. Iason. *in l.* 1. *n.* 44. *C. de Iudic. & in §. actionum n.* 83. *Instit. de action* Rota *in Romana expensarum* 16. *Maij* 1614. coram bon. mem. Manzanedo.

Prout nec etiam obstat quod pars horum fructuum, quae ab inquilino depositati reperiebantur, consignata fuerit Zeccadoro aduersario citatis Taorinis, quia citatio illa non excludit Taorinos, quominus eosdem fructus repetere possint à Zecchadoro, qui illos exegit, quidquid esset dicendum, si ageretur contra ipsum Inquilinum, qui deposi-
10 tauit, nam taciturnitas in praeiudicialibus non inducit consensum, vt est tex. *in l. filius* §. *inuitus ff. de procurat. l. inuitum, ff. de seruit. Vrban. praed. l. in eo*, §. *penult. ff. de rit. nuptiar.* Rota *decis.* 84. *num.* 5. *in fin. part.* 1. *recent.* & in specie de eo, qui tacitus non contradixit, fuit dictum *in Hortana Spolij* 16. *Ianuar.* 1640. coram Reuerendiss. P.D. meo Rojas §. *rursus.*

Et sic vtraque, &c.

Volaterrana Beneficij.

Lunae 12. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Appellatione à sententia facta omnia medio tempore gesta attentata reputantur.

SVMMARIVM.

1. *Acta referuntur quae post interpositam appellationem à vitio attentatorum excusari non possunt.*
2. *Possessio in vim sententiae in iudicatum transactae capi potest, non facta appellatione intra terminum ad appellandum datum.*
3. *Detentus in carcere cùm non fuerit personaliter citatus à die habita notitia sententiae latae appellare potest.*
4. *Detentus in carcere ab aduersario ob cuius culpam sententiae notitiam non habuit, eò magis si intra terminum non appellauerit, excusandus venit.*
5. *Signatura quando causam appellationis simpliciter committit, omnia medio tempore gesta attentata reputantur.*

DECISIO CCXXII.

1 PRo informante responderunt Domini, & sic constare de attentatis, quia tam mandatum de immittendo, quàm aliud pro expensis expeditum fuit ad fauorem Contugij post appellationem interpositam per Tenaliam, possessione quoque subsecuta, quae omnia propterea à vitio attentatorum excusari nequeunt, *cap. non solum de appellat. in* 6. *toto tit. vt lite pendente*, Rot. *decis.* 6. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *diu* & fuit dictum *in Iamuen. attentatorum* 23. *Ianuarij* 1628. coram R.P. D. meo Dunozet.

Nec obstat quod appellatio à sententia secunda confirmatoria primae ad fauorem d. Contugij lata, idem Tenalia non appellauerit intra decem dies datos ad appellandum, iuxta notata *in Auth. hodie C. de appellat.* & sic bene potuerit d. mandata expediri, & possessio capi in vim sententiae in iudicatum transactae. 2

Quia cùm de tempore latae secundae sententiae d. Tenalia detineretur in carceribus ad instantiam 3 eiusdem Contugij, debebat illic personaliter citari, non autem per diligentias, & ideò potuit appellare, prout fecit à die habitae notitiae, vt tradit text. *in l.* 1. §. *vlt. quando appell. sit*, & ibi Gloss. & sequuntur DD. communiter *in d. Auth. hodie C. de appellat.* latè Vestr. *in praxi lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 21. *&* 52.

Maximè cum notitiam dictae sententiae non habuerit ob culpam aduersarij qui (vt supra dictum 4 est) eum detinere faciebat in carceribus, & sic eò magis venit excusandus, ad *l. si sine herede*, §. *idem iuris*, *ff ad legem*, Radd. *de iact. l. non exigimus*, §. 1. *ff. si quis caut.* Rota coram sanct. mem. Gregorio XV. *decis.* 341. per totam, cum aliis ibi not. per Adden. &c.

Quibus accedit quod signatura commisit causam 5 appellationis simpliciter, quo casu omnia gesta medio tempore reputantur attentata, Rot *decis.* 96. *&* 240. coram Reuerend. Vrgellen. inter eius impressas, & alias saepè, &c.

Et ita vna tantùm, &c.

Romana fideicommissi de Ceulis.

Vener. 16. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Filius dum renunciat per transactionem legitimae acceptando bona perpetuo fideicommisso subiecta ad fauorem familiae iuxta dispositionem testatoris, detractioni legitimae super eisdem bonis amplius locus esse non potest.

Vide suprà *Decis.* 167. & *Part.* I. *Decis.* 141.

SVMMARIVM.

1. *Legitima vt dicatur renunciatum, verba ex quibus apertissima voluntas colligatur & probatio sit indubitata requiruntur.*
2. *Patre filium non acceptantem fideicommissum in legitima instituente, sufficit vt filius paternum testamentum approbet, ad hoc vt expressa ac individua renunciatio legitimae facta dicatur.*
   Maximè concurrente approbatione cum clausula in omnibus & per omnia, ibid.
3. *Clausula* in omnibus & per omnia *operatur, vt approbatio paterni testamenti nullo modo restringatur.*
4. *Approbatio subsequens testamenti & codicillorum ad fideicommissum tanquam praecipuum testatoris intentum est referenda.*
5. *Reseruatio mutui & reciproci fideicommissi praesupponit praeexistentiam fideicommissi tanquam obiectum praeseruationis, & ius in eo succedendi conseruat.*

6 *Renuncians litibus etiam iuribus in litem deductis renunciasse censetur.*

7 *Fideicommissum à Testatore super bonis certis constitutum non tollitur, cum possit verificari in bonis non alienatis.*

8 *Tempus transactionis non quod postea euenit attendi debet.*

9 *Testes de legitima valore deponentes, nisi de propria scientia, distinctè & concludenter deductis debitis deponant, attendi non debent.*

10 *Testatoris assertioni standum est donec erronea probetur.*

11 *Testamentum & codicillos Patris in omnibus & per omnia in transactione acceptans & approbans, assertionem in testamento & codicillis contentam acceptasse & approbasse censetur.*

12 *Filio consentiente etiam legitima grauari potest.*

DECISIO CCXXIII.

ONTRA duas decisiones firmantes non esse locum detractioni legitimæ super bonis, de quibus agitur, hæredes Francisci Ceuli ex solita Dominorum benignitate nouam audientiam obtinuerunt. Causa igitur super eisdem reproposita, & ab omnibus Dominis discussa, adhuc responsum fuit, standum esse in decisis ex luculenter deductis in prædictis decisionibus.

Quibus non aduersantur tria præcipua obiecta, super quibus hodiè informantes pro hæredibus dicti Francisci totam vim faciebant pro recessu.

1 Nam primò non obstat, quod ad effectum, vt legitimæ dicatur renunciatum, requirantur verba, ex quibus apertissima voluntas colligatur, & probatio sit indubitata, iuxta dispositionem textus *in l. si quando* 35. §. *illud in fin. C. de inoff. testam.* Rota *decis.* 542. *num.* 2. *p.* 5. *recent.* adeò vt verba ad aliud referri non possint, quàm ad renunciationem legitimæ, vt dixit

2 Rota *in decis.* 541. *n.* 2. *p.* 3. *recent.* Quia quando Pater filium non acceptantem fideicommissum super certis bonis ei relictis instituit in sua legitima, iuxta cautelam Socin. Iun. *in conf.* 122. communiter approbatam, sat est si filius testamentum paternum approbet, ad hoc vt dicatur facta expressa, ac indiuidua renunciatio legitimæ, vt in his terminis declarant idem Socin. Iunior *d. conf.* 122. *num.* 21. *& seq. lib.* 1. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. Odd. *conf.* 63. *num.* 15. Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 10. *num.* 27. Bellon. Iun. *conf.* 65. *num.* 47. *& seqq.* Giovagnon. *conf.* 1. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 296. *num.* 58. quæ conclusio procedit absque vlla prorsus difficultate, concurrente prout hic approbatione cum clausula *in omnibus & per omnia*, vt in indiuiduo tradunt Ruin. *conf.* 56. *n.* 6. *&* 12. *lib.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 36. *num.* 89. *&* 96. Surd. *conf.* 412. *num.* 23. *&* 29. Fusar. *de substit. d. quæst.* 296. *num.* 93. *&* 94. cum aliis cumulatis in præcedentibus decisionibus.

Nec placuit replicatio, quod scilicet testamentum, & codicilli Hieronymi habeant duas partes, in quarum prima prohibetur legitima, supponendo bona particulariter Iulio Cæsari relicta sub vinculo fideicommissi, & in altera conceditur ipsius legitimæ detractio, & in specie super bonis de quibus agitur, & ideò dicta approbatio possit referri ad hanc secundam partem minus præiudicialem filio, ad quod comprobandum allegabatur decisio *Romana Palatij de Aquila* 100. *in ordine part.* 1. *recent.* vbi deciditur, quod Mutius alter filius dicti Hieronymi Testatoris, adeundo simpliciter hæreditatem Patris non sibi præiudicauit in portione legitimæ, etiamsi fuerit expressè prohibita illius detractio.

Quoniam in dicta decisione Romana Palatij præsupponitur testatorē quoad Mutium non seruasse dictam cautelam Socin. Iun. vt patet ex eius lectura, & præcipuè ex *n.* 7. & sic non applicatur Iulio Cæsari, de quo particulariter disposuit in codicillis, seruando specificè d. cautelam, & vlterius Mutius expresè non approbauit testamentum paternum prout fecit Iulius Cæsar in transactione subsecuta, & quidem cum clausula (*in omnibus, per omnia*,) 3 quæ operatur vt approbatio paterni testamenti nullo modo restringatur, vt in specie aduertunt Ruin. *in dict. conf.* 56. *num.* 12. *lib.* 2. & Fusar. *de substit. dict. quæst.* 296. *n.* 96. relati per Barbos. *in clausul.* 67. *n.* 12. Vnde fit quod cùm assignatio legitimæ seu potius supplementi facta fuerit in istis bonis, casu quo Iulius Cæsar fideicommissum acceptare detrectaret, & sic consecutiuè ad fundandam prohibitionem ipsius legitimæ, iuxta d. cautelam Socini, subsequens 4 approbatio testamenti & codicillorum non debet, nec potest restringi ad hanc secundam partem, quæ est diuersæ conditionis à fideicommisso, sed imò referenda est ad fideicommissum tanquam præcipuum testatoris intentum, ad textum *in l. vltima*, §. *Titia*, *ff. de liber. legat.* Ias *in l. talis scriptura n.* 40. *vers. septimo intellige ff. de legat.* 1. Ruin. *conf.* 45. *n.* 14. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 354. *n.* 1. *& conf.* 939. *n.* 2. alias enim non approbatum, sed potius impugnatum diceretur testamentum paternum.

Quod benè confirmatur ex subsequenti reserua- 5 tione mutui, & reciproci fideicommissi; quæ licet non importet nouam dispositionem, præsupponit tamen præexistentiam fideicommissi tanquam obiectum præseruationis, & ius in eo succedendi conseruat, Honded. *conf.* 64. *n.* 12. Crauett. *conf.* 70. *n.* 5. *in fin. & n.* 6. cum aliis relatis per Barbos. *in claus.* 193. *n.* 5. Nec subsistit, quod ista præseruatio non comprehendat Tiberium cum quo fiebat transactio, quia imò ille paulò ante fuerat in eodem Capitulo nomi- 6 natos, & ad eius fauorem Iulius Cæsar ibidem renunciauerat litibus, quarum nomine dicitur etiam renunciatum iuribus in litem deductis, & sic detractioni legitimæ, ad *l. postquam liti*, vbi Gloss. *verb.* 2. *nota C. de pact.* Afflict. *decis.* 220. *n.* 18.

Prout nec possunt verba d. præseruationis fidei- 7 commissi referri ad filios d. Iulij Cæsaris, inter quos aderat fideicommissum graduale, & reciprocum in portione patris; quia dato hoc intellectu, frustratoria fuisset remissio caducitatis incursæ per Iulium Cæsarem ob lites motas contra dispositionem paternam, eaque non potest verificari nisi in fideicommisso reciproco inter ipsum Iulium Cæsarem, & Tiberium, quo testator Iulium Cæsarem priuauerat in casum petitionis legitimæ, nam de cætero nullam in hunc casum testator caducitatem induxit, sed solùm disposuit, quod officia Iulio Cæsari, & filiis legata in legitimam imputarentur: tunc enim habita per Patrem legitima nullum fideicommissum remanebat in eius portione, & consequenter non poterat subsistere reciproca substitutio inter descendentes, dum deficiebat fideicommissum passiuum ex parte Iulij Cæsaris, & filiorum, vt latius ponderatum fuit in secunda decisione.

Secundò principaliter non obstat, quod pro parte Tiberij nullum adesset reciprocum fideicommissum, cùm haberet à Testatore liberam alienandi facultatem sibi in codicillis attributam, & sic non sit verisimile, quod Iulius Cæsar pro solis scutis

6000.

6oco. receptis in dicta transactione voluerit acceptare Casalia Pollinis, & Radicicoli, cum onere fideicommissi, & renunciare legitimæ, quæ supponitur fuisse scut. 60000. quia obiectum diluitur ex facto; nam testator voluit quidem portionem Tiberij posse obligari Creditoribus, ad hoc vt facilius ille rationem bancariam prosequeretur, sed non ideò sustulit penitus fideicommissum desuper constitutum; poterat enim verificari in bonis non alienatis, vt per Iason *cons.231.in fin.lib.2.* Gabriel *cons.99. num.8. in fin. & seqq.lib.2.* Surd. *in cons.96. num.25.& seqq.* Menoch. *cons.1130 num.1. & seqq. lib.12.*Rota *decis.396 num.11. part.4. recent.* & ideò parum refert, quod deinde omnia bona Tiberij ære
8 alieno obruta remanserint, quia debet attendi tempus transactionis, non quod postea euenit, Surd. *de alim.tit.9.quæst.11 num.29.& seqq & decis.278.n.26. & seqq.* Seraph.*decis.627.num.11.& 12.* cum aliis allegatis *in Bononien Census 16. Decembris* 1639. coram R. P. D. meo Patriarcha Panzirolo; eo enim tempore inspecto, poterat Iulius Cæsar spetare longè pinguiorem successionem ex d.reciproca substitutione, quia Tiberius erat hæres vniuersalis, & vbi negociatio bonorum finem sortita esset, aucta fuisset in immensum substantia ipsius, & consequenter cessat prætensa inuerisimilitudo.

Maximè cùm nec etiam iustificetur, quod legi-
9 tima ascenderet ad scuta 60000. nam testes ad id probandum dati, non debent attendi vti deponentes de auditu, cùm ad hunc effectum Testes deponere debeant de propria scientia, distinctè & concludenter deductis debitis, vt in specie aduertunt Aldobrand.*in cons.60.num.23.lib.1.* Bursatt.*cons.213. num.16.*Rot.*decis.272.num.21. part.5. recent.* & fuit dictum *in Perusina fideicommissi de Menicombus 15. Maij* 1634.coram R.P.D.meo Merlino Decano.

Imò potius constat de contrario inhærendo assertioni Testatoris, qui in testamento ait; *Prohibeo dd. Fabio, Mutio, Iulio Cæsari, & Tiberio, & eorum descendentibus, & fideicommissariis, ne possint, neque præsumant de dictis bonis stabilibus quicquam detrahere occasione legitimæ aut falcidiæ, attento quod eisdem filiis assignaui bona valoris maioris eorum legitima,&c.* & in secundis codicillis inquit; *& quamvis eius filiis plus assignauerit quàm sit eorum portio legitima de Iure competen. & ideo contenti remanere debeant bonis assignatis cum fideicommisso, & conditionibus dispositis in testamento, &c* Et idem clarius repetiit in vltimis codicillis loquendo in specie de Iulio Cæsare cum ex-
10 pressione, & enumeratione bonorum ei relictorum; cui quidem assertioni standum est donec probetur erronea, Angel.*in §.1.in authen. de iureiurand. à morientibus præstit.* Mangil. *de euict. quæst.108 num.27.* Barz.*decis.105.num.25.*Rota *decis.163.num 2.part.5. & decis.164. num.4. part.7. recent.* & eò magis quia dum Iulius Cæsar in transactione acceptauit, &
11 approbauit testamentum, & codicillos patris in omnibus,& per omnia, censetur quoque acceptasse, & approbasse d.assertionem in testamento,& codicillis contentam,ex traditis per Aym.*cons.245.n 4.* Socin. Sen.*cons.125.num.2. vers. pro certo, & num.4. vol.3.* Rota *decis 429.n.2.in fin. part.2. recent.& decis.246. n.9.* coram Buratto.

Tertiò, & denique non obstat, quod transactio emanauerit iuxta consilium bon.mem.Cardin. Cesij, & Dominorum de Rota, vt sæpè repetitur in ea,& sic cùm lis in Rota penderet super supplemento legitimæ, eadem transactio restringi debeat ad eandem causam supplementi,itavt bona de quibus agitur Iulius Cæsar retinuerit liberè pro legitima, & pecunias receptas in transactione habuerit pro supplemento; quia vltra quod lis non cadebat super solo supplemento legitimæ,sed etiam super nullitate dispositionis paternæ, & quacunque alia prætensione,vt patet ex commissionibus datis in hodierno summario fideicommissariorum *num. 1. & 2.* in omnem euentum quatenus etiam lis præcedens esset solùm super supplemento, nihilominus potuerunt illi prudentissimi Patres suadere Iulio Cæsari mediante receptione scut. 6000. vt ab hac lite recederet, & consulendo conseruationi familiæ paternum fideicommissum acceptaret prout acceptauit, dum approbauit testamentum & codicillos in omnibus, & per omnia,vt supra fuit firmatum,& patet partes noluisse se restringere ad litem tunc pendentem, quia renunciauerunt etiam litibus futuris.

Nec subsistit,quod solutio scutor.6000. non fuerit facta pro supplemento legitimæ,sed potius facta fuit pro recessu à lite, & redemptione vexationum tàm motarum, quam mouendarum, vtque facilius Iulius Cæsar consentiret oneri fideicommissi super legitima, vt conuincitur ex supra deductis, & latius ponderatis in præcedentibus decisionibus, & clarius elicitur ex calculo facto per informantes pro fideicommissariis in hodierna disputatione, vbi probatur, ad manus Iulij Cæsaris peruenisse summam longè maiorem scutorum 60000. quia Casale Pollinis fuit venditũ ab eius filio pro scut.28550. & Casale Radiciocoli pro scutis 18000. & domus S. Marci pro scut.5500. *Summ n. 3.* ac insuper fuerunt soluta creditoribus eiusdem Iulij Cæsaris scuta 11. mill quæ simul iuncta ascendunt ad scuta 64000. vltra officia vacabilia aliaque mobilia ingentis valoris, quæ ex præcepto Testatoris ei imputari debebant in legitimam, vt constat ex lectura Testamenti, & Codicillorum.

Vnde colligitur, quod calculando etiam legitimam in summa scutorum 60000. iuxta prætensionem hæredum grauatorum, adhuc Iulius Cæsar non poterat aliquod supplementum prætendere, dum ad computum legitimæ imputabantur bona de quibus agitur, & sic pernecesse concludendum est, quod solutio scutorum 6000. facta fuerit ad hoc, vt idem Iulius Cæsar recederet à lite, & acceptaret onus fideicommissi in istis bonis, cùm incompatibile non sit, quod quis petierit legitimam, & deinde acceptauerit onus fideicommissi desuper
impositum, quia consentiente filio etiam legitima 12
grauari potest, Gabriel *de legitim.conclus.8.limit.20. n.55.* Molin.*de Hispan.primogen.l.2.c.3.n.7.* cum aliis allegatis *in a decis.causa §. sed quatenus.*

Et omnis hæsitatio si quæ adesset remouetur ex diuturna, & longæua obseruantia considerata in vtraque decisione; vnde apparet tam d. Iulium Cæsarem quàm eius descendentes semper hæc bona retinuisse vti fideicommissaria,& sententias in contradictorio iudicio obtinuisse pro eorum auocatione in vim dicti fideicommissi, neque ea euitari potest prætextu allegatæ infantiæ Francisci, quia etiam eo facto maiori continuauit.

Alia exaduerso repetita satis sublata visa fuerunt in præcedentibus decisionibus,ideò conclusum fuit standum esse in decisis vtraque parte informante.

Cæsaraugustana Distributionum.

Mercur. 21. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Cæsaraugustanæ ad supplendum summam Portionariis & Beneficiatis ex bursa communi pro horis diurnis debitam, iuxta statutum dictæ Ecclesiæ in omnibus & per omnia obseruandum tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum cum clarè & specificè loquatur ad vnguem seruari debet, nec ab illius dispositione recedere licet.*

2 *Alternatiua natura est vt in altero ex alternatis quod dicitur verificetur.*

3 *Verba ampla & generalia restrictionem non recipiunt.*

4 *Tempus datæ Bullæ in omnibus gratiis Apostolicis attenditur.*

5 *Fideicommissum fauore agnationis factum cum facultate alienandi heredi grauato data, quatenus heres non alienauerit constitutum censetur.*

6 *Capitulum non posse supplere indigentia bursæ communis ex pecuniis bursæ particularis, in Concilio Tridentino nullibi prohibetur.*

7 Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. *etiam in concessionibus quæ fiunt inter personas eiusdem Ecclesiæ locum habet.*

8 *Conditionis adimplementum ad tempus ipsius acquisitionis retrotrahitur.*

9 *Solutiones per Capitulum Portionariis factæ, in executionem statuti præcedentis facta præsumuntur.*

10 *Decisiones in iudicio summariissimo possessorio discussæ, an & quando etiam in petitorio suffragentur.*

DECISIO CCXXIV.

IN sententia in hac causa prolata per Reuerendiss. P.D. meum Patriarcham Panzirolum declaratum fuit singulis Portionariis, & Beneficiatis inseruientibus in Ecclesia Cathedrali Cæsaraugustana, deberi ex bursa communi distributionum, seu anniuersariorum, tria regalia pro quolibet pro horis diurnis, salua remanente distributione Matutinorum, & Capitulum teneri ad supplendum tantam summam quæ sufficiat pro huiusmodi distributione præstanda, iuxta formam statuti dictæ Ecclesiæ, idemque statutum esse in omnibus, & per omnia obseruandum, etiam quoad accrescentiam absentiarum distributionis ordinariæ, & vltrarum, & quoad repartitionem Missarum, & Anniuersariorum, ac aliorum, quæ in posterum obuenerint eidem Ecclesiæ.

Sed quia Capitulum dictæ sententiæ acquiescere noluit, causam appellationis mihi committi obtinuit, quare dubitaui an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & pro confirmatione fuit responsum, attenta eius validitate, & iustitia. Validitas enim non impugnatur, & euidenter apparet ex reuolutione actorum: Iustitia verò probatur ex dispositione dicti statuti conditi de anno 1607. post secularizationem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, vbi *in 4. part. cap. 14. Rubr. de distribut. Chori & absentiarum*, statuitur circa distributiones iuxta modum expressum in dicta sententia D. Patriarchæ, quod quidem statutum cum clarè, & specificè loquatur, debet ad vnguem seruari, nec ab illius dispositione recedere licet, *l. Ancillæ*, & ibi Gloss. *ff. de furt. l. constitutionib. ff. ad municipal.* Surd. *conf.* 195. *n.* 2. Asin. *de execut.* §. 7. *c.* 214. *n.* 4. 1

Nec obstare visa fuerunt ea, quæ deducebantur, seu potius repetebantur contra eius validitatem.

Nam primò non obstat, quod illud fuerit conditum contra formam Bullæ secularizationis, cùm in ea facultas erigendi nouam bursam attributa fuerit Archiepiscopo pro seruitio Canonicorum duntaxat, & tamen erectio facta fuerit à Nuncio Hispaniarum concedendo illius participationem etiam Portionariis; quia in dicta Bulla fuit data facultas erigendi nouam bursam, & statuendi quod videbatur congruum, & approbandum à Nuntio Hispaniarum, siue ab Archiepiscopo tanquam delegato Apostolico. Vnde dum erectio fuit approbata à Nuntio, non dicitur contraria, sed potius conformis Bullæ iuxta naturam alternatiuæ, quæ sufficit vt in altero ex alternatis verificetur, *c. in alternatiuis de regul. iur. in 6. cap. inter cæteras*, & ibi Gloss. & DD. *de rescript.* Bart. *in l. si is, qui ducenta, §. cum ita, ff. de reb. dub.* Gabr. *conf.* 118. *num.* 2. *volum.* 2. 2

Participatio verò Portionariorum nec etiam aduersatur dispositioni Bullæ: quia licet ibi assignentur certi redditus pro distributionibus Canonicorum, & dignitatum cum taxatiua (*duntaxat*) id tamen factum fuit sine præiudicio Portionariorum, vt benè respondent decisiones D. Patriarchæ 3. Decembris 1640. & 11. Iunij 1641. cum quibus Domini transierunt: nec dicta clausula debet solum referri ad portionarios panis, & vini, sed omnes indifferenter comprehendit, vt patet ex lectura Bullæ ibi, *sine tamen dicti Gabrielis, ac Portionariorum, & aliorum de portionibus menstruis mensariis nuncupatis, nec non aliis fructibus ad eandem mensam hactenus spectantibus, & pertinentibus participantium, nec non infrascripta Mensa communis distributionum manualium præiudicio*; hæc enim verba vti ampla, & generalia non recipiunt restrictionem, Alex. *conf.* 117. *num.* 5. *lib.* 5. Decian. *conf.* 84. *num.* 13. *lib.* 3. Crauet. *conf.* 135. *n.* 2. Rota *decis.* 198 *n.* 4. *& decis.* 246 *n.* 3. *p.* 7. *recent.* 3

Absque quod valeat replicatio, nempe quod nullum Portionariis fuerit illatum præiudicium per augmentum Canonicorum ad numerum 24. in Bulla secularizationis, cùm in statu regularitatis Ecclesia esset receptitia, & liquando 50. Canonicos numerauerit; quia cùm sit in confesso inter partes tempore Bullæ secularizationis vnicum tantùm extitisse Canonicum in dicta Ecclesia, sequeretur quod maximum fuisset illatum præiudicium Portionariis, dum ad participationem massæ antiquæ de qua vnus solus Canonicus participabat, admittebantur 24. Canonici nouiter instituti in dicta Bulla; & ideo concludendum est, quod tale præiudicium fuerit præseruatum in noua assignatione facta in eadem Bulla secularizationis, habita ratione præiudicij Portionariorum, &

& status massæ de tempore dictæ Bullæ, cuius data-
4 tæ tempus attenditur prout fit in omnibus gratiis Apostolicis, *cap. si eo tempore de rescript.in 6 & cap eam te de rescript* ibique gloss.*verb datam*, vbi alios textus concludentes cumulat Alca *cons* 41. *num.* 8. *lib.* 4.

Adeò quod Statutum reintegrando Portionarios per applicationem redditnum Canonicis tantum assignatorum Bursæ antiquæ, adimpleuerit dispositionem Bullæ prohibentis præiudicium inferri Portionariis: vel in omnem euenmm cùm in eadem Bulla post assignationem taxatiuæ, vt supra factam Canonicis detur eisdem facultas condendi Statuta circa emolumentorum, ac distributionum perceptionem & diuisionem, ad euitandam incompatibilitatem, dicendum est, quod illa taxatiua assignatio habeat in ventre tacitam conditionem, dummodo aliter Capitulum non statuerit, prout in simili dicimus, quod si in eodem
5 instrumento adsit strictissimum fideicommissum fauore agnationis, & fuerit data hæredi granato facultas alienandi, fideicommissum censetur constitutum quatenus hæres non alienauerit, Cephal. *cons.* 16.*num.* 59.Surd.*cons.* 191.*num.* 2. Peregr.*de fideicomm.art.* 40.*num.* 45. Osasch.*dec.* 85.*n.* 4.*vers. nec videtur obstare.*

Secundò non obstat quod dictum Statutum contrarietur Sacro Concilio Tridentino, quia nul-
6 libi legitur in Tridentino prohibitum, quod Capitulum non possit supplere indigentiæ Bursæ communis ex pecuniis bursarum particularium, nec erat seruanda forma tradita *in sess.* 21.*cap.* 3.*& in sess.* 22. *pariter cap.* 5. *de reform.* Quia vtrobique agitur de assignatione redditunm pro distributionibus, quando nullæ adsunt distributiones, prout *sess.* 24. *cap.* 15.loquitur de vnione, & applicatione beneficiorum Præbendis tenuibus, & ideò cum neuter istorum sit casus noster frustra obijcitur de contrarietate.

Tertiò nec obstat, quod illud aduersetur Constitutionibus Apostolicis, scilicet *Extrauag. Ambi-*
7 *tiosæ de reb. Eccles. non alien.* quam habere locum etiam in concessionibus, quæ fiunt inter personas eiusdem Ecclesiæ, dixit in proposito Rota *in Elnen. Distributionum* 4. *Decembris* 1634. coram bon. mem Buccabella, *& in dec.* 191.*num* 11.*part.* 7. *rec.* quia quidquid fit quando vni conceduntur bona alteri plenariè acquisita, secus in casu nostro quo ex Bulla secularizationis bona, ac redditus assignati pro massa Canonicorum tantùm fuerunt illis quæsita modificatiuè, & conditionaliter, videlicet sine præiudicio Portionariorum, quorum propterea præiudicio consulere potuerunt Canonici mediante dicto Statuto, per quod videntur adimpleuisse modum, & conditionem in limine
8 dictæ acquisitionis præscriptam, cuius adimplementum retrotrahitur ad tempus ipsius acquisitionis, ad tradita per Bart.Angel.& Salicet.*in l.* 1.*ff. qui potior. in pignor. hab.* & per Bursatt.*in cons.* 45. *num.* 1.*& seqq.*& per Gratian.*discept. forens.cap.* 586, *num.* 8. *&* 9.*& seqq.*

Vltra quod hic non agitur de formali alienatione, sed de simplici communicatione, & repartitione fructuum, pro qua concurrit etiam authoritas Apostolica, & iusta causa non deest, cùm æquum non videatur, vt in eadem Ecclesia Portionarij, qui maxima assiduitate incumbunt seruitio illius, viuant in egestate, & Canonici abundent diuitijs.

Quartò nec subsistit quod dictum Statutum non fuerit acceptatum, sed imo postea reuocatum, quia contrarium probatur tum ea præcedenti tractatu habito de statuendo, tum ea mandato procuræ ad statuendum, tum ea litteris missis ad recol. mem. Philippum II. Catholicum Regem, tum ex obseruantia Statuti per actus positiuos plurium annorum, quibus constat Capitulum Portionariis soluisse regalia tria, & Canonicis sex, prout in dicto Statuto cauetur; hæ enim solutiones præsu- 9
muntur factæ in executionem Statuti præcedentis, *l. ad solutionem C. de re iud. l.* 2. *C. de acquir. possess.* Craoett.*cons.*10.*num.* 9. *& cons.* 118. *num.* 1. *& cons.* 158.*num.* 4. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2.*præsumpt.* 14. Rota coram bon mem. Coccino *dec.* 128 *num.*8.*inter eius impress. & dec.* 295. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* Nec possunt tergiuersari, cùm appareant scripta in libris, & confirmentur per testes, & relationes peritorum, vt latius ponderatum extitit in præcedentibus decisionibus, in quibus ad satietatem resp ondetur etiam repetita obiectio reuocationis Statuti postea lite pendente nulliter factæ.

Quibus se posito nihil releuare visa fuit recantata exceptio diminutionis fructuum; Tum quia nullatenus iustificatur, & Rota semper tenuit redditus esse vberes, ac sufficientes pro hoc onere, ea luculenter deductis in decisionibus emanatis coram bon.mem.Coccino & signanter in illa eatensa sub die 6. Iunij 1629. & in alia emissa sub die 9. Decembris 1630. & in alia 26. Aprilis 1632. quæ quidem decisiones licèt prodierint in 10
iudicio summarissimo possessorio, quia tamen etiam tunc acerrimè discussæ fuerunt exceptiones & iura petitorij, suffragantur quoque in petitorio, Felin.*in cap. causam il.* 1. *num.* 6. *de testib.* Butr. *in cap cum dilectus* §.*Verum sub.num.* 35. *vers.plus dicit de ordin. cognit.* Decius *cons.* 56. *num.* 2. Rota *dec.* 35 *num* 3. *part.* 1. *& decis.* 162. *num.* 5. *part.* 4. *diu. & decis.* 535. *num.* 14. *&* 15. coram Papa Greg.XV.

Tum etiam quia inutiliter certatur super ista prætensa diminutione redditunm communis bursæ, si Capitulum ex forma Statuti tenetur illi supplere quicquid est necesse pro solutione trium regalium ea iam dictis.

Ex quibus, & ex aliis exuberanter deductis in præcedentibus decisionibus responsum fuit, sententiam Rotalem esse confirmandam vtraque parte informante, &c.

Camerinen. Dotis

Merc. 21. Maij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententiæ iniustitia stante Ægidianæ locus esse non potest.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando est iniusta Ægidiana non intrat.*

2 *Augmentum dotis in capitulis matrimonialibus assignatum, tanquam in pactum & conuentionem deductum mulieri debetur.*

3 *Euentus posterior à primordio tituli instrumenti formatur.*

4 *Instrumentum quando ad Capitula relationem*

 habet,

habet, eadem pars Instrumenti dicuntur & in eo cum omnibus qualitatibus inesse censentur.

5 *Capitulationes in Instrumento assertæ sunt attendendæ.*

6 *Stipulatio per Notarium in Instrumento facta cùm in aliquo à Capitulis subscriptis discrepat, ad eadem capitula tanquam ad matricem est reuertendum.*

7 *In materia scripturarum non præsumitur pluralitas.*

8 *Contractus matrimonij quando est plenè perfectus, Instrumentum postea factum ad faciliorem probationem factum censetur.*

9 *Instrumentum in executionem præcedentis apocæ matrimonialis factum partes innouare velle non præsumitur, cùm id in præiudicium illius cui iam Ius erat quæsitum fieri non possit.*

10 *Sententia vt exequatur vigore Ægidianæ, sufficit quod fuerit iniusta de tempore quo fuit probata absque quod ex nouiter deductis possit iustificari.*

11 *Declarationi medio Iuramento factæ standum est, cùm sit de re ipsius cuius interest conscientiæ commissa.*

12 *Bona quando alicui in solutum sunt data pro debitis confidentialibus, pro eorum quoque rata eidem competit retentio.*

DECISIO CCXXV.

A Sententia bon. mem. Coccini concedente immissionem in possessionem bonorum de quibus agitur ad fauorem Horatij Manelli hæredis Domitij de Domitiis contra Victuriam eiusdem Domitij vxorem, appellauit d. Victuria, & causam appellationis committi obtinuit cum clausula *constito quod sit locus Ægidianæ.* Proposito itaque pluries dubio an esset locus Ægidianæ prius coram bon. mem. Buccabella, & postea coram me in eius locum subrogaro, & nunquam resoluto,
1 tandem hodie Domini responderunt non esse locum Ægidianæ, quia sententia est iniusta, quo casu Ægidianam non intrare, tenet Rota passim, vt *in decisione 4. de Ægid.* coram Puteo, & *in decis. 19. num. 2. lib. 2. part. 3. diuers.* & coram Seraphin. *decis.* 603. & coram bon. mem. Coccino *decis.* 446. *num.* 4. inter eius impress. & inter recen. *decis.* 502. *num. 4. part. 4.*

Iniustitia verò sententiæ visa fuit constare ex duobus fundamentis.

Primò quia non solùm debebat concedere retentionem pro dote Victuriæ, sed etiam pro supradote ei à viro constituta in scutis 2000. in capitulis matrimonialibus, ibi: *che il Signore Domitio debba far sopradote alla detta Signora Victuria di scud.* 2000. *con conditione che nascendo li figliuoli del sudetto matrimonio questa sopradote ceda in beneficio di essi, & morendo la Signora Vitturia, senza figliuoli del sudetto matrimonio torni in beneficio del sudetto Signore Domi-*
2 *tio o suoi heredi*, cùm certum sit mulieri deberi augmentum dotis in capitulis matrimonialibus assignatum tanquam in pactum, & conuentionem deductum, *l. ex morte C. de pact. conuent.* Alciat. *in l. si stipulatus §. si tibi nupsero num. 5. ff. de verbo obligat.* Molin. *de ris. nupt. lib. 3. quæst. 64. num.* 5.

Absque quod obstet conuentio apposita in Instrumento postea subsecuto, nempe quod soluto matrimonio suprados reuerti debeat ad Domitium, vel ad eius hæredes, quasi ex hoc videatur recessum à capitulis matrimonialibus, quia prædicta conuentio est intelligenda iuxta tenorem Capitulorum matrimonialium, in quorum executionem
celebratum fuit dictum Instrumentum, cùm à pri- 3
mordio tituli posterior formetur euentus, *l. regula §. licet ff. de iur. & fact. ignor.* Crauett. *cons.* 284. *n.* 6. benè Surd. *cons. 201. num. 16. cum seqq.* maximè quia in eisdem capitulis dicitur, quod debeat fieri pu-
blicum Instrumentum, & in instrumento habetur 4
relatio ad dicta capitula, quo casu capitula dicuntur pars instrumenti, & in eo inesse censentur cum omnibus qualitatibus, *l. ait Prætor §. 1. ff. de re iudic. l. asse toto,* vbi Bart. *ff. de hered. instit.* Alex. *cons. 35. n. 8. lib.* 4. Rot. *decis. 35. n. 6. in fin. part.* 1. & *dec. 194. n. 49. part. 5. recent.*

Nec facit quod Notarius professus fuerit stipulare Instrumentum cum intentione capitulationum inter partes conuentarum, dum dicit ibi; *cum infrascriptis capitulationibus &c.* vndè ex aduerso infertur,
quod cùm capitulationes in instrumento insertæ 5
dicant, quod soluto matrimonio suprados reuerti debeat ad Domitium, istæ debeant attendi, vt dicunt decisiones bon. mem. Coccini in causa emanatæ sub diebus 17. Iunij & 17. Decembris 1635.

Quia certum est in Instrumento non fuisse insertas aliquas capitulationes super matrimonio cõtrahendo, sed imò ex eius lectura proœmiali patet partes voluisse Instrumentum facere iuxta tenorem Capitulorum matrimonialium, subscriptorum à bon. mem. Cardinali Bonifacio Cætano ibi: *Cùm fuerit & sit quod opera medio & interuentu Illustrissimi & Reuerẽdissimi Domini Bonifacij Abbatis Cætani &c. fuerint tractata & conclusa sponsalia, cum infra scriptis capitulationibus per me visis, & lectis, de quibus adhuc nullum fuit celebratum Instrumentum ad*
hoc vt de eis perpetuò constare possit; Hinc est &c Dũ 6
igitur stipulatio facta per Notarium in Instrumento in aliquo discrepat à capitulis à Card. Cætano subscriptis, reuertendum est ad eadem capitula tanquam ad matricem, Bart. *in l. Sempronius Proc. num. 7. ff. de legat.* 2. Cephal *cons. 85. n. 44 lib.* 1. Surd. *decis. 73. incipien. de venditione num. 3. vers. his non attentis*, Rot. *decis. 104. num. 4. part. 1. recent.* & in proximis terminis fuit dictum *in Romana restitutionis dotis 10. Martij* 1608. §. *supradictis accedebat*, coram Penia quæ est *decis 89. impress. per Fenzon. post statut. vrb.* Et cùm non dentur alia Capitula subscripta per Bonifacium Cætanum, nisi illa, quæ exhibita sunt pro parte Victuriæ, illa sunt attendenda, quia in
materia scripturarum non præsumitur pluralitas, 7
Bald. *in fin. n. 8. vers. respondeo C. de reb. cred.* Crauett. *cons. 198. n.* 1. Surd. *cons. 16. n. 9. vol.* 1. Gratian *discept. 951. num.* 15.

Qui quidem intellectus est omnino amplecten-
dus, quia contractus matrimonij erat plenè perfe- 8
ctus ex apoca matrimoniali à d. Card. Bonifacio subscripta, & à partibus acceptata, vt colligitur ex proœmio subsequentis Instrumenti, ita vt ipsum Instrumentum fuerit postea factum ad faciliorem probationem, iuxta glos. *in l. contractus C. de fid. instrumen.* Grat. *cons. 107. num. 4. & 6.* Thesaur. *decis. 197. num. 4. & 6.* Rot. *decis. 377. num. 6.* & *decis. 517. num. 2. part. 1. diuers.* & ideò non est dicendum, quod in instrumento facto in executionem præcedentis apocæ matrimonialis voluerint partes ali-
quid innouare, cùm nec etiam id fieri potuisset in 9
præiudicium Victuriæ, cui iam erat Ius quæsitum, *l. mulier dotis l. Marius ff. de pact. dotalib.* Dec. *cons.*

35.num.4.8.& 9. lib.1. Fontanell.*de pact. nuptialib. clauſ 5. gloſ 8.part. 12 .num. 55. 56. & 57.* Guil.*ad conſuetud. Meſſanen.cap.1.gloſ.8.part.5.num.40.& 41.* Rot *deciſ.*~*41.num.1.p.4.diuerſ.*& fuit in ſpecie dictum *in Romana Incr.dotalis 16. Decembris 1633.coram bon.mem.Merlino.*

Neque hoc iniuſtitiæ fundamentum ceſſat ex eo quod Victuria pendente hac diſputatione coram me ab humanis deceſſerit, & per conſequens ſit factus locus reſtitutioni augmenti dotalis, ſeu ſupradotis ad fauorem hæredis Domitij, etiam attentis Capitulis ſubſcriptis a Cardinali Caëtano; quia ad effe-
10 ctum de quo agitur, ideſt decidendi an eſſet exequenda ſententia bon. mem. Coccini vigore Ægidianæ, ſufficit quod illa fuerit iniuſta de tempore quo fuit probata, abſque quod poſſit ex nouiter deductis iuſtificari, vt in ſpecie aduertit Cornel. *conſ. 10. poſt med. verſ. non autem poſſet vol.4.* quem Rota paſſim ſequitur, vt *in deciſ. 279. num. vlt.* coram Seraphin. Adden. ad Buratt. *deciſ. 251. num.15.*

Secundò & principaliter iniuſtitia dictæ ſententiæ deducta fuit ex eo, quod d. Victuriæ non ſolùm erant reſtituenda ſcuta 180.in d. ſententia contenta pro debitis confidentialibus ab ea ſolutis de ordine viri, ſed etiam alia ſcuta 260. & ſic in totum ſcuta 440.erogata per eam in eadem cauſa, vt in declaratione facta medio Iuramento, cui propterea ſtandum eſt abſque alia Iuſtificatione, cùm ſit de re commiſſa ipſius Victuriæ conſcientiæ, vt ex Gloſ *in cap.ſtatutum §. aſſeſſorem verb.relinquatur de reſcript. in. 6.* firmant DD. & præcipuè ad noſtrum propoſitum Tiraq.*de præſcript. gloſ.8. num. 4.circa fin.verſ.inferunt autem*, facit Angel.*in l. de pupillo §.qui opus num.1.ff.de nou.oper.nunciat.* Sanchez *de matrim lib.3. diſput.8.num.4.* Maſcard.*de probat. concluſ.414*

Nec aduerſatur notula ex aduerſo exhibita ſcut. 180. canonizata in deciſionibus prioris inſtantiæ, quia illa non loquitur taxatiuè, ſed poſitiuè, & ideò non excludit alias ſolutiones factas in eadem cauſa confidentiæ. Vnde cùm bona de quibus agitur fuiſſent data in ſolutum Victuriæ etiam pro iſtis debitis confidentialibus, pro eorum quoque rata ei competebat retentio, Bart.*in l.3.§.fin. ff. de acquir. poſſeſſ* Dec.*conſ.449.num.22.* Neguſant.*de pignor. in 2.membr.3. part. num.2.* Oſach *deciſ.34.num. 17.*latè Surd.*deciſ.46.num.14.*

Et ita, &c.

Romana Saluiani, ſeu attentatorum.

Lunæ 2. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia licet lata in iudicio vtilis Saluiani eſt appellabilis, adeóque intra terminum ad appellandum datum maximè ſtante notoria eius inſtantia citra vitium attentatorum exequi, non poteſt.

Vide ſuprà *Deciſ.180.*

SVMMARIVM.

1 *Archiconfraternitas in dubio laicalis præſumitur.*

Maximè cùm à laicis regatur & gubernetur, nec conſtat eam auctoritate Ordinarij fuiſſe inſtitutam, ibid.

2 *Iudex inhærendo regulæ præſumptiuæ qualitatis laicalis non errat.*

3 *Immiſſio in Saluiano à poſteriore Creditore petita excluditur, ſtante anteriori hypotheca vigore dotis de qua per publicum Inſtrumentum dictum iudicialiter fuit.*

4 *Aduerſarius allegans hæredem beneficiatam de credito dotali ex bonis hæreditariis communis debitoris ſatisfactam fuiſſe, cùm de iis non conſtet dictum probare tenetur.*

5 *Contrahens cum aliqua vti hærede beneficiata de hæreditariis bonis, eidem vti tali ſolutionem crediti dotalis promiſiſſe cenſetur.*

6 *Iudex à quo notitiam habens Inuentarij licet coram eo integrè productum non fuerit ab executione ſe abſtinere debet; ſecus executio attentata cenſetur.*

7 *Exequutione attentata facta, ante omnia attentata & ſpolium ſunt purganda.*

DECISIO CCXXVI.

EX duplici fundamento firmatum fuerat in hac cauſa ſub die 29. Maij ſuperioris anni, ſententiam Iudicis ab A. C. deputati eſſe appellabilem licet latam in iudicio vtilis Saluiani, & propterea nō potuiſſe exequi intra decem dies datos ad appellandum citrà vitium attentatorum. Primò quia vinea ſuper qua immiſſio fuit conceſſa, erat ſub proprietate Eccleſiæ, quo caſu non intrat Ægidiana conſtitutio excluſiua appellationis in poſſeſſoriis, & cōſequēter debebat admitti appellatio de Iure Canonico. Altero & ſecundo, quia præfata ſententia fuit iniuſta, cùm in ea concedatur immiſſio ad fauorem Pagnini Creditoris Iulij ſuper vinea contra Primolum, & litis conſortes, qui eandem vineam emerant ab Appollinara vxore & hærede beneficiata dicti Iulij pro ſatisfaciendis Creditoribus dicti Iulij, inter quos extabat dicta Appollinara pro rata ſui crediti dotalis anterioris, vt latius apparet ex deductis in deciſione tunc extenſa, ſuper qua conceſſa noua audientia repropoſui denuo cauſam ſuper eiſdem, & Domini in hac ſecunda repropoſitione reſponderunt ſtandum eſſe in deciſis, moti præcipuè ex ſecundo deciſionis fundamento, nempe ratione notoriæ iniuſtitiæ ex eiſdem actis reſultantis

Primum enim fundamentum dubitatum fuit euitari poſſe ex eo, quod licet Iudici aliqualiter, & præſumptiuè ſaltim conſtiterit vineam prædictam eſſe ſub directo dominio Venerabilis Archiconfraternitatis Conſolationis ex deductis in præcedenti 1
deciſione, non tamen illi fuit, nec etiam præſumptiuè oſtenſum, quod dicta Archicōfraternitas eſſet Eccleſiaſtica, imò credere potuit eam laicalem, qualis in dubio præſumitur. Ioannes Franciſcus à Ponte *conſ.18.n.5.*& per tot.Rot *deciſ.603. n.3.p.1.* & *conſ.268.num.5.part.3.recent.*maximè cum a laicis regatur & gubernetur, Guttier. *canon.quæſt.lib.1.cap. 35.num.9.& ſeqq.*nec tunc conſtitit auctoritate Ordinarij

dinarij fuisse institutam, Cotu.*cons*. 7.*num*.8 *lib*.3. Alex *cons*. 1 20.*n*. 3.*vers*.*& sic lib*. 1.Cyriac.*controuerſ*. 5 30.*num*. 1.

Absque quod obstent visitationes Eminentissimi Card. Vrbis Vicarij, & aliorum Visitatorū Apostolicorum, & Priuilegium Sixti VI. quo eidem Archiconfraternitati communicantur priuilegia Archihospitalis Sancti Spiritus, quia de his omnibus in prima instantia, nec sumus quidem datus fuit, &
a ideò Iudex inhærendo regulæ præsumptionæ qualitatis laicalis non errauit, vt benè ad propositum aduertit Amat.*decis*.*March*.15.*num*.39.& facit Rota *decis*.106.*num*.1.*&* 3.*part*.2 *diuerſ*. & consequenter potuit procedere ad vlteriorem exequutionem, Rot. *decis*. 1 20. *n*.2.*p*.1.*diuerſ*.& *decis*.297 *num*.13. post Modern. *de manutenen*.& fuit dictum *in Romana de Caſareis* 30. *Maij* 1639. *coram R. P. D. meo Ghiſlerio*.

Secundum verò fundamentum iniustitiæ subsistere visum fuit, ex rationibus in decisione deductis, & quia Primulo, & consortibus litis emptoribus vineæ competebat exceptio retentionis, ratione dotis Appollinaræ venditricis anterioris Pagnino Aduersario, per quam excludebatur immissio in Saluiano à Pagnino posteriore petita, potissimum
3 quia de dicta anteriori hypotheca, & eius vigore de retentione fuerat Iudicialiter doctum per publicum instrumentum, & sæpius oppositum, & Benedicta venditrix & creditrix defensionem emptorum ex dicta hypotheca susceperat, Rota apud Paeiſie.*de Salu*.*decis*.75.*n*.9.cum aliis in prima decisione adductis.

4 Nec obstat quod Appollinara de suo credito dotali præsumatur satisfacta, ex quo bona hæreditaria Tullij communis debitotis vti eius hæres consequuta fuit, quia vltra quod non probatur ad eius manus peruenisse, ex quibus ipsa potuerit satisfieri, & ex aduersario probati debebat, Rot. coram Setaphin. *in decis* 1455.*num*.1.*&* 5.& inter recent.*decis*.275 *num*.4 *part*.4. & fuit dictum *in Viterbien.reſtitutionis dotis* 8. *Februarij* 1627. *&* 24. *Nouembris eiusdem anni coram bon mem.Card.Virili*, in omnem casum, hæc exceptio posset dari contra ipsam Appolinaram, non autem contra emptores vineæ ab hærede beneficiata.

Prout non subsistit, quod Iura dotis Appolinatæ fuissent per prius extincta per confessionem, eo quod ipsa est hæres Tullij nec gaudet beneficio
5 Inuentarij. Tum quia ipsemet Pagninus contraxit cum ea tamquam hærede beneficiata, & vti tali eidem promisit soluere de pretio effectuum hæreditariorum Tullij per eum emptorum creditum dotale, *l.ſi proponas* §. 1. vbi Bald *in fine ff.de inoffic. teſtam*. Dec.*conſ*.665.*num*.2. *lib*. 2. Surd. *decis*.104.*num*.5.*& ſeq*. Gregor.XV. *in decis*.123. *num*.13. Tum quia re vera illam fuisse hæredem beneficiatam constat ex publico Instrumento Inuentarij, quod ab exceptionibus ex aduerso repetitis bene vindicatur ex responsionibus datis *in* §. *ſi penult & vltimo præcedentis decisionis*, cum quibus Domini transierunt.

6 Minus aduersatur, quod coram Iudice à quo non fuerit productum nisi initium Inuentarij, quia nihilominus eius notitiam habuit Pagninus, dum ipse, vt supra fuit ostensum, dictam Appolinaram vti hæredem beneficiatam agnouit, quod sufficit ad effectum vt tam ipse, quàm Iudex ad eius instantiam se abstinere deberet ab exequutione quæ alioquin diceretur attentata, Lancell.*de attent.part*.2.*c*.10. *amplia*t.19.*num*.1.*declarat*.1.*num*.14. Rot.*decis*.296. *num*.8 *part*.6.*recent*. & in specie decisum fuit *in Anximana prætenſi fideicommiſſi* 21. *Iunij* 1641. *coram R.P.D.Cerro ſub* 5. *nec dicatur*, vbi aliæ concordantes referuntur.

Denique non obstat oblatio nuper ex aduerso facta de credito dotali Appolinaræ; quia post factam exequutionem attentatam, ante omnia attentata, & spolium sunt purganda, Rot. *decis*. 336. *num*.7.*&* 8. coram S.mem.Gregorio XV.& fuit dictum *in Arminen.Molendini* 4. *Martij* 1641.*coram R. P. D meo Bichio*. Decisiones verò exaduerso allegatæ procedunt, quando per viam replicationis adducitur aliquid ad elidendas exceptiones post factam exequutionem oppositas à Reo, qui profectò non est casus de quo agitur, quia ante exequutionem, imò ante sententiam productum erat Instrumentum dotale D. Appolinatæ vnà cum alio, vt supra celebrato inter ipsam & Pagninum super effectibus hæreditatis. 7

Et ita decisum vtraque, &c.

Calaguritana beneficij de Cornago.

Vener. 6. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De beneficio in concursu aliorum ei in quo maiores concurrunt qualitates adiudicando.

SVMMARIVM.

1 *Approbatus ad curam animarum cùm in eo maiores quàm in aliis concurrant qualitates ei etiam beneficium meritò eſt adiudicandum.*
2 *Qualitates conſiderabiles ad effectum admittendi ad curam animarum in quibus conſiſtunt.*
3 *Non approbatus in partibus ad curam animarum in Curia abſque citatione partis ſolus examinari poteſt.*
4 *Deciſio beneficiorum Iure eſt interdicta.*

DECISIO CCXXVII.

POSTQVAM resolutum fuit in hac causa constare de attentatis ad fauorem Francisci Lopez, contra Vicentem, & Franciscum Zimenez, vt in decisione emissa sub die 24. Ianuarij præteriti, procedendo ad vlteriora dubitaui cui sit adiodicandum beneficium de quo agitur, & pro eodem Lopez informante fuit responsum.

Quia ex processu in partibus coram Ordinario fabricato constat ipsum esse filium patrimonialem, & naturalem loci de Cornago, seque de tempore vacationis beneficij opposuisse iuxta motum proprium Clementis VIII. ac in examine in Curia facto de ordine Rotæ coram examinatoribus Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarij fuisse approbatum ad curam animarum, & ideò cùm in eo concurrant maiores qualitates, quàm in Prælatis Vicente, & Zimenez, merito ei beneficium est adiudicandum, Lotter.*de re benefic.lib*.2. *quæſt*. 31. *num*.135.Gregor.XV *in decis*.11.*num*.4. ibique Adden. & in terminis fuit dictum *in alia Calaguritana beneficij* 1

beneficij de Cornago *sub die 20. Maij 1639. coram R.P.D. meo Ghislerio.*

2 Quod autem in d. Lopez concurrant maiores qualitates probatur primò, quia ipse fuit promotus ad Sacerdotium vsque de anno 1633. vt apparet in eius literis patentibus *summ. num.* 2. Vicentes verò & Zimenes nondum sunt in sacris, sed tantùm prima Tonsura initiati, vt deponunt testes *eodem sum. num.* 2. Secundò quia idem Lopez fuit à suo Ordinario approbatus ad curam animarum, illámque cum effectu exercuit per plures annos *dicto summario num.* 3. & hæc qualitas pariter defuit in dd. Vicente & Zimenez *dicto summario num.* 4. *&* 5. Tertiò quia dictus Lopez in vniuersitate Vallisoletana spatio sex annorum studiis operam nauuit, *dicto summario num* 6. prædicti verò Vicentes & Zimenez solùm studiis grammaticalibus incubuerunt, vt dicunt testes *dicto summario num.* 7. quæ quidem qualitates sunt omnes considerabiles ad effectum de quo agitur, *cap. cum cunctis in princ.* & *in § inferiora de elect. cap. nam te*, & *in cap. cum præterea de ætat. & qualitat. cap. si pro clericis pauperibus de preb lib.6. Sac. Concil. Tridentini sess.7. cap. 2. & sess 22. cap. 1. &* 4. benè Gutierr. *cons. 2. num.* 22. cum aliis pluribus relatis per Lauram *de comminers. & Capellan. lib. 2. cap. 3. num. 1. & seqq* Castro Palao *tom.2. moral. tr. 13. disputat. 4. punct. 6. per tot.*

Nec obstat si dicatur examen cum approbatione ipsius Lopez fuisse in Curia factum absque citatione alterius partis, quia cùm non ageretur de repetendo examine omnium appositorum, sed so-
3 lùm de examinando Lopez, qui in partibus non fuit approbatus ad curam animarum, istè potuit solos examinari in Curia, iuxta decisionem Gregor. XV. 527. & 538. nec fuit necessaria citatio partis, vt fuit resolutum [illegible] *Calaguritana beneficij 14 Nouembris 1636. coram R. P. D meo Patriarcha Panzirolo*, & fuit dictum *in d. Calaguritana de Cornago coram R. P. D. meo Ghislerio.*

Nec subsistere potest prætensa diuisio beneficij facta ab Ordinario in duas partes, quia cùm de tempore vacationis hoc beneficium esset integrum, eodem modo venit adiudicandum d. Lopez, non obstante prætensa consuetudine Ecclesiæ de Cornago, cùm de tali consuetudine nullibi constet, vt fuit pariter ponderatum in sæpe citata *Calagu-*
4 *ritana de Cornago coram R. P D. meo Ghislerio*; & iure diuisio beneficiorum est interdicta, *c. maioribus & cap. dilecto de præben.* vbi Abb. & alii communiter, Garz. *de benefic. part. 12 cap. 4. num. 4. & 5.* vbi recenset Rotales decisiones factas in causis Calagurritanis.

Et ita, &c.

Eugubina Dotis.

Vener. 6. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Mandatum de exequendo ad instantiam Comitis Bentiuoli à Locumtenente Eugubino relaxatum à Rota vti validum confirmatur, non obstantibus per informantes pro parte in contrarium adductis.

Vide supra *Decis.* 208.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum vt dicatur liquidum quid requiritur.*
2 *Instrumentum cùm omnia requisita necessaria habeat quin sit purum ac exequibile negari non potest.*
3 *Exceptio nullitatis obligationis vti altiorem indaginem respiciens ad Iudicium ordinarium reijci potest.*
4 *Vocati ad hæreditatem quando sunt coniuncti re & verbis quilibet integrum fideicommissum petere potest, licet cæteris suam postea portionem restituere teneatur.*
5 *Via executiua vigore statuti Eugubiani spatio decem annorum præscribitur.*
6 *Terminus statutus ad iudicandum à partibus prorogari potest.*
7 *Terminus per statutum inductus ex partium consensu prorogari potest vsque ad tempus de iure communi præfixum.*
8 *Per negationem generalem negata in specie qualitates non intelliguntur.*

DECISIO CCXXVIII.

CONFIRMARVNT Domini decisionem in hac causa emanatam sub die 14. Februarij anni currentis, qua firmatum fuit, mandatum de exequendo relaxatum à Locumtenente Eugubino ad instantiam Comitis Bentiuoli, contra Comitem Franciscum à Porta esse validum, quia adhuc subsistere visa fuerunt dictæ decisionis fundamenta, non obstantibus his quæ in contrarium hodie per informantes pro Comite à Porta deducebantur.

Nam omissis aliis obiectis respicientibus iniustitiam dicti mandati, quæ sunt reseruata ad particulares inspectiones, strictè quoad illius validitatem; non obstat quod licet ex Statuto Eugubino, & decreto Ducali detur via executiua publicis instrumentis, hoc tamen intelligi debeat de instrumentis puris, & liquidis, vt ibi, *puri, & liquidi che saranno &c* quale dici nequeat instrumentum, cuius vigore fuit relaxatum dictum mandatum, cùm contineat Constantiæ obligationem, quam esse nullam, fuit oppositum in actis, tanquam carentem solemnitatibus Statutariis. Quia ad hoc,
vt instrumentum dicatur liquidum, sufficit quod 1
contineat, prout hîc continet summam certam, scilicet promissionem dictæ Constantiæ pro scutis 3000. auri. Parlador *lib. 2. rer. quotid. cap fin. 1. part.*
§. 12. limit. 4 num. 27. & ideo cùm habeat omnia alia 2
requisita enumerata per glos. *in l generali, C de tabular. lib.* 10. & latè declarata per Abbat. *in cap. 1. de fid Instrum.* negari non potest, quin sit purum, ac exequibile, Galles. *de obligat. Cameral. quæst. 26. num.* 1. non obstante exceptione opposita nullitatis
obligationis dictæ Constantiæ, quæ vti extrinse- 3
ca, vt plurimum respicit altiorem indaginem, & proinde reiici potuit ad Iudicium ordinarium, quicquid sit quando opponitur de nullitate ipsius Instrumenti, vt distinguit Galles *de obligat Cameral. quæst. 3. num.* 5. & sequitur ibidem Zacch *sub num. 8. cum seqq* facit Rota inter impress. post eund. Galles. *decis. 48. num 1. & 2* & idem disponitur in eodem Statuto, seu Decreto, ibi, *puri, e liquidi che saranno, non possi il Reo opporre, ne meno il Giudice ammettere per ritardar l'essecutione altra*

vecettione, che quella della nullità dell'Instromento prodotto.

Provt non releuat nullitas deducta ex capite excessiuitatis, eo quod dicta Constantia se obligauerit pro augmenro dotis, de qua agitur in summa scut. 3000. anti contra expressam dispositionem reformationis Ducalis, prohibentis dotium Constitutiones vltra florenos 200. Quia vltra quod supponitur dictam reformationem abiisse in desuetudinem, cessar difficultas, ex quo illa non annullat dotes vltra dictam summam constitutas, sed tantùm imponit pœnam scut. 50. vt patet ex illius confirmatione, ibi; *Confirmamus vt petitur, & obseruare mandamus sub pœna scut. 50. pro qualibet vice.*

Alia nullitas fundata in eo, quod Comes Cæsar non potuerit agere pro tota summa, cùm haberet alios Confideicommissarios, sublata remanet in præcedenti *decisione sub vers. nec excessus*, vbi affertur limitatio communiter recepta ad illam conclusionem, vt nempe non procedat quando vocati
4 sunt coniuncti re, & verbis, tunc enim quilibet ex vocatis potest petere integrum fideicommissum, iuxta distinctionem relatam per Peregr. *de fideicomm. art. 9. num. 12. vers. si vero*, licet teneatur postea restituere cæteris suam portionem ex iuribus in eadem decisione vbi proximè allegatis.

Sicuti non aduersatur, quod Statutum Ciuitatis Engubij inducat peremptionem Instantiæ post lapsum sex mensium computandorum à die præfixionis termini ad probandum, & ideo cùm huiusmodi terminus fuisset præfixus de anno 1568. in Iudicio vniuersali moto de anno 1577. per Comitem Horatium Carpineum contra Comitem Octauianum Bentiuolum, præscripta censeatur via execu-
5 tiua, quæ vigore eiusdem Statuti spatio decem annorum præscribitur, vt in *Summar. hodierno num.* 12. Quia hæc exceptio competeret forsan eidem Bentiuolo, seu ab eo causam habentibus, quorum fauore instantia fuisset perempta, & propterea cum ipsi eam non allegauerint, sed immo ea non obstante vtraque pars causam fuerit prosecuta, censetur ab illa concorditer recessum provt fieri potuit, *ex* tradit. per Dee *in cap de caus. n. 9. & 10 de offic. delegat.* vbi quod terminus statutus ad iudicandum
6 potest à partibus prorogari, & de prorogatione fatalium notat idem Dee. *in cap. ex ratione num. 9. de appellat.* cum aliis cumulatis per Thesaur. *in decis.* 244. *num.* 1. vbi testatur de veriori, & æquiori; & in terminis instantiæ inductæ per Statutum, quod
7 possit ex partium consensu prorogari vsque ad tempus præfixum de Iure communi, notat in specie Iason. *in l properandum, num. 23. vers. 5. notabiliter limita, & num. 24. C. de Iudic.* Scacc. *de appell. q. 15. num. 383.*

Postremò non obstat defectus iustificationis clausulæ *si quid exequendum*; quia vt firmatur in præcedenti decisione, visa fuit satis iustificata ex primo loco deductis; quæ autem fuerunt postea producta solùm tendebant ad remouendas nouas exceptiones alterius partis, vtpote exceptionem legitimationis personarum, quæ nullatenus fuerat antea opposita, cùm non reperiatur expressa inter exceptiones, quæ dantur in *Summar. de la Porta num.* 1.
8 nec comprehenditur sub generali negatione facta in illis verbis, ibi, *narrata provt narrantur non esse vera*; quia per hanc negationem non intelliguntur negatæ in specie qualitates, vt ex doctr. Iason. *in l. cum qui, num. 9. & 10. ff. de Iure iur.* docet Practic. Papien. *in forma respons. rei conuent. verb. narrata provt narrantur.*

Et ita vtraque, &c.

Vlixbonen. nullitatis Professioni.

Lunæ 16. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De nullitate professionis per metum à Patre incussum extortæ. An ex verbis sic professæ renunciando liti sub forma *quamuis Monialis non esset hodie Monialis esse volebat*, præcedentis professionis ratificatio & formalis de præsenti consensus desumi possit?

SVMMARIVM.

1 *Professio emissa per metum sibi à Patre incussum vitio nullitatis subiacet.*
2 *Metus vbi adest, consensus & libera voluntas quæ sunt de substantia professionis deficiunt*
3 *Dissensus expressus tacitum & præsumptum consensum cessare facit.*
4 *Verba*, quamuis Monialis non esset hodie Monialis esse volebat, *in renunciatione litis apposita, an præcedentis professionis ratificationem & formalem de præsenti consensum includant.*
5 *Monialium ab ini[illegible]scientium aliquam ob metum Patris professi[illegible] emisisse, in ratificatione nouus requiritur consensus.*
6 *Consensus acceptandi professionem nullam ob metum emissam sciente Religione sub pœna excommunicationis cauetur.*
7 *Papam media Religione suum quoad ratificationem consensum de facto præstare quoties suum professus præstiterit, in quo casu procedit.*
8 *Consensus esse non potest se obligandi ad alendum & regendum eam quæ se Religioni obsequuturam non obligauit.*
9 *Pontifex stante contradictione ratificationem professionis nulliter emissæ nunquam acceptat.*
10 *Voluntas ex actu etiam nullo declaratur.*

DECISIO CCXXIX.

ESOLVTVM fuerat in decisione huius causæ emanata sub die 17. Maij superioris anni constare de valida professione Franciscæ Coronellæ, ea præcipuè ratione; quia licèt ab initio professio fuisset nulla vti emissa per metum, (super cuius metus continui probatione, nec etiam Domini fuerunt concordes,) attamen ex quo post diu agitatam litem super hac prætensa nullitate professionis eadem Francisca liti renunciauit, professionemque ratificauit coram Vicario, & testibus per hæc verba, *Quamuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, non poterat amplius eadem professio impugnari ex luculenter deductis in dicta decisione.

Sed

Sed concessa desuper noua audientis repropositi causam super eisdem, & Domini responderunt re-
1 cedendum esse à decisis: Aduertentes in primis esse indubitatum, quod professio Franciscæ ab initio emissa fuerit per metum sibi à Patre incussum, vt egregiè deponunt plures Testes de visu, & auditu proprio, & ideo negari nequit quin vitio nullitatis subiaceat, vt disponitur in *cap.* 1. *&* 2. *& seqq de his quæ vi, cap. cos in fin.* 20. *quæst.* 3. *cap.* 1. vbi glos. *verb. & spontanea voluntate, de regular.*
2 Nauar. *cons.* 4. *num.* 2. *tit. de his, quæ vi*; vbi enim adest metus, deficiunt consensus, & libera voluntas, quæ sunt de substantia possessionis, vt benè ad propositum ait Paris. *in cons.* 65. *num.* 13. *vol.* 4.

Nec dicta professio sic nulliter emissa ex cursu longissimi temporis, quo Francisca permansit in Monasterio deferendo habitum, & faciendo diuersos actus ad professas pertinentes, potest dici saltem tacitè ratificata, quia per testes pro ea examinatos constat de continuatis lamentationibus, & protestationibus ab ipsa tam ante, quàm post d. professionem immediatè, & successiuè omni tem-
3 pore factis, ex quibus tacita professio omninò excluditur, cùm expressus dissensus faciat cessare tacitum, & præsumptum consensum, Rebuff. *cons.* 68. *num.* 26 *in fin. & num.* 29. Rota *decis.* 397. *num* 6. *& decis.* 522 *num.* 4. *&* 5. *part.* 4. *recent.* cum aliis deductis *in præcedenti decisione causæ*, vbi in principio recensentur fundamenta adducta pro Francisca ad docendum de meticulosa professione, & respondetur tam depositionibus testium in contrarium examinatorum, quàm nullitatibus contra testes ipsius Franciscæ allegatis; quæ quidem fundamenta, & responsiones respectiuè placuerunt Dominis, adeò quod inter eos nullum fuit hodie discrimen circa probationem nullitatis professionis, vsque ad diem renunciationis liti factæ per eamdem Franciscam

Secundariò consideratum fuit, quod etsi ex illis
4 verbis appositis in renunciatione liti, ibi, *quamuis Monialis non esset, hodie Monialis esse volebat*, desumi possit præcedentis professionis ratificatio, & formalis consensus de præsenti, vt in simili dixit Rota *in decis.* 216. *num.* 10. *in fin part.* 2. *diuers.* maximè cum dicta verba prolata fuerint à Moniali iam existente in Monasterio, habitumque gestante, imò iam aliàs professa, & præcesserat tractatus de professione ratificanda, vt in simili de Matrimonio carnali declarat Franc. Molin. *de rit. nupt lib.* 3. *comparat* 20. *n.* 38. ibi, *aut quoties tractatus aliquis præcessisset*, sequitur Sanch. *de Matrim. lib.* 1. *disput.* 18. *num* 27.

Attamen ex quo Moniales sciebant ab initio Franciscam ob metum Patris professionem emisisse, vt concludenter probatur ex protestatione facta coram Sanctissimo Crucifixo in Choro existente, dum accedebat ad profitendum, adstantibus, & audientibus ipsis Monialibus, quod nempe bene idem Crucifixus sciebat se non propria voluntate,
5 sed per metum Patris esse professuram, requirebatur in ratificatione nouus consensus earumdem Monialium, ad tradit. per Suarez *de religios. domib. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 20. Nam primus ille consensus Mo-
6 nialium non potest dici verus consensus, tum quia non potest esse consensus acceptandi professionem nullam ob metum emissam sciente religione, vt cauetur sub pœna excommunicationis in Concil. Trident *sess* 25. *cap* 18. *de regul.* tum quia
7 non potest esse consensus se obligandi ad alendum, sustentandum, & regendum eam, quæ non se obligauit Religioni obsequuturam, vt in puncto explicat Ferdinand. à Castro Palao *oper. moral. tom.* 3. *tit. de suscept. religios. stat. disp.* 2. *punct.* 9. *num.* 2. *cum seqq.*

Nec obstat, quod sufficiat consensus Papæ, qui 8
dicitur supremus Religionis Prælatus, & media Religione semper acceptat, suumque consensum de facto præstat quoties professus suum præstiterit; quia hoc procedit, quando ex parte Religionis ab initio ignoratur nullitas professionis ob impedimentum professi, in quibus terminis loquuntur DD. allegati in præcedenti decisione, & ab informantibus contra Franciscam.

Neque contrarium asserit Ferdinand à Castro Palao *vbi supra, sub num* 4 vt ex aduerso prætendebatur, sed solùm respondendo ad obiectum, quod posset desumi ex Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 19. *de regular.* vbi præsumitur professus per vim & metum transacto quinquennio professionem tacitè ratificasse, sit ibi non fieri mentionem de consensu, & ratificatione Religionis, quia supponitur ipsam religionem esse ignaram impedimenti ex parte professi; & propterea firmat tunc sufficere acceptationem Papæ media religione; secus autem est dicendum, quando prout hîc agitur de expressa ratificatione professionis nulliter emissæ cum scientia ipsius Religionis.

Quinimò in præsenti constat ex depositionibus dictorum Testium, ac ex fide 76. Monialium, d. Franciscam in Monasterio nunquam fuisse habitam pro Moniali, & vt plurimum post emissam professionem sub vestibus professarum incedisse, indutam vestibus sericis secularibus scientibus, & non contradicentibus ipsis Monialibus, quæ vlterius institerunt apud Superiores pro declaratione, quod d. Francisca non esset Monialis, vnde magis dissen-
sus, seu contradictio, quàm consensus Monialium 9
elicitur, qua contradictione stante nunquam Pontifex acceptat ratificationem professionis nulliter emissæ, Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *dub.* 7. *cap.* 41. *num.* 61. *in fin.* Barthol. de Vecch. *in praxi disput.* 54. *dub* 4. *num.* 3. *in fin.* & admittitur etiam in præcedenti decisione.

Et quamuis in eadem decisione firmetur fides prædictas non suffragari, ad docendum de reuocatione primi consensus capitulariter præstiti in actu professionis vti extraiudiciales, & non factas à Monialibus capitulariter congregatis; nihilominus tamen quia sunt numero plures, concordantque cum depositionibus testium formiter examinatorum, & hodie non afferuntur ad probandam reuocationem primi consensus capitulariter præstiti, cùm ex superius deductis constet, nec ipsum primum consensum Monialium legitimè interuenisse, stante scientia nullitatis professionis per metum emissæ, negari nequit, quin saltem deseruire possint pro adminiculo, vnde detegitur continuatio
voluntatis Monasterij dissentiendi; siquidem ex 10
actu etiam nullo declaratur voluntas, *argum. l. fin. ff. de reb. eorum, qui sub Tut. l.* 2. *C. de confirmat. Tut.* Rota *decis.* 281. *n.* 7. *& decis.* 364. *n.* 2. *& decis.* 714. *n.* 6. *part.* 1. *recent.*

Et sic decisum vtraque &c.

Romana Dotis.

Lunæ 16. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Alimenta & sumptus à collitigante prætendens, duo copulatiuè paupertatem scilicet & præsumptionem boni Iuris probare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta & sumptus litis à collitigante prætendens paupertatem & præsumptionem boni iuris copulatiuè probare debet.*

2 *Testes de auditu ac de eorum iudicio & credulitate deponentes non probant.*

3 *Testes de non possidente stabilia deponentes sufficientes rationes depositionis reddere tenentur.*

4 *Victum ex arte & propria industria quærere litemque sustentare nemini est indecorum.*

5 *Pauperibus vigore reformationis Pauli V. quæcunque expeditiones & scriptura gratis conceduntur.*

DECISIO CCXXX.

PETRVS Euticius filius Margaritæ, cui nubenti Rosatus Pater dotem scut. 500. promissam nunquam soluisse asseritur, citatis hæredibus dicti Rosati, ac Dominico Lucatello possessore vineæ olim per Rosatum possessæ, obtinuit ab A. C. mandatum executiuum pro consecutione dotis vigore statuti Vrbis *cap.* 85. *lib* 1. Sed interposita per Lucatellum appellatione, causaque in Rota commissa cum clausula *si quid exequendum*, d. Petrus dicebat non posse transportare acta ob paupertatem: ideo dubitatum, an ei sint ministranda alimenta, expensæ, & sumptus litis; & Domini negatiuè responderunt.

Quia prætendens sibi subministrari alimenta &
1 sumptus litis à collitigante, duo habet necesse copulatiuè probare, paupertatem scilicet, & præsumptionem boni Iuris, Aretin *in cap si qui testium col.* 3. *num.* 14. *&* 15 ibidemque Felin. *col. vlt. de testibus*, Couar. *practic. quæst. cap* 6 *num.* 5. *in fin.* & passim Rota seruat, vt *in decis.* 15. *num.* 1. coram Buratto, & *in decis.* 189. *num.* 1. coram Gregor. XV. cum aliis vtroque cumulatis per Adden.

Talis autem probatio hîc non concurrit; quia quidquid sit de præsumptione boni Iuris, certum est quod testes ab eodem Petro inducti ad probandam paupertatem nihil concludunt. Nam vltra
2 quod deponunt de auditu, ac de eorum Iudicio, & sic non probant, *l. testium*, vbi Bart. *num.* 14. *C. de testib.* solùm dicunt quod dictus Petrus non possidet
3 stabilia, quod quidem non sufficit cùm deberent coarctare negatiuam, nempe quod ille possidere non possit quin ipsi scirent tanquam domestici, vicini, vel consanguinei, aliásque reddere sufficientes rationes, Roman. *cons.* 745. *num.* 9. Couar. *variar. resolut. lib.* 1. *cap* 16. *num.* 8. *vers. cæterum.* Rota *decis.* 573. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* imò ex quo iidem testes fatentur quod d. Petrus vsque adhuc vixit ex arte merciariæ, quam etiam de præsenti exercet,
cessat prætensa paupertas, cùm sibi & suis indecorum non sit ex arte & propria industria victum 4
quærere, & litem sustentare, Rot. *decis.* 470. *num.* 5. *part.* 2 *recent.* & *decis.* 170. *num.* 3. *part.* 4 *recent.* Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 189. *num* 7. *vers paupertas in fin.* & in specie fuit plenè firmatum *in Romana prætensi fideicommissi de Zuccaris* 20. *Iunij* 1637. *coram R. P. D meo Dunozet.*

Præterea dixerunt Domini non esse locum huiusmodi decreto prouisionali pro transportatione actorum; quia quatenus d. Petrus esset realiter pauper, non posset propterea collitigantem grauare pro subministrandis expensis necessariis in
transportatione actorum, cùm ea gratis habere 5
posset à Notario vigore reformationis S. mem. Paul V. vbi *in tit. de registr. verbo pauperibus* cauetur, quod Pauperibus dentur gratis extractus, registra, instrumenta, & aliæ quæcumque expeditiones & scripturæ.

Et ita vtraque, &c.

Aquilana Dotis Capellaniæ.

Merc. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De dote pro fundatione Capellæ, vnà cum fructibus censuum à fundatrice hac de causa assignatorum à die motæ litis decursis, per Confraternitatem Sanctissimæ Trinitatis vti donatariam ex testamento vniuersalem præstanda.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis sententia sub verbis*, Pronunciamus non solummodò præfato sed etiam omni meliori modo, *eo quo proferri potuit modo sustinetur.*

2 *Iudex appellationis stante protestatione pro parte facta de meritis cognoscere non potest.*

3 *Procuratore non dicente in protestatione debere prius pronunciari super nullitatibus quàm super negotio principali, Iudex sententiam de partibus vti nullam reuocare potest, posteaque super iustitia attentis meritis denuo pronunciare.*

4 *Meritis causæ post factam protestationem discussis parte citata & non contradicente, eadem ab asserta protestatione recessisse censetur.*

5 *Sententia alternatiuè concepta ratione incertitudinis est nulla.*

6 *Alternatiua inter genus & speciem posita quia stat declaratiuè sententiam incertam & nullam non reddit.*

7 *Donatio secunda vti facta de summa reseruata in prima donatione omnium bonorum præsentium & futurorum, facultatem testandi tollit.*

8 *Vsufructu in donatione vniuersali omnium bonorum donatrici quoad vixerit reseruato, opus non est aliam facere reseruationem certa quantitatis ad effectum testandi.*

9 *Donatio omnium bonorum ad fauorem Ecclesiæ facta*

facta, etiam nulla facta reseruatione ad effectum testandi sustinetur.

10 *Ecclesiâ harede vniuersali in testamento instituto contra Confraternitatem primam donatariam actione personali agi non potest, discussione prius contra heredem non facta.*

11 *Testamentum quando non est in actis idem est ac si extra mundum esset.*

12 *Heres in testamento scriptus si talem declarare hereditatémque agnoscere tenetur.*

13 *Possessionem omnium bonorum hereditariorum acceptans, vti donataria vniuersalis tenetur ad onera per donatricem actione reali & personali relicta.*

14 *Donataria donantis voluntatem impugnare non potest, sed legem donationi adiectam seruare debet.*

15 *Identitas ex indiciis quoque probatur.*

16 *Fructus per aliquem perceptos ex ipsa possessione prasumitur, iuxta regulam* possedisti ergo fructus percepisti.

17 *Restitutio fructuum à die mota litis de Iure in quolibet iudicio condemnato competit.*

DECISIO CCXXXI.

ONFRATERNITAS Sanctissimæ Trinitatis Ciuitatis Aquilæ vti donataria vniuersalis Iuliæ de Rubeis, condemnata fuit ab Episcopo Aquilano ad præstandam dotem in summa scutorum 800. pro fundatione Capellæ in Ecclesia S. Mariæ de Picentia dictæ Ciuitatis, iuxta dispositionem eiusdem donatricis. Sed quia dicta Confraternitas noluit acquiescere sententiæ Episcopi, causam appellationis introduxit coram A. C. qui licet dictam sententiam vti nullam ob defectum citationis reuocauerit, attentis tamen meritis denuo eandem Confraternitatem ad præstandam dotem Capellæ, vnà cum fructibus censuum à fundatrice hac de causa assignatorum decursis à die motæ litis condemnauit.

Ab hac secunda sententia iterum appellauit Confraternitas sub die 26. Iunij 1640. verùm ex quo appellationem prosecuta non fuit, nisi 30. Iulij subsequentis, & sic post lapsum decendij, resolutum fuit coram Reuerendiss. P.D.meo Patriarcha Panzirolo constare de re iudicata, vt in decisione coram eo emanata sub die 2. Iulij superioris anni; super qua data noua audientia dubitaui vti sobrogatus in locum d. D. Patriarchæ absentis, an sit recedendum à decisis, & pro confirmatione decisionis fuit responsum ex rationibus in ea benè deductis.

Quibus non obstare visa fuerunt ea quæ hodie adducebantur pro Confraternitate tam contra validitatem, quàm contra iustitiam dictæ sententiæ A. C. ad impediendum eius transitum in rem iudicatam.

Nam quoad validitatem primò non obstat, quod A. C. pronunciauerit prout in prima absque commissione continente clausulam *quam & quas*, vel cum toto negotio principali prout requiritur ad hunc effectum, vt dixit in specie Rot. *in Anconitana hareditatis* 11. *Martij* 1616. coram Vbaldo, quæ est *decisio* 59.*sub num*.4. impress.apud Modern.

1 *de manuten.* quia obiectum diluitur ex facto, cùm Index non declarauerit velle pronunciare prout in prima, sed solùm dixit, ibi, *in secunda, seu alia veriori instantia*, subdens postea in fine, ibi; *Ita dicimus, & pronunciamus non solummodo præfato, sed etiam omni meliori modo, &c.* quæ clausula facit, vt sententia sustineatur eo modo quo proferri potuit, iuxta distinctionem Rotæ, de qua Verall.*decis.*124. *per tot. p.*1. Put.*decis.*124.*n.*2.*lib.*2. *in correct.* Buratt. *decis.*241.*n.*5.

Secundò non obstat, quod stante protestatione 2 facta pro Confraternitate Iudex appellationis non potuerit cognoscere de meritis, sed solummodo reuocare dictam sententiam, vti nullam, Bart. *in l. cum querebatur num.*4 *ff. de re iud* Vant *de nullit.tit. quod, & intra quod tempus num.*11. Rot. coram bon. mem. Coccino *decis.* 266. *num* 1. & 13. *inter eius impress.* Quia vltra quod Procurator in d. protestatione non dixit quod prius deberet pronunciari super nullitatibus quam super negotio principali, sed solum inquit ibi, *constare de nullitate, & notoria iniustitia sententia de partibus, & consequenter non fecit transitum in iudicatum, & venit reuocanda prout instat, &c.* Et sic Iudex benè potuit in eadem sententia reuocare illam de partibus vti nullam, & postea vnico contextu attentis meritis denuo pronunciare super iustitia, iuxta decis. Ægid. Bellam. 295. approbatam in exaduerso allegata *dec.*206.*bon. mem.Coccini sub n.*15.

3

In omnem euentum cessat penitus difficultas ex 4 eo, quod d. protestatio facta fuit in principio processus secundæ instantiæ, neque deinde legitur amplius repetita, & tamen post eam fuerunt discussa merita causæ parte citata, & non contradicente, vnde censetur Confraternitatem ab asserta protestatione recessisse, iuxta notata per Salust. Tiber. *in praxi A. C lib* 2. *cap.*25. *num.*15 & *cap.*27. *n.*2.& 3. Canaler.*decis.*148.*n.*5.

Tertiò non releuat, quod sententia sit alternatiuè concepta condemnans Confraternitatem ad 5 tot census, siue ad tot bona in eorum locum subrogata, & sic reddatur nulla ratione incertitudinis, Alex.*cons.*95 *num.*4.*in fin.*& *num.*5. *vol* 4. quia cùm dubitaretur an census assignati pro dote Capellæ essent extincti, prudenter egit Iudex dum condemnauit Confraternitatem ad eorum restitutionem, 6 siue ad tradendum tot bona æquiualentia, & hoc casu alternatiua posita inter genus, & speciem, non reddit sententiam incertam, & nullam, quia stat declaratiuè, vt optimè declarat idem Alex. *in d. cons.*95.*à num.*8. *vsque ad n.*13.*vol.*4. quem sequitur Gratian *discept for.c.*201.*n.*45.

Quo verò ad iustitiam ea impugnari nequit eo 7. sub prætextu, quod donatio secunda scutorum 800. facta in tot censibus pro dote Capellæ sit nulla, vti facta de summa reseruata in prima donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum ad effectum testandi: cùm exinde fuerit sublata facultas testandi, vt ex doctr. Bolognett *in l fin num.*133. *C.de pact.* firmat Fontanell. *de pact. nupt. clausul.* 4. *glos.*13. *num.*20. & 21. & sic iniustè egerit Iudex dando executionem sententiæ nullæ.

Quia cùm in donatione vniuersali omnium bo- 8 norum fuerit reseruatus vsusfructus eidem donatrici quoad vixerit, non erat opus aliam facere reseruationem certæ quantitatis ad effectum testandi, vt tradunt Abb. *in cons.*102. *lib.*2. Alex.*in l stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Molin. *de Hisp. Primogen. lib.*2. *cap.*20. *num.*2. Guttierez *de iuram. confirm.cap.*11.*num.*14. Anton Gomez.*in l.*64 *Tauri num.*2. Rot.*decis.*342.*num.*2 *p.*2 *rec.* Quod eò magis procedit quando vsusfructus est notabilis consideratione prout in casu præsenti, cùm soli census redderent annua scuta 265. vltra redditus domorum,

& aliorum stabilium, Rot. *decis.*10. *num* . *part*.5. *re-*
9 *cent.* & cessat omnis hæsitatio, cùm donatio omnium bonorum fuerit facta ad fauorem Ecclesiæ, quo casu sustinetur etiam nulla facta reseruatione ad effectum testandi, Bart *in l.fin. num.*14. *C.de pact.* Bald. *in authen. si qua mulier, C.de sacrosanct. Eccles.* Conarr. *de testam in* 2.*part rubr. num.*5.*vers.his accedit*, Vinc de Franch. *decis.*168. Cancer. *var.cap.*8.*de donat.num.*47.*vers. quam tamen*, Rot. *decis.*5.*num.*3. *coram Buratto*, & consequenter secunda donatio facta de summa certa reseruata in prima ad effectum testandi valida quoque est.

Provt nec obstat, quod data validitate d. dona-
10 tionis adhuc sententia A. C. detegatur iniusta, ex quo Iulia fecit sibi hæredem vniuersalem in testamento Ecclesiam S. Mariæ Transpontinæ de Vrbe, & propterea non potuerit agi actione personali contra Confraternit. primam donatariam, non facta prius discussione contra hæredem, Guidop. *decis.*
11 105. cum aliis alleg. quia assertum testamentum Iuliæ non est in actis, & ideo perinde est, ac si esset extra mundum, Castrens. *in l.ait Prætor*, §. *si Iudex*, *vers. & pro hoc*, *ff.de re iud.* Rot. *decis.*238. *num.*7. *cum seqq.* penes Modern. *de manut.* vt vlterius nec
12 etiam constat, quod hæres scriptus in d. testamento declarauerit se talem, seu hæreditatem agnouerit, provt requiritur *ad l pro hærede*, *l. gerit*, *ff.de acquir. hæred.* Parlad *lib.*2.*rer quotid cap.fin.* 5 *part* §1. *n.*4. Peregr. *cons.*93.*num.*1.*vers.quare scriptura vol.*3. benè Dec *cons.*445 *n.*53.*& seqq.vol.*1. Bardellon. *cons* 720. *n.*15.*lib.*1.

13 Imò potius constat de contrario, quia Confraternitas possessionem accepit omnium bonorum hæreditariorum, & in specie censuum assignatorum pro dote istius Capellæ, & propterea ipsa tenetur vti donataria vniuersalis ad onera relicta per donatricem actione reali, & personali, Parlad. *lib.*2.*rer quotid. cap.fin.* 4.*part.* §2.*n.*5.*per tot.* Boer. *decis.*104.*num.*41. *cum seqq.* Cancer *variar. cap.*8.*de donat.num* 44. Gratian. *discept forens.cap* 256.*num.*17. *& seqq.* Qua responsione tollitur etiam obiectum desumptum ex credito anteriori ipsius Confraternitatis, proueniente ex particulari donatione annuorum scutorum 25. ad effectum retinendi Capellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante donationem vniuersalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, in qua ex pacto reseruati fuerunt ducati 1500. pro donatrice, ad effectum de illis disponendi ad suæ libitum voluntatis, vnde cùm disposuerit de ducatis 800. pro dote istius Capellæ in tot censibus, qui ceu bona stabilia in eorum locum subrogata existunt penes d. Confraternitatem, vtique ipsa tenetur ad hanc dotem præstandam ex pacto in dicta donatione apposito, etiamsi adesset
14 hæres vniuersalis; quia donataria non potest donantis voluntatem impugnare, sed debet seruare legem donationi adiectam, *l & cum res*, *C de donat.* facit text. *in l.rebus*, *C. de rer. permut.* Sord. *de alim. tit.*9.*quæst.*23.*num* 14. & eo magis in præsenti, vbi donataria præsens donationi se obligauit ad obseruandum omnia in ipsa donatione contenta, *l.*1.*ff.de pact.* Aldonin. *cons.*19.*n.*19.

Hincque etiam patet iustitia dictæ sententiæ A. C. quoad condemnationem restitutionis fructuum dd. censuum à die motæ litis, quia dum probatur Confraternitatem accepisse possessionem omnium bonorum d. Iuliæ *sum. num.*9. & in specie dd. censuum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *sum. num* 8. vbi leguntur idem census relati per donatricem in secunda donatione facta pro dote Capel-
læ, & concordat in quantitate, quod sufficit ad 15
probandam eorum identitatem, quæ ex indiciis quoque probatur, Afflict. *decis.*25. *num.* 3. Surd. *cons.*418. *num.*68. Gregor. XV. *in decis.*455. *num.*9. certum est, quod ex ista possessione præsumitur per Confraternitatem fructus fuisse perceptos, iuxta
dicterium Rotæ, possedisti, ergo fructus percepisti, 16
*vt in decis.*384.*num.*1. coram Durano inter eius impress. ex Negusant. *de pignorib. in* 2. *membr.* 3.*part. num.*19. *vers. sed in hoc posset dubitari*, Gregor. XV. *decis.*50. *num.* 2. *& inter recent. decis.*571. *num.*1. *& decis.*727. *pariter sub num.*1. *decis.*761. *num.*2.*part.*3. & consequenter debuit eadem Confraternitas ad
eorum restitutionem condemnari à die motæ litis, 17
vt de Iure fit in quolibet iudicio, *l.*4.§.*post litem*, *ff. fin.regund.* §.1.*instit.de offic.iud.* Rota *decis.*7.*de dol & contum.in nouis.* Surd. *cons.*203.*n.*10. Buratt. *decis.*558. *num.*1.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Vrbeuetana Prædij.

Mercur. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione prædij de qua agitur, attenta possessione defuncti de tempore motæ litis, hæredibus in quos transiuit instantia est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio stante possessione Auctoris de tempore motæ litis, iis qui ab eo causam habent competit.*

2 *Manutentio sicut danda esset defuncto si viueret, ita & eius hæredibus in quos transiuit instantia cœpti iudicij concedi debet.*

3 *Iudicis authoritas possessione aliquem priuare potest.*

4 *Iudex iniustè procedens possessione neminem priuat sed potius spoliare dicitur.*

5 *Obligatio bonorum pro restitutione dotis cum clausula constituti, possessionem in illam pro qua obligantur transfert.*

6 *Restitutioni dotis vbi factus est locus possessio in alium transferri nequit.*

7 *Constitutum cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit certitudo respectu vniuersi, licet respectu cuiuscumque rei particularis non adsit.*

8 *Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis nihil operari, quomodo intelligendum.*

9 *Creditor in contractu obligationis restitutionis dotis per clausulam Constituti dominium & possessionem acquirit, licet effectus maneat in suspenso.*

10 *Constitutum in contractu conditionali statim impleta conditione effectum suum operatur.*

DECISIO.

DECISIO CCXXXII.

SALVIATO, & aliis fratribus ac hæredibus Ioannis Baptistæ de Magalot-
1 tis dandam esse manutentionem in possessione prædij della Pastorella, de quo agitur, responderunt Domini, quia de possessione dicti Ioannis Baptistæ eorum Auctoris de tempore motæ litis constat ex confessione Solimani Aduersarij, qui dum petiit associari vocauit Ioan. Baptistam detentorem, iuxta *decis.* 802. *part.* 1. *diuers.* sæpius a Rota canonizatam, vt testatur Canaler. *decis.* 535. *num.* 2. Adden. ad Gregor XV. *in decis.* 100. *num.* 5. Buratt. *decis.* 100. *num.* 18. & 19.
2 ibique Adden. *litera E.* Sicuti igitur defuncto si viueret esset danda manutentio, ita debet concedi eius hæredibus, in quos transiuit instantia cœpti Iudicij, per text *in l. heres absens, ff. de iudic* notant communiter DD. *in cap quia licet, eod tit.* Menoch. *de retinen remed.* 3. *num.* 62. Rota post Pacif. *de Saluian. interdict decis.* 541. *num.* 1. & 4. *ac in recent. decis.* 415. *num* 17. *part.* 5. & fuit dictum *in Leodien. Castri de Minbech* 29 *Aprilis* 1637 *coram me.*

Non obstat quod contra d. Ioannem Baptistam vigore Ecclesiæ constituti appositi in donatione facta ab eodem prædio à Dianira ad fauorem dicti Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines sacros, fuerit eidem Solimano concessa associatio,
3 & manutentio per Iudicem, cuius propterea authoritas priuauerit Ioannem Baptistam sua possessione, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum Prator in fin. ff de acquiren. possess.* Seraph. *decis.* 1325. *num.* 1.
4 quoniam hoc non procedit quando Iudex iniustè processit, tunc enim non priuat possessione, sed potius dicitur spoliare, vt tradit Felin. *in cap. dilectus el* 1. *sub num.* 1. *de rescript.* Crauett. *consil.* 302. *n.* 2. Rota *decis.* 524. *n.* 5.

Quod autem in proposito Iudex iniustè processerit, patet; quia cùm ad fauorem Victoriæ eiusdem Ioannis Baptistæ vxoris, & suorum hæredum, eadem Dianira vsque de anno 1618. obligasset omnia bona pro restitutione dotis ab eadem Victoria datæ Sfortio suo primo viro, & filio d. Dianiræ
5 cum clausula Constituti, cuius vigore translata fuit possessio in dictam Victoriam, *l. quo meo, ff de acquir. possess* Gomez *in l.* 45 *Tauri num* 78. Cuman. *consil.* 173. *num.* 4. Tiraq *de constit* 1 *part. ampliat.* 1. *num.* 2. & in terminis constituti appositi in obligatione restitutionis dotis. Rot. *decis.* 380. *num.* 2 *part* 4. *diuers.* non potuit postea de anno 1622. quo tempore iam erat
6 factus locus restitutioni dotis dictæ Victoriæ ob secutum obitum d. Sfortij primi viri, transferre possessionem eiusdem prædij in Solimanum, Bart *in l. qui pignoris* 36. *num.* 1 *ff de acquir. possess* & *in l. Celsus num.* 15. *ff. de vsucap.* Tiraq. *d. de constitut. limit.* 14. *num.* 1. *post med. part.* 3. Rot. *decis.* 150. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

Nec aliquid facit quod constitutum non fuerit appositum in specie super hoc prædio della Pastorella, vnde ratione incertitudinis dicebatur suffra-
7 gari minimè posse, quia cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit quod certitudo adsit respectu vniuersi, licet non adsit respectu cuiuscumque particularis rei, Alex *in l.* 1 §. .. *num.* 8. vbi Iason. *n.* 16. *ff de acquir. possess.* latè Surd *consil.* 221. *num.* 56. benè declarat Tiraq. *de constitut. p.* 3 *limit.* 19. *n.* 2. Rot *diuers.* 19 *n.* 2 *p.* 2.
8 Et multò minus placuit aliud obiectum, nempe quod Constitutum appositum in contractu non recipiente translationem possessionis nihil operetur, ex allegatis per Gratian. *discept.* 410. *num.* 7. *cum seqq.* quia Gratian. & alij per eum allegati loquuntur in contractu census, cuius emptor per clausulam Constituti dicitur solùm acquirere commoditatem perceptionis fructuum, & emere quantitatem illorum sibi quotannis præstandam, non autem prædia seu bona, super quibus census constituitur, vt declarat Menoch. *in cons* 48. *num.* 19. *in fin. vers. secundo suffragatur lib.* 10. sed nos versamur in contractu obli- 9
gationis restitutionis dotis, cuius creditor per clausulam Constituti acquirit dominium & possessionem, vt firmauit Rota *in dict. decis.* 3 o *num* 2 *p.* 4. *diuers.* licet effectus maneat in suspenso, vsque quo aduenerit casus ipsius restitutionis, sicuti videmus in contractu conditionali, in quo constitutum operatur effectum suum statim impleta conditione, Ol- 10
drad. *consil.* 139. *per tot.* lex. *consil.* 83 *ante num.* ; *lib.* . Dec. *consil.* 147. *num.* 2. Ruin. *consil* 6. *num.* 2 *lib* 1 cum aliis relatis per Tiraq. *de co st tut part. amplist* 15. *num.* 1 & 2. *ampliat.* 16 & *ampliat.* 17. *num* & *seqq.* & signanter *sub num.* 8. vbi declarat hoc procedere, etiamsi ante purificatam conditionem esset altesi res fidei tradita, puta per alium Constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

Bononien. fideicommissi de Nascentoriis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommissum, in possessionem bonorum de quibus agitur est immittendus: vbi plura de aperta mente testatoris simplex ac perpetuum successiuum fideicommissum constituendi, & an fideicommissum ad fauorem illius cui adiudicatur sit purificatum?

SVMMARIVM.

1 *Conditione si sine filiis deficiente expiratum fideicommissum dici potest.*
2 *Conditio* e si sine filiis *deficiente expirare fideicommissum non procedit quando ex coniecturis ea mente testatoris ipsum voluisse indu e e simplex perpetuum ac successiuum fideicommissum apparet.*
3 *Conditio* non extante linea *quando est indeterminatè concepta, substitutis ad fauorem filij proximioris agnatis locus relinquitur.*
4 *Conditio negatiua habet tractum successiuum adeò quod non sufficiat quod semel defecerit.*
5 *Dictio* tunc *indeterminatè posita omne tempus comprehendit.*
6 *Verba* si absque filiis & descendentibus, *tractum successiuum futuri temporis etiam post mortem heredis habent.*
7 *Referuntur casus in quibus à consil Oldrad. circa fideicommissum expiratum passim receditur.*
8 *Probatio æquiuoca suffragari non potest.*
9 *Probationes ad effectum successionis leuiores admittuntur.*

10 *Proxi* ..

& aliorum stabilium, Rot. *decis.*30. *num.*· .*part.*5. *re-*
9 *cent.* & cessat omnis hæsitatio, cùm donatio om-
nium bonorum fuerit facta ad fauorem Ecclesiæ,
quo casu sustinetur etiam nulla facta reseruatione
ad effectum testandi, Bart *in l.fin num.*14 *C.de pact.*
Bald. *in authen. si qua mulier, C.de sacrosanct. Eccles.*
Conart. *de testam in* 2. *part rubr. num.*5. *vers. his acce-*
dit, Vinc de Franch. *decis.*168 Cancer. *var. cap.*8. *de*
*donat. num.*47. *vers. quam tamen*, Rot. *decis.*5. *num.*3.
coram Buratto, & consequenter secunda donatio
facta de summa certa reseruata in prima ad effectum
testandi valida quoque est.

Prout nec obstat, quod data validitate d. dona-
10 tionis adhuc sententia A. C. detegatur iniusta, ex
quo Iulia fecit sibi hæredem vniuersalem in testa-
mento Ecclesiam S. Mariæ Transpontinæ de Vrbe,
& propterea non potuerit agi actione personali
contra Confraternit. primam donatariam, non facta
prius discussione contra hæredem, Guidop. *decis.*
11 105. cum aliis alleg. quia assertum testamentum Iu-
liæ non est in actis, & ideo perinde est, ac si esset
extra mundum, Castrens. *in l. ait Prætor*, § *si Iudex*,
vers. & pro hoc, *ff. de re iud.* Rot. *decis.*238. *num.*7.
cum seqq. penes Modern. *de manut.* vt vlterius nec
12 etiam constat, quod hæres scriptus in d. testamento
declarauerit se talem, seu hæreditatem agnouerit,
prout requiritur *ad l pro hærede, l. gerit, ff. de acquir.*
hered. Parlad *lib.*2. *rer quotid cap. fin.* 5 *part* §. 1. *n.*4.
Peregr. *consf.*93. *num.*1. *vers. quare scriptura vol.*3. benè
Dec *consf.*445 *n.*53. *& seqq. vol.*2. Bardellon. *consf* 720.
*n.*19. *lib.*1.

13 Imò potius constat de contrario, quia Confra-
ternitas possessionem accepit omnium bonorum
hæreditariorum, & in specie censuum assignato-
rum pro dote istius Capellæ, & propterea ipsa te-
netur vti donataria vniuersalis ad onera relicta per
donatricem actione reali, & personali, Parlad.
*lib.*2. *rer quotid. cap. fin.* 4. *part.* § 2. *n.*5. *per tot.* Boër.
*decis.*204. *num.*41. *cum seqq.* Cancer *variar. cap.*8. *de*
donat. num 44. Gratian. *discept forens. cap* 256. *num.*17.
& seqq. Qua responsione tollitur etiam obiectum
desumptum ex credito anteriori ipsius Confrater-
nitatis, proueniente ex particulari donatione an-
nuorum scutorum 25. ad effectum retinendi Ca-
pellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante do-
nationem vniuersalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit
donationem omnium bonorum præsentium, & fu-
turorum, in qua ex pacto reseruati fuerunt ducati
1500. pro donatrice, ad effectum de illis disponen-
di ad suæ libitum voluntatis, vnde cùm disposue-
rit de ducatis 800. pro dote istius Capellæ in tot
censibus, qui ceu bona stabilia in eorum locum
subrogata existunt penes d. Confraternitatem, vti-
que ipsa tenetur ad hanc dotem præstandam ex
pacto in dicta donatione apposito, etiamsi adesset
14 hæres vniuersalis; quia donataria non potest do-
nantis voluntatem impugnare, sed debet seruare
legem donationi adiectam, *l & cum res, C de donat.*
facit text. *in l. rebus, C. de rer. permut.* Surd. *de alim.*
*tit.*9 *quæst.*23. *num* 14. & eo magis in præsenti, vbi
donataria præsens donationi se obligauit ad obser-
uandum omnia in ipsa donatione contenta, *l.*1. *ff. de*
pact. Aldonin. *consf.*19. *n.*19.

Hincque etiam patet iustitia dictæ sententiæ A.
C. quoad condemnationem restitutionis fructuum
dd. censuum à die motæ litis, quia dum probatur
Confraternitatem accepisse possessionem omnium
bonorum d. Iuliæ *summ num.*9. & in specie dd. cen-
suum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *sum.*
num 8. vbi leguntur idem census relati per dona-
tricem in secunda donatione facta pro dote Capel-
læ, & concordat in quantitate, quod sufficit ad 15
probandam eorum identitatem, quæ ex indiciis
quoque probatur, Afflict. *decis.*25. *num.* 3. Surd.
*consf.*418. *num.*68. Gregor. XV. *in decis.*455. *num.*9.
certum est, quod ex ista possessione præsumitur per
Confraternitatem fructus fuisse perceptos, iuxta
dicterium Rotæ, possedisti, ergo fructus percepisti, 16
*vt in decis.*384. *num.*1. coram Durano inter eius im-
press. ex Negusant. *de pignorib. in* 2. *membr.* 3. *part.*
*num.*19. *vers. sed in hoc posset dubitari*, Gregor. XV.
*decis.*50. *num.* 2. *& inter recent. decis.*571. *num.*1. *&*
*decis.*727. *pariter sub num.*1. *decis.*761. *num.*2. *part.*3.
& consequenter debuit eadem Confraternitas ad
eorum restitutionem condemnari à die motæ litis, 17
vt de Iure fit in quolibet iudicio, *l.*4. § *post litem, ff.*
fin. regund. §. 1. *instit. de offic. iud.* Rota *decis.*7. *de dol &*
contum in nouis. Surd. *consf.*203. *n.*10. Buratt. *decis* 558.
*num.*1.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum,
&c.

Vrbeuetana Prædij.

Mercur. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione prædij de qua agitur, attenta possessione defuncti de tempore motæ litis, hæredibus in quos transiuit instantia est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio stante possessione Auctoris de tempore motæ litis, iis qui ab eo causam habent competit*

2 *Manutentio sicut danda esset defuncto si viueret, ita & eius hæredibus in quos transiuit instantia cœpti iudicij concedi debet.*

3 *Iudicis authoritas possessione aliquem priuare potest.*

4 *Iudex iniustè procedens possessione neminem priuat sed potius spoliare dicitur.*

5 *Obligatio bonorum pro restitutione dotis cum clausula constituti, possessionem in illam pro qua obligantur transfert.*

6 *Restitutioni dotis vbi factus est locus possessio in alium transferri nequit.*

7 *Constitutum cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit certitudo respectu vniuersi, licet respectu cuiuscumque rei particularis non adsit.*

8 *Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis nihil operari, quomodo intelligendum.*

9 *Creditor in contractu obligationis restitutionis dotis per clausulam Constituti dominium & possessionem acquirit, licet effectus maneat in suspenso.*

10 *Constitutum in contractu conditionali statim impleta conditione effectum suum operatur.*

DECISIO

DECISIO CCXXXII.

1 SALVIATO, & aliis fratribus ac hæredibus Ioannis Baptistæ de Magalottis dandam esse manutentionem in
possessione prædij della Pastorella, de
quo agitur, responderunt Domini,
quia de possessione dicti Ioannis Baptistæ eorum
Auctoris de tempore motæ litis constat ex confes-
sione Solimani Aduersarij, qui dum petiit associari
vocauit Ioan Baptistam detentorem, iuxta *decis.* 802.
part 1. *diuers.* sæpius a Rota canonizatam, vt testa-
tur Caualer. *decis.* 535. *num.* 2. Adden. ad Gregor XV.
in decis. 100. *num.* 5. Buratt. *decis.* 100. *num* 18. & 19.
2 ibique Adden. *litera E.* Sicuti igitur defuncto si vi-
ueret esset danda manutentio, ita debet concedi
eius hæredibus, in quos transiuit instantia cæpti
Iudicij, per text *in l. hæres absens, ff. de iudic* notant
communiter DD *in cap quin licet, eod tit.* Menoch. *de
retinen remed.* 5. *num.* 62. Rota post Pacif. *de Saluian.
interdict decis.* 141. *num* 3 & 4. *ac in recent. decis.* 411.
num 17. *part.* 5. & fuit dictum *in Leodien. Castri de
Morbech* 29 *Aprilis* 16.7 *coram me.*

Non obstat quod contra d. Ioannem Baptistam
vigore Ecclesiæ constituti appositi in donatione
facta ab eodem prædio à Dianita ad fauorem dicti
Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines
sacros, fuerit eidem Solimano concessa associatio,
3 & manutentio per Iudicem, cuius propterea au-
thoritas priuauerit Ioannem Baptistam sua posses-
sione, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor
in fin. ff. de acquiren. possess.* Seraph. *decis.* 1325. *num.* 1.
4 quoniam hoc non procedit quando Iudex iniustè
processit, tunc enim non priuat possessione, sed
potius dicitur spoliare, vt tradit Felin. *in cap. dilectus
el* 1. *sub num.* 1. *de rescript.* Crauett. *cons.* 302. *n.* 2. Rota
decis. 524. *n.* 3.

Quod autem in proposito Iudex iniustè proces-
serit, patet; quia cùm ad fauorem Victoriæ eiusdem
Ioannis Baptistæ vxoris, & suorum hæredum, ea-
dem Dianira vsque de anno 1618. obligasset om-
nia bona pro restitutione dotis ab eadem Victoria
datæ Sfortio suo primo viro, & filio d. Dianiræ
5 cum clausula Constituti, cuius vigore translata fuit
possessio in dictam Victoriam, *l. quo meo, ff de acquir.
possess* Gomez *in l.* 45 *Tauri num* 78. Cuman. *cons.* 173.
num. 4. Tiraq *de constit* 1. *part. ampliat.* 1. *num.* 2. & in
terminis constituti appositi in obligatione restitu-
tionis dotis, Rot. *decis.* 380. *num.* 2 *part* 4. *diuers.* non
potuit postea de anno 1622. quo tempore iam erat
6 factus locus restitutioni dotis dictæ Victoriæ ob se-
cutum obitum d. Sfortij primi viri, transferre pos-
sessionem eiusdem prædij in Solimanum, Bart *in l.
qui pignoris* 36. *num.* 1 *ff de acquir. possess* & *in l. Celsus
num.* 15. *ff. de vsucap.* Tiraquel. *de constitut. limit.* 14.
num. 1. *post med. part.* 3. Rot. *decis.* 150. *num.* 8. *part.* 7.
recent.

Nec aliquid facit quod constitutum non fuerit
appositum in specie super hoc prædio della Pasto-
rella, vnde ratione incertitudinis dicebatur suffra-
7 gari minimè posse, quia cùm sit appositum in obli-
gatione omnium bonorum, sufficit quod certitudo
adsit respectu vniuersi, licet non adsit respectu cu-
iuscumque particularis rei, Alex *in l.* 1 §.... *num.* 8 vbi
Iason. *n.* 16. *ff de acquir. possess.* latè Surd *cons.* 221.
num 56. benè declarat Tiraq. *de constitut. p.* 3. *limit.* 19.
n. 2. Rot *diuers.* 59 *n.* 2 *p.* 1.
8 Et multò minus placuit aliud obiectum, nempe
quod Constitutum appositum in contractu non re-
quirente translationem possessionis nihil operetur,
ex allegatis per Gratian. *discept.* 410. *num.* 7. *cum seqq.*
quia Gratian. & alij per eum allegati loquuntur in
contractu census, cuius emptor per clausulam Con-
stituti dicitur solùm acquirere commoditatem per-
ceptionis fructuum, & emere quantitatem illorum
sibi quotannis præstandam, non autem prædia seu
bona, super quibus census constituitur, vt declarat
Menoch. *in cons.* 481. *num.* 19. *in fin vers. secundo suf
fragatur lib.* 10. sed nos versamur in contractu obli- 9
gationis restitutionis dotis, cuius creditor per clau-
sulam Constituti acquirit dominium & possessio-
nem, vt firmauit Rota *in dict. decis.* 380 *num* 2 *p.* 4.
diuers. licet effectus maneat in suspensu, vsque quo
aduenerit casus ipsius restitutionis, sicuti videmus
in contractu conditionali, in quo constitutum operatur effectum suum statim impleta conditione. 10
Oldrad. *cons.* 129. *per tot.* Alex *cons.* 83. *ante num* ... *lib.* ...
Dec *cons.* 247. *num.* 2 Ruin. *cons* 6... *num.* 2 *lib* 1 cum
aliis relatis per Tiraq. *de constitut. part.* ... *ampliat* 15.
num. 1 & 2. *ampliat.* 16 & *ampliat.* 17. *num* ... & *seqq.*
& signanter *sub num.* 8. vbi declarat hoc procedere,
etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri
res fictè tradita, puta per alium Constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

Bononien. fideicommissi de Nascentoriis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommissum, in possessionem bonorum de quibus agitur est immittendus: vbi plura de aperta mente testatoris simplex ac perpetuum successiuum fideicommissum constituendi, & an fideicommissum ad fauorem illius cui adiudicatur sit purificatum?

SVMMARIVM.

1 *Conditione* si sine filiis *deficiente expiratum fideicommissum dici potest.*
2 *Conditione* si sine filiis *deficiente expirare fideicommissum non procedit quando ex coniecturata mente testatoris ipsum voluisse induci simplex perpetuum ac successiuum fideicommissum apparet.*
3 *Conditio* non extante linea *quando est indeterminatè concepta, substitutioni ad fauorem filij proximioris agnatis locus relinquitur.*
4 *Conditio negatiua habet tractum successiuum adeò quod non sufficiat quod semel defecerit.*
5 *Dictio* tunc *indeterminatè posita omne tempus comprehendit.*
6 *Verba* si absque filiis & descendentibus, *tractum successiuum futuri temporis etiam post mortem hæredis habent.*
7 *Referuntur casus in quibus à* cons Oldrad *circa fideicommissum expiratum passim receditur.*
8 *Probatio æquiuoca suffragari non potest.*
9 *Probationes ad effectum successionis leuiores admittuntur.*

10 *Proxi*

& aliorum stabilium, Rot. *decis.*10. *num* ..*part*.5. *re-*
9 *cent*. & cessat omnis hæsitatio, cùm donatio omnium bonorum fuerit facta ad fauorem Ecclesiæ, quo casu sustinetur etiam nulla facta reseruatione ad effectum testandi, Bart *in l.fin num.*14 *C.de pact.* Bald. *in authen. si qua mulier, C.de sacrosanct. Eccles.* Couarr.*de testam in 2.part rubr. num.*5.*vers.his accedit*, Vinc de Franch.*decis.*168 Cancer. *var.cap.*8.*de donat.num.*47.*vers. quam tamen*, Rot. *decis.*5.*num.*3. *coram Buratto*, & consequenter secunda donatio facta de summa certa reseruata in prima ad effectum testandi valida quoque est.

Provt nec obstat, quod data validitate d. dona-
10 tionis adhuc sententia A. C. detegatur iniusta, ex qua Iulia fecit sibi hæredem vniuersalem in testamento Ecclesiam S. Mariæ Transpontinæ de Vrbe, & propterea non potuerit agi actione personali contra Confraternit.primam donatariam, non facta prius discussione contra hæredem, Guidop. *decis.*
11 505.cum aliis alleg. quia assertum testamentum Iuliæ non est in actis, & ideo perinde est, ac si esset extra mundum, Castrens. *in l.ait Prator*, §.*si Iudex, vers. & pro hoc*, *ff.de re iud.* Rot. *decis.*238. *num.*7. *cum seqq.* penes Modern. *de mann.* vt vlterius nec
12 etiam constat, quod hæres scriptus in d.testamento declarauerit se talem, seu hæreditatem agnouerit, provt requiritur *ad l pro harede, l. gerit, ff.de acquir. hared.* Parlad *lib.*2.*rer.quotid.cap.fin.* 5 *part* § 1. *n.*4. Peregr.*cons.*93.*num.*1.*vers.quare scriptura vol.*3.benè Dec *cons.*445 *n.*53.*& seqq vol.*2.Bardellon.*cons* 720. *n.*19.*lib.*1.

13 Imò potius constat de contrario, quia Confraternitas possessionem accepit omnium bonorum hæreditariorum, & in specie censuum assignatorum pro dote istius Capellæ, & propterea ipsa tenetur vti donataria vniuersalis ad onera relicta per donatricem actione reali, & personali, Parlad. *lib.*2.*rer quotid. cap.fin.* 4.*part.* §.2. *n.*5. *per tot.* Boët. *decis.*204.*num.*41. *cum seqq.* Cancer. *variar. cap* 8.*de donat.num* 44.Gratian.*discept forens.cap* 256.*num* 17. *& seqq.* Qua responsione tollitur etiam obiectum desumptum ex credito anteriori ipsius Confraternitatis, proueniente ex particulari donatione annuorum scutorum 25. ad effectum retinendi Capellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante donationem vniuersalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, in qua ex pacto reseruati fuerunt ducati 1500. pro donatrice, ad effectum de illis disponendi ad suæ libitum voluntatis, vnde cùm disposuerit de ducatis 800. pro dote istius Capellæ in tot censibus, qui ceu bona stabilia in eorum locum subrogata existunt penes d. Confraternitatem, vtique ipsa tenetur ad hanc dotem præstandam ex pacto in dicta donatione apposito, etiamsi adesset
14 hæres vniuersalis; quia donataria non potest donantis voluntatem impugnare, sed debet seruare legem donationi adiectam, *l & cum res, C de donat.* facit text.*in l.rebus*, *C. de rer. permut.* Surd. *de alim. tit.*9 *quæst.*23.*num* 14. & eo magis in præsenti, vbi donataria præsens donationi se obligauit ad obseruandum omnia in ipsa donatione contenta, *l.*1.*ff.de pact.* Aldouin.*cons.*19. *n.*19.

Hincque etiam patet iustitia dictæ sententiæ A. C. quoad condemnationem restitutionis fructuum dd. censuum à die motæ litis, quia dum probatur Confraternitatem accepisse possessionem omnium bonorum d. Iuliæ *sum num.*9. & in specie dd.censuum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *sum. num* 8. vbi leguntur idem census relati per donatricem in secunda donatione facta pro dote Capel-
læ, & concordat in quantitate, quod sufficit ad 15
probandam eorum identitatem, quæ ex indiciis quoque probatur, Afflict. *decis.*25. *num.* 3. Surd. *cons.*418. *num.*68. Gregor. XV. *in decis.*455. *num.*9. certum est, quod ex ista possessione præsumitur per Confraternitatem fructus fuisse perceptos, iuxta
dicterium Rotæ, possedisti, ergo fructus percepisti, 16
*vt in decis.*184.*num.*1. coram Durano inter eius impress. ex Negusant. *de pignorib. in* 2. *membr.* 3.*part. num.*19. *vers. sed in hoc posset dubitari*, Gregor. XV. *decis.*50. *num.* 2. *& inter recent. decis.*571. *num.*1. *& decis.*727. *pariter sub num.*1. *decis.*761. *num.*2.*part.*3. & consequenter debuit eadem Confraternitas ad
eorum restitutionem condemnari à die motæ litis, 17
vt de Iure fit in quolibet iudicio, *l.*4.§.*post litem*, *ff. fin.regund.*§.1.*instit.de offic.iud.* Rota *decis.*7.*de dol & contum.in nouis.*Surd.*cons.*103.*n.*10. Buratt. *decis.*558. *num.*1.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

Vrbeuetana Pradij.

Mercur. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio in possessione prædij de qua agitur, attenta possessione defuncti de tempore motæ litis, hæredibus in quos transiuit instantia est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio stante possessione Auctoris de tempore mota litis, iis qui ab eo causam habent competit.*

2 *Manutentio sicut danda esset defuncto si viueret, ita & eius haredibus in quos transiuit instantia cœpti iudicij concedi debet.*

3 *Iudicis authoritas possessione aliquem priuare potest.*

4 *Index iniustè procedens possessione neminem priuat sed potius spoliare dicitur.*

5 *Obligatio bonorum pro restitutione dotis cum clausula constituti, possessionem in illam pro qua obligantur transfert.*

6 *Restitutioni dotis vbi factus est locus possessio in aliam transferri nequit.*

7 *Constitutum cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit certitudo respectu vniuersi, licet respectu cuiuscumque rei particularis non adsit.*

8 *Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis nihil operari, quomodo intelligendum.*

9 *Creditor in contractu obligationis restitutionis dotis per clausulam Constituti dominium & possessionem acquirit, licet effectus maneat in suspenso.*

10 *Constitutum in contractu conditionali statim impleta conditione effectum suum operatur.*

DECISIO

DECISIO CCXXXII.

SALVIATO, & aliis fratribus ac hæ-
redibus Ioannis Baptistæ de Magalot-
1 tis dandam esse manutentionem in
possessione prædij della Pastorella, de
quo agitur, responderunt Domini,
quia de possessione dicti Ioannis Baptistæ eorum
Auctoris de tempore motæ litis constat ex confes-
sione Solimani Aduersarij, qui dum petiit associari
vocauit Ioan. Baptistam detentorem, iuxta *decis.* 802.
part 1. *diuers.* sæpius a Rota canonizatam, vt testa-
tur Caualer. *decis.* 555. *num.* 2. Adden. ad Gregor XV.
in decis. 100. *num.* 5. Buratt. *decis.* 100. *num* 18. & 19.
2 ibique Adden. *litera E.* Sicuti igitur defuncto si vi-
ueret esset danda manutentio, ita debet concedi
eius hæredibus, in quos transiuit instantia cæpti
Iudicij, per text. *in l. hæres absens, ff. de iudic* notant
communiter DD *in cap quia licet, eod tit.* Menoch. *de
retinen remed.* 3. *num.* 62. Rota post Pacif. *de Saluian.
interdict. decis.* 141. *num.* 2 & 4. *ac in recent. decis.* 411.
num 17. *part.* 5. & fuit dictum *in Leodien. Castri de
Mmbech* 29 *Aprilis* 1627 *coram me.*

Non obstat quod contra d. Ioannem Baptistam
vigore Ecclesiæ constituti appositi in donatione
facta ab eodem prædio à Dianira ad fauorem dicti
Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines
sacros, fuerit eidem Solimano concessa associatio,
3 & manutentio per Iudicem, cuius propterea au-
thoritas priuauerit Ioannem Baptistam sua posses-
sione, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor
in fin. ff de acquiren. possess.* Seraph. *decis.* 1325. *num.* 1.
4 quoniam hoc non procedit quando Iudex iniustè
processit, tunc enim non priuat possessione, sed
potius dicitur spoliare, vt tradit Felin. *in cap. dilectus
el* 1. *sub num.* 1. *de rescript.* Crauett. *cons.* 302. *n.* 2. Rota
decis. 525. *n.* 3.

Quod autem in proposito Iudex iniustè proces-
serit, patet; quia cùm ad fauorem Victoriæ eiusdem
Ioannis Baptistæ vxoris, & suorum hæredum, ea-
dem Dianira vsque de anno 1618. obligasset om-
nia bona pro restitutione dotis ab eadem Victoria
datæ Sfortio suo primo viro, & filio d. Dianiræ
5 cum clausula Constituti, cuius vigore translata fuit
possessio in dictam Victoriam, *l. quo meo, ff de acquir.
possess.* Gomez. *in l.* 45 *Tauri num.* 78. Cuman. *cons.* 173.
num. 4. Tiraq *de constit* 1. *part. ampliat.* 1. *num.* 2. & in
terminis constituti appositi in obligatione restitu-
tionis dotis. Rot. *decis.* 380. *num.* 2 *part* 4. *diuers.* non
potuit postea de anno 1622. quo tempore iam erat
6 factus locus restitutioni dotis dictæ Victoriæ ob se-
cutum obitum d. Sfortij primi viri, transferre pos-
sessionem eiusdem prædij in Solimanum, Bart *in l.
qui pignoris* 56. *num.* 1 *ff de acquir. possess* & *in l. Celsus
num.* 15. *ff. de vsucap.* Tiraquel. *de constitut. limit.* 14.
num. 1. *post med. part.* 3. Rot. *decis.* 150. *num.* 8. *part.* 7.
recent.

Nec aliquid facit quod constitutum non fuerit
appositum in specie super hoc prædio della Pasto-
rella, vnde ratione incertitudinis dicebatur suffra-
7 gari minimè posse, quia cùm sit appositum in obli-
gatione omnium bonorum, sufficit quod certitudo
adsit respectu vniuersi, licèt non adsit respectu cu-
iuscumque particularis rei, Alex *in l.* 1 *§.* . *num.* 8 vbi
Iason. *n.* 16. *ff de acquir. possess.* latè Surd *cons.* 221.
num. 56. benè declarat Tiraq. *de constitut. p.* 3. *limit.* 19.
n. 2. Rot. *diuers.* 19 *n.* 2 *p.* 2.
8 Et multò minus placuit aliud obiectum, nempe
quod Constitutum appositum in contractu non re-
quirente translationem possessionis nihil operetur,
ex allegatis per Gratian. *discept.* 410. *num.* 7. *cum seqq.*
quia Gratian. & alij per eum allegati loquuntur in
contractu census, cuius emptor per clausulam Con-
stituti dicitur solùm acquirere commoditatem per-
ceptionis fructuum, & emere quantitatem illorum
sibi quotannis præstandam, non autem prædia seu
bona, super quibus census constituitur, vt declarat
Menoch. *in cons.* 48. *num.* 19. *in fin. vers. secundo suf
fragatur lib.* 10. sed nos versamur in contractu obli- 9
gationis restitutionis dotis, cuius creditor per clau-
sulam Constituti acquirit dominium & possessio-
nem, vt firmauit Rota *in dict. decis.* 380 *num.* 2 *p.* 4.
diuers. licet effectus maneat in suspenso, vsque quo
aduenerit casus ipsius restitutionis, sicuti videmus
in contractu conditionali, in quo constitutum ope- 10
ratur effectum suum statim impleta conditione, Ol-
drad. *cons.* 139. *per tot.* Alex *cons.* 83. *ante num.* 3 *lib.* 1.
Dec. *cons.* 147. *num.* 2 Ruin. *cons* 6. *num.* 2 *lib* 1 cum
aliis relatis per Tiraq. *de constitut. part.* *ampliat* 15.
num. 1 & 2. *ampliat.* 16 & *ampliat.* 17. *num* & *seqq.*
& signanter *sub num.* 8. vbi declarat hoc procedere,
etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri
res ficte tradita, puta per alium Constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

Bononien, fideicommissi de Nascentoriis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommissum, in posses-
sionem bonorum de quibus agitur est
immittendus: vbi plura de aperta
mente testatoris simplex ac perpe-
tuum successiuum fideicommissum con-
stituendi, & an fideicommissum ad
fauorem illius cui adiudicatur sit pu-
rificatum?

SVMMARIVM.

1 *Conditione* si sine filiis *deficiente expiratum fidei-
commissum dici potest.*
2 *Conditione* si sine filiis *deficiente expirare fidei-
commissum non procedit quando ex coniectura-
ta mente testatoris ipsum voluisse inducere sim-
plex perpetuum ac successiuum fideicommissum
apparet.*
3 *Conditio* non extante linea *quando est indetermi-
natè concepta, substitutione ad futurorum filij
proximioris agnati locus relinquitur.*
4 *Conditio negatiua habet tractum successiuum adeò
quod non sufficiat quod semel defecerit.*
5 *Dictio tunc indeterminatè posita omne tempus
comprehendit.*
6 *Verba* si absque filiis & descendentibus, *tractum
successiuum futuri temporis etiam post mortem
hæredis habent.*
7 *Referuntur casus in quibus à cons* Oldrad *circa
fideicommissum expiratum passim receditur.*
8 *Probatio æquiuoca suffragari non potest.*
9 *Probationes ad effectum successionis leuiores admit-
tuntur.*

10 *Proxi.*

& aliorum ſtabilium, Rot. *deciſ.*10. *num* . *part*. 5. *re-*
9 *cent*. & ceſſat omnis hæſitatio, cùm donatio om-
nium bonorum fuerit facta ad fauorem Eccleſiæ,
quo caſu ſuſtinetur etiam nulla facta reſeruatione
ad effectum teſtandi, Bart *in l.fin. num.*1 3 *C.de pact.*
Bald. *in authen. ſi qua mulier, C.de ſacroſanct. Eccleſ.*
Couarr. *de teſtam in 2.part rubr. num.*5.*verſ.his acce-*
dit, Vinc de Franch. *deciſ.*168 Cancer. *var.cap.*8.*de*
*donat.num.*47.*verſ. quam tamen*, Rot. *deciſ.*5.*num.*3.
coram Buratto, & conſequenter ſecunda donatio
facta de ſumma certa reſeruata in prima ad effectum
teſtandi valida quoque eſt.

Provt nec obſtat, quod data validitate d. dona-
10 tionis adhuc ſententia A. C. detegatur iniuſta, ex
quo Iulia fecit ſibi hæredem vniuerſalem in teſta-
mento Eccleſiam S. Mariæ Tranſpontinæ de Vrbe,
& propterea non potuerit agi actione perſonali
contra Confraternit. primam donatariam, non facta
prius diſcuſſione contra hæredem, Guidop. *deciſ.*
11 105. cum aliis alleg. quia aſſertum teſtamentum Iu-
liæ non eſt in actis, & ideo perinde eſt, ac ſi eſſet
extra mundum, Caſtrenſ. *in l.ait Prætor*, §.*ſi Iudex*,
verſ. & pro hoc, *ff.de re iud.* Rot. *deciſ.*238. *num.*7.
cum ſeqq. penes Modern. *de manut.* vt vlterius nec
12 etiam conſtat, quod hæres ſcriptus in d.teſtamento
declarauerit ſe talem, ſeu hæreditatem agnouerit,
provt requiritur *ad l pro herede, l. gerit, ff de acquir.*
hered. Parlad *lib.*1.*rer quotid cap.fin.* 5 *part* § 1. *n.*4.
Peregr. *conſ.*93.*num.*1.*verſ.quare ſcriptura vol.*3. benè
Dec *conſ.*445 *n.*53.*& ſeqq.vol.*2. Bardellon. *conſ* 720.
*n.*10.*lib.*1.

13 Imò potius conſtat de contrario, quia Confra-
ternitas poſſeſſionem accepit omnium bonorum
hæreditariorum, & in ſpecie cenſuum aſſignato-
rum pro dote iſtius Capellæ, & propterea ipſa te-
netur vti donataria vniuerſalis ad onera relicta per
donatricem actione reali, & perſonali, Parlad.
*lib.*2.*rer quotid. cap.fin.* 4.*part.* §.2. *n.*5. *per tot.* Boër.
*deciſ.*204.*num.*42. *cum ſeqq.* Cancer *variar. cap.*8.*de*
donat.num 44. Gratian. *diſcept forenſ.cap* 256.*num.*17.
& ſeqq. Qua reſponſione tollitur etiam obiectum
deſumptum ex credito anteriori ipſius Confrater-
nitatis, proueniente ex particulari donatione an-
nuorum ſcutorum 25. ad effectum retinendi Ca-
pellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante do-
nationem vniuerſalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit
donationem omnium bonorum præſentium, & fu-
turorum, in qua ex pacto reſeruati fuerunt ducati
1500. pro donatrice, ad effectum de illis diſponen-
di ad ſuæ libitum voluntatis, vnde cùm diſpoſue-
rit de ducatis 800. pro dote iſtius Capellæ in tot
cenſibus, qui ceu bona ſtabilia in eorum locum
ſubrogata exiſtunt penes d. Confraternitatem, vti-
que ipſa tenetur ad hanc dotem præſtandam ex
pacto in dicta donatione appoſito, etiamſi adeſſet
14 hæres vniuerſalis; quia donataria non poteſt do-
nantis voluntatem impugnare, ſed debet ſeruare
legem donationi adiectam, *l & cum res, C.de donat.*
facit text. *in l.rebus*, *C. de rer. permut.* Surd. *de alim.*
tit. 9.*quæſt.*23.*num* 14. & eo magis in præſenti, vbi
donataria præſens donationi ſe obligauit ad obſer-
uandum omnia in ipſa donatione contenta, *l.*1.*ff.de*
pact. Aldouin. *conſ* 19. *n.*19.

Hincque etiam patet iuſtitia dictæ ſententiæ A.
C. quoad condemnationem reſtitutionis fructuum
dd. cenſuum à die motæ litis, quia dum probatur
Confraternitatem accepiſſe poſſeſſionem omnium
bonorum d. Iuliæ *ſuum num.*9. & in ſpecie dd. cen-
ſuum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *ſum.*
num 8. vbi leguntur idem cenſus relati per dona-
tricem in ſecunda donatione facta pro dote Capel-
læ, & concordat in quantitate, quod ſufficit ad 15
probandam eorum identitatem, quæ ex indiciis
quoque probatur, Afflict. *deciſ.*25. *num.* 3. Surd.
*conſ.*418.*num.*68. Gregor. XV. *in deciſ.*455. *num.*9.
certum eſt, quod ex iſta poſſeſſione præſumitur per
Confraternitatem fructus fuiſſe perceptos, iuxta
dicterium Rotæ, poſſediſti, ergo fructus percepiſti, 16
*vt in deciſ.*384.*num.*1. coram Durano inter eius im-
preſſ. ex Neguſant. *de pignorib. in* 2. *membr.* 3. *part.*
num 19. *verſ. ſed in hoc poſſet dubitari*, Gregor. XV.
*deciſ.*50. *num.* 2. *& inter recent. deciſ.*571. *num.*1. *&*
*deciſ.*727. *pariter ſub num.*1. *deciſ.*761. *num.*2.*part.*3.
& conſequenter debuit eadem Confraternitas ad
eorum reſtitutionem condemnari à die motæ litis, 17
vt de Iure fit in quolibet iudicio, *l.*4.§.*poſt litem, ff.*
fin.regund.§.1.*inſtit.de offic.iud.* Rota *deciſ.*7.*de dol &*
contum in nouiſ. Surd. *conſ.*203.*n.*10. Buratt. *deciſ* 558.
*num.*1.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

Vrbeuetana Prædij.

Mercur. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio in poſſeſſione prædij de qua agitur, attenta poſſeſſione defuncti de tempore motæ litis, hæredibus in quos tranſiuit inſtantia eſt concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ſtante poſſeſſione Auctoris de tempore motæ litis, iis qui ab eo cauſam habent competit*

2 *Manutentio ſicut danda eſſet defuncto ſi viueret, ita & eius hæredibus in quos tranſiuit inſtantia cæpti iudicij concedi debet.*

3 *Iudicis authoritas poſſeſſione aliquem priuare poteſt.*

4 *Iudex iniuſtè procedens poſſeſſione neminem priuat ſed potius ſpoliare dicitur.*

5 *Obligatio bonorum pro reſtitutione dotis cum clauſula conſtituti, poſſeſſionem in illam pro qua obligantur transfert.*

6 *Reſtitutioni dotis vbi factus eſt locus poſſeſſio in alium transferri nequit.*

7 *Conſtitutum cùm ſit appoſitum in obligatione omnium bonorum, ſufficit certitudo reſpectu vniuerſi, licet reſpectu cuiuſcumque rei particularis non adſit.*

8 *Conſtitutum appoſitum in contractu non requirente tranſlationem poſſeſſionis nihil operari, quomodo intelligendum.*

9 *Creditor in contractu obligationis reſtitutionis dotis per clauſulam Conſtituti dominium & poſſeſſionem acquirit, licet effectus maneat in ſuſpenſo.*

10 *Conſtitutum in contractu conditionali ſtatim impleta conditione effectum ſuum operatur.*

DECISIO

DECISIO CCXXXII.

SALVIATO, & aliis fratribus ac hæredibus Ioannis Baptistæ de Magalottis dandam esse manutentionem in
1 possessione prædij della Pastorella, de quo agitur, responderunt Domini, quia de possessione dicti Ioannis Baptistæ eorum Auctoris de tempore motæ litis constat ex confessione Solimani Aduersarij, qui dum petiit associari vocauit Ioan. Baptistam detentorem, iuxta *decis.* 802. *part* 1. *diuers.* sæpius a Rota canonizatam, vt testatur Canaler. *decis.* 535. *num.* 2. Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 100. *num.* 5. Buratt. *decis.* 100. *num.* 18. & 19.
2 ibique Adden. *litera E.* Sicuti igitur defuncto si viueret esset danda manutentio, ita debet concedi eius hæredibus, in quos transiuit instantia cœpti Iudicij, per text. *in l. heres absens, ff. de iudic* notant communiter DD. *in cap quis licet, eod tit.* Menoch. *de retinen remed.* 3. *num.* 62. Rota post Pacif. *de Saluian. interdict decis.* 141. *num.* 2. & 4. *ac in recent. decis.* 411. *num* 17. *part.* 5. & fuit dictum *in Leodien. Castri de Morbech* 29 *Aprilis* 1627 *coram me.*

Non obstat quod contra d. Ioannem Baptistam vigore Ecclesiæ constituti appositi in donatione facta ab eodem prædio à Dianira ad fauorem dicti Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines sacros, fuerit eidem Solimano concessa associatio,
3 & manutentio per Iudicem, cuius propterea authoritas priuauerit Ioannem Baptistam sua possessione, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor in fin. ff. de acquiren. possess.* Seraph. *decis.* 1325. *num.* 1.
4 quoniam hoc non procedit quando Iudex iniustè processit, tunc enim non priuat possessione, sed potius dicitur spoliare, vt tradit Felin. *in cap. dilectus el* 1. *sub num.* 1. *de rescript.* Cranett. *cons.* 302. *n.* 2. Rota *decis.* 524. *n.* 3.

Quod autem in proposito Iudex iniustè processerit, patet; quia cùm ad fauorem Victoriæ eiusdem Ioannis Baptistæ vxoris, & suorum hæredum, eadem Dianira vsque de anno 1618. obligasset omnia bona pro restitutione dotis ab eadem Victoria datæ Sfortio suo primo viro, & filio d. Dianiræ
5 cum clausula Constituti, cuius vigore translata fuit possessio in dictam Victoriam, *l. quod meo, ff de acquir. possess.* Gomez *in l.* 45 *Tauri num.* 78. Cuman. *cons.* 173. *num.* 4. Tiraq *de constit* 2. *part. ampliat.* 2. *num.* 2. & in terminis constituti appositi in obligatione restitutionis dotis, Rot. *decis.* 380. *num.* 2 *part* 4. *diuers.* non potuit postea de anno 1622. quo tempore iam erat
6 factus locus restitutioni dotis dictæ Victoriæ ob secutum obitum d. Sfortij primi viri, transferre possessionem eiusdem prædij in Solimanum, Bart *in l. qui pignoris* 36. *num.* 1 *ff de acquir. possess* & *in l. Celsus num.* 15. *ff. de vsucap.* Tiraquel. *de constitut. limit.* 14. *num.* 1. *post med. part.* 3. Rot. *decis.* 130. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

Nec aliquid facit quod constitutum non fuerit appositum in specie super hoc prædio della Pastorella, vnde ratione incertitudinis dicebatur suffra-
7 gari minimè posse, quia cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit quod certitudo adsit respectu vniuersi, licèt non adsit respectu cuiuscumque particularis rei, Alex *in l.* 1 *§.* .. *num.* 8 vbi Iason. *n.* 16. *ff de acquir. possess.* latè Surd *cons.* 221. *num.* 56. benè declarat Tiraq. *de constitut. p* 3. *limit.* 19. *n.* 2. Rot *diuers.* 19 *n.* 2 *p.* 2.
8 Et multò minus placuit aliud obiectum, nempe quod Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis nihil operetur, ex allegatis per Gratian. *discept.* 410. *num.* 7. *cum seqq.* quia Gratian. & alij per eum allegati loquuntur in contractu census, cuius emptor per clausulam Constituti dicitur solùm acquirere commoditatem perceptionis fructuum, & emere quantitatem illorum sibi quotannis præstandam, non autem prædia seu bona, super quibus census constituitur, vt declarat Menoch. *in cons.* 481. *num.* 19. *in fin. vers. secundo suffragatur lib.* 10. sed nos versamur in contractu obli- 9
gationis restitutionis dotis, cuius creditor per clausulam Constituti acquirit dominium & possessionem, vt firmauit Rota *in dict. decis.* 380 *num* 2 *p.* 4. *diuers.* licet effectus maneat in suspenso, vsque quo aduenerit casus ipsius restitutionis, sicuti videmus in contractu conditionali, in quo constitutum ope- 10
ratur effectum suum statim impleta conditione, Oldrad. *cons.* 139. *per tot.* Alex *cons.* 83. *ante num.* ; *lib.* 1. Dec. *cons.* 247. *num.* 2 Ruin. *cons.* 6. *num.* 1. *lib* 1 cum aliis relatis per Tiraq. *de constitut. part.* . *ampliat* 15. *num.* 1 & 2. *ampliat.* 16 & *ampliat.* 17. *num* & *seqq.* & signanter *sub num.* 8. vbi declarat hoc procedere, etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri res ficte tradita, puta per alium Constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

Bononien. fideicommissi de Nascentortis.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommissum, in possessionem bonorum de quibus agitur est immittendus: vbi plura de aperta mente testatoris simplex ac perpetuum successiuum fideicommissum constituendi, & an fideicommissum ad fauorem illius cui adiudicatur sit purificatum?

SVMMARIVM.

1 *Conditione* si sine filiis *deficiente expiratum fideicommissum dici potest.*
2 *Conditione* si sine filiis *deficiente expirare fideicommissum non procedit, quando ex coniectura ex mente testatoris ipsum voluisse inducere simplex perpetuum ac successiuum fideicommissum apparet.*
3 *Conditio* non extante linea *quando est indeterminatè concepta, substitutioni ad fauorem filij proximioris agnati locus relinquitur.*
4 *Conditio negatiua habet tractum successiuum adeò quod non sufficiat quod semel defecerit.*
5 *Dictio* tunc *indeterminatè posita omne tempus comprehendit.*
6 *Verba* si absque filiis & descendentibus, *tractum successiuum futuri temporis etiam post mortem heredis habent.*
7 *Referuntur casus in quibus à cons.* Oldrad *circa fideicommissum expiratum passim receditur.*
8 *Probatio æquiuoca suffragari non potest.*
9 *Probationes ad effectum successionis leuiores admittuntur.*

10 *Proxi*

& aliorum ſtabilium, Rot. *deciſ.*10. *num.* . *part.* 5. *re-*
9 *cent.* & ceſſat omnis hæſitatio, cùm donatio omnium bonorum fuerit facta ad fauorem Eccleſiæ, quo caſo ſuſtinetur etiam nulla facta reſeruatione ad effectum teſtandi, Bart *in l.fin num.*13. *C.de pact.* Bald. *in authen. ſi qua mulier, C.de ſacroſanct. Eccleſ.* Conarr. *de teſtam in* 2. *part rubr. num.*5. *verſ.his accedit*, Vinc de Franch. *deciſ.*168 Cancer. *var.cap.*8. *de donat.num.*47. *verſ. quam tamen*, Rot. *deciſ.*5. *num.* 3. *coram Buratto*, & conſequenter ſecunda donatio facta de ſumma certa reſeruata in prima ad effectum teſtandi valida quoque eſt.

Provt nec obſtat, quod data validitate d. dona-
10 tionis adhuc ſententia A. C. detegatur iniuſta, ex quo Iulia fecit ſibi hæredem vniuerſalem in teſtamento Eccleſiam S. Mariæ Tranſpontinæ de Vrbe, & propterea non potuerit agi actione perſonali contra Confraternit. primam donatariam, non facta prius diſcuſſione contra hæredem, Guidop. *deciſ.*
11 105. cum aliis alleg. quia aſſertum teſtamentum Iuliæ non eſt in actis, & ideo perinde eſt, ac ſi eſſet extra mundum, Caſtrenſ. *in l.ait Prator*, §. *ſi Iudex, verſ. & pro hoc*, *ff.de re iud.* Rot. *deciſ.*238. *num.*7. *cum ſeqq.* penes Modern. *de manut.* vt vlterius nec
12 etiam conſtat, quod hæres ſcriptus in d. teſtamento declarauerit ſe talem, ſeu hæreditatem agnouerit, provt requiritur *ad l pro herede, l. gerit, ff. de acquir. hered.* Parlad *lib.*1. *rer quotid cap.fin.* 5 *part* §. 1. *n.*4. Peregr. *conſ.*93. *num.*1. *verſ.quare ſcriptura vol.* 3. benè Dec *conſ.*445 *n.*33. *& ſeqq. vol.*2. Bardellon. *conſ* 720. *n.*19. *lib.*1.

13 Imò potius conſtat de contrario, quia Confraternitas poſſeſſionem accepit omnium bonorum hæreditariorum, & in ſpecie cenſuum aſſignatorum pro dote iſtius Capellæ, & propterea ipſa tenetur vti donataria vniuerſalis ad onera relicta per donatricem actione reali, & perſonali, Parlad. *lib.*2. *rer quotid. cap.fin.* 4. *part* § 2. *n.*5. *per tot.* Boër. *deciſ.*104. *num.*41. *cum ſeqq.* Caneet. *variar. cap.*8. *de donat.num* 44. Gratian. *diſcept forenſ.cap* 256. *num.*17. *& ſeqq.* Qua reſponſione tollitur etiam obiectum deſumptum ex credito anteriori ipſius Confraternitatis, proueniente ex particulari donatione annuorum ſcutorum 25. ad effectum retinendi Capellanum perpetuum facta ab eadem Iulia ante donationem vniuerſalem.

Maximè cum eadem Confraternitas acceptauerit donationem omnium bonorum præſentium, & futurorum, in qua ex pacto reſeruati fuerunt ducati 1500. pro donatrice, ad effectum de illis diſponendi ad ſuæ libitum voluntatis, vnde cùm diſpoſuerit de ducatis 800. pro dote iſtius Capellæ in tot cenſibus, qui ceu bona ſtabilia in eorum locum ſubrogata exiſtunt penes d. Confraternitatem, vtique ipſa tenetur ad hanc dotem præſtandam ex pacto in dicta donatione appoſito, etiamſi adeſſet
14 hæres vniuerſalis; quia donataria non poteſt donantis voluntatem impugnare, ſed debet ſeruare legem donationi adiectam, *l & cum res, C de donat.* facit text. *in l.rebus*, *C. de rer. permut.* Surd. *de alim. tit.*9. *quaeſt.*23. *num* 14. & eo magis in præſenti, vbi donataria præſens donationi ſe obligauit ad obſeruandum omnia in ipſa donatione contenta, *l.*1. *ff.de pact.* Aldouin. *conſ.*19. *n.*19.

Hincque etiam patet iuſtitia dictæ ſententiæ A. C. quoad condemnationem reſtitutionis fructuum dd. cenſuum à die motæ litis, quia dum probatur Confraternitatem accepiſſe poſſeſſionem omnium bonorum d. Iuliæ *ſumm num.*9. & in ſpecie dd. cenſuum, vt conuincitur ex eorum extinctionibus *ſum. num* 8. vbi leguntur idem cenſus relati per donatricem in ſecunda donatione facta pro dote Capel-
læ, & concordat in quantitate, quod ſufficit ad 15
probandam eorum identitatem, quæ ex indiciis quoque probatur, Afflict. *deciſ.*25. *num.* 3. Surd. *conſ.*418. *num.*68. Gregor. XV. *in deciſ.*455. *num.*9. certum eſt, quod ex iſta poſſeſſione præſumitur per Confraternitatem fructus fuiſſe perceptos, iuxta
dicterium Rotæ, poſſediſti, ergo fructus percepiſti, 16
*vt in deciſ.*384. *num.*1. coram Durano inter eios impreſſ. ex Neguſant. *de pignorib. in* 2. *membr.* 3. *part. num.*19. *verſ. ſed in hoc poſſet dubitari*, Gregor. XV. *deciſ.*50. *num.* 2. *& inter recent. deciſ.*571. *num.*1. *& deciſ.*727. *pariter ſub num.*1. *deciſ.*761. *num.*2. *part.* 3. & conſequenter debuit eadem Confraternitas ad
eorum reſtitutionem condemnari à die motæ litis, 17
vt de Iure fit in quolibet iudicio, *l.*4. § *poſt litem*, *ff. fin.regund.* §. 1. *inſtit.de offic.iud.* Rota *deciſ.*7. *de dol & contum in nouiſ.* Surd. *conſ.*205. *n.*10. Buratt. *deciſ* 558. *num.*1.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

Vrbeuetana Prædij.

Mercur. 18. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Manutentio in poſſeſſione prædij de qua agitur, attenta poſſeſſione defuncti de tempore motæ litis, hæredibus in quos tranſiuit inſtantia eſt concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio ſtante poſſeſſione Auctoris de tempore motæ litis, iis qui ab eo cauſam habent competit.*

2 *Manutentio ſicut danda eſſet defuncto ſi viueret, ita & eius hæredibus in quos tranſiuit inſtantia cœpti iudicij concedi debet.*

3 *Iudicis authoritas poſſeſſione aliquem priuare poteſt.*

4 *Iudex iniuſtè procedens poſſeſſione neminem priuat ſed potius ſpoliare dicitur.*

5 *Obligatio bonorum pro reſtitutione dotis cum clauſula conſtituti, poſſeſſionem in illam pro qua obligantur transfert.*

6 *Reſtitutioni dotis vbi factus eſt locus poſſeſſio in alium transferri nequit.*

7 *Conſtitutum cùm ſit appoſitum in obligatione omnium bonorum, ſufficit certitudo reſpectu vniuerſi, licet reſpectu cuiuſcumque rei particularis non adſit.*

8 *Conſtitutum appoſitum in contractu non requirente tranſlationem poſſeſſionis nihil operari, quomodo intelligendum.*

9 *Creditor in contractu obligationis reſtitutionis dotis per clauſulam Conſtituti dominium & poſſeſſionem acquirit, licet effectus maneat in ſuſpenſo.*

10 *Conſtitutum in contractu conditionali ſtatim impleta conditione effectum ſuum operatur.*

DECISIO

DECISIO CCXXXII.

SALVIATO, & aliis fratribus ac hæredibus Ioannis Baptistæ de Magalottis dandam esse manutentionem in
1 possessione prædij della Pastorella, de quo agitur, responderunt Domini, quia de possessione dicti Ioannis Baptistæ eorum Auctoris de tempore motæ litis constat ex confessione Solimani Aduersarij, qui dum petiit associari vocauit Ioan Baptistam detentorem, iuxta *decis.* 802. *part* 1. *diuers.* sæpius a Rota canonizatam, vt testatur Canalet. *decis.* 545. *num.* 2. Adden. ad Gregor XV. *in decis.* 100. *num.* 5. Buratt. *decis.* 100. *num* 18. & 19.
2 ibique Adden. *litera E.* Sicuti igitur defuncto si viueret esset danda manutentio, ita debet concedi eius hæredibus, in quos transiuit instantia cœpti Iudicij, per text. *in l. hæres absens, ff. de iudic.* notant communiter DD. *in cap. quia licet, eod. tit.* Menoch. *de retinen. remed.* 3. *num.* 62. Rota post Pacif. *de Saluian. interdict. decis.* 143. *num.* 1. & 4. *ac in recent. decis.* 412. *num* 17. *part.* 5. & fuit dictum *in Leodien. Castri de Mmbech* 29 *Aprilis* 16.7 *coram me.*

Non obstat quod contra d. Ioannem Baptistam vigore Ecclesiæ constituti appositi in donatione facta ab eodem prædio à Dianita ad fauorem dicti Solimani, ad hoc vt promoueri posset ad ordines sacros, fuerit eidem Solimano concessa associatio,
3 & manutentio per Iudicem, cuius propterea authoritas priuauerit Ioannem Baptistam sua possessione, Angel. *in l. qui vniuersas, §. item cum Prætor in fin. ff de acquiren. possess.* Seraph. *decis.* 1325. *num.* 1.
4 quoniam hoc non procedit quando Iudex iniustè processit, tunc enim non priuat possessione, sed potius dicitur spoliare, vt tradit Felin. *in cap. dilectus el* 1. *sub num.* 1. *de rescript.* Crauett. *cons.* 302. *n.* 2. Rota *decis.* 525. *n.* 3.

Quod autem in proposito Iudex iniustè processerit, patet; quia cùm ad fauorem Victoriæ eiusdem Ioannis Baptistæ vxoris, & suorum hæredum, eadem Dianita vsque de anno 1618. obligasset omnia bona pro restitutione dotis ab eadem Victoria datæ Sfortio suo primo viro, & filii d. Dianitæ
5 cum clausula Constituti, cuius vigore translata fuit possessio in dictam Victoriam, *l. quod meo, ff de acquir. possess* Gomez *in l.* 45 *Tauri num.* 78. Cuman. *cons.* 273. *num.* 4. Tiraq *de constit* 1. *part. ampliat.* 1. *num.* 2. & in terminis constituti appositi in obligatione restitutionis dotis. Rot. *decis.* 580. *num.* 2 *part* 4. *diuers.* non potuit postea de anno 1612. quo tempore iam erat
6 factus locus restitutioni dotis dictæ Victoriæ ob secutum obitum d. Sfortij primi viri, transferre possessionem eiusdem prædij in Solimanum, Bart *in l. qui pignoris* 36. *num.* 1 *ff de acquir. possess* & *in l. Celsus num.* 15. *ff. de vsucap.* Tiraq. rel. *de constitut. limit.* 14. *num.* 1. *post med. part.* 3. Rot. *decis.* 150. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

Nec aliquid facit quod constitutum non fuerit appositum in specie super hoc prædio della Pastorella, vnde ratione incertitudinis dicebatur suffra-
7 gari minimè posse, quia cùm sit appositum in obligatione omnium bonorum, sufficit quod certitudo adsit respectu vniuersi, licet non adsit respectu cuiuscumque particularis rei, Alex *in l.* 1 *§.... num.* 8. vbi Iason. *n.* 16. *ff de acquir. possess.* latè Surd *cons.* 221. *num* 56. benè declarat Tiraq. *de constitut. p.* 3. *limit.* 19. *n.* 2. Rot *diuers.* 19 *n.* 2 *p.* 2.
8 Et multò minus placuit aliud obiectum, nempe quod Constitutum appositum in contractu non requirente translationem possessionis nihil operetur, ex allegatis per Gratian. *discept.* 410. *num.* 7. *cum seqq.* quia Gratian. & alij per eum allegati loquuntur in contractu census, cuius emptor per clausulam Constituti dicitur solùm acquirere commoditatem perceptionis fructuum, & emere quantitatem illorum sibi quotannis præstandam, non autem prædia seu bona, super quibus census constituitur, vt declarat Menoch. *in cons.* 481. *num.* 19. *in fin. vers. secundo suffragatur lib.*
10. sed nos versamur in contractu obli- 9
gationis restitutionis dotis, cuius creditor per clausulam Constituti acquirit dominium & possessionem, vt firmauit Rota *in dict. decis.* 580 *num.* 2 *p.* 4. *diuers.* licet effectus maneat in suspenso, vsque quo aduenerit casus ipsius restitutionis, sicuti videmus
in contractu conditionali, in quo constitutum operatur effectum suum statim impleta conditione, 10
Oldrad. *cons.* 139. *per tot.* Alex. *cons.* 83. *ante num.* , *lib.* 2. Dec. *cons.* 147. *num.* 2 Ruin. *cons.* 6. *num.* 2 *lib.* 1 cum aliis relatis per Tiraq. *de constitut. part.* *ampliat.* 15. *num.* 1 & 2. *ampliat.* 16 & *ampliat.* 17. *num.* & *seqq.* & signanter *sub num.* 8. vbi declarat hoc procedere, etiamsi ante purificatam conditionem esset alteri res fictè tradita, puta per alium Constitutum.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

Bononien. fideicommissi de Nascentoris.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Vocatus ad fideicommissum, in possessionem bonorum de quibus agitur est immittendus: vbi plura de aperta mente testatoris simplex ac perpetuum successiuum fideicommissum constituendi, & an fideicommissum ad fauorem illius cui adiudicatur sit purificatum?

SVMMARIVM.

1 *Conditione* si sine filiis *deficiente expiratum fideicommissum dici potest.*
2 *Conditione* si sine filiis *deficiente expirare fideicommissum non procedit quando ex coniectura ta mente testatoris ipsum voluisse inducere simplex perpetuum ac successiuum fideicommissum apparet.*
3 *Conditio* non extante linea *quando est indeterminatè concepta, substitutione ad fauorem filij proximioris agnati locus relinquitur.*
4 *Conditio negatiua habet tractum successiuum adeò quod non sufficiat quod semel defecerit.*
5 *Dictio* tunc *indeterminatè posita omne tempus comprehendit.*
6 *Verba* si absque filiis & descendentibus, *tractum successiuum futuri temporis etiam post mortem hæredis habent.*
7 *Referuntur casus in quibus à* cons Oldrad *circa fideicommissum expiratum passim receditur.*
8 *Probatio æquiuoca suffragari non potest.*
9 *Probationes ad effectum successionis leuiores admittuntur,*

10 *Proxi*

10 *Proximioritas vltimi grauati potius quàm grauantis ad effectum admittendi ad successionem in dubio attendi debet.*

11 *Proximioritas vltimi grauati non procedit, quando de linea ad lineam inter transuersales fit transitus nec proximior agnatus vltimi grauati ex familia testatoris descendit.*

12 *Appellatione proximioris agnati venit tam masculus quam fœmina quamuis extra familiam sit nupta.*

13 *Verisimilitudi verborum Testatoris semper est inhærendum.*

14 *Verba* non extante linea masculorum & fœminarum *quomodo sunt intelligenda.*

15 *Masculum inspecta origine dici posse de linea fœminarum nouum non est.*

DECISIO CCXXXIII.

ONTRA sententias Rotales declarantes Angelum de Manzis esse immittendum in possessionem bonorum, de quibus agitur, vti vocatum ad fideicommissum q. Equitis Ioannis Raynerij, tria solita obiecta repetebantur; Primum quod non constet de fideicommisso; Secondum, quod quatenus fideicommissum adsit non probetur purificatum ad fauorem d. Angeli; Tertium, & vltimum, quod non constet de identitate bonorum. Quibus tamen non obstantibus responsum fuit dd. sententias esse confirmandas tanquam validas, & iustas.

Validitas enim non impugnatur, & iustitia comprobatur ex decisionibus in causa factis, ex quarum lectura apparet dd. tria obiecta nullatenus subsistere.

Nam quod attinet ad primum, scilicet ad existentiam fideicommissi, de ea dubitari minime potest, quia testator post institutos filios masculos legitimos, & naturales, & deficientibus masculis filium primogenitum ex filiabus ordine successiuo,& in defectum primogeniti lineæ legitimæ, & naturalis, primogenitum descendentem ex naturalibus tantùm, quo nec etiam extante, quemlibet filium ab ipso testatore adoptandum, seu arrogandum, in eorum omnium defectum instituit Alexandrum ex Emilio de Blanchis, & Constantia ex eiusdem testatoris sorore nepotem primò natum si superuixerit, sin autem secundo natum, & successiue tertio loco natum; his verò deficientibus filium masculum primogenitum ex aliqua de filiabus d. Emilij tunc superstitem, & non existente linea masculorum, & fœminarum dicti Emilij, instituit filium masculum primogenitum tunc superuiuentem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius testatoris: quem quidem filium masculum sic institutum, & sibi successurum, siue natum ex filiabus fœminis ipsius testatoris, siue adoptatum, siue descendentem ex linea d. Emilij, siue ex proximiori agnato modis, & ordinibus quibus supra dictum est, voluit nominari de familia de Nascentoriis, ac vti insigniis ipsius testatoris, itavt perpetuaretur ipsius casata, perinde ac si iste filius institutus ab eo procreatus fuisset, & tanquam talis inalienabiliter mandauit, vt in perpetuum habitaret ipsius testatoris domum honorabilem sitam in strata maiori Ciuitatis Bononiæ; & vlterius dixit quod si in aliquo grado institutionum prædictarum instituti, vel institutus postea quandocumque decesserint, seu decesserit cum filiis masculis legitimis, & naturalibus, ipsos filios, & illorum descendentes, si verò absque filiis, & descendentibus vocatum, seu vocatos in sequenti gradu præmissarum institutionum, seu illorum filios, & descendentes masculos in stirpes in infinitum instituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, prohibens quamcumque alienationem in totum, vel in partem in perpetuum; quia voluit hæreditatem prædictam solidam, & integram ambulare, & peruenire ad hæredes suos prædictos absque vlla diminutione, & sine detractione Trebellianicæ.

Ex qua verborum serie manifestè conuincitur testatorem voluisse constituere simplex absolutum, ac perpetuum successiuum fideicommissum, itavt licet eidem successerit d. Alexander nepos relicto

1 post se Emilio Iuniori vnico filio, per quem defecit conditio *si sine filiis*, & consequenter posset dici expiratum fideicommissum iuxta theoricam Oldradi traditam in *cons.* 11. non tamen sit locus

2 dicti Oldradi theoricæ; quia ab ea receditur quando ex coniecturata mente testatoris apparet ipsum voluisse inducere simplex perpetuum, ac successiuum fideicommissum, Molin. *de Hispan primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 19. Menoch. *de præsumpt. lib* 4. *præsumpt.* 69. *num.* 8. Simon. de Præt *de interpret. vlt. volunt. lib.* 7. *interpret.* 3. *dub.* 3 *solut. vlt. n.* 10. Thesaur. *decis.* 96. *n.* 34.

Coniecturata verò imò aperta mens testatoris constituendi simplex, ac perpetuum successiuum fideicommissum, probatur ex tenore dispositionis supra relatæ.

Et primò ex illis verbis, ibi; *& non extante linea masculorum, & fœminarum d. Emilij, instituit filium tunc superuiuentem proximioris agnati*, quæ non continent solam vulgarem, casu quo linea non existeret decedente testatore sine liberis, sed etiam fideicommissariam in casum non existentis lineæ, quæ succedere inceperit, & postea defecerit, quia

3 conditio, (*& non extante linea*) est indeterminatè concepta, & sic quandocunque contingat lineam illam non extare impleta erit conditio, & locus erit substitutioni ad fauorem filij proximioris agnati, vt optimè declarat Imol. *in l. sed & si ad tempus num.* 10. *in fin. vers. aut est in dubium, ff. ad Trebell.* Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 7. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 29 *num.* 9. & facit Rota *in Forliuien. bonorum de Acconciis* 1. *Februar. anni præteriti coram*

4 *Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio*, & cùm sit conditio negatiua habet tractum successiuum, adeò quod non sufficiat quod semel defecerit, Galgan *de condic. & demonstrat. part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 41. *num.* 4. *& q.* 106. *n.* 11. *& seqq.* Molio *de Hispan. primog. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 18. *&* 25.

Absque quod aduersetur dictio illa (*tunc*) quæ videtur restringere dispositionem ad casum inexistentiæ lineæ de tempore obitus testatoris, quia

5 imò ex quo est indeterminatè posita comprehendit omne tempus, & sic non fit extensio sed comprehensio temporis, & casuum in eadem oratione expressorum; vt in specie aduertit Fusar. *in cons* 69. *num.* 32. *in fin.*

Secundo ex illis verbis, ibi; *quod si in aliquo gradu institutionum prædictarum instituti, vel institutus, postea quandocunque decesserint, seu decesserit cum filiis masculis legitimis, & naturalibus, ipsos filios, & illorum descendentes, & si absque filiis, & descendentibus huiusmodi vocatum, seu vocatos in sequenti*

6 *gradu præmissarum institutionum seu illorum filios, & descendentes masculos in stirpes in infinitum instituit*;

hinc

hinc enim apparet testatorem constituisse fideicommissum etiam in casu quo hæredes grauati decederent cum filiis; & ideo sumus extra terminos *d. conf.* Oldrad. ponderando vlterius prædicta verba posita io secunda parte substitutionis; ibi: *& si*
6 *absque filiis, & descendentibus huiusmodi*; quæ non respicinnt simpliciter tempus mortis hæredis instituti, sed habeot tractum successiuum futuri temporis etiam post mortem d. hæredis, itavt quandocunque etiam filij, & descendentes illius absque filiis decesserint, alter gradus subsequens per fideicommissum succedat, vt in terminis verbi (*descendentibus*) positi in substitutione post verbum (*filiis*) tradunt Paris. *in conf.* 57. *lib.* 2. Marescot *variar resolut. cap.* 45. *num.* 3. *&* 4. Bellon. Inn. *conf.* 59. *num.* 40. *&* 41. Fusar. *de substit. quæst.* 480. *num.* 16. Thesaur. *decis.* 270. *num.* 19. *vers.* 3. plurimum Peregr. *de fideicomm. art.* 29. *numer.* 41.

7 Tertiò ex aliis pluribns, & quidem vrgentibus conicctùris, quæ sunt videlicet qualitas masculinitatis in tota dispositione à testatore desiderata, digressus ad plures gradus substitutionum, onus assumendi nomen, & arma familiæ de Nascentoriis, ad cuius perpetuam conseruationem testator enixè prospexit, prohibitio alienationis, & detractionis Trebellianiçæ, & declaratio quod hæreditas sua solida, & integra perueniret ad suos hæredes; quibus stantibus passim receditur à *d. conf.* Oldrad. vt benè ad propositum ratiocinatur Rota coram Mantic *in decis.* 375. *post num.* 8. *vers. Preterea inter eius impress.*

Quo verò ad secundum obiectum adductum contra purificationem dicti fideicommissi, pariter diluitur, quia testator nnn extante linea masculorum & fœminarum dicti Emilij, instituit, & nominauit vt supra filium masculum primogenitum, seu maiorem natu tunc superuineutem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius testatoris; vnde cùm expirauerit linea masculorum, & fœminarum dicti Emilij per mortem Emilij iunioris, & Pirrhi patrui vltimo loco defuncti, nec adsit primogenitus proximioris agnati ipsius testatoris, clarè visa fuit probata purificatio fideicommissi ad fauorem dicti Angeli, vti filij primogeniti Galeatij proximioris cognati testatoris.

Quod autem d. Angelus sit primogenitus proximioris cognati ipsius testatoris probatur ex eo, quod ipse est filius primogenitus Galeatij filij Ioannis de Manziis, & Hieronymæ Nascentoriæ filiæ Floriani Nascentorij fratris Nascentorij de Nascentoriis Patris Ioannis Raynerij testatoris, vt benè demonstratur ex latè deductis io decisione emanata. coram Reuerendissimo P. D. meo Ghisilerio sub die 19. Decembris 1638.

Nec releuat quod Ioannes de Manziis habuerit duas vxores, Hieronymam scilicet, & Isottam, vnde exaduerso infertur, quod non sufficiat probatio desumpta ex testamento dicti Ioannis, in quo dictus Galeatius tamquam filius ipsius Ioannis instituitur hæres cum aliis fratribus, cùm sit possibile, quod idem Galeatius sit filius d. Ioannis, & non dictæ Hieronymæ suæ primæ vxoris, & sic
8 probatio reddatur saltem æquiuoca, quæ propterea suffragari non possit, *in cap. in præsentia de probat. & l. non hoc ff. vnde legitim.* Quia in dicto testamento Ioannis dictus Galleatius provt Eganus, & Ioannes Baptista Fratres instituuntur omnes hæredes vniuersales, vti eiusdem Ioannis filij legitimi, & naturales, & in laudo postea lato de anno 1575. inter d. Galeatium, & Fratres ex vna, & Isottam coniugem dicti Ioannis ex secundo matrimonio ex altera occasione diuisionis bonorum paternorum enunciatur ipsa Isotta nouerca Galeatij, & tanquam talis declaratur creditrix in summa librarum 400. & sic dum Isotta secunda vxor Ioannis est nouerca Galeatij, sequitur dicendum quòd vera eius mater sit Hieronyma eiusdem Ioannis prima vxor vnà cum aliis coniecturis, & enunciatiuis cumulatis in dicta decis. Reuerendiss. P. D Ghisilerij sub die 19. Decembris 1638. visum fuit sufficere ad probandam huiusmo-
di descendentiam, cùm leuiores probationes ad 9
effectum successionis admittantur, iuxta *conf.* 27. Gemin. sæpe in Rota approbatum, vt *in decis.* 1181. *num* 7. coram Seraph.

Neque subsistere visum fuit aliud præcipuum obiectum recensitum ab informantibus pro Comite Io. Thaddeo de Blanchis, nempe quod etiamsi d. Angelus probetur primogenitus proximioris cognati ipsius testatoris, adhuc sit arcendus ab hac successione, ex quo testator contemplatus fuerit familiam de Blanchis, & sic cùm in humanis adsit d. Io. Thaddeus proximior agna-
tus Pirrhi vltimi grauati ipse debeat admitti ad 10
successionem, attendendo potius proximioritatem vltimi grauati quàm grauantis, provt in dubio attendi debet, iuxta communem opinionem a Rota quoque receptam, vt in *decis.* 72. *num.* 1. *part.* 1. *diuers. & decis.* 116. *num.* 8. *part.* 1. *recent.*

Quoniam vltra quod prædicta conclusio non procedit, quando provt hic fit transitus de linea ad lineam inter transuersales, & proximior
agnatus vltimi grauati non descendit ex fami- 11
lia testatoris, vt declarant Giouagnon. *conf.* 62. *num.* 14. *vers. rursus lib.* 1. Peregr. *de fideicomm. art.* 20. *num.* 5. Fusar. *conf.* 85. *num.* 10 Rota *decis.* 693. *part.* 2. *recent.* & præter allegat. ab informantibus tradunt Mulin. *de Hispan. primog. lib.* 3 *cap.* 9. *num.* 2. Bursat. *conf.* 170. *num.* 25. *lib.* 2. Paz *in tract. de tenut. cap.* 25. *num.* 23. Castill *tom.* 5. *controuers. cap.* 91. §. 13 *num.* 3. Flores de Mena in addit ad Gamb. *decis.* 7. *vers. vltimus casus*, nisi adsint vrgentes coniecturæ contrarium suadentes, in quibus terminis loquitur *decis.* 681. *num.* 6. coram Buratto exaduerso allegata; cessat penitus difficultas ex illis sæpe iam repetitis verbis ibi; *non extante linea masculorum, & fœminarum d. Emilij instituit, & nominauit vt supra filium masculum primogenitum, seu maiorem natu tunc superuiuentem proximioris agnati, & non extantibus agnatis proximioris cognati ipsius testatoris*; verba enim præfata tam *agnati*, quam *cognati*, determinantur in eadem oratione ab illo genitiuo, *ipsius testatoris*, & ideo sicut dictum genitiuum refertur ad cognationem ipsius testatoris, ita pariformiter referri etiam debet ad eiusdem agnationem iuxta notata *in l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupillar* cum aliis plenè deductis in alia decisione causæ emissa coram Eminentiss. D. meo Card. Verospio Iuniori 3. Decembr. 1640.

Quibus non repugnant coniecturæ ex aduerso

pondetatæ, & signanter illa desumpta ex carentia agnatorum testatoris de tempore testamenti, quasi quod impossibile sit, quod verba illa *proximioris agnati* possint referri ad testatorem, dum ipse de tempore testamenti nullum agnatum habebat. Quia præsupposito (sicut supra fuit firmatum) quod Angelus descendat ex Hieronyma eius auia, & filia Floriani Nascentorij orti ex eodem stipite testatoris, optime agnatio conuenire potest eidem Hie-
12 ronymæ licèt fœminæ; nam appellatione proximioris agnati venit tam masculus, quàm fœmina, *leg. pronunciatio* 195. *§. fin. ff de verbor. signific. & l. voluntas, C. de fideicommiss.* Fusar *de substit. quæst.* 366. *num.* 7. quamvis sit nupta extra familiam. Gabr. *conf.* 195. *num.* 1. *vol.* 1. Gregor. XV. *decis.* 464. *num.* 5. & 6. quod benè cognouit testator dum discretiuè loquutus fuit vocando non agnatum, sed primogenitum ipsius agnati, & cogitans de primogenito descendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus sibi successurus assumeret arma, & insignia familiæ Nascentoriæ, idque suadet ratio naturalis, quandoquidem si testator fuisset interrogatus verisimiliter idem esset
13 responsurus, cui propterea verisimilitati est inhærendum, ex notatis in *leg. Titius, §. Lucius ff de liber. & posthum.* Crauett. *conf.* 25. *num.* 25. Mantic *de coniectur. lib.* 3. *tit* 19. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 366. *num.* 10 & 24. *in fin.* Cæteræ verò coniecturæ præterquam tolluntur ex eisdem responsionibus plenè fuerunt discussæ, & reiectæ in præcedentibus decisionibus, & præcipuè in illa emanata coram Eminentiss. D. Verospio sub dict. die 3. Decembr. 1640. & ideo hic non repetuntur.

Minus obstat existentia sororum Pirrhi vltimi granati professarum in Monasterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licèt illæ descendant ex linea Emilij de Blanchis contemplata per testatores, non tamen faciunt deficere conditionem, cùm nunquam fœminæ legantur vocatæ in dicto testamento, sed tantùm earum primogeniti masculi, quos
14 Moniales habere nequeunt: & verba illa *non extante linea masculorum, & fœminarum*, intelligenda sunt iuxta modum institutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti masculi descendentes ex linea masculina, & in eorum defectum primogeniti masculi ex linea feminina singula singulis congruè referendo: quasi dixerit, & non extante primogenito masculo lineæ masculinæ succedat primogenitus masculus lineæ fœminæ,
15 cùm non sit nouum quod masculus inspecta origine dici possit de linea fœminarum. Bellon. Iun. *conf.* 73. *num.* 31.

Quoad denique identitatem bonorum super cuius probationis defectu est fundatum tertium, & vltimum obiectum; Domini transierunt cum decisionibus super hac identitate emanatis sub die 27. Februarij, & 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi enumerantur singula corpora bonorum fideicommissariorum cum suis demonstrationibus.

Et ita, &c.

Florentina Prioratus.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles pro exercenda cura animarum in Ecclesia de qua agitur, Monialibus eiusdem Ecclesiæ vti in pacifica possessione à 90. abhinc annis existentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam possessionem pacificam eligendi Sacerdotes pro cura exercenda in incorporalibus sufficit.*

2 *Possessio longi temporis spatio continuata absque exhibitione alicuius tituli sufficit, etiam in casu cui Ius commune resistit.*

3 *Titulus legitimus ex facultate eligendi & amouendi Sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis sumptibus concessa resultat.*

4 *Reseruatione stante ius super electione illæsum manet.*

5 *Commissio causæ licet contineat clausulam quam & quas, ad personas tamen & res expressas ac specificatas restringitur.*

DECISIO CCXXXIV.

CONTENUENTIBVS Reuerendiss. D. Archiepiscopo Florentino, & Monialibus Ecclesiæ S. Fridiani eiusdem Ciuitatis Florentiæ super iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles, qui sub nominibus Subprioris, & Sacristæ, curam animarum exercent in dicta Ecclesia, causaque ad Rotam delata, & mihi commissa dedi dubium, cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Monialium resolutum fuit; quia constat illas à 90. annis citra esse in pacifica possessione eligendi huiusmodi Sacerdotes pro dicta cura exercenda, vt patet ex continuatis
electionibus effectum sortitis datis in earum *Sum-* 1
mario num. 3. cùm tamen sufficeret vnicus actus in incorporalibus, *cap. cum Ecclesia Sutrina* vbi Abb. *num.* 13. Ripa *num.* 52. & 54. *de caus. poss. & propriet.* Ruin. *conf.* 106. *num.* 9 *lib.* 5. Cranett *conf.* 124. *num.* 7. & dixit in puncto Rota *in decis.* 74. *num.* 1. & *seqq.* coram Durano inter eius impress.

Præterea licet hæc quasi possessio continuata 2
tanti temporis spacio sufficeret absque exhibitione alicuius tituli, vt notat Abb. *in cap. cum venissent num.* 8. *de constit.* Couarruu. *pract. quæst. cap.* 17. *num.* 6. *ver. secundo oportet*, etiamsi versaremur in casu, cui ius commune resisteret, idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pend.* Couarruu. *vbi supra vers. vndecimo est aduertendum*, Rota *decis.* 68. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Nihilominus datur quoque Bulla erectionis huius Ecclesiæ olim Prioratus, & Parochialis in Monasterium, in quo datur facultas Monia-
libus eligendi, & amouendi ad nutum dd. 3
duos Sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis

priis sumptibus, *dict. summ. num.* 1. vnde resultat titulus legitimus, vt fuit ponderatum in *decis.* 44. *per tot.* coram Durano, & benè ad propositum facit *Salamantina Variæ coram Card. Blanchetto* relata per Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 9.

Quibus non adueriatur rescriptum Sacræ Congregationis regularium emanatum super remotione Iacobi Mueini, quia in eo fuerunt expressè reseruata iura Monialium, vt patet ex lectura ibi; *Non intendendo la detta Sacra Congregatione di togliere, o pregiudicare in cosa alcuna alle ragioni dell' Abbadessa, e Monache del medesimo Monastero nella nominatione d'vno a due Sacerdoti per l'essercitio della Cura dell' anime, ma le lasciamo riseruate quelle che nello stato presente se li competono o possono competere per valersene*
4 *auanti li loro Giudici competenti*; quæ quidem reseruatio facit vt illæsum remanseit ius Monialium super electione dd. duum Sacerdotum, Oldrad. *cons.* 237. Natta *cons.* 529. *n.* 3. Put. *dec.* 191. *n.* 17. *in correct. lib.* 1. Seraph. *decis.* 144. *n.* 6.

Prout non releuant attestationes datæ pro parte D. Archiepiscopi, ad probandam eius quasi possessionem deputandi Confessarium Monialium, & constituendi illarum Procuratorem, ac administratorem, quia præsens disputatio est restricta ad ius eligendi duos Sacerdotes, qui curam animarum exerceant in dicta Ecclesia S. Fridiani pro populo, non autem super iure deputandi Confessarium pro Monialibus, aut earum Procuratorem, seu admini-
5 stratorem, vt apparet ex commissione causæ; quæ licet contineat clausulam *quam & quas*, restringitur tamen ad personas, & res expressas ac specificatas, Imol. *in cap. fin. col.* 2. *vers. idem adde de rescript.* Felin. *in cap. relatum, num.* 8. *de offic. deleg* Staphil. *de lit. instit. cap.* 8 *per tot.* Rota *decis.* 8. *de rescript. in nou.* Barbos. *de clausul. vsufrequent. clausf.* 121. *n.* 29.

Et ita vtraque, &c.

Nullius confirmationis concordiæ de Sagabun. seu Legionen. decimarum.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum dicitur transacta post lapsa fatalia, causáque ob non prosequutam appellationem intra terminum constitutum deserta censetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob non prosequutam appellationem intra terminum à iure constitutum remanet deserta.*
2 *Non appellare & appellationem non prosequi paria sunt.*
3 *Sententia vti in iudicatum transacta cùm sit valida & iusta executioni mandari debet.*
4 *Iustitia sententiæ ad effectum exequendi rem iudicatam ex decisionibus factis desumitur.*

DECISIO CCXXXV.

ORTA controuersia inter Abbatem S. Facundi Ordinis S. Benedicti oppidi de Sahagun ex vna, & Rectores octo Ecclesiarum existentium in territorio d. Oppidi ex altera super congrua eisdem Rectoribus debita, pro exercitio Curæ animarum, diúque lite agitata prius in partibus & postea in Rota, tandem fuit desuper inita concordia de anno 1572. confirmata authoritate Apostolica, & abinde citra obseruata vsque ad annum 1634. quo moderni Rectores antiquam litem suscitarunt, sed Rota dixit eis obstare concordiam præfatam, vt in decisione emissa sub die 29. Maij 1637. coram R. P. D. meo Ghislierio, qui propterea sententiam etiam protulit absolutoriam, à qua Rectores prædicti appellarunt, & causam appellationis committi curarunt Eminentiss. D. meo Hieronymo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori; verùm quia abinde citra nihil fuit actum in causa, dubitaui ad instantiam dicti Abbatis vti subrogatus in locum d. Domini Verospij præuia particulari commissione, an constet de re iudicata, & sine vlla hæsitatione affirmatiuè fuit responsum.

Nam quamvis à dicta sententia absolutoria (vt supra dictum est) fuerit appellatum de mense Octobris 1637. attamen cum abinde & vsque adhuc non doceatur aliquid actum in causa, dubitari nequit quin sint lapsa omnia fatalia, & causa deserta 1 remanserit ob non prosequutam appellationem intra terminum à Iure constitutum, *Auth ei qui C. de tempor. appellat. l fin. C. eodem tit.* (Alex. *cons.* 164. *num* 2. *lib.* 2. *non legitur*) *cap. cùm sit Romana de appellat. Clem. sicut, & Clem. si appellat. eodem tit.* Alex. *cons.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. Put. *decis.* 311. *lib.* 2. *in correct.* Mantic. *decis.* 176 *num* 2. paria enim sunt non 2 appellare, vel appellationem non prosequi, *dict. l. fin. §. illud, C. de tempor appellat.* Ruin. *cons.* 34. *num.* 8 *lib.* 5. Surd. *cons.* 159. *num.* 11. *vers. & præcipuè quia lib.* 2. Rot. *decis.* 206 *num.* 5. *part.* 2. *recent.* & ideo meritò d. 3 sententia vti in iudicatum transacta debet executioni demandari, cùm sit valida, & iusta, *tota tit. C. de execut. rei iudic.* Patis. *cons.* 105. *n.* 19. *lib* 1. Honded. *cons.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Capell. Tolosan *quæst.* 84 & ibi Adden. *lit. I*

Validitas enim probatur ex reuolutione processus, vbi apparet interuenisse omnia requisita, de quibus in vulgata *decis.* Caputaq. 260. *part.* 2. & iustitia redditur manifesta ex eo, quod dicta sententia absoluit Abbatem ab impetitis, & canonizat instrumentum concordiæ authoritate Apostolica confirmatum pro valido & legitimo, sicuti de Iure fieri debebat, ex rationibus, & fundamētis benè deductis in dicta decisione emanata coram d. Reuerendiss. P. D. meo Ghislierio, quodque ex decisionibus in causa factis desumatur Iustitia sententiæ dixit Rota 4 pluries, & signanter ad effectum exequendi rem iudicatam, vt in *decis.* 665. *num.* 1. *circa med. part* 3. & *in decis.* 220. *in princip. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè.

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

ponderatæ, & signanter illa desumpta ex carentia agnatorum testatoris de tempore testamenti, quasi quod impossibile sit, quod verba illa *proximioris agnati* possint referri ad testatorem, dum ipse de tempore testamenti nullum agnatum habebat. Quia præsupposito (sicut supra fuit firmatum) quod Angelus descendat ex Hieronyma eius auia, & filia Floriani Nascentorij orti ex eodem stipite testatoris, optime agnatio conuenire potest eidem Hie-
12 ronymæ licèt fœminæ; nam appellatione proximioris agnati venit tam masculus, quàm fœmina, *leg pronunciatio* 195. §. *fin. ff. de verbor. signific. & l. voluntas, C. de fideicommiss.* Fusar. *de substit. quæst.* 366. *num.* 7. quamvis sit nupta extra familiam. Gabr. *conf.* 195. *num.* 3. *vol.* 1. Gregor. XV. *decis.* 464. *num.* 5. *&* 6. quod benè cognouit testator dum discretiuè loquutus fuit vocando non agnatum, sed primogenitum ipsius agnati, & cogitans de primogenito descendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus sibi successurus assumeret arma, & insignia familiæ Nascentoriæ, idque suadet ratio naturalis, quandoquidem si testator fuisset interrogatus verisimiliter idem esset
13 responsurus, cui propterea verisimilitati est inhærendum, ex notatis in *leg Titius*, §. *Lucius ff de liber. & posthum.* Crauett. *conf.* 25. *num.* 25. Mantic *de coniectur. lib.* 3. *tit* 19. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 366. *num.* 10. *&* 24. *in fin.* Cæteræ verò coniecturæ præterquam tolluntur ex eisdem responsionibus plenè fuerunt discussæ, & reiectæ in præcedentibus decisionibus, & præcipuè in illa emanata coram Eminentiss. D. Verospio sub dict. die 3. Decembr. 1640. & ideo hic non repetuntur.

Minus obstat existentia sororum Pitthi vltimi granati professarum in Monasterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licèt illæ descendant ex linea Emilij de Blanchis contemplata per testatores, non tamen faciunt deficere conditionem, cùm nunquam fœminæ legantur vocatæ in dicto testamento, sed tantùm earum primogeniti masculi, quos
14 Moniales habere nequeunt: & verba illa *non extante linea masculorum, & fœminarum*, intelligenda sunt iuxta modum institutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti masculi descendentes ex linea masculina, & in eorum defectum primogeniti masculi ex linea feminina singula singulis congruè referendo: quasi dixerit, & non extante primogenito masculo lineæ masculinæ succedat primogenitus masculus lineæ fœminæ,
15 cùm non sit nouum quod masculus inspecta origine dici possit de linea fœminarum. Bellon. Iun. *conf.* 73. *num.* 31.

Quoad denique identitatem bonorum super cuius probationis defectu est fundatum tertium, & vltimum obiectum; Domini transierunt cum decisionibus super hac identitate emanatis sub die 27. Februarij, & 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi enumerantur singula corpora bonorum fideicommissariorum cum suis demonstrationibus.

Et ita, &c.

Florentina Prioratus.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles pro exercenda cura animarum in Ecclesia de qua agitur, Monialibus eiusdem Ecclesiæ vti in pacifica possessione à 90. abhinc annis existentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam possessionem pacificam eligendi Sacerdotes pro cura exercenda in incorporalibus sufficit.*

2 *Possessio longi temporis spatio continuata absque exhibitione alicuius tituli sufficit, etiam in casu cui Ius commune resistit.*

3 *Titulus legitimus ex facultate eligendi & amouendi sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis sumptibus concessa resultat.*

4 *Reseruatione stante ius super electione illæsum manet.*

5 *Commissio causæ licet contineat clausulam quam & quas, ad personas tamen & res expressas ac specificatas restringitur.*

DECISIO CCXXXIV.

ONTENDENTIBVS Reuerendiss. D. Archiepiscopo Florentino, & Monialibus Ecclesiæ S. Fridiani eiusdem Ciuitatis Florentiæ super iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles, qui sub nominibus Subprioris, & Sacristæ, curam animarum exercent in dicta Ecclesia, causaque ad Rotam delata, & mihi commissa dedi dubium, cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Monialium resolutum fuit; quia constat illas à 90. annis citra esse in pacifica possessione eligendi huiusmodi Sacerdotes pro dicta cura exercenda, vt patet ex continuatis
electionibus effectum sortitis datis in earum *Sum-* 1
mario num. 3. cùm tamen sufficeret vnicus actus in incorporalibus, *cap. cum Ecclesia Sutrina* vbi Abb. *num.* 13. Ripa *num.* 52. *&* 54. *de caus. poss. & propriet.* Ruin. *conf.* 106. *num.* 9 *lib.* 5. Crauett *conf.* 124. *num.* 7. & dixit in puncto Rota *in decis.* 74. *num.* 1. *& seqq.* coram Durano inter eius impress.
Prætereа licet hæc quasi possessio continuata 2
tanti temporis spacio sufficeret absque exhibitione alicuius tituli, vt notat Abb. *in cap. cum venissent num.* 8. *de constit* Couarrun. *pract. quæst. cap.* 17. *num.* 6. *ver. secundo oportet*, etiamsi versaremur in casu; cui ius commune resisteret, idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pend.* Couarrun. *vbi supra vers. vndecimo est aduertendum*, Rota *decis.* 68. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Nihilominus datur quoque Bulla erectionis huius Ecclesiæ olim Prioratus, & Parochialis in Monasterium, in quo datur facultas Monia-
libus eligendi, & amouendi ad nutum dd. 3
duos Sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis

priis ſumptibus, *dict. ſumm. num.* 1. vnde reſultat titulus legitimus, vt fuit ponderatum in *deciſ.* 44. *per tot.* coram Dutano, & benè ad propoſitum facit *Salamantina V caria coram Card. Blanchetto* relata per Garz. *de benef p.* 1. *c.* 2. *n.* 9.

Quibus non aduerſatur reſcriptum Sacræ Congregationis regularium emanatum ſuper remotione Iacobi Mueini, quia in eo fuerunt expreſsè reſeruata iura Monialium, vt patet ex lectura ibi; *Non intendendo la detta Sacra Corgregatione di togliere, o pregiudicare in coſa alcuna alle ragioni dell' Abbadeſſa, e Monache del medeſimo Monaſtero nella nominatione d'vno o due Sacerdoti per l'eſſercitio della Cura dell' anime, ma le laſciamo riſeruate quelle che nello ſtato preſente ſe li competono e poſſono competere per valerſene*
4 *auanti li loro Giudici competenti*: quæ quidem reſeruatio facit vt illæſum remanſit ius Monialium ſuper electione dd. duum Sacerdotum, Oldrad. *conſ.* 237. Natta *conſ.* 529. *n.* 3. Put. *dec.* 191. *n.* 17. *in correct. lib.* 1. Seraph. *deciſ.* 144. *n.* 6.

Prout non releuant atteſtationes datæ pro parte D. Archiepiſcopi, ad probandam eius quaſi poſſeſſionem deputandi Confeſſarium Monialium, & conſtituendi illarum Procuratorem, ac adminiſtratorem, quia præſens diſputatio eſt reſtricta ad ius eligendi duos Sacerdotes, qui curam animarum exerceant in dicta Eccleſia S. Fridiani pro populo, non autem ſuper iure deputandi Confeſſarium pro Monialibus, aut earum Procuratorem, ſeu admini-
5 ſtratorem, vt apparet ex commiſſione cauſæ; quæ licet contineat clauſulam *quam & quas*, reſtringitur tamen ad perſonas, & res expreſſas ac ſpecificatas, Imol. *in cap. fin. col.* 2. *verſ idem adde de reſcript.* Felin. *in cap. relatum num.* 8. *de offic. deleg* Staphil. *de lit. iuſtit. cap.* 8 *per tot.* Rota *deciſ.* 8. *de reſcript. in nou.* Barboſ. *de clauſul. vſufrequent. clauſ.* 121. *n.* 29.

Et ita vtraque, &c.

Nullius confirmationis concordiæ de Sagabun. ſeu Legionen. decimarum.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum dicitur tranſacta poſt lapſa fatalia, causáque ob non proſequutam appellationem intra terminum conſtitutum deſerta cenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ob non proſequutam appellationem intra terminum à iure conſtitutum remanet deſerta.*

2 *Non appellare & appellationem non proſequi paria ſunt.*

3 *Sententia vti in iudicatum tranſacta cùm ſit valida & iuſta executioni mandari debet.*

4 *Iuſtitia ſententiæ ad effectum exequendi rem iudicatam ex deciſionibus factis deſumitur.*

DECISIO CCXXXV.

ORTA controuerſia inter Abbatem S. Facundi Ordinis S. Benedicti oppidi de Sahagun. ex vna, & Rectores octo Eccleſiarum exiſtentium in territorio d. Oppidi ex altera ſuper congrua eiſdem Rectoribus debita, pro exercitio Curæ animarum, diúque lite agitata prius in partibus & poſtea in Rota, tandem fuit deſuper inita concordia de anno 1572. confirmata authoritate Apoſtolica, & abinde citra obſeruata vſque ad annum 1634. quo moderni Rectores antiquam litem ſuſcitarunt, ſed Rota dixit eis obſtare concordiam præfatam, vt in deciſione emiſſa ſub die 29. Maij 1637. coram R. P. D. meo Ghiſilerio, qui propterea ſententiam etiam protulit abſolutoriam, à qua Rectores prædicti appellarunt, & cauſam appellationis committi curarunt Eminentiſſ. D. meo Hieronymo Cardinali Veroſpio tunc Rotæ Auditori; verùm quia abinde citra nihil fuit actum in cauſa, dubitaui ad inſtantiam dicti Abbatis vti ſubrogatus in locum d. Domini Veroſpij præuia particulari commiſſione, an conſtet de re iudicata, & ſine vlla hæſitatione affirmatiuè fuit reſponſum.

Nam quamvis à dicta ſententia abſolutoria (vt ſupra dictum eſt) fuerit appellatum de menſe Octobris 1637. attamen cum abinde & vſque adhuc non doceatur aliquid actum in cauſa, dubitari
nequit quin ſint lapſa omnia fatalia, & cauſa deſer- 1
ta remanſerit ob non proſequutam appellationem intra terminum à Iure conſtitutum, *Auth. ſi qui C. de tempor. appellat. l fin. C. eodem tit.* (Alex. *conſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. *non legitur*) *cap. cùm ſit Romana de appellat. Clem. ſicut, & Clem. ſi appellat. eodem tit.* Alex. *conſ.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. Put. *deciſ.* 311. *lib.* 2. *in*
correct. Mantic. *deciſ.* 176 *num* 2. paria enim ſunt non 2
appellare, vel appellationem non proſequi, *dict. l. fin. §. illud, C. de tempor appellat.* Ruin. *conſ* 34. *num.* 8 *lib.* 5. Surd. *conſ.* 159. *num.* 11. *verſ. & præcipuè quia lib.* 1.
Rot. *deciſ.* 206 *num.* 5. *part.* 2. *recent.* & ideo merito d. 3
ſententia vti in iudicatum tranſacta debet executioni demandari, cùm ſit valida, & iuſta, *toto tit. C. de execut. rei iudic.* Pariſ. *conſ.* 105. *n.* 29. *lib* 1. Honded. *conſ.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Capell. Toloſan *quæſt.* 84 & ibi Adden. *lit. I.*

Validitas enim probatur ex reuolutione proceſſus, vbi apparet interueniſſe omnia requiſita, de quibus in vulgata *deciſ.* Caputaq. 260. *part.* 1. & iuſtitia redditur manifeſta ex eo, quod dicta ſententia abſoluit Abbatem ab impetitis, & canonizat inſtrumentum concordiæ authoritate Apoſtolica confirmatum pro valido & legitimo, ſicuti de Iure fieri debebat, ex rationibus, & fundamẽtis benè deductis in dicta deciſione emanata coram d. Reuerendiſſ. P. D. meo Ghiſilerio, quodque ex deciſionibus in
cauſa factis deſumatur Iuſtitia ſententiæ dixit Rota 4
pluries, & ſignanter ad effectum exequendi rem iudicatam, vt in *deciſ.* 665. *num.* 1. *circa med. part* 3. & *in deciſ.* 220. *in princip. part.* 4. *recent.* & alibi ſæpè.

Et ita vna tantùm parte informante reſolutum fuit, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

pondetatæ, & signanter illa desumpta ex carentia agnatorum testatoris de tempore testamenti, quasi quod impossibile sit, quod verba illa *proximioris agnati* possint referri ad testatorem, dum ipse de tempore testamenti nullum agnatum habebat. Quia præsupposito (sicut supra fuit firmatum) quod Angelus descendat ex Hieronyma eius auia, & filia Floriani Nascentorij orti ex eodem stipite testatoris, optimè agnatio conuenire potest eidem Hie-
12 ronymæ licèt fœminæ; nam appellatione proximioris agnati venit tam masculus, quàm fœmina, *leg. pronunciatio* 195. *§. fin. ff. de verbor. signific. & l. voluntas, C. de fideicommiss.* Fusar *de substit. quæst.* 366. *num.* 7. quamvis sit nupta extra familiam. Gabr. *cons.* 195. *num.* 1. *vol.* 1. Gregor. XV. *decis.* 464. *num.* 5. *&* 6. quod benè cognouit testator dum discretiuè loquutus fuit vocando non agnatum, sed primogenitum ipsius agnati, & cogitans de primogenito descendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus sibi successurus assumeret arma, & insignia familiæ Nascentoriæ, idque suadet ratio naturalis, quandoquidem si testator fuisset interrogatus verisimiliter idem esset
13 responsurus, cui propterea verisimilitati est inhærendum, ex notatis in *leg. Titius, §. Lucius ff. de liber. & posthum.* Crauett. *cons.* 25. *num.* 25. Mantic *de coniectur. lib.* 4. *tit.* 19. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 366. *num.* 10. *&* 24. *in fin.* Cæteræ verò coniecturæ præterquam tolluntur ex eisdem responsionibus plenè fuerunt discussæ, & reiectæ in præcedentibus decisionibus, & præcipuè in illa emanata coram Eminentiss. D. Verospio sub dict. die 3. Decembr. 1640. & ideo hic non repetuntur.

Minus obstat existentia sororum Pirrhi vltimi grauati professarum in Monasterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licèt illæ descendant ex linea Emilij de Blanchis contemplata per testatores, non tamen faciunt deficere conditionem, cùm nunquam fœminæ legantur vocatæ in dicto testamento, sed tantùm earum primogeniti masculi, quos
14 Moniales habere nequeunt: & verba illa *non extante linea masculorum, & fœminarum*, intelligenda sunt iuxta modum institutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti masculi descendentes ex linea masculina, & in eorum defectum primogeniti masculi ex linea feminina singula singulis congruè referendo: quasi diceret, & non extante primogenito masculo lineæ masculinæ succedat primogenitus masculus lineæ fœminæ,
15 cùm non sit nouum quod masculus inspecta origine dici possit de linea fœminarum. Bellon. Iun. *cons.* 73. *num.* 31.

Quoad denique identitatem bonorum super cuius probationis defectu est fundatum tertium, & vltimum obiectum; Domini transierunt cum decisionibus super hac identitate emanatis sub die 27. Februarij, & 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghislerio, vbi enumerantur singula corpora bonorum fideicommissariorum cum suis demonstrationibus.

Et ita, &c.

Florentina Prioratus.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles pro exercenda cura animarum in Ecclesia de qua agitur, Monialibus eiusdem Ecclesiæ vti in pacifica possessione à 90. abhinc annis existentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam possessionem pacificam eligendi Sacerdotes pro cura exercenda in incorporalibus sufficit.*
2 *Possessio longi temporis spatio continuata absque exhibitione alicuius tituli sufficit, etiam in casu cui Ius commune resistit.*
3 *Titulus legitimus ex facultate eligendi & amouendi sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis sumptibus concessa resultat.*
4 *Reseruatione stante ius super electione illæsum manet.*
5 *Commissio causæ licet contineat clausulam quam & quas, ad personas tamen & res expressas ac specificatas restringitur.*

DECISIO CCXXXIV.

ONTENDENTIBVS Reuerendiss. D. Archiepiscopo Florentino, & Monialibus Ecclesiæ S. Fridiani eiusdem Ciuitatis Florentiæ super iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles, qui sub nominibus Subprioris, & Sacristæ, curam animarum exercent in dicta Ecclesia, causaque ad Rotam delata, & mihi commissa dedi dubium, cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Monialium resolutum fuit; quia constat illas à 90. annis citra esse in pacifica possessione eligendi huiusmodi Sacerdotes pro dicta cura exercenda, vt patet ex continuatis
electionibus effectum sortitis datis in earum *Sum-* 1
mario num. 4. cùm tamen sufficeret vnicus actus in incorporalibus, *cap. cum Ecclesia Sutrina* vbi Abb. *num.* 23. Ripa *num.* 52. *&* 54. *de caus. poss. & propriet.* Ruin. *cons.* 106. *num.* 9 *lib.* 5. Crauett *cons.* 124. *num.* 7. & dixit in puncto Rota *in decis.* 74. *num.* 1. *& seqq.* coram Durano inter eius impress.

Præterea licet hæc quasi possessio continuata 2
tanti temporis spacio sufficeret absque exhibitione alicuius tituli, vt notat Abb. *in cap. cum venissent num.* 8. *de constit.* Couarruu. *pract. quæst. cap.* 17. *num.* 6. *ver. secundo oportet*, etiamsi versaremur in casu, cui ius commune resisteret, idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *ne lite pend.* Couarruu. *vbi supra vers. vndecimo est aduertendum*, Rota *decis.* 68. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* Nihilominus datur quoque Bulla erectionis huius Ecclesiæ olim Prioratus, & Parochialis in Monasterium, in quo datur facultas Monia-
libus eligendi, & amouendi ad nutum dd. 3
duos Sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis

prius sumptibus, *dict. summ. num.* 1. vnde resultat titulus legitimus, vt fuit ponderatum in *decis.* 44. *per tot.* coram Dunano, & benè ad propositum facit *Salamantina V caria coram Card. Blanchetto* relata per Garz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 9.

Quibus non aduersatur rescriptum Sacræ Congregationis regularium emanatum super remotione Iacobi Mueini, quia in eo fuerunt expressè reseruata iura Monialium, vt patet ex lectura ibi; *Non intendendo la detta Sacra Congregatione di togliere, o pregiudicare in cosa alcuna alle ragioni dell' Abbadessa, e Monache del medesimo Monastero nella nominatione d'vno o due Sacerdoti per l'essercitio della Cura dell' anime, ma le lasciamo riseruate quelle che nello stato presente se li competono o possono competere per valersene*
4 *auanti li loro Giudici competenti*: quæ quidem reseruatio facit vt illæsum remanlit ius Monialium super electione dd. duum Sacerdotum, Oldrad. *cons.* 237. Natta *cons.* 529. *n.* 3. Put. *dec.* 191. *n.* 17. *in correct. lib.* 1. Seraph. *decis.* 144. *n.* 6.

Prout non releuant attestationes datæ pro parte D. Archiepiscopi, ad probandam eius quasi possessionem deputandi Confessarium Monialium, & constituendi illarum Procuratorem, ac administratorem, quia præsens disputatio est restricta ad ius eligendi duos Sacerdotes, qui curam animarum exerceant in dicta Ecclesia S. Fridiani pro populo, non autem super iure deputandi Confessarium pro Monialibus, aut earum Procuratorem, seu admini-
5 stratorem, vt apparet ex commissione causæ; quæ licet contineat clausulam *quam & quas*, restringitur tamen ad personas, & res expressas ac specificatas, Imol. *in cap. fin. col.* 2. *vers. idem adde de rescript.* Felin. *in cap. relatum, num.* 8. *de offic. deleg.* Stapbil. *de lit. iustit. cap.* 8 *per tot.* Rota *decis.* 8. *de rescript. in nou.* Barbos. *de clausul. vsufrequent. claus.* 121. *n.* 29.

Et ita vtraque, &c.

Nullius confirmationis concordiæ de Sagahun. seu Legionen. decimarum.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum dicitur transacta post lapsa fatalia, causáque ob non prosequutam appellationem intra terminum constitutum deserta censetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob non prosequutam appellationem intra terminum à iure constitutum remanet deserta.*
2 *Non appellare & appellationem non prosequi paria sunt.*
3 *Sententia vti in indicatum transacta cùm sit valida & iusta executioni mandari debet.*
4 *Iustitia sententiæ ad effectum exequendi rem indicatam ex decisionibus factis desumitur.*

DECISIO CCXXXV.

RTA controuersia inter Abbatem S. Facundi Ordinis S. Benedicti oppidi de Sahagon. ex vna, & Rectores octo Ecclesiarum existentium in territorio d. Oppidi ex altera super congrua eisdem Rectoribus debita, pro exercitio Curæ animarum, diúque lite agitata prius in partibus & postea in Rota, tandem fuit desuper inita concordia de anno 1572. confirmata authoritate Apostolica, & abinde citra obseruata vsque ad annum 1634. quo moderni Rectores antiquam litem suscitarunt, sed Rota dixit eis obstare concordiam præfatam, vt in decisione emissa sub die 29. Maij 1637. coram R.P.D. meo Ghisilerio, qui propterea sententiam etiam protulit absolutoriam, à qua Rectores prædicti appellarunt, & causam appellationis committi curarunt Eminentiss. D. meo Hieronymo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori; verùm quia abinde citra nihil fuit actum in causa, dubitatum ad instantiam dicti Abbatis vti subrogatus in locum d Domini Verospij præuia particulari commissione, an constet de re iudicata, & fine vlla hæsitatione affirmatiuè fuit responsum.

Nam quamvis à dicta sententia absolutoria (vt supra dictum est) fuerit appellatum de mense Octobris 1637. attamen cum abinde & vsque adhuc non doceatur aliquid actum in causa, dubitari nequit quin sint lapsa omnia fatalia, & causa deserta remanserit ob non prosequutam appellationem intra terminum à Iure constitutum, *Auth ei qui C. de tempor. appellat. l fin. C. eodem tit.* (Alex. *cons.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. *non legitur*) *cap. cum sit Romana de appellat. Clem. sicut, & Clem. si appellat. eodem tit.* Alex. *cons.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. Put. *decis.* 311. *lib.* 1. *in correct.* Mantic. *decis.* 76 *num* 2. paria enim sunt non appellare, vel appellationem non prosequi, *dict. l. fin. §. illud, C. de tempor appellat.* Roin. *cons.* 34. *num.* 8 *lib.* 5. Surd. *cons.* 159. *num.* 11. *vers. & præcipuè quia lib.* 2. Rot. *decis.* 206 *num.* 5 *part.* 1. *recent.* & ideo meritò d. sententia vti in iudicatum transacta debet executioni demandari, cùm sit valida, & iusta, *toto tit. C. de execut. rei iudic.* Paris. *cons.* 105. *n.* 19. *lib.* 1. Honded. *cons.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Capell. Tolosan *quæst.* 84 & ibi Adden. *lit. I*

Validitas enim probatur ex reuolutione processus, vbi apparet interueniffe omnia requisita, de quibus in vulgata *decis.* Caputaq. 160. *part.* 2. & iustitia redditur manifesta ex eo, quod dicta sententia absoluit Abbatem ab impetitis, & canonizat instrumentum concordiæ authoritate Apostolica confirmatum pro valido & legitimo, sicuti de Iure fieri debebat, ex rationibus, & fundamētis benè deductis in dicta decisione emanata coram d. Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio, quodque ex decisionibus in causa factis desumatur Iustitia sententiæ dixit Rota pluries, & signanter ad effectum exequendi rem indicatam, vt in *decis.* 665. *num* 1. *circa med. part* 3. & in *decis.* 220. *in princip. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè.

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

ponderatæ, & signanter illa desumpta ex carentia agnatorum testatoris de tempore testamenti, quasi quod impossibile sit, quod verba illa *proximioris agnati* possint referri ad testatorem, dum ipse de tempore testamenti nullum agnatum habebat. Quia præsupposito (sicut supra fuit firmatum) quod Angelus descendat ex Hieronyma eius avia, & filia Floriani Nascentorij orti ex eodem stipite testatoris, optime agnatio conuenire potest eidem Hie-
12 tonymæ licèt fœminæ; nam appellatione proximioris agnati venit tam masculus, quàm fœmina, *leg. pronunciatio* 195. §. *fin. ff. de verbor. signific.* & *l. voluntas, C. de fideicommiss.* Fusar *de substit. quæst.* 366. *num.* 7. quamvis sit nupta extra familiam. Gabr. *cons.* 195 *num.* 1 *vol.* 1 Gregor. XV. *decis.* 464. *num.* 5. & 6. quod benè cognouit testator dum disserentè loquutus fuit vocando non agnatum, sed primogenitum ipsius agnati, & cogitans de primogenito descendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus sibi successurus assumeret arma, & insignia familiæ Nascentoriæ, idque suadet ratio naturalis, quandoquidem si testator fuisset interrogatus verisimiliter idem esset
13 responsurus, cui propterea verisimilitati est inhærendum, ex notatis in *leg. Titius*, §. *Lucius ff. de liber. & posthum.* Crauett. *cons.* 25. *num.* 15. Mantic. *de contectur. lib.* 3. *tit.* 19. Fusar. *de substit. dict. quæst.* 366. *num.* 10. & 24. *in fin.* Cæteræ verò coniecturæ præterquam tolluntur ex eisdem responsionibus plenè fuerunt discussæ, & reiectæ in præcedentibus decisionibus, & præcipuè in illa emanata coram Eminentiss. D. Verospio sub dict. die 3. Decembr. 1640. & ideo hic non repetuntur.

Minus obstat existentia sororum Pirrhi vltimi grauati professarum in Monasterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licèt illæ descendant ex linea Emilij de Blanchis contemplata per testatores, non tamen faciunt deficere conditionem, cùm nunquam fœminæ legantur vocatæ in dicto testamento, sed tantùm earum primogeniti masculi, quos
14 Moniales habere nequeunt: & verba illa *non extante linea masculorum, & fœminarum*, intelligenda sunt iuxta modum institutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti masculi descendentes ex linea masculina, & in eorum defectum primogeniti masculi ex linea feminina singula singulis congruè referendo: quasi dixerit, & non extante primogenito masculo lineæ masculinæ succedat primogenitus masculus lineæ fœminæ,
15 cùm non sit nouum quod masculus inspecta origine dici possit de linea fœminarum. Bellon. Iun. *cons.* 73. *num.* 31.

Quoad denique identitatem bonorum super cuius probationis defectu est fundatum tertium, & vltimum obiectum; Domini transierunt cum decisionibus super hac identitate emanatis sub die 27. Februarij, & 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghisilerio, vbi enumerantur singula corpora bonorum fideicommissariorum cum suis demonstrationibus.

Et ita, &c.

Florentina Prioratus.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles pro exercenda cura animarum in Ecclesia de qua agitur, Monialibus eiusdem Ecclesiæ vti in pacifica possessione à 90. abhinc annis existentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam possessionem pacificam eligendi Sacerdotes pro cura exercenda in incorporalibus sufficit.*
2 *Possessio longi temporis spatio continuata absque exhibitione alicuius tituli sufficit, etiam in casu cui Ius commune resistit.*
3 *Titulus legitimus ex facultate eligendi & amouendi sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis sumptibus concessa resultat.*
4 *Reseruatione stante ius super electione illæsum manet.*
5 *Commissio causæ licet contineat clausulam omnia & quas, ad personas tamen & res expressas ac specificatas restringitur.*

DECISIO CCXXXIV.

CONTENDENTIBVS Reuerendiss. D. Archiepiscopo Florentino, & Monialibus Ecclesiæ S. Fridiani eiusdem Ciuitatis Florentiæ super iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles, qui sub nominibus Subprioris, & Sacristæ, curam animarum exercent in dicta Ecclesia, causaque ad Rotam delata, & mihi commissa dedi dubium, cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Monialium resolutum fuit; quia constat illas à 90. annis citra esse in pacifica possessione eligendi huiusmodi Sacerdotes pro dicta cura exercenda, vt patet ex continuatis electionibus effectum sortitis datis in earum *Summario num.* 1. cùm tamen sufficeret vnicus actus in 1
incorporalibus, *cap. cum Ecclesia Sutrina* vbi Abb. *num.* 13. Ripa *num.* 52. & 54. *de caus. poss. & propriet.* Ruin. *cons.* 106. *num.* 9 *lib.* 5. Crauett *cons.* 124. *num.* 7. & dixit in puncto Rota *in decis.* 74. *num.* 1. & *seqq.* coram Durano inter eius impress.

Præterea licet hæc quasi possessio continuata 2
tanti temporis spacio sufficeret absque exhibitione alicuius tituli, vt notat Abb. *in cap. cum venissent num.* 8. *de constit.* Couarruu. *pract. quæst. cap.* 17. *num.* 6. *ver. secundo oportet*, etiamsi versaremur in casu, cui ius commune resisteret, idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pend.* Couarruu. *vbi supra vers. vndecimo est aduertendum*, Rota *decis.* 68. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Nihilominus datur quoque Bulla erectionis huius Ecclesiæ olim Prioratus, & Parochialis in Monasterium, in quo datur facultas Monialibus eligendi, & amouendi ad nutum dd. 3
duos Sacerdotes cum onere eos sustinendi propriis

priis sumptibus, *dict. summ. num.* 1. vnde resultat titulus legitimus, vt fuit ponderatum in *decis.* 44. *per tot.* coram Dunano, & benè ad propositum facit *Salamantina Vcaria coram Card. Blanchetto* relata per Garz. *de benef. p.* 1 *c.* 2. *n.* 9.

Quibus non aduersatur rescriptum Sacræ Congregationis regularium emanatum super remotione Iacobi Mueini, quia in eo fuerunt expresse reseruata iura Monialium, vt patet ex lectura ibi; *Non intendendo la detta Sacra Congregatione di togliere, o pregiudicare in cosa alcuna alle ragioni dell' Abbadessa, e Monache del medesimo Monastero nella nominatione d'uno o due Sacerdoti per l'essercitio della Cura dell' anime, ma le lasciamo riseruate quelle che nello stato presente se li competono o possono competere per valersene*
4 *auanti li loro Giudici competenti*: quæ quidem reseruatio facit vt illæsum remaneat ius Monialium super electione dd. duum Sacerdotum, Oldrad. *conf.* 137. Natta *conf.* 529. *n.* 3. Put. *dec.* 191. *n.* 17. *in correct. lib.* 1. Seraph. *decis.* 144. *n.* 6.

Prout non releuant attestationes datæ pro parte D. Archiepiscopi, ad probandam eius quasi possessionem deputandi Confessarium Monialium, & constituendi illarum Procuratorem, ac administratorem, quia præsens disputatio est restricta ad ius eligendi duos Sacerdotes, qui curam animarum exerceant in dicta Ecclesia S. Fridiani pro populo, non autem super iure deputandi Confessarium pro Monialibus, aut earum Procuratorem, seu admini-
5 stratorem, vt apparet ex commissione causæ; quæ licet contineat clausulam *quam & quas*, restringitur tamen ad personas, & res expressas ac specificatas, Imol. *in cap. fin. col.* 2. *vers. idem adde de rescript.* Felin. *in cap. relatum, num.* 8. *de offic. deleg.* Staphil. *de lit. instir. cap.* 8 *per tot.* Rota *decis.* 8. *de rescript. in nou.* Barbos. *de clausul. vsufrequent clausf.* 121. *n.* 29.

Et ita vtraque, &c.

Nullius confirmationis concordiæ de Sagabun. seu Legionen. decimarum.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum dicitur transacta post lapsa fatalia, causáque ob non prosequutam appellationem intra terminum constitutum deserta censetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob non prosequutam appellationem intra terminum à iure constitutum remanet deserta.*
2 *Non appellare & appellationem non prosequi paria sunt.*
3 *Sententia vti in iudicatum transacta cùm sit valida & iusta executioni mandari debet.*
4 *Iustitia sententiæ ad effectum exequendi rem iudicatam ex decisionibus factis desumitur.*

DECISIO CCXXXV.

Rta controuersia inter Abbatem S. Facundi Ordinis S. Benedicti oppidi de Sahagun ex vna, & Rectores octo Ecclesiarum existentium in territorio d. Oppidi ex altera super congrua eisdem Rectoribus debita, pro exercitio Curæ animarum, diúque lite agitata prius in partibus & postea in Rota, tandem fuit desuper inita concordia de anno 1572. confirmata authoritate Apostolica, & abinde citra obseruata vsque ad annum 1634. quo moderni Rectores antiquam litem suscitarunt, sed Rota dixit eis obstare concordiam præfatam, vt in decisione emissa sub die 29. Maij 1637. coram R.P.D. meo Ghislerio, qui propterea sententiam etiam protulit absolutoriam, à qua Rectores prædicti appellarunt, & causam appellationis committi curarunt Eminentiss. D. meo Hieronymo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori; verùm quia abinde citra nihil fuit actum in causa, dubitaui ad instantiam dicti Abbatis vti subrogatus in locum d. Domini Verospij præuia particulari commissione, an constet de re iudicata, & fine vlla hæsitatione affirmatiuè fuit responsum.

Nam quamvis à dicta sententia absolutoria (vt supra dictum est) fuerit appellatum de mense Octobris 1637. attamen cum abinde & vsque adhuc non doceatur aliquid actum in causa, dubitari nequit quin sint lapsa omnia fatalia, & causa deserta remanserit ob non prosequutam appellationem intra terminum à Iure constitutum, *Auth ei qui C. de tempor. appellat. l fin. C. eodem tit.* (Alex. *conf.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. *non legitur*) *cap. cùm sit Romana de appellat. Clem. sicut, & Clem. si appellat. eodem tit.* Alex. *conf.* 164. *num.* 1. *lib.* 2. Put. *decis.* 311. *lib.* 1. *in correct.* Mantic. *decis.* 176 *num* 2. paria enim sunt non appellare, vel appellationem non prosequi, *dict. l. fin.* §. *illud, C. de tempor appellat.* Ruin. *conf.* 34. *num.* 8. *lib.* 5. Surd. *conf.* 159. *num.* 11. *vers. & præcipuè quia lib.* 1. Rot. *decis.* 206 *num.* 5. *part.* 2. *recent.* & ideo meritò d. sententia vti in iudicatum transacta debet executioni demandari, cùm sit valida, & iusta, *toto tit. C. de execut. rei iudic.* Paris. *conf.* 101. *n.* 29. *lib* 1. Honded. *conf.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Capell. Tolosan *quæst.* 84 & ibi Adden. *lit. I.* 1 2 3

Validitas enim probatur ex reuolutione processus, vbi apparet interuenisse omnia requisita, de quibus in vulgata *decis.* Caputaq. 260. *part.* 2. & iustitia redditur manifesta ex eo, quod dicta sententia absoluit Abbatem ab impetitis, & canonizat instrumentum concordiæ authoritate Apostolica confirmatum pro valido & legitimo, sicuti de Iure fieri debebat, ex rationibus, & fundamêtis benè deductis in dicta decisione emanata coram d. Reuerendiss. P. D. meo Ghislerio, quodque ex decisionibus in causa factis desumatur Iustitia sententiæ dixit Rota plúries, & signanter ad effectum exequendi rem iudicatam, vt in *decis.* 665. *num* 1 *circa med. part* 5. & *in decis.* 210. *in princip. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè. 4

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

pondetatæ, & fignanter illa defumpta ex carentia agnatorum teftatoris de tempore teftamenti, quafi quod impoffibile fit, quod verba illa *proximioris agnati* poffint referri ad teftatorem, dum ipfe de tempore teftamenti nullum agnatum habebat. Quia præfuppofito (ficut fupra fuit firmatum) quod Angelus defcendat ex Hieronyma eius auia, & filia Floriani Nafcentorij orti ex eodem ftipite teftatoris, optime agnatio conuenire poteft eidem Hie-
12 ronymæ licèt fœminæ; nam appellatione proximioris agnati venit tam mafculus, quàm fœmina, *leg. pronunciatio* 195. *§.fin. ff de verbor. fignific. & l. voluntas, C. de fideicommiff.* Fufar *de fubftit. quæft.* 366. *num.* 7. quamvis fit nupta extra familiam. Gabr. *conf.* 195 *num.* 3. *vol.* 1. Gregor. XV. *decif.* 464. *num.* 5. *&* 6. quod benè cognouit teftator dum difcretiuè loquutus fuit vocando non agnatum, fed primogenitum ipfius agnati, & cogitans de primogenito defcendente ex fœmina agnata nupta in familia extranea voluit, vt primogenitus fibi fucceffurus affumeret arma, & infignia familiæ Nafcentoriæ, idque fuadet ratio naturalis, quandoquidem fi teftator fuiffet interrogatus verifimiliter idem effet
13 refponfurus, cui propterea verifimilitati eft inhærendum, ex notatis in *leg. Titius, §. Lucius. ff de liber. & pofthum.* Crauett. *conf.* 25. *num.* 25. Mantic *de conectur. lib.* 3. *tit.* 19. Fufar. *de fubftit. dict. quæft.* 366. *num.* 10. *&* 24. *in fin.* Cæteræ verò coniecturæ præterquam tolluntur ex eifdem refponfionibus plenè fuerunt difcuffæ, & reiectæ in præcedentibus decifionibus, & præcipuè in illa emanata coram Eminentiff. D. Verofpio fub dict. die 3. Decembr. 1640. & ideo hic non repetuntur.

Minus obftat exiftentia fororum Pitthi vltimi granati profeffarum in Monafterio Sanctæ Mariæ Nouæ. Quia licèt illæ defcendant ex linea Emilij de Blanchis contemplata per teftatores, non tamen faciunt deficere conditionem, cùm nunquam fœminæ legantur vocatæ in dicto teftamento, fed tantùm earum primogeniti mafculi, quos
14 Moniales habere nequeunt: & verba illa *non extante linea mafculorum, & fœminarum*, intelligenda funt iuxta modum inftitutionis præcedentis, in qua fuerunt vocati primogeniti mafculi defcendentes ex linea mafculina, & in eorum defectum primogeniti mafculi ex linea feminina fingula fingulis congruè referendo: quafi dixerit, & non extante primogenito mafculo lineæ mafculinæ fuccedat primogenitus mafculus lineæ fœminæ,
15 cùm non fit nouum quod mafculus infpecta origine dici poffit de linea fœminarum. Bellon. Iun. *conf.* 73. *num.* 31.

Quoad denique identitatem bonorum fuper cuius probationis defectu eft fundatum tertium, & vltimum obiectum, Domini tranfierunt cum decifionibus fuper hac identitate emanatis fub die 27. Februarij, & 13. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Ghifilerio, vbi enumerantur fingula corpora bonorum fideicommiffariorum cum fuis demonftrationibus.

Et ita, &c.

Florentina Prioratus.

Lunæ 23. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De Iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles pro exercenda cura animarum in Ecclefia de qua agitur, Monialibus eiufdem Ecclefiæ vti in pacifica poffeffione à 90. abhinc annis exiftentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Actus vnicus ad probandam poffeffionem pacificam eligendi Sacerdotes pro cura exercenda in incorporalibus fufficit.*

2 *Poffeffio longi temporis fpatio continuata abfque exhibitione alicuius tituli fufficit, etiam in cafu cui Ius commune refiftit.*

3 *Titulus legitimus ex facultate eligendi & amouendi facerdotes cum onere eos fuftinendi propriis fumptibus conceffa refultat.*

4 *Refervatione ftante ius fuper electione illæfum manet.*

5 *Commiffio caufæ licet contineat claufulam nuam & quas, ad perfonas tamen & res expreffas ac fpecificatas reftringitur.*

DECISIO CCXXXIV.

ONTENDENTIBVS Reuerendiff. D. Archiepifcopo Florentino, & Monialibus Ecclefiæ S. Fridiani eiufdem Ciuitatis Florentiæ fuper iure eligendi duos Sacerdotes ad nutum amouibiles, qui fub nominibus Subprioris, & Sacriftæ, curam animarum exercent in dicta Ecclefia, caufaque ad Rotam delata, & mihi commiffa dedi dubium, cui fit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Monialium refolutum fuit; quia conftat illas à 90. annis citra effe in pacifica poffeffione eligendi huiufmodi Sacerdotes pro dicta cura exercenda, vt patet ex continuatis electionibus effectum fortitis datis in earum *Sum-* 1
mario num. 3. cùm tamen fufficeret vnicus actus in incorporalibus, *cap. cum Ecclefia Sutrina* vbi Abb. *num.* 23. Ripa *num.* 52. *&* 54. *de cauf. poff. & propriet.* Ruin. *conf.* 106. *num.* 9 *lib.* 5. Crauett *conf.* 124. *num.* 7. & dixit in puncto Rota *in decif.* 74. *num.* 1. *& feqq.* coram Durano inter eius impreff.

Præterea licet hæc quafi poffeffio continuata 2
tanti temporis fpacio fufficeret abfque exhibitione alicuius tituli, vt notat Abb. *in cap. cum veniffent num.* 8. *de conftit.* Couarru. *pract. quæft. cap.* 17. *num.* 6. *ver. fecundo oportet*, etiamfi verfaremur in cafu, cui ius commune refifteret, idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 8. *vt lite pend.* Couarru. *vbi fupra verf. vndecimo eft aduertendum*, Rota *decif.* 68. *num.* 4. *par.* 1. *recent.* Nihilominus datur quoque Bulla erectionis huius Ecclefiæ olim Prioratus, & Parochialis in Monafterium, in quo datur facultas Monialibus eligendi, & amouendi ad nutum dd. 3
duos Sacerdotes cum onere eos fuftinendi pro-

priis

prius sumptibus, *dict. summ. num.* 1. vnde resultat titulus legitimus, vt fuit ponderatum in *decis.* 44. *per tot.* coram Durano, & benè ad propositum facit *Salamantina V caria coram Card. Blanchetto* relata per Gatz. *de benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 9.

Quibus non aduertitur rescriptum Sacræ Congregationis regularium emanatum super remotione Iacobi Mucini, quia in eo fuerunt expressè reseruata iura Monialium, vt patet ex lectura ibi; *Non intendendo la detta Sacra Congregatione di togliere, o pregiudicare in cosa alcuna alle ragioni dell' Abbadessa, e Monache del medesimo Monastero nella nominatione d'vno o due Sacerdoti per l'essercitio della Cura dell' anime, ma le lasciamo riseruate quelle che nello stato presente se le competono o possono competere per valersene*
4 *auanti li loro Giudici competenti*; quæ quidem reseruatio facit vt illæsum remanlit ius Monialium super electione dd. duum Sacerdotum, Oldrad. *conf.* 257. Natta *conf.* 529. *n.* 3. Put. *dec.* 191. *n.* 17. *in correct. lib.* 1. Seraph. *decis.* 144. *n.* 6.

Prout non releuant attestationes datæ pro parte D. Archiepiscopi, ad probandam eius quasi possessionem deputandi Confessarium Monialium, & constituendi illarum Procuratorem, ac administratorem, quia præsens disputatio est restricta ad ius eligendi duos Sacerdotes, qui curam animarum exerceant in dicta Ecclesia S. Fridiani pro populo, non autem super iure deputandi Confessarium pro Monialibus, aut earum Procuratorem, seu admini-
5 stratorem, vt apparet ex commissione causæ; quæ licet contineat clausulam *quam & quas*, restringitur tamen ad personas, & res expressas ac specificatas, Imol. *in cap. fin. col.* 2. *vers. idem adde de rescript.* Felin. *in cap. relatum, num.* 8. *de offic. deleg* Staphil. *de lit. iustit. cap.* 8 *per tot.* Rota *decis.* 2. *de rescript. in nou.* Barbos. *de clausul. vsufrequent. claus.* 121. *n.* 29.

Et ita vtraque, &c.

Nullius confirmationis concordiæ de Sagahun. seu Legionen. decimarum.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

Sententia in iudicatum dicitur transacta post lapsa fatalia, causáque ob non prosequutam appellationem intra terminum constitutum deserta censetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa ob non prosequutam appellationem intra terminum à iure constitutum remanet deserta.*
2 *Non appellare & appellationem non prosequi paria sunt.*
3 *Sententia vti in indicatum transacta cùm sit valida & iusta executioni mandari debet.*
4 *Iustitia sententiæ ad effectum exequendi rem indicatam ex decisionibus factis desumitur.*

DECISIO CCXXXV.

ORTA controuersia inter Abbatem S. Facundi Ordinis S. Benedicti oppidi de Sahagun. ex vna, & Rectores octo Ecclesiarum existentium in territorio d. Oppidi ex altera super congrua eisdem Rectoribus debita, pro exercitio Curæ animarum, diúque lite agitata prius in partibus & postea in Rota, tandem fuit desuper inita concordia de anno 1572. confirmata authoritate Apostolica, & abinde citra obseruata vsque ad annum 1634. quo moderni Rectores antiquam litem suscitarunt, sed Rota dixit eis obstare concordiam præfatam, vt in decisione emissa sub die 29. Maij 1637. coram R. P. D. meo Ghislerio, qui propterea sententiam etiam protulit absolutoriam, à qua Rectores prædicti appellarunt, & causam appellationis committi curarunt Eminentiss. D. meo Hieronymo Cardinali Verospio tunc Rotæ Auditori; verùm quia abinde extra nihil fuit actum in causa, dubitatum ad instantiam dicti Abbatis vti subrogatus in locum d Domini Verospij præuia particulari commissione, an constet de re indicata, & fine vlla hæsitatione affirmatiuè fuit responsum.

Nam quamuis à dicta sententia absolutoria (vt supra dictum est) fuerit appellatum de mense Octobris 1637. attamen cum abinde & vsque adhuc non doceatur aliquid actum in causa, dubitari nequit quin sint lapsa omnia fatalia, & causa deserta remanserit ob non prosequutam appellationem 1 intra terminum à Iure constitutum, *Auth ei qui C. de tempor. appellat. l fin. C. eodem tit.* (Alex. *conf.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. *non legitur*) *cap. cùm sit Romana de appellat. Clem. sicut, & Clem. si appellat. eodem tit.* Alex. *conf.* 164. *num.* 2. *lib.* 2. Put. *decis.* 311. *lib.* 1. *in correct.* Mantic. *decis.* 176 *num* 2. paria enim sunt non 2 appellare, vel appellationem non prosequi, *dict. l. fin. §. illud, C. de tempor appellat.* Ruin. *conf.* 34. *num.* 8 *lib.* 5. Surd. *conf.* 159. *num.* 11. *vers. & præcipuè quia lib.* 1. Rot. *decis.* 106 *num.* 5 *part.* 2. *recent.* & ideo merito d. 3 sententia vti in iudicatum transacta debet executioni demandari, cùm sit valida, & iusta, *toto tit. C. de execut. rei iudic.* Paris. *conf.* 105. *n.* 19. *lib* 1. Honded. *conf.* 61. *num.* 10. *lib.* 1. Capell. Tolosan *quæst.* 84 & ibi Adden. *lit.* I

Validitas enim probatur ex reuolutione processus, vbi apparet interuenisse omnia requisita, de quibus in vulgata *decis.* Caputaq. 160. *part.* 2. & iustitia redditur manifesta ex eo, quod dicta sententia absoluit Abbatem ab impetitis, & canonizat instrumentum concordiæ authoritate Apostolica confirmatum pro valido & legitimo, sicuti de Iure fieri debebat, ex rationibus, & fundamētis benè deductis in dicta decisione emanata coram d. Reuerendiss. P. D. meo Ghislerio, quodque ex decisionibus in causa factis desumatur Iustitia sententiæ dixit Rota 4 pluries, & signanter ad effectum exequendi rem indicatam, vt in *decis.* 665. *num.* 1. *circa med. part* 3. & in *decis.* 220. *in princip. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè.

Et ita vna tantùm parte informante resolutum fuit, Procuratore alterius partis pluries citato, &c.

Romana Vineæ.

Vener. 27. Iunij 1642.

ARGVMENTVM.

De reuocandis attentatis, ex possessione lite pendente & post præsentatam inhibitionem Rotalem capta resultantibus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta lite pendente & post auocatam causam per Signaturam à Iudice domus piæ vti attentata est renocanda.*

2 *Inhibitio Rotalis siue iusta siue iniusta semper attenta causat.*

DECISIO CCXXXVI.

DIE 24. Februarij 1640. ad fauorem Lucretiæ prolata fuit sententia reintegratoria ad possessionem vineæ de qua agitur in Curia Capitolina, citatis Petro Antonio, eiusdem vineæ detentore, & Francisca eius vxore pro suis prætensis Iuribus dotalibus; & quia non fuit appellatum, præuio mandato dicta Lucretia possessionem quoque accepit. Cùm verò d. Petrus Antonius, & alij creditores iactarent se dictam Lucretiam molestaturos, ipsa causam iactationis, & molestationis in Rota introduxit, & coram me obtinuit inhiberi in specie dictam Franciscam sub die 28. Iunij eiusdem anni 1640.

Hac tamen inhibitione non obstante, eadem Francisca egit coram Iudice Domus Piæ vbi reperitur reclusa, & obtinuit mandatum de reintegrando, seu de manutenendo in possessionem dictæ vineæ sub die 21. Septembris superioris anni 1641. cuius vigore non refragante allegatione litis pendentiæ in Rota, nec inhibitione in actis commissionis, ac inhibitionis Rotalis, adepta fuit etiam possessionem: vnde contigit dubitari, an constet de attentatis, quæ veniunt reuocanda, & affirmatiuè
1 fuit responsum, quia possessio Franciscæ fuit capta lite pendente, *cap. non solum*, & ibi Gloss. *in fin. de appellat. lib. 6.* Rot. *decis.* 20. *eod. tit. in nou.* & *decis.* 712. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & post auocatam causam per signaturam à Iudice Domus Piæ, Lanecll. *de attent. cap. fin. num.* 2. & 17. & quod peius est post præsen-
2 tatam inhibitionem Rotalem, quæ siue iusta siue iniusta, semper causat attentata, Cæsar de Grass. *decis.* 1. *in fin. de appellat.* Rot. *decis.* 107. *num* 5 *part.* 5. & *decis.* 75. *num.* 4. *part.* 6. *recent.* & coram Buratto *decis.* 181. *n.* 3. & alibi sæpe. Et ita, &c.

Romana Legati.

Vener. 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

De modo soluendi legatum ab hærede debitum; à quo tempore & quomodo debeatur, & qualiter inter legatarias sit distribuendum.

Vide suprà *Decis.* 172. & *Part.* I. *Decis.* 165.

SVMMARIVM.

1 *Verba* e dopò vadino *continuationem post lapsum quinquennij denotant.*

2 *Verba* alle figliole da maritarsi *conditionaliter posita an excludant legatum nisi legataria nuptui tradantur*

3 *Verba* da maritarsi *non conditionaliter sed demonstratiuè vti adiecta executioni posita, legatum purum non conditionale supponunt.*

4 *Verba clara Testatoris dum habentur vlterius non est quærendum.*

5 *Legatum vigore verborum* da maritarsi *puellis ad effectum contrahendi nuptias carnales vel spirituales debetur.*

6 *Legatum omnibus filiabus re & verbis coniunctis relictum inter legatarias æqualiter diuidi potest, iusque inter eas accrescendi datur.*

DECISIO CCXXXVII.

POSTQVAM per binas Decisiones resolutum fuit, annuum legatum scut. 30. de quo agitur deberi Lucretiæ, orta fuit altera controuersia super modo illud soluendi ab Archiconfraternitate hærede, ac pro tempore administratrice hæreditatis Io. Antonij Testatoris; Ideo proposui dubium, à quo tempore, & quomodo debeatur legatum, siue distribuendum; & Domini responderunt, legatum deberi iuxta modum inferius exprimendum, aduertentes, prædictum dubium tres continere inspectiones, quarum Prima est, à quo tempore debeatur dictum legatum; Secunda quomodo debeatur, & Tertia qualiter sit distribuendum inter legatarias, quæ ad præsens sunt tres, scilicet, Lucretia, Angelica, & Helena.

Quantum igitur attinet ad primam inspectionem dixerunt, legatum deberi a die natiuitatis d. Lucretiæ, & aliarum puellarum sororum respectiue, non autem à die motæ litis; quia clara visa fuit mens testatoris, dum voluit, quod Archiconfraternitas ex pensionibus domorum hæreditariarum per quinquennium solueret scuta 30 Cæciliæ, & Felici filiabus Laurentij sui nepotis, & postea huiusmodi legatum applicaretur pro filiabus maritandis de sua casata per hæc verba, ibi. *E dopò voglio che li detti scudi* 30. *vadino alle figliole femine da maritarsi della casata mia, cioè discese da Giacomo figliolo di Fermo mio fratello, e dalle figliole di Lorenzo mio nepote.* Vnde cùm fuerit lapsum quinquennium statim debetur legatum Lucretiæ, & Sororibus vti descendentibus ab Vrsula filia Laurentij nepotis Testatoris, & quidem à die earum natiuitatis, cum verba illa, 1
e dopò vadino, denotent continuationem post lapsum quinquennij, Gemin. *in rubr. de rest. spol. post. med. ver. Nota quod dictio, Post*, Ias. *in l. iur. gent. n.* 8. *ff. de pact. & in l. fructus num* 5 *vers. Et tu aut dic. ff. solut. matr.* Tiraquell. *in l. si vnquam in verbo, & postea n.* 12 *C. de reuoc. donat.*

Absque quod obstent verba illa, ibi, *alle figliole femine da maritarsi*, quasi quod stent conditionaliter, 2
& sic legatum non debeatur, nisi quando eædem legatariæ nuptui tradantur, ex allegatis per Gram. *de anniuers. & Capellaris lib.* 1. *cap.* 21. *num* 14. quia Lara & alij alleg. per informantes pro Archiconfraternitate loquuntur in casu quo legatum relictum fuerit pro dote, & cum conditione si nupserint, &

propter

propterea non applicantur in proposito, vbi legatum est paruæ quantitatis scut. 10. non sufficientis pro dotibus omnium legatariarum vocatarum; & 3 verba illa, *da maritarsi*, non obstant conditionaliter, nec respiciunt substantiam legati, sed demonstratiue, vti adiecta executioni: Tunc enim legatum purum reputatur, non autem conditionale, vt in fortioribus terminis tenent Bald *conf. 149. ante med. vers. sed si non concernit titulum vol. 4* Aym *conf. 101. num. 1. vers. Sed præmissis, & num. seqq.* Crass. *in § legatum q. 48. num. 13.* Peregr. *de fideicomm. art. 38. num. 26. vers. primus casus*, idem Lara *vbi supr. num. 17.* Anton Gom. *in l. 50. Tauri num. 20.* & bene ad propositum facit Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 31. à num. 7. vsque ad fin.*

Idque in præsenti procedit absque vlla hæsitatione, cùm Officiales Archieonfraternitatis, donec adsunt fœminæ descendentes ex vocatis per Testatorem, sint nudi Ministri, ac executores, vt manifestè conuincitur ex illis verbis, ibi, *rimanghino in mano dell'infrascritti Esecutori, quali habbino à distribuir, &c.* itavt durante descendentia legatariarum, nihil lucrari possint, vt fuit firmatum in prædictis duabus præcedentibus decisionibus, quæ in hodierna disputatione de more sopponuntur, & ideo statim soluendum est legatum, alioquin contra voluntatem Testatoris pro eo tempore, quo differetur solutio illud 4 cederet in beneficium Officialium: dum autem habemus verba clara Testatoris non est vlterius quærendum, *l. ille, aut ille § fin. ff. de verb. oblig.* sed ipsa voluntas prout expressè sonat est exequenda, *l. 1.* vbi Bald. *C. de Sacros. Eccles. l. 1.* vbi Bart. *ff. de testam.*

Nec releuat, quod sicuti Testator idem legatum relictum Cæciliæ, & Felici, restrinxit ad quinquennium si nuptæ non essent, ita censeri debent legatum ipsum præstari noluisse fœminis descendentibus, & remotioribus inspecto tempore nuptiarum Nam obiectum tollitur ex eo, quia Testator non dixit quod legatum deberetur Cæciliæ, & Felici tempore nuptiarum, sed imò ante noptias, dum si nuptæ nõ essent voluit, quod illud per quinquennium, & sic annuatim consequerentur, adeò vt dum subdit, *e dopò voglio che vadino alle figliole femine*, clarè colligitur voluisse, quod elapso quinquennio annuatim nõ expectato tempore nuptiarum præstaretur eisdem fœminis descendentibus, cùm prædictum legatum non sit sufficiens pro dote, & Officiales nil debeant lucrari, quæ duæ coniecturæ tollunt omnem ambiguitatem, & contrariam interpretationem, quæ menti Testatoris repugnet.

5 Quoad secundam inspectionẽ Iudicarunt Domini d. legatum deberi prædictis puellis ad effectum contrahendi nuptias carnales, vel spirituales, iuxta notata per Sãchez *de matrim. lib. 1. disp. 31. n. 32. vers. hoc tamen fatendum*, & interim quoad vsque peruenerint ad ętatem nubilem, debet huiusmodi legatum inuestiri pro earum dotibus ad effectũ promissum, & interim ex fructibus ali debent dictæ legatariæ.

Denique quoad tertiam inspectionem, existimarunt legatum præstari debere Lucretiæ nunc agenti, & aliis etiam sororibus quando instabunt; quia 6 cùm illud fuerit relictum omnibus filiabus re & verbis coniunctis, scindi, & æqualiter diuidi potest inter legatarias, & datur inter eas ius accrescendi, vt latè probat Bellon. *de iur. accr. art. 3. quæst. 52. n. 9.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Romana successionis.

Veneris 4. Iulij 1642.

A R G V M E N T V M.

De compulsoria speciali vti & remissoria, ob vehementem suspicionem calumniæ timoremque subornationis testium deneganda, articulis iuxta stylum Rotalem in Curia admissis.

S V M M A R I V M.

1 *Compulsoria specialis datur quando de existentia & releuantia scripturæ compulsandæ constat.*

2 *Recognitio epistolarum nisi in actis producatur epistola nullam fidem meretur.*

3 *Epistolæ Aduersari Patri scriptæ originaliter penes eundem Aduersarium Patris hæredem existere præsumuntur.*

4 *Compulsoria specialis dum petitur sufficiente generali, vehemens suspicio calumniæ ad effectum impediendi prosequutionem & expeditionem, causæ oritur.*

5 *Remissoria ob vehementem suspicionem calumniæ timorémque subornationis testium est deneganda.*

6 *Suspicio calumniæ vnde deducitur.*

7 *Remissoriam à Rota super eisdem articulis quando sunt magis expliciti concedi solere quandonam procedit.*

8 *Articuli antiqui & moderni quando idem continent remissoria non est concedenda.*

9 *Timor subornationis testium quando resultat, remissoria super eisdem articulis vel de directo contrariis neutiquam dari debet.*

10 *Testificata in quibus casibus dedicita censentur.*

11 *Articuli sequendo stylum Tribunalis Rotæ in Curia passim admittuntur.*

DECISIO CCXXXVIII.

DVAE in hac causa emanarunt decisiones inter se contrariæ, in quarum altera decisum fuit, testamentum Henrici Vicurt sustineri ad fauorem Henrici iunioris sui nepotis, non obstante quod Cæcilia eiusdem testatoris filia, prætenderet testamentum præfatum fuisse conditum ex falsa causa, & sic successionem ad se spectare, quia re vera ex tunc deductis prætensa falsa causa concludenter non probabitur, & in altera recessum fuit à primo loco decisis, eo quia ex testibus nouiter hinc inde examinatis constitit, testatorem realiter ex falsa causa motum fuisse ad testandum fauore nepotis. Dumque debebat proponi dubium, an esset standum in primo, vel secundo loco decisis; Agentes pro d. Henrico iuniori exhibuerunt in actis quasdam copias epistolarum (vt prætendunt dicti Henrici testatoris) ac insimul articulos pro examinandis testibus in Curia, & extra, ad effectum habendi compulsoriam specialem, & pro-

bandi, d. testatorem non ex fal a e sa instituisse nepotem ex fratre, sed ob amorem, quo ipsum prosequebatur, & obtinuerunt ab A. C. Iudice huius causæ dubium, an sit concedenda compulsoria specialis, & admitti debeant articuli ad effectum examinandi in Curia, & extra eum remissoria, super quo hodie consultâ Rotâ responsum fuit, compulsoriam specialem non esse dandam, nec remissoriam, sed admittendos articulos in Curia dumtaxat.

1 Ratio, quæ mouit Dominos ad sic respondendum fuit, quia, quoad compulsoriam specialem, illa tunc demum datur, quando constat de existentia, & releuantia scripturæ compulsandæ, Vestr *in prax lib.6.c.1.n.12.* Mantic *decis.216.n.3.* Buratt *decis.555 num.1.*

In præsenti autem non constat de existentia, quia licet fuerint exhibitæ in actis quædam copiæ assertarum epistolarum d. Henrici testatoris, attamen ex quo possibile est, quod illæ fuerint studiose compositæ ab eadem parte, non potest inde desumi vera existentia, sed debebant examinari testes saltem ad perpetuam rei memoriam super reali exi-
2 stentia, vel debebant eædem epistolæ recognosci, & recognitio prodoci in actis, alioquin nullam fidem merentur, ad notat *in § si quis igitur Auth de instrum caut. & fid* Rn n *cons 61. num.3.lib.4.* Afflict. *decis 18 num.9.* Franch. *decis.105 num.9.* Rota *decis. 1156.num.1 ad fin.lib.3.part 3. diuers* Doctores verò allegari exaduerso, qui dicunt, quod copiæ, & exempla præstant sufficientem fumum in hac materia, loquuntur de exemplis, & copiis alicuius publici Instrumenti transumptati extraiudicialiter à Notario, quod longè differt ab isto casu, & propterea non applicantur, qua quidem existentia cessante, non est opus discutere releuantiam.

3 Præterea consideratum fuit, quod plures ex assertis epistolis si veræ sont, vti scriptæ Patri Aduersarij, præsumuntur originaliter existere penes eumdem Aduersarium Patris hæredem, ad tradit. per Aretin. *in cons. 110. num.1. vers. defunctus ergo,* Canal *decis.545 num.1.* & sic non est necessaria alia compulsio, cùm eæ originaliter in actis exhiberi possint. Aliæ verò, quæ supponuntur scriptæ cuidam nuncupato Maiori de Hizramont, cum in illis non contineatur nisi interesse eiusdem Aduersarij, de facili possunt ab eodem de Hizramont recuperari, & pariformiter originaliter produci; vel saltem negari non potest, quin vigore compulsoriæ ge-
4 neralis illæ compulsari possint; vndè dum petitur specialis, oritur vehemens suspicio calumniæ quod hoc fiat dumtaxat ad effectû impediendi prosequutionem, & expeditionem causæ, vt fuit in specie dictum in *decisione 376.num 7.* coram Durano inter eius *impress* quo casu passim denegatur compulsoria specialis, Felin. *in cap de cætero num 12. de re iud.* Cassad. *decis.3.de dilat.* Caputaq. *decis.169.num.1. part 1.*

5 Quò verò ad remissoriam, dictum fuit, eam esse denegandam tam ob vehementem suspicionem calumniæ, quàm ob timorem subornationis testium, vt fuit seruatum *in Camerinen. Pensionis 4. Maij 1640. coram R.P.D. meo Bichio.*

6 Vehemens autem calumniæ suspicio deducitur ex eo, quod Aduersarius plures testes super eadem materia examinauit, & nihil probauit, & tamen præsumitur elegisse meliores, & magis informatos, Aym. *cons.184 num.3.* Rota coram S.m Greg. XV. *in decis.251 num.6 & decis.23.num.1 & 1.* coram Buratto; & fuit dictum in *Cordubeñ. Decimarum de Lucena 5 Iulij 1638. coram me.* Et quamuis Rota so- 7
leat concedere remissoriam super eisdem articulis, quando continent materias magis explicitas, Gregor XV *decis.191 num.3.* hoc tamen procedit, dummodo, prout hîc maior explicitas, & distinctio non sit in cortice verborum, Rota *decis.467.num.7.* coram Greg XV. & *decis.266. num.14. part.6 recent.*
Antiqui enim articuli continent idem, quod mo- 8
derni, vt patet ex eorum lectura, & ideo non debet super eis concedi remissoria, cùm ad hunc effectum requiratur, quod articuli antiqui tacitè idem non comprehendant, quoad necessitatem facti, & probationis, sed solùm quoad necessitatem facti non autem probationis, vt benè explicat Abb. *in cap fraternitatis num 8. de testib.* Aym. *d cons.139. num.47.* Rota *decis.235.num 15.part 5 recent.*

Timor tandem subornationis resultat ex eo, quod 9 iam tria præcesserunt testium examina in hac causa, super quibus duæ emanarunt decisiones Rotales, qua occasione fuerunt publicatæ attestationes, & didicita testificata, tunc enim neutiquam conceditur remissoria super eisdem articulis, vel de directo contrariis, per textum expressum in *dicto cap fraternitatis*, vbi Doct. omnes *de testib Clem. fin. eod tit. Auth At qui semel,* vbi Bart. *in princ. & num 1. C de probat.* Greg XV. *in decis.497. num 1* quod procedit etiam, quod fuerint didicita testificata alterius partis, *d. Auth. At qui semel in princ. ibi. Aut ab aduersario, &c.* sequitur Gloss *verb didicerit*, cum cæteris scribentibus, *C de probat.* Marian. Socin. *in d. cap fraternitatis num.16. & 62 in fin.* & fuit resolutum in *Cremonen. Pensionis 4 Maij 1635.* coram bon. mem. Coccino.

Quodque in proposito fuerint didicita testifica- 10 ta, hæsitari non potest, quia vtrique parti fuit datum integrum testium summarium, illorumque dicta plenissimè percunctata, & in informationibus hinc inde datis in disputatione dubiorum, recensita sunt nomina propria testium ac *in decis.* 2 emissâ sub die 21. Iunij superioris anni fuerunt discussæ omnes exceptiones allegatæ, tam circa dicta, quàm circa eorum personas, & sic perinde est, ac si partes, siue eorum Procuratores penes se habuerint processum originalem, illúmque perlegerint, & per consequens testificata dicuntur didicita, ad *textum in §. quia verò, vers. si verò ibi, aut omninò pro eo agens*, Auth. *de testib* latè Farin. *de testib. quæst.75. num.86.* Gregor. XV. *in decis. 497. & 583. vtrobique n 1.* & fuit in specie dictum in dicta *Cremonen. Pensionis, coram bon mem. Coccino, sub vers. Quod autem fuerint didicita;* quidquid sit, quando fuit datum simplex testium Summarium, absque eorum nominibus & cognominibus, in quibus terminis procedunt decisiones, & doctrinæ, quæ in contrarium allegari possent.

Quæ omnia licèt forsan essent quoque sufficientia pro exclusione admissionis articulorum in Curia: attamen Domini benignius agendo dixerunt
illos esse admittendos, sequendo stylum huius Tri- 11
bunalis, de quo in *decis 24 de testib. in antiqu & in decis.47. part. 1.* apud Caputaq. vbi quod articuli in Curia passim admittuntur.

Et ita vtraque, &c.

Romana Palatij.

Vener. 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

Immissio in possessionem non est deneganda sub prætextu quod in instrumentis donationum non adsit clausula Constituti, cùm de ea ex extensione clausularum parte citata & approbante liquidò constet.

Vide suprà *Part. I. Decis.* 140.

SVMMARIVM.

1 *Executioni clausularum prævio decreto Iudicis parte citata vti legitimè facta standum est.*

2 *Extensio facta à Notario per Regium magistratum longè ante litem in locum Notarij defuncti subrogato, legitima censetur.*

3 *Notario de extensione clausularum attestanti creditur licet aliunde non probetur.*

DECISIO CCXXXIX.

QVIA Patribus S. Demetrij Congregationis Tomasche tantùm informantibus vti Donatariis D Donati Antonij Sanctorij Donatarij bon. mem. Archiepiscopi Vrbinaten. eius Patrui, & Nicolai Antonij Patris resolutum fuerat eis dandam esse manutentionem in possessione duarum ex tribus partibus Palatij de quo agitur, vt in decisione extensa sub die 16. Nouembris 1639. Capitulum & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Castrtanæ prætendentes ad se spectare tertiam partem eiusdem Palatij sibi relictam in testamento præfati Archiepiscopi, obtinuerunt nouam audientiam, & ex quo in repropositione causæ facta sub die 19. Decembris eiusdem anni, informantes pro dd. Canonicis impugnabant decisionem, eo præcipuè fundamento, quod scilicet in instrumentis donationum non adesset clausula Constituti, ex qua inter cætera desumebatur possessio dd Patrum, Domini dilata resolutione mandarunt fieri extensionem clausulæ ceteratæ parte citata; quamobrem adimpleto ordine mediante subdelegatione Iudicis in Ciuitate Neapoli, vbi sunt rogata instrumenta, reproposita denuò causa super eisdem, & Domini persliterunt in decisis ex eisdem rationibus, & fundamentis luculenter deductis in d. decisione.

Nec obstare dixerunt, quod aliàs opponebatur, nempè quod in dd. Instrumentis donationum non adesset clausula Constituti, quia ex extensione clausularum postea facta parte citata, præuio decreto Iudicis ab hoc sacro Auditorio deputati de partium
1 consensu apparet de existentia d. clausulæ in vtraque donatione; vt in hodierno summario *num.* 1. cui quidem extensioni vti legitimè factæ standum est, ex notatis per Bart. *in l. Gallus*, *§. idem credendum*, *num.* 4. ibique Alex. *eod. num.* 4. Iason *num.* 18. *& seqq. ff de liber. & posthum.* Alb *in cap cum P. Tabellio, num.* 5. *vers. addit tamen*, ibique Felin. *num.* 8. *de fid. instrum.* Surd. *cons.* 330. *num.* 2. 3. *vol.* 3. Mantic. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 15. *vers.* & quidem Rot. *decis.* 723. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

Maximè cùm ea fuerit facta à Notario per Regium Magistratum Neapolitanum, longe ante hanc litem subrogato in locum Notarij defuncti de prædictis donationibus rogati, Natta *cons.* 146. *num.* 10. *vers. ad istud*, & vers *istis sic stantibus*, latè Mantic. *de tacit. d. tit.* 10. *à num* 14. *vsque ad* 21. circa quam subrogationem creditur Notario de ea attestanti, licèt aliunde non probetur, vt de stilo Rotæ testatur Verall. *in decis.* 247. *num.* 1. & *in decis.* 268. *num.* 2. *part.* 2. Coccin *decis.* 57. *circa fin.* Gregor. XV *decis.* 3. *num.* 4. & *inter recent. decis.* 284. *num.* 11. *& dec.* 294. *num.* 26. *part.* 7. *recent.* 2 3

Et ita, &c.

Senogallien. fructuum census.

Vener. 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

De mandato super fructibus census de quo agitur exequendo, non obstante prætensa nullitate obligationis vti per minorem factæ, cuius obiectum ex iuramento in Instrumento apposito tollitur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta publica probationem probatam faciunt.*

2 *Instrumenta publica obligatione Camerali vallata executionem paratam habent.*

3 *Obligatio carens solemnitatibus requisitis in contractibus minorum sustineri nequit.*

Limita quando Iuramento in Instrumento apposito est confirmata, ibid.

4 *Constitutiones Ægidiana & Carpenses in Prouincia Marchia contractus per minores celebratos etiam duplici Iuramento roboratos annullant.*

5 *Constitutio Ægidiana circa contractus minorum Clericos non comprehendit.*

6 *Legatus à latere in Prouincia in qua Papa vicesgerit, etiam in Clericos ordinariam obtinet iurisdictionem.*

7 *Statuta vrbis licet dicantur Papalia & ratione potestatis etiam Clericos ligare possint, eorum tamen expressa mentione non facta ex defectu voluntatis ad eos porrigi nequeunt.*

DECISIO CCXL.

MANDATVM executiuum contra Vrbanum ab A C. relaxatum ad instantiam D Claricis pro fructibus census de quo agitur, dixerunt Domini esse exequendum vti validum, & iustum.

Validitas quidem non controuertitur, & Iustitia apparet tam ex instrumento mandati procuræ ipsius Vrbani, ad se obligandum, quam ex instrumento realis impositionis census stipulato ab eius procuratore, quæ publica instrumenta faciunt probationem probatam, *l. census ff de probat. ap. scripta de fide instrum.* Bart. *in l. interest num.* 2. *C. de solut.* 1

Deu.

Dec. *conf.* 36. *num.* 2. Surd. *decis.* 177 *num.* 4. & cùm
2 sint obligatione Camerali vallata paratam habent executionem, Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin. part.* 1. §. 12. *ampliat.* 7. *num.* 29. Galleſ. *de obligat. Cameral.* 4. *part. quaſt.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Mohed. *decis.* 1, *&* 3. *de except.* Rot. inter impreſſ. per Adden. ad eundem Galleſ. poſt *dict. tractat. de obligat. Cameral. deciſione* 135. *numero* 1. & alibi ſæpè.

Non obſtat quod d. Vrbanus de tempore factæ
3 obligationis eſſet minor 25. annis, & ſic eius obligatio carens ſolemnitatibus requiſitis in contractibus minorum ſuſtineri nequeat: Quia obiectum tollitur ex Iuramento in eodem Instrumento appoſito, per text. expreſſum *in Auth. Sacram puberum,* ibique Bart *num* 4 *C. ſi aduerſ. vendit.* Pariſ. *conſ.* 97. *num.* 1 *& ſeqq. lib.* 1. Gutierr. *in partic. repet. in dict. Auth. Sacramenta puberum num.* 8 *&* 31. & in terminis maioris 20. & minoris 25. tenet Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 555. *num.* 21. *in fin. & num* 22. *tom* 3. Rot. *decis.* 642. *num* 4. *&* 5. *part.* 3. *& decis.* 245. *num.* 2. *verſ. quo ſtante part.* 4. *recent. &* fuit dictum *in Romana ſeu Peruſina cenſus* 18. *Aprilis* 1639. *coram me.*

Abſque quod aliquid releuet mandatum procuræ fuiſſe factum intra limites Prouinciæ Marchiæ, vbi
4 propter Constitutiones Ægidianam & Carpenſem annullentur contractus per minores celebrati, etiāſi duplici Iuramento fuerint roborati, vt notat Boccacc. *ſuper dict. conſtitut. gloſ.* 2. *num.* 65. *&* 67. quo-
5 niam quoad Ægidianam certum eſt illam ex defectu poteſtatis non comprehendere Clericos qualis erat Vrbanus de tempore obligationis, Honded. *conſ.* 10 *num.* 6. *& ſeqq lib* 2 Puratt. *decis.* 315. *n.* 2. cum aliis per Adden. ad Greg. XV. *in decis* 581. *num.* 8.

Quo verò ad Carpenſem fuit reſponſum, quod quamvis illa ratione poteſtatis poſſet comprehendere etiam Clericos, ex quo Cardinalis de Carpo tanquam Legatus à latere etiam in Clericos Iuriſ-
6 dictionem habebat, cùm in illa Prouincia vices Papæ gereret, ac propterea Ordinariam obtineret Iuriſdictionem, *cap Legatos de offic. legat lib.* 6. Nauarr. *in cap. cum contingat de reſcript. remed.* 5 *num.* 2. *de indulg notab.* 28. *num.* 19. Gutierr. *can. lib.* 1. *cap.* 11. *num* 4. *cum ſeqq* Sanchez *de matrim lib.* 3 *diſput.* 28. *num* 8. *& lib.* 8. *diſput.* 18. *num* 4. Azor *inſtit moral. part.* 1. *lib* 5 *cap.* 27. *quaſt.* 5. Attamen quia de Clericis expreſsè non loquitur, non cenſetur illos comprehendere, non ex defectu poteſtatis, ſed volun-
7 tatis, ſicuti videmus in ſtatutis vrbis, quæ licet dicantur Papalia, & per conſequens ratione poteſtatis poſſint ligare etiam Clericos, vbi tamen de illis non faciunt expreſſam mentionem, ex defectu voluntatis ad eos porrigi nequeunt, vt ſæpius reſoluit Rota, & præcipuè *in decis.* 5. *verſ. neque ſuffragatur*, & *in decis.* 6. *verſ. nec obſtat poſt Fenzon ad ſtatut. vrb. & in decis* 38 *penès Bichium ad eod. ſtat.*

Et ita vtraque, &c.

Neapolitana Penſionis.

Vener. 4. Iulij 1642.

ARGVMENTVM.

De annullanda penſione ſuper fructibus beneficij reſeruata: & an appellatione fructuum redditũum & prouentuum diſtributiones vti redditus caſuales veniant?

SVMMARIVM.

1 *Penſio ſuper fructibus beneficij impoſita quando excedit ſuſtineri nequit.*

2 *Teſtes de ſtatu & redditibus beneficij informati dum optimam ſui dicti ſcientiam reddunt plenè probant.*

3 *Verba* ſuper fructibus redditibus & prouentibus *etiam diſtributiones comprehendere apta ſunt.*

4 *Penſio ſuper diſtributionibus reſeruata non dicitur niſi id ſit expreſſum.*

5 *Penſio quando ſuper diſtributionibus releuatur componenda eius quantitatis qua reſeruatur ſoluitur, non tamen quando ſuper fructibus reſeruatur.*

6 *Diſtributiones tanquam redditus caſuales incerta dicuntur.*

DECISIO CCXLI.

D fauorem Auguſtini Carandantis ex cauſa reſignationis ab eo factæ in perſonam Anelli Ceſarani, reſeruata fuit penſio 28 auri de Camera ſuper fructibus beneficij de quo agitur per hæc verba. (beneficij de quo agitur non legitur,) ibi: *Fi penſionem annuam* 18. *ducatorum auri de Camera, &c. ſuper dicti beneficij fructibus, redditibus, & prouentibus non tamen incertis ad* 60. *ducatis auri annuatim aſcendentes, &c. perſoluendam Apoſtolica authoritate reſeruamus, &c.* Cum autem Hieronymus Ruſſus modernus ſucceſſor in dicto beneficio prætenderet fructus certos eiuſdem beneficij annuatim non aſcendere ad ſummam expreſſam in reſeruatione penſionis, & conſequenter penſionem ipſam ſuſtineri non poſſe, cauſam introduxit coram A C. à quo ſententiam annullatiuam d. penſionis reportauit Hinc interpoſita appellatione per d. Auguſtinum, & cauſa mihi commiſſa dubitaui an ſententia A. C. ſit confirmanda vel infirmanda, & pro confirmatione fuit reſponſum attenta eius validitate & Iuſtitia. Validitas enim apparet ex reuolutione actorum, vbi conſtat interueniſſe omnia requiſita relata in vulgat. decis. Caputaq. 260. *part* 2. & Iuſti-
tia probatur ex eo quod ſententia annullat poſſeſ- 1
ſionem ducatorum 28 auri impoſitam ſuper fructibus huius beneficij expreſſis in ſumma ducat. 60. qui tamen non excedunt Caroleros 18. & propterea penſio ſuſtineri nequit, ad tradita per Gig *de penſion. quaſt.* 37. *num.* 11. *cum ſeqq. & quaſt.* 61. *pariter num* 1. *& ſeqq.*

Quod autem annui fructus dicti beneficij loquendo de certis ſuper quibus penſio fuit reſeruata,

non

non excedant Carolenos 18. consistentes in fructibus præbendæ, probant testes coram eodem A. C.
2 examinati, qui cùm sint informati de statu & redditibus beneficij, optimamque sui dicti scientiam reddant, plene probant, *l sola, C.de testibus, §. & licet auth. eodem tit. l. cum hi, §. vult igitur, ff. de transact.* Rot.*decis.*283.*n.*7.*p.*5.*recent.*

Nec obstat quod talis pensio sostineri debeat
3 etiam pro distributionibus quotidianis, propter illa verba generalia, ibi, *super fructibus, redditibus, & prouentibus*, quæ sunt apta comprehendere etiam distributiones, vt sentit Rota coram bon.mem.Coccino *in decis.*144.*n.*11.*inter eius impress.*

Quia quidquid dicat dicta decisio in suo casu, vbi concurrebant alia amplissima verba præter superius relata, certum est quod ad effectum reseruationis pensionis, nullo modo appellatione fru-
4 ctuum, redditnum, & prouentuum veniunt distributiones, itavt nunquam pensio dicatur reseruata super distributionibus, siue omnia emolumenta in distributionibus consistant, siue in earum aliqua parte, nisi hoc sit expressum, vt declarat Lotther. *de re benefic.lib.*1.*quæst.*39.*num.*30.*&* 31.vbi assignat rationem, nempè propter interesse particulare Da-
5 tariæ; nam quando pensio releuatur super distributionibus, soluitur componenda vnius ducati pro quolibet ducato eius quantitatis, quæ reseruatur, non tamen si quando reseruatur super fructibus. Idemque prios scripserant Mandos. *de signat.* Grat. *tit.de pens.in* 8.*col.vers. pensiones non dantur*, Monet. *de distrib.part.*3.*quæst.*8.*num.*10 *&* 11.Garz.*de benef. part.*1.*cap* 5.*num.*379. 386. *&* 387. & facit Rota *decis.*330.*n.*3.*p.*1.*diuers.*

Idque eò magis venit dicendum in præsenti, vbi
6 pensio legitur reseruata super fructibus redditibus, & emolumentis, non tamen incertis; distributiones autem tanquam redditus casuales dicuntur incerti, vt per Silu.*de benefic part.*3. *quæst.*12. *num.*8. latè Monet.*de distrib.p.*1.*q.*8. *n.*6. vbi plures cumulat, & sentit quoque Lotther.*de re benefic. lib.*1.*dict. q.*39.*n.*36.*&* 37. Et ita, &c.

Compostellana Parochialis seu attentatorum.

Lunæ 17. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Expensis Iudicialibus refectis, & obtenta commissione præfixionis termini ad liquidandum fructus perceptos & expensas extraiudiciales, non obstante exceptione purgationis attentatorum ad negotium in causa principale arbitrio Rotæ procedi potest.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à iure regulatur.*
2 *Arbitrium Iuris rigorem aliquo modo relaxat viámque æquitati aperit.*
3 *Æquitas suggerit vt agatur id quod vni non nocet & alteri prodest.*
4 *Processus ad vlteriora in negotio principali pendente Iudicio liquidationis fructuum & expensarum, dum vni prodest nec alteri nocet concedi meritò debet.*
5 *Cautio preuentiua dum quodammodo æquipollet deposito magis vtilis videtur.*
6 *Creditoris interest plures habere obligatos.*
7 *Attentata super possessione, mandato de immittendo & aliis actis Iudicialibus quomodo purgantur.*
8 *Renocatio attentatorum dum vtilitatem publicam & Ecclesiæ respicit, etiam ex officio Iudicis fieri debet.*
9 *Clausula* arbitrio *stante, ad renocationem attentatorum & ad terminationem negotij principalis simul & semel procedi potest.*
10 *Expensæ Iudiciales quando sunt certæ ante omnia sunt reficiendæ.*
11 *Renocatio attentatorum vt protrahatur, commissio præfixionis termini ad liquidandum iuxta stilum requiritur.*

DECISIO CCXLII.

PETRVS Lopez postquam in hac causa contra eum per binas decisiones emanatas coram Reuerendiss. P. D.meo Patriarcha Panzitolo declaratum extitit constare de attentatis in primis, & ante omnia reuocandis, adiuit Signaturam Sanctissimi & obtinuit rescriptum, vt pendente iudicio liquidationis arbitrio Rotæ data cautione de reficiendo fructus & expensas, facta illarum liquidatione procedatur ad vlteriora in causa super negotio principali, non obstante exceptione præambulæ purgationis attentatorum: quare propter absentiam d. D. mei Patriarchæ in eius locum subrogatus dubitani an intret arbitrium, & Domini censuerunt illud intrare refectis expensis Iudicialibus, & obtenta per Petrum commissione præfixionis termini ad liquidandum fructus perceptos & expensas extraiudiciales.

Ratio autem, quæ monit Dominos ad sic re-
spondendum ea fuit, quod arbitrium licet reguletur 1
à Iure, Bart. *in extrauag.ad reprimendam verb. videbitur num.*8.Gregor.XV.*decis.*465.*n.*1. iuris tamen vi-
gorem aliquo modo relaxat, & viam aperit æquitati, 2
Dec.*in l.certum num.*14.*C.vnde legitim* Bald *cons.*177. *num.*4.Crescent.*decis* · *num.* 3.*de testib.* Rot.*dec.*363.
*num.*1.*part.*2 *recent.* æquitas verò suggerit, vt illud 3
agatur quod vni non nocet, & alteri prodest, *l.*2. *§ item varius, ff. de aqua pluu arcen.* Vincent. de
Franch. *decis.* 183. vnde cùm in proposito petitus 4
processos ad vlteriora in negocio principali, pendente Iudicio liquidationis fructuum & expensarum data cautione de soluendo fructus, & expensas, facta liquidatione non noceat Gregorio de attentatis opponenti, & versa vice prosit Petro attentanti, ex quo non importat attentatorum reiectionem, nec retardat executionem super eorum renocatione, sed tantummodo efficit, vt simul & semel in vtroque procedatur, provt fieri posse in simili dixit Rota coram Martin. Andrea *in decis.*96. *num.*4. *vers.vnde non potest. & num. seqq.* meritò debet concedi, Gregor.XV.*decis.*347.*num.*15.

Maximè, quia quoad fructus, etiam si fuissent liquidati, non tamen essent d. Gregorio hic, & nunc consignandi, sed solùm in fine litis quatenus victoriam reportabit, & sic ista præuentiua cautio,
eò magis videtur vtilis, & quodammodo æquipollet 5
deposito, ad tradit.per Franch *in decis.*75. *n.*9. Rota apud.Pacif.*de Salman.interdict.decis.*133.*n.*11.

Rr Et

Et quoad expenſas extraiudicial s , quæ pariter
egent liqnidatione,magis expedit eidem Gregorio
habere fideiuſſorem, quia ſecuta liquidatione eò fa-
6 cilius illæ exigentur , intereſt enim creditoris plu-
res habere obligatos , *l ſi quis decedens §.fin ff de li-
berat.legat* Gloſſ.*in §.ex contrario verſ ſi debitor Inſti-
tut. de legat.*

7 Non obſtat qnod Petrus teneatur purgare atten-
tata etiam ſuper poſſeſſione , & mandato de immit-
tendo,& aliis actis Iudicialibus : qoia qnoad poſſeſ-
ſionem ſatisfacit ſequeſtrum , quo verò ad manda-
tum de immittendo , & alia acta,ſufficit , qnod Pe-
trus faciat in actis legitimam renunciationem, iux-
ta deciſionem Achill. 11.*de appellat* Lancell *de at-
tent.part.3.cap.19.n.24.& ſeqq.* Seraphin. *deciſ.*869.
Gregor. XV. *deciſ.* 486. *num.* 1. vbi Addent.
num 19.

8 Minus obſtat qnod reuocatio attentatorum reſ-
piciat vtilitatem publicam , & Eccleſiæ, ne propter
diuturna litigia Eccleſia diu vacet cum Iudicis illu-
ſione , & ideo debeat illa fieri etiam ex officio Iu-
dicis, vt in *deciſ.5.num.5.vt lit.penden.in antiq.* Quo-
niam hic non firmatur , quod attentata non de-
9 beant quantò citius reuocari , ſed ſolùm qnod ſtan-
te clauſula , *arbitrio* , poſſit ſimul & ſemel procedi
ad reuocationem attentatorum , & ad terminatio-
nem negotij principalis , qnod profectò non pro-
hibet *d.deciſio 5.vt lit pendent.in antiq.*in qnibus,di-
co,in cuius caſu non agebatur vigore clauſulæ (*ar-
bitrio*) nec præſtabatur cautio de ſoluendo facta li-
quidatione, provt in præſenti.

Quæ omnia procedunt quoad fructus, & expen-
ſas extraiudiciales in quibus deſideratur liqnidatio ;
10 quo verò ad expenſas Iudiciales , quia ſunt certæ,
dixerunt Domini eas imprimis, & ante omnia refi-
ciendas Gregorio , iuxta diſtinctionem factam per
Rotam inter expenſas Iudiciales & extraiudiciales,
in *deciſ.*503.*num.*1. *verſ. tamen* coram Gregor. XV.
ibique Addent. *num 6 in fin.* Buratt.*deciſ.* 356.*num.* 5,
quidqnid ſit quando expenſæ ſunt modicæ , vt de-
clarando d. deciſionem Buratti dixit Rota *in Cala-
guritana de Nagera 3. Iulij 1623. coram bon mem.
Vbaldo Seniori*,relata per Addent.ad eundem Burat.
in dict. deciſ. 356. *num.* 7. & ne Petrus ad effectum
protrahendi reuocationem attentatorum curet ob-
11 tinere commiſſionem præfixionis termini ad liqui-
dandum, provt debet iuxta ſtylum, de quo Mart.*de
clauſ.part.*1.*clauſ.*92. *num.* 5. *verſ. vnde iuxta ſtylum*
Gregor. XV. *deciſ.* 503. *num.* 1. & vbi Addent.
num. 6. circa med. mandarunt , vt antequam ad
vlteriora procedatur ipſe commiſſionem præfatam
obtineat.

Et ita deciſum vtraque parte informante , &c.

Narnien. Canonicatus.

Ven. 28. Nouembris 1642.

ARGVMENTVM.

Capitulum cùm non fuerit requiſitum, nec maior pars Canonicorum Capitulum repræſentantium interuenerit , traditionem poſſeſſionis Canonicatus denegandi iuſtam cauſam habet.

Vide ſuprà *Deciſ.* 201.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Canonicatus non capta capitulariter provt requiritur, manutenibilis non eſt.*

2 *Poſſeſſio tradita à Canonicis nomine Capituli & Capitulum repræſentantibus an ſufficiat? an verò Capituli conuocatio requiratur ?*

3 *Aſſertioni Notarij in his quæ ad eius officium non pertinent & factum alienum reſpiciunt ſine teſtibus non creditur.*

4 *Capitulum in vno Canonico poſſe repræſentari quandónam procedit.*

5 *Poſſeſſio nomine ſingulari Canonici vnius non Capituli capta ſuffragari minimè poteſt.*

DECISIO CCXLIII.

QVIA in hac cauſa duæ emanauerant
deciſiones inter ſe contrariæ,in qua-
rum prima denegabatur,& in ſecun-
da concedebatur Ioanni Riccio ma-
nutendo in poſſeſſione Canonicatus,
de quo agitur ; dubitaui , an ſit ſtandum in primo,
vel ſecundo loco deciſis, & in primo loco ſtandum
eſſe fuit reſponſum.

Ratio reſolutionis fuit ; quia re vera poſſeſſio 1
huiuſmodi Canonicatus non fuit capitulariter cap-
ta,provt requiritur , ex notat per Innocent. Io An-
dr. Butr. & alios communiter *in cap. ex literis de
reſtit.ſpoliat.* & ſic non eſt manutenibilis iuxta opi-
nionem, quam perpetuò tenuit Rota, vt apud Caſ-
ſad.*deciſ.8.de cauſ.poſſ & proprietat.* Vbi qnod ita ſer-
uat Palatium , & ſequitur coram Seraphin. *deciſ.*
1044.*num.*1.& coram Caualer. *deciſ.*159.*num* 3. &
in aliis pluribus relatis per Addent.ad Buratt. *in de-
ciſ.*318.*num.*17.

Nec obſtat,qnod ad hunc effectum non reqniri-
tur legitima conuocatio Capituli,ſed ſufficiat, quod
poſſeſſio tradita ſit à Canonicis nomine Capituli,& 2
Capitulum repræſentantibus , vt in *deciſ.*521.*n.*11.
coram Buratto;vbi quod conuocatio Capituli requi-
ritur,quando agitur de receptione iuris, quæ fit per
Capitulum Papa mandante, vt eligat, vel conferat,
non autem vbi agitur de mera receptione facti ad
mandatum Papæ , qui iam contulerat, ex doctrina
Lapi , Ancheran.& Gemin. *in c. cum in Eccleſiis de
preb.in 6.*

Quia quicquid ſit de hac cóclusione,in qua Do-
mini non fuerunt concordes , certum eſt quod ea
in propoſito applicari neqnit, cùm poſſeſſio,de qua
agitur,tradita non fuerit nomine Capituli, & à ma-
iori parte Canonicorum Capitulum repræſentantiũ,
provt erat in *d.deciſ.Buratti* 522.*n.*9.*in fin.*

Nam eſto , quod duo Canonici reperti in fori-
bus Eccleſiæ requiſiti recuſauerint accedere ad Ca-
pitulum , illi tamen iuncto quoque Gaſpare altero
Canonico,qui poſſeſſionem tradidit,non conſtitue-
bant maiorem partẽ Capituli,niſi cũ ſuppoſito,quod
alij Canonici eſſent abſentes,vel infirmi,quod tamẽ
nõ probatur niſi ex aſſertione Notarij,cui cùm hæc 3
ad eius officium non pertineant,& factum alienum
reſpiciant,non creditur ſine teſtibus, Bald.*in l.errore
n.*1.*C.de teſtib* Put.*dec.*5.*n.*1.*lib.*3.*in correct.* Rota *dec.*
13.*p.*1.*recentior.* & coram ſanct.mem.Greg.XV.*dec.*
485.*n.*10.Et fuit dictum in fortioribus terminis *in d.
Cauallicen Canonicatus* coram bon. mem. Sacrato.

Atque hinc patet non applicari aliam concluſio-
nem , nempè , quod etiam in vno Canonico potue- 4
rit Capitulum repræſentari , quia procederet , ſi alij
fuiſſent

fuissent impediti, vel requisiti recusassent, in quibus terminis loquitur Puteus *decis.* 283. *lib.* 3. *in correct.* cum aliis *in* 2. *decis.* allegatis. Vltra quod nec minus apparet Canonicum, qui possessionem tradidit eam tradidisse nomine Capituli: si enim tradidit nomine singulari, suffragari minimè potest, Rota *d.decis* 646.*num.*4.*part.*3.*lib.*3. *diuersor.* Addent. ad Butatt.*in d.decis.*318.*n.*17 *ampliat.*3.

5

Cùmque ex prædictis appareat Capitulum non fuisse requisitum, & possessionem non fuisse Capitulariter captam, nec minus cum interuentu maioris partis Canonicorum Capitulum repræsentantium, superflua visa fuit discussio, an Capitulum habuerit iustam causam denegandi traditionem possessionis, & propterea isto solum capite receßum fuit a secundo loco decisis.

Vtraque parte audita, &c.

Cracouien. Iurispatronatus.

Lunæ 1. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

De declaratoria reuocanda, attenta effectuali & sufficienti paritione de qua ex scripturis in actis exhibitis satis superque apparet.

SVMMARIVM.

1 *Paritio verbalis cum patientia sufficit ne contumax aliquis dicatur.*

2 *Fructus percepti vel Ecclesiæ vel successori in beneficio non restituendi.*

3 *Declaratoria cùm reguletur à contentis in mandato de manutenendo, vltra ibi contenta extendi non debet.*

4 *Expensæ reficiendæ cùm sint extrinsecæ & separatæ à Breui, non obstant quin clausula* parito Breui *satisfactum dicatur.*

DECISIO CCXLIV.

Olliboto Societatis Iesu Sandomorien.tantum informante, resolutum fuit sub die 4. Aprilis anni currentis dandam esse declaratoriam contra Promotorem fiscalem mensæ Episcopalis Cracouiensis, & Sebastianum Kokunuiski intrusum in possessione Parochialis de qua agitur, ex quo eis intimato mandato de manutenendo per Rotam concesso ad fauorem dicti Collegij in quasi possessione præsentandi Rectorem ad d. Parochialem, & in actis reproducto, seruatisque quatuor terminis seruari solitis non constitit de paritione, sed potius de contumacia, vt in decis. tunc extensa. Verùm cùm postea Agentes pro d. Sebastiano ex scripturis nuper de partibus sibi transmissis, ac in actis exhibitis prætenderent constare de effectuali paritione, dubitaui an constet de sufficienti paritione; & Domini affirmatiuè quod ipsum Sebastianum responderunt, quia ex dd. scripturis de recenti ad Curiam peruentis constat ipsum possessionem dict. Parochialis actualiter dimisisse, & Collegium exinde alium Rectorem nominasse, qui successiuè ab Ordinario institutus fuit, vt in eius *summ.num.*1. quod visum fuit sufficiens, cùm in similibus casibus non requiratur nisi verbalis paritio cum patientia, iuxta *decis.* 9. Mohed.*de sent.& re iudic.*Modern *de manuten obseruat.* 03.*n.*11. Rot.apud eundem *decis.*271.*n.*3.& coram Cauaiet.*decis.*432. *n.*4.& coram Durano *decis.*403.*n* 2.& inter recent. *decis.*319.*num.*1 *part.*1. & alibi sæpe. 6

Quod eo magis venit dicendum, cùm in præsenti non sit quæstio super fructibus perceptis, qui quatenus sint restituendi non debentur Collegio Iuspatronatus prætendenti, sed vel Ecclesiæ vel successori in beneficio essent restituendi, vt ex *cap.cum vos de offic.Ordinar.*& ex *cap. præsenti eod.tit.in* 6. & ex Clement.statuto *tit eod* aduertit Garz. *de benefic. part.*1.*cap.*1 *num.*89.& 90. 2

Non obstat quod non appareat fuisse refectas expensas, quia pro eis non constat emanasse declaratoriam, quæ cùm reguletur à contentis in mandato de manutenendo, ob cuius non paritionem concessa fuit, non debet extendi vltra ibi contenta, & propterea non aduersatur *decis.*5.*de re iudic in nou* ex adnexo allegata, cùm illa loquatur de fructibus, non autem de expensis, vt patet ex eius lectura. 3

Quo verò ad expensas factas in ipsa declaratoria, dixerunt Domini nullam de eis habendam esse rationem, quia excommunicatio non emanauit earum contemplatione, sed ob contumaciam in non parendo mandato de manutenendo, ideóque in simili videmus, quod satisfactum dicitur clausulæ *parito Breui*; etiamsi non reficiantur expensæ, ea nimirum ratione, quia illæ sunt extrinsecæ, & separatæ à Breui, Garz. *de benefic part.*6.*cap.*3.*num.*130. Gregor. XV.*decis.*36. *num.*3. Rota *decis.*319. *num.*2 *part.*1 *recent.* 4

Et sic decisum vtraque parte audita, &c.

Aquilana Pensionis.

Vener. 5. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Res iudicata quando est valida & iusta nec constat de causis restitutionis in integrum, meritò est exequenda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deserta manente sententia in indicatum transit.*

2 *Sententia quando non est valida & iusta in iudicatum non transit.*

3 *Pensionarius valorem beneficij in literis reseruationis narratum iustificare tenetur.*

4 *Pensio si detegitur excessiua cùm sit indiuidua in totum corruit.*

5 *Pensionarius dum agit in possessorio retinendæ & Titularis in petitorio & possessorium non suspendit petitorium, cùm obiectum contrarietatis intrare non possit.*

6 *Pensionarius etsi in possessorio obtineat non ideo ab onere probandi in petitorio releuatur.*

7 *Restitutio nisi docto de læsione ex iniustitia resultante non datur.*

8 *Læsio quando non est res indicata est exequenda.*

DECISIO CCXLV.

CENSVERVNT Domini constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum, quia Episcopus Andrien. contra quem data fuit sententia ab A. C. annullatiua pensionis de qua agitur infrà decem dies, à qua fuit responsum per Iudicem de Apostol. reuerentiali-
1 bus, causam appellationis committere non curauit prout debuit, ideóque appellatio ipsa deserta remansit, & sententia transiuit in iudicatum, *cap. personas* vbi Abb. Felin. & alij extra *de appellat.* Vestr. *in prax. lib. 7. cap. vltim num. 6.* Scacc *de appellat. quæst. 14. num. 6. cum seqq.* Caputaq *decis. 31. & 32. part. 1.* Rota coram Buratt. *decis. 764 num. 1.* ibique Adden *litt. A.* quidquid esset dicendum si constaret de diligentiis factis infrà dictum terminum decem dierum pro committenda causa, iuxta notata per eundem Adden. ad Buratt. *in decis. 764. num. 3. in fin.*

Non obstat, quod hoc procedat, quando con-
2 stet de validitate & iustitia ipsius sententiæ, quæ alioquin nunquam transit in iudicatum, *l. 4. §. condemnatum ff de re indic. l. 1. §. hæc autem verba ff quod quisque iur.* Put. *decis. 401. in fin. lib. 1.* Cæsar de Grass. *decis. 2. num. 8. de solut.*

Quia validitas non impugnatur, & iustitia probatur ex eo, quod d. Episcopus pensionarius in hoc Iudicio petitorio intentato super nullitate pensionis
3 per modernum Titularem, qui non consensit reseruationi, non iustificauit concludenter valorem ducat. 127. auri de Camera narratum per ascensum in literis reseruationis, prout tenebatur, Rota *decis. 380 & 381. part. 1. diuers.* Seraphin *decis. 1039 num. 2.* & *inter recent. decis. 444. num. 2. part. 1.* quod procedit etiam si fuisset in quasi possessione exigendi, Adden. ad Gregor XV. *in decis. 57. num. 16. vers in petitorio*, Buratt. *decis. 296. num. 2.*

Ac proinde ex quo est expressus certus valor, si
4 pensio detegitur excessiua cùm sit indiuidua corruit in totum, iuxta distinctionem relatam per Garz. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 422. 426. & 427.* Mantic. *decis. 173. num. 1.* sequitur Rot. *decis. 278. num. 2.* apud Modern. *de manuten.* cum aliis allegatis per Adden. ad Buratt. *in decis. 369. num. 8.*

Nec dicatur Iudicem non potuisse pronunciare in petitorio, stante cedula illius suspensionis in actis data per Pensionarium; quia inter alias responsiones datas per informantes placuit illa, nempe
5 quod in præsenti pensionarius agebat in possessorio retinendæ, & Titularis in petitorio non contendendo se possidere, quo casu possessorium nunquam suspendit petitorium, cùm non possit intrare obiectum contrarietatis, Bart. *in §. nihil commune in 4. notabili num. 16. cum seqq.* ibique benè Ripa *n. 164. & seq.* Menoch. *de retinen. remed. 3. num 536. & 537.*
6 Nam etiamsi pensionarius obtineret in possessorio, non ideo releuaretur ab onere probandi in petitorio, vt in puncto extat *decis. 349 num. 2. & 5. part. 1. diuers.*

Cùm igitur ex prædictis constet de validitate & iustitia sententiæ, pernecesse dicendum est non constare de causis restitutionis in integrum, quia
7 restitutio non datur nisi docto de læsione ex iniustitia resultante, *l. nam postea §. si minor ff de iure iur. cap 1.* & ibi Abb. *de in integr restit* Salicet. *in l. 1. num. 8. & 9. C. si aduers. rem indic.* Odd. *de restit. in integr part. 1. q. 4. art. 1.* Mostl. *tit. 5. de in integr. restit. in proœm.* & per consequens res indicata venit exe-
quenda, *tot tit. C de execut. rei indic.* Paris. *cons. 105.* 8
num. 29. lib. 1. Honded. *cons. 61. num. 10. lib. 1.* Rot. *decis 220. n. 1 in fin part. 4 recen.* & coram Buratt. *decis. 885. per tot.*

Mediolanen. Bonorum.

Vener. 5. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

De emphyteusi hæreditaria & ad quoscunque hæredes etiam extraneos transitoria; vbi plura de subrogatione eius natura.

SVMMARIVM.

1 *Natura subrogationis est vt subrogatum sit eiusdem qualitatis cuius illud cui subrogatur.*
2 *Subrogatio bonorum loco aliorum in alia Inuestitura concessorum facta, cum eisdem qualitatibus in Inuestitura cuius loco fit ipsa subrogatio comprehensis, effectum sortiri debet.*
3 *Verba* vsque in perpetuum duraturam &c. *ad effectum dignoscendi an emphyteusis ad extraneos sit transitoria, multum per Rotam ponderatur.*
4 *Obseruantia cùm sit Regina interpretationum qualis fuerit mens Inuestientis & Inuestitorum bene declarat.*
5 *Pacta in primis inuestituris apposita in subsequenti cum omnibus qualitatibus repetita censetur.*
6 *Translatio bonorum in aliquem ex necessitate facta caducitatem & prælationem excludit*
7 *Decisiones Rotales cum nihil in contrarium adducatur, ad probandum iustitiam sententiæ allegare sufficit.*

DECISIO CCXLVI.

PRo confirmatione sententiæ R. P. D. mei Peutingerij confirmatoriæ alterius bon. mem. Merlini, qua declaratum extitit emphyteusim bonorum Tiracudæ, de quibus agitur, esse hæreditariam, & transitoriam ad quoscumque hæredes etiam extraneos, responderunt Domini, attenta eius validitate, & iustitia.

Validitas quidem probatur ex reuolutione processus, vbi constat interuenisse omnia requisita recensita in vulgata *decisione* Caputaq. 260. *part. 2.*

Et iustitia redditur manifesta ex decisionibus in causa factis, tam in prima instantia coram bon. mem. Merlino sub diebus 15. Aprilis & 17. Iunij 1641. quàm in secunda coram R. P. D. meo Peutingero sub diebus 4. Aprilis, & 27. Iunij anni currentis, in quibus, & signanter in illis primæ instantiæ dilucidè demonstratur bona controuersa esse transitoria ad quoscumque extraneos; quia scilicet Ghiringhellus hæc bona empta à Bustiis concessit eisdem emphyteusim ad effectum ea permutandi, & subrogandi in locum aliorũ bonorũ del Grado, quæ à Primicerio Mediolanen. in emphyteusim habuerat

buerat de anno 1488.pro se, suisque hæredibus, & successoribus etiam extraneis; Vnde fit, quod sicuti bona prædicta del Grado erant transitoria ad quoscumque hæredes etiam extraneos, ita & idem
1 dicendum sit de bonis Tiracudæ in locum dd. bonorum Gradi subrogatis inata naturam subrogationis, quæ efficit, vt subrogatum eiusdem qualitatis sit, cuius illud, cui subrogatur, *l.si cum §.qui universarum ff.siquis caut* Felin. *in cap.cum dilecta num 7. de rescript.* Gabriel *de regul. iur. conclus.* 2. *num.* 31. Rota *decision.* 391. *num.* 8. *in fin. part.* 1. *recent.*

Absque quod releuet distinctio aliàs facta, nempe quod subrogatio intelligeretur quoad bona, non verò quoad inuestituram; quia quotiescumque sub-
2 rogatio bonorum fit in locum aliorum concessorum in alia inuestitura, debet subrogatio sortiri effectum cum eisdem qualitatibus comprehensis in Inuestitura, cuius loco fit ipsa subrogatio, vt benè ad hunc propositum ratiocinatur Decian *in cons.* 43. *num.* 14. *cum seqq. lib.* 5. *&* præter allegatos per Informantes, & in decisionibus præcedentibus relatos facit Molin. *de Hispan. primog. lib.* 4. *cap.* 4. *à num.* 24. & præcipuè *num* 63. *&* 37. vbi eius Ad-
den. plures cumulat, & signanter Fusar. *de substit. q.* 136. *per tot*

Prout in eisdem decisionibus benè remonetur aliud obiectum fundatum in eo, quod inuestitura facta per Ghitinghellum Bustiis fuerit stipulata pro hæred bus, & successoribus simpliciter, & ideo restricta dicatur ad hæredes sanguinis. Nam hæc restrictio non potest dari in hoc casu, tùm quia, vt supra dictum est, dicta inuestitura fuit facta in subrogationem aliorum bonorum, quæ de eorum natura erant transitoria ad extraneos, & sic eandem debet sortiri naturam ex moa allegatis, tùm quia etiam ista inuestitura Ghiringhelli fuit perpe
3 tua, vt colligitur ex illis verbis, ibi; *vsque in perpetuum duraturam*, & ibi, *vsque in perpetuum habeant*; quæ quidem verba multum per Rotam ponderantur ad effectum dignoscendi an emphyteusis sit ad extraneos transitoria, vt in emphyteusi Ecclesiastica fuit dictum *in decis.* 294. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Quod corroboratur ea obseruantia subsecuta, dum hæc bona de persona illorum de Bustiis transierunt in Pusterllas extraneos, & ab istis in Pallauicinum, ab eoque in eosdem de Bustiis, qui per viam concordiæ fuerunt quoque recogniti in emphyteutas à Canonico Rusca cum pactis in antiquis Inuestituris contentis, vt in instrumento dato *in Summario positionis* 15. *Aprilis* 1641. *coram bon.*
4 *mem. Merlino sub num.* 5. quæ profectò obseruantia benè declarat qualis fuerit mens Inuestientis, & inuestitorum, cùm sit Regina interpretationum,
5 Surd. *cons.* 362 *num.* 10. & quod pacta apposita in primis inuestituris censeantur repetita in subsequenti cum omnibus suis qualitatibus, tradit Ferrett *in cons.* 119. *num.* 2. cum aliis cumulatis in dd. decisionibus.

Alia motiua, tam circa caducitatem prætensam ex capite alienationis secutæ irrequisito Domino, quàm circa prælationem, quam dicebat Primicerius sibi competere vigore pacti appositi in Inuestitura bonorum del Grado, pariter sublata remanent in decisionibus factis in secunda instantia, ea
6 præcipuè ratione, quia translatio istorum bonorum in Bustios fuit facta ex necessitate, quæ excludit caducitatem, & prælationem ex ibidem al-
7 legatis, contra quas decisiones cum nihil exaduerso deducatur, sufficit eas allegare ad probandam iustitiam sententiæ, Rota *decis.* 550. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 668. *num.* 1. *part.* 2. *& decis.* 195. *num.* 1. *in fin. part.* 4. *recent.* & alibi sæpè.

Et sic decisum altera tantum parte informante.

Bononien. Fideicommissi de Bologninis.

Mercur. 10. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

De attentatis commissis sententias difformes & iniustas exequendo.

Vide suprà *Decis* 198. *&* 211.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente sententia citra vitium attentatorum executioni mandari non potest.*

2 *Clausula* deductis deducendis *respicit fauorem Rei, & proinde sententiam appellabilem non reddit.*

3 *Appellatio competit Reo, maximè priore sententia executionis iniquitatem & eiusdem grauamen comprobante.*

DECISIO CCXLVII.

CONFIRMAVIT hodie Rota resolutionem in hac causa factam pro maiori parte Dominorum sub die 17. Martij anni currentis pro confirmatione alterius decisionis emanatæ sub die 17. Nouembris 1641. qua firmatum fuerat Palmeriis dandam esse manutentionem super bonis de quibus agitur, quia adhuc sustinere visa fuerunt fundamenta pro eisdem Palmeriis adducta ad docendum de attentatis per Bologninos commissis, exequendo sententias difformes & iniustas, vt latè deducitur in dd. decisionibus.

Quibus non aduersari dictum fuit duo obiecta nouiter excitata per informantes pro Bologninis.

Non quidem primum deductum ex eo, quod in Rota non pendet causa appellationis à decreto de exequendo Eminentissimi D. Cardinalis Sacchetti tunc Bononiæ Legati, & sic possessio illius vigore capta vitio attentatorum subiacere nequeat. Quia placuit responsio data per informantes pro Palmeriis, quod scilicet præcesserat appellatio à sententia Altouiti, quam proinde D. Cardinalis citra vitium attentatorum executioni mittendam fore decernere non potuit *tot. tit. ff. & C. nil innov. appell. penden. cap. non solum de appellat, in* 6. Bratt. *decis.* 134. *num.* 2. vt fuit quoque responsum in præcedenti decisione, 1

Neque obstat secundum deductum ex eo, quod clausula *deductis deducendis* apposita in secunda sententia Rotæ Bononien. respiciat fauorem Rei, & 2 propterea non efficiat sententiam appellabilem iuxta doctrinam Surd. *in cons.* 201 *num* 17 *& seq.* & fuit dictum in Anconitana census 20. Ianuarij, & 10. Nouembris 1640. coram bon mem Pirovano. Quia hoc forsan haberet locum si ante executionem

 fuisset

fuisset liquidatum, quid & quantum esset pro Reo detrahendum, sed dicta liquidatione non facta di-
3 cta conditio apposita fauore Rei nihil operatur, & perinde habetur ac si adiecta non fuisset, imò ex quo illa respexit fauorem Rei, eò magis comprobat iniquitatem executionis, & eiusdem Rei grauamen ob quod per consequens licebat appellare, Felin.in *cap.quo ad consultationem num.16.vers.secundo limita de re indic.* Vtsill.ad Afflict.*decis.55. num.1.* Roland.*cons.43. num.7 lib.1.* Rot.*decis.340. num.3. part.1.recent.*

Ex quibus cùm alia pro Bologninis repetita remaneant sublata in præcedentibus decisionibus, responsum fuit standum esse in decisis vtraque parte informante, &c.

Romana Bonorum.

Merc. 10. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

Restitutio fructuum cum refectione expensarum stante commissione cum clausula *arbitrio Rotæ* signata, ad fauorem attentantis in fine litis maximè attenta eiusdem paupertate reijci potest.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium licet reguletur à Iure vigorem tamen Iuris relaxat viamque æquitati aperit.*
2 *Pauper attentans ad restituendum fructus & reficiendas expensas cogi non debet antequam in negotio principali audiatur.*
3 *Præceptum impossibile non obligat.*
4 *Paupertas non debet præstare impedimentum quin agi possit ne ob eam Ius pauperis pereat.*
5 *Ex eleemosynis viuere signum est maxima paupertatis.*
6 *Obire in hospitali vehemens paupertatis est indicium.*
7 *Paupertatis probatio Papa non rescribente cum clausula* constito de paupertate *eò magis sufficiens videtur.*
8 *Arbitrium vt intret ad relaxandum Iuris vigorem probationes etiam informes sufficiunt.*
9 *Paupertas attenta personarum qualitate per Iuramentum probari potest.*
10 *Causa iusta credendi non esse locum appellationi vnde deducitur.*
11 *Dolo cessante etiam ad fauorem spoliatoris reseruatur restitutio fructuum cum refectione expensarum, stante commissione cum clausula* arbitrio *signata.*

DECISIO CCXLVIII.

RCHILLEI postquam contra eos resolutum fuit constare de attentatis, eo quia appellatione pendente executi fuerant sententiam immissionis pro eis latam aduersus Clericum Marcum Petrosium super bonis de quibus agitur, & postquam ex eadem causa concessum, ac executum fuit mandatum de manutenendo ad fauorem Ven. Archiconfraternitatis Sanctissimæ Trinitatis eiusdem Patrosij cessionariæ, adiuerunt Signaturam Sanctissimi, & narrando eorum paupertatem obtinuerunt attentatorum purgationem circa restitutionem fructuum, & refectionē expensarum reijci in fine litis arbitrio Rotæ, quare proposui dubium an intret arbitrium, & Domini affirmatiuè responderunt.

Ea moti ratione, quia licet arbitrium reguletur à Iure, Gregor. XV. *decis.465.num. 1.* vigorem tamen Iuris relaxat viamque aperit æquitati, Dec. *in l. certum num.14. C. vnde legitim.* Bald.*cons. 177. num.4.lib.1.* Crescent. *decis. 4. num. 3. de testib.* De 1
æquitate autem Pauper attentans non debet cogi ad 2
restituendum fructus, & reficiendas expensas antequam audiatur in negocio principali, ne alioquin ob impossibilitatem huiusmodi purgationis attentatorum cogatur litem deserere, Rot. *decis. 496.num. 3.* coram bon. mem. Coccino, & coram Gregor.XV.*decis.361.* & ibi Adden. *num.5.* & coram Buratt.*decis.320.pariter sub num. 3.* præceptum 3
enim impossibile non obligat, Abb *in cap. Odoard. num.7.in fin & num.9.de solut.* Felin. *in cap.ad aures num.1.de simon.l. impossibilium ff de reg Iur. cap. nemo* 4
potest eod.tit.in 6 & paupertas quæ non est de genere malorum non debet præstare impedimentum, vt agi non possit, adeò quod ob eam pereat Ius pauperis, vt inquit Marescott.*variar. resolut. lib.1.c.86. n.33.in fin.*sequendo Cassador.*in decis 11.num.2.post med.de rescript.*

Quod vero Archillei sint pauperes satis probatum remanet, tam ex duobus testibus, quorum secundus coarctat negatiuam diuitiarum iunctis fidibus extraiudicialibus Parochorum, aliarumque personarum attestantium, quod ipsi ex elemosinis 5
viuunt, quod est signum maximæ paupertatis, *l. siquis ad declinandum C. de Episc. & cleric. l paupertas,C. eod.tit.* Angel.*in l.si verò §.qui pro eis num. 6. ff. qui satisd cogat.* Rot. *decis.250. num. 4. part.4. diuers.* quàm ex partitis extractis ex publicis libris diuersorum Hospitalium, vbi apparet eorum patrem obijsse in Hospitali S. Spiritus, matrem tam- 6
quam miserabilem personam sepultam per Confraternitatem S. Mariæ de Monte, Archangelum Mariam fratrem decessisse in Hospitali S. Saluatoris, dico, Terræ Tulphæ, & Victoriam sororem in Hospitali Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum: vnde pariter oritur vehemens paupertatis indicium, *d.l.si qui ad declinandum §.vbi autem,* & ibi Bald.*num. 5.* relatus per Mascard. *de probat. conclus 1154.num.27.*

Quæ quidem paupertatis probatio eò magis vi- 7
sa fuit sufficiens in præsenti, tum quia Sanctissimus non rescripsit cum clausula *constito de paupertate,* vt in puncto aduertit Rot.*in d decis.250. num.5. & 6.part.4. diuers.* sequitur Gratian. *discept. forens cap. 907.num. 2.* tum etiam quia regulare est quod ad 8
effectum vt intret arbitrium ad relaxandum Iuris vigorem, sufficiant probationes etiam informes, vt fuit dictum *in Leodien. attentatorum 16. Decembris 1566. coram. Aldobrandino,* vbi quod attenta 9
qualitate personarum, vt patet quia sint minores & mulieres, paupertas possit probari per Iuramentum, Lancellot. *de attent part.3. cap. 31. num. 156. & 157.*

In quam sententiam eò facilius iuerunt Domini, quia Archillei executionem facere curarunt vi- 10
gore sententiæ latæ in vim commissionis signatæ cum clausula *appellatione remota,* in qua eos fuisse comprehensos firmatum fuerat coram R. P. D. meo Ghisilerio

Ghisilerio, vt in decisione emissa sub die 30. Maij 1639. & sic habuerunt iustam causam credendi non esse locum appellationi, vt benè ad propositum dixit Rot. *in decis.* 163. *num.* 2. *part.* a. *recent.* & per
11 consequens cessat dolus, quo casu etiam ad fauorem spoliatoris reseruatur in fine litis restitutio fructuum cum refectione expensarum, stante commissione signata cum clausula *arbitrio*, vt fuit decisum *in dicta decisione* 496. *num.* 7. coram Coccino, quidquid sit dicendum quando adest dolus, & non concurrit qualitas paupertatis, in quibus terminis loquuntur, & procedunt decisiones, quæ in contrarium allegari possent.

Et ita decisum prædictis Archilleis tantùm informantibus.

Anconitana Bonorum.

Vener. 12. Decembris 1642.

ARGVMENTVM.

De hærede grauato manutenendo, exclusa possessione ad fauorem alterius vigore mandati extraiudicialiter concessi capta.

SVMMARIVM.

1 *Possessio de tempore mota litis ex perceptione fructuum & aliis actis à veris possessoribus fieri solitis probatur.*

2 *Vir ab vxore hæres institutus, causam possessionis ob superuenientiam noui tituli scilicet hæreditarij ipsius vxoris sibi mutasse censetur.*

3 *Possessio capta vigore mandati extraiudicialiter concessi, stante clausula* dummodo possessio *sit vacans, ei penes quem possessio plena existit non nocet.*

4 *Possessio capta post supersessoriam a Iudice recursus concessam & personaliter Procuratori Confraternitatis intimatam non suffragatur.*

5 *Conditione ad fauorem Confraternitatis purificata, possessio ciuilis priuilegio piæ causæ in eandem ipso iure transit.*

6 *Fideicommissum, identitas bonorum, & detractiones hæredi grauato competentes, cùm altiorem indaginem requirant, eorum discussio in Iudicio vbi non attenditur nisi nudum factum possessionis finiri non potest.*

7 *Exceptio fideicommissi manutentionem non retardat.*

8 *Expensa in defensione bonorum fideicommissi facta à fideicommissario repeti possunt, absque quod compensatio cum fructibus hæreditariis intret.*

DECISIO CCXLIX.

Mandato de manutenendo concesso ad fauorem Ioannis Bartholi per R. P. D. de Rosis Iudicem recursus dati à sententia Vicarij Lateranen. appellauit Vener. Societas Sanctissimi Sacramenti Ciuitatis Anconæ, & causa existente in tertia instantia, placuit Eminentissimo Domino meo Cardinali Columna Archipresbytero Lateranensi me Iudicem in ea deputare. Quamobrem consului Rotam super dubio inter partes concordato, videlicet cui sit dandum man latum de manutenendo, & ad fauorem Bartholi fuit respon.um. Quia de eius possessione in bonis, de quibus agitur, de tempore motæ litis inxta *vulgat.* § *retinendæ inst. de interd.* constat, tam ex testibus pro eo examinatis deponentibus ipsum hæc bona possedisse etiam viuente Cornelia vxore, percipiendo fru- 1
ctus, & alios faciendo actus à veris possessoribus fieri solitos, Gloss. *in l. stipulatio ista*, §. *hac quoque, ff. de verbor obligat.* Honded. *cons.* 17. *num* 5. *lib.* 1. Caualer. *decis.* 535. *num.* 1 quàm ex confessione eiusdem Confraternitatis petentis contra illum immissionem iuxta *decis.* 801. *part.* 1. *diuers.* sæpius à Rota canonizatam, vt testatur Caualer. *in dicta decis.* 535. *num.* 1. Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 200. *num* 5. Buratt *decis.* 100. *num.* 18. & 19. ibique Adden. *littera C.*

Quod procedit etiamsi dicatur possessionem Bartholi in vita Corneliæ vxoris fuisse Iure familiaritatis, quia statim ea defuncta Bartholus censetur 2
sibi mutasse causam possessionis ob superuenientiam noui tituli, scilicet hæreditarij ipsius Corneliæ, à qua fuerat hæres institutus etiam absque alia animi declaratione, Dec. *cons.* 400. *num.* 5. Put. *decis.* 441. *lib.* 1. *in correct.* Acchill. *decis.* 4. *num.* 1. & *seqq. de caus. poss. & propriet.* Buratt. *decis.* 609. *num.* 3. & 4. & *decis.* 623. *n.* 4 & *seqq.*

Atque hinc patet nihil releuare possessionem captam per Confraternitatem vigore mandati, de 3
immittendo extraiudicialiter sibi concessi. Quia cùm d. mandatum haberet in ventre solitam clausulam (*dummodo possessio sit vacans*) eius effectus fuerat resolutus, docto quod possessio erat plena vti existens penes Bartholum, *l. item labeo*, §.: *ff. famil. ercisc.* Bald. *in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollen. num.* 41 Put. *decis.* 34. *num.* 1. & 2. *lib.* 2. *in correct.* Honded. *cons.* 86. *num.* 51. & *seqq. lib.* 1. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 47. *num.* 25. Rot. *decis.* 513. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & fuit dictum in *Colonien. Canonicatus Sanctæ Vrsulæ* 26. *Aprilis* 1627. *coram Eminentissimo Cardinali Vbaldo Iuniori*, vbi quod sufficit simplex detentio alterius ad elidendam vim similis mandati & possessionis.

Prout nec eidem Confraternitati suffragatur alia 4
possessio capta post supersessoriam concessam à Iudice recursus, & personaliter intimatam Procuratori Confraternitatis in Curia, vt in simili notat Lancellot. *de attent. part* 2. *cap.* 8. *num.* 6 *cum seqq.* & *cap.* 19. *pariter num.* 6. & 30. Rot. *decis.* 135. *num.* 4. *post med. part.* 1. *recent.* adeò quod totum id, quod deinde innouatum fuit in partibus sit nullius momenti, licet illo medio tempore non potuisset certiorari principalis in partibus, quidquid sit ad effectum procedendi contra attentantem, ad pœnam iuxta distinctionem factam per Rot. *in Gerunden. beneficij* 10 *Februarij* 1630. *coram bon. mem. Coccino*, & clarius *in Valentina Preceptoria* 10. *Maij* 1627. *coram bon. mem. Cardinali Virili.*

Non obstat quod bona de quibus agitur subiaceant fideicommisso Iosephi Patris dictæ Corneliæ, per cuius obitum fuerit purificata conditio ad fauo- 5
rem Confraternitatis, & in quam propterea priuilegio piæ causæ possessio ciuilis ipso Iure transierit, ex dispositione *l. fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* & sic Bartholo veniat deneganda manutentio vti omni Iure destituto in his bonis.

Quia quidquid sit de hac conclusione, certum est quod illa non potest applicari nisi postquam fuerit cognitum de fideicommisso, & de identitate bonorum ei subiectorum, ac de detractionibus si 6
quæ

quæ competunt hæredi grauato, quæ omnia requirunt altiorem indaginem, & propterea eorum discussio cùm respiciat petitorium seu articulum immissionis, non debet fieri in hoc summarijssimo Iudicio in quo non attenditur nisi nudum factum possessionis, Ferretus *cons. 7. num. 3. & 4.* Rot. coram Sanctissim. mem. Gregor. XV. *decis. 107. num 2 & 3.* ibique Adden. *num. 5.* & *decis. 275. num* 10. & Rot. *decis. 8. num. 5.* & *decis. 284. num. 11. part. 5. recent.* &
7 in specie quod exceptio fideicommissi non retardet manutentionem, fecit dictum *in Romana hæreditatis de Conciis 24. Decembris* 1622. coram bon mem. Pirouano.

Idque eò facilius videtur animaduertendum in præsenti, quia Bartholus est hæres Corneliæ, & prætendit retentionem pro scut. 200. occasione ere-
8 diti eiusdem Corneliæ in vim testamenti fideicommittentis, necnon pro expensis factis in defensione bonorum fideicommissi quas à fideicommissario sicut repetere potest, *l. vbi purè §. qui in detrahendis ff. ad Trebell.* Seraphin. *decis. 925. num 5. & seqq.* Gregor. XV *decis. 197. num. 4.* ita, & multò magis pro eis debet habere retentionem, *l per retentionem C. de vsurpat.* Caual. *decis. 645. num. 5.* absque quod intret compensatio cum fructibus hæreditariis, Rot. *decis. 517. num. 8. & seqq. part. 1. diuers.*

Præterea adsunt legata per hæredem grauatum soluta, pro quibus qoatenus erogatum fuerit pretium eiusdem Bartholi non tamen probatur, quod mobilia hæreditaria sufficerent pro aliis detractionibus, & cùm hæc sufficientia requirat liquidationem, donec ista fiat debet manuteneri hæres grauatus ex suprà allegatis.

Et ita decisum vtraque &c.

Narnien. Canonicatus.

Veneris 6. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica secundùm omnia requisita iustificata executioni est demandanda.

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apostolica iustificata executioni demandari debet.*
2 *Gratia per Signaturam Papæ perfecta regulariter dicitur.*
3 *Perfectio gratiæ quandonam incipit.*
4 *Supplicatio tempore datæ signata præsumitur, nec probatio in contrarium admittitur.*
5 *Resignatio Canonicatus ob non factam decreti mentionem est inualida.*
6 *Resignatarius ex resignatione inualida nullum ius acquirere potest.*
7 *Clausulæ generales* (siue prædicto siue alio quouis modo vacet) *omnem modum vacandi includunt.*
8 *Gratia vt dicatur subreptitia quid requiritur.*
9 *Subreptio tanquam respiciens ipsam substantiam gratiæ, infunt etiam in generalibus & toti gratiæ resistit.*
10 *Papa conferens alieni Canonicatum vti vacantem iuxta formam decreti appositi in prouisione Resignantis, eiusdem Canonicatus vacationem sub verborum & clausularum generalitate ad fauorem Resignatarij includere voluisse præsumitur.*
11 *Quod directè prohibetur per indirectum obtineri non potest.*

DECISIO CCL.

BERNARDINVS Guadagnolus impetrauit Canonicatum de quo agitur, vti vacantem per resignationem nulliter factam à Laorentio Gauaciolo intra triennium à die illius habitæ prouisionis contra formam decreti in d. prouisione per Papam appositi, & causam contra Ioannem Riccium Resignatarium in Rota committi obtinuit quare dubitari, an gratia Guadagnoli sit iustificata, & Domini affirmatiue responderunt.

Ea moti ratione, quia ipsum esse Presbyterum, valorem d. Canonicatus non excedere ducatos vigintiquatuor, resignationemque esse factam intra triennium à die habitæ prouisionis, prout in supplicatione narratur, iustificatur, ex datis in summario sub *num. 1. 3. 4. & 5.* & propterea intrat vulgaris conclusio, quod gratia Apostolica iustificata 1
debet executioni demandari, *cap. si capitulo*, vbi Glos. *verb. exequatur de preb in 6.* Mohedan. *decis. 13. circa fin. vt lit. pend.* Rota coram Cardinali Caualerio, *decis. 278. num. 2. & decis. 638. num. 1.* & alibi passim.

Nec obstare visum fuit, quod supplicatio prouisionis d. Laurentij, in qua adest præfatum decretum de non resignando intra triennium proximum, signata fuerit sub die 23 Aprilis 1638. & resignatio facta fuerit sub die 24. Aprilis 1641. & sic post completum triennium: Quia dixerunt Domini, 2
quod, licèt regulariter gratia dicatur perfecta per Signaturam Papæ, Sarnen *in reg. de infirm. quæst. 18. num. 5. vers. Nam non est dubium.* Cassad. *decis. 4. num. 2. de caus. poss. & proprietat.* Rota *decis. 418. num. 3. part. 1. diuersor.* hæc tamen perfectio incipit à die 3
datæ, ita vt Papa censeatur signasse ea die sub qua supplicatio apparet datata à Datario, ad hoc munus per ipsum Papam deputato, Caputaq. *decis. 88. num. 2. & 3 part. 3.* Put. *decis. 94. num. 2. lib 2. in correct.* vbi quod supplicatio præsumitur signata tempore datæ, 4
& quod non admittitur probatio in contrarium, idemque firmant Gabriel *cons. 193. num. 3. & 4.* & Gratian. *disceptat. forens. cap. 191 num. 1. cum seqq.* & in terminis late exornat Rota *in decis. 68. à num. 6. vsque ad fin. part. 5 recent.*

Vnde, cùm supplicatio prouisionis d. Laorentij non fuerit datata, nisi sub die 28. Iunij eiusdem anni 1636. hoc tempore inspecto, non potest dici, quod de tempore resignationis, scilicet 24. Aprilis 1641. vt supra dictum est, fuisset elapsum triennium, & multò minus si spectetur tempus adeptæ possessionis de mense Iulij d. anni 1638. & per con- 5
sequens ipsa resignatio, ob non factam d. decreti mentionem est inualida, & Canonicatus vacauit eo ipso, Gonzal. *sup. reg 8. gloss. 15. num. 109.* Mantic. *decis. 356. num. 4. & 5.* adeo quod Resignatarius ex 6
hac resignatione nullum ius acquirere potuerit, vt bene comprobat Paris. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. n. 21. 22. & 23.*

Et quamuis fuerit replicatum per informantes pro Riccio, quod d. decretum erat appositum in odium d. Laurentij, & sic, licet iste priuatus remanserit Canonicatu ob resignationem nulliter factam,

negari

negari tamen nequeat, quin saltem de facto vacatio verificetur, quod sufficit ad hoc, vt Resignatarius inuati possit clausulis generalibus in eius prouisione appositis, nempe (*sine prædicto, siue al. o quouis modo vacet*) quæ omnem modum vacandi includunt, ex cumulatis per Mart. *de claus. ul part. 1. clausul. 17 3. num. 1. cum seqq.* & præcipuè *sub num. 5. & ante num.* 8. Rota *decis. 2 num. 1. pertot* cum ibi notat per Adden. *de rescript. in nou. & decis. 341. num. 5. part. 3 diuers.* & refert Garz. *de benefic part. 11. cap 5. num 128. & inter recent decis. 309 num. 2. & 3 part. 2.* cessante præcipue fraude, & malitia ex parte dicti Riccij, qui forte ignarus talis decreti probabiliter credere poterat, quod d. Laurentius legitime resignare posset, ad quam probabilem credulitatem excusandam inuentus fuit vsus dd. clausularum, vt declarat Lothet. *de rer. beneficiar. lib. 3. quæst. 8. num 69.*

8 Attamen fuit responsum, quod si Papa sciuisset d. Laurentium non valuisse tunc temporis resignare, vel resignationem ad fauorem Riccij non admisisset, cùm potius Canonicatum vti vacantem ob resignationem contra formam decreti factam alteri personæ sibi bene visæ liberè conferre potuisset, iuxta tradit. per Rot. *in decis. 575. in fin. part. 3. lib. 3. diuers.* Vel saltem non ita facilis fuisset ad concedendum, quod sufficit ad hoc vt gratia subreptitia dicatur, *cap. postulasti, & cap. super litteris*, vbi Doct & præsertim Fel. *num. 8. de rescript.* Cassad. *decis 12.*

9 *num. 14. de præbend.* quæ propterea subreptio tanquam respiciens ipsam substantiam gratiæ, infinit etiam in clausulis generalibus, & toti gratiæ resistit, vt declarauit Rota *in decis. 194. num. 5. part. 4. recent* sequendo *decis.* Puc. 390. *lib. 1. in correct.*

In contrarium autem allegata procedunt, quando gratia non fuit subreptitia circa ipsam substantiam, id est, quando expressio qualitatis amissæ in narratiua non retraxisset Papam à concessione, vel difficiliorem eum non reddidisset, vt respondetur in præallegata *decis. 194. eod num 5. part. 4. recent.* Id-

10 que bene declarauit etiam Papa, dum narrata præcedenti resignatione commisit Canonicatum Bernardino, vti vacantem iuxta formam decreti appositi in prouisione Laurentij Resignantis, quod equidem non fecisset, si voluisset eiusdem Canonicatus vacationem includere sub verborum & clausularum generalitate ad fauorem Resignatarij, vt ex Lap. *allegat.* 89. *num. 6. & 14* & ex Silua *de benefic. part. 3. quæst 46. num. 9.* firmat Bursat. *in cons. 394. ant. n. 17 vers. 2. præfertur lib 4.*

Atque hinc patet nihil suffragari posse allegatam probabilem ignorantiam decreti ex parte Resignatarij, quia si talis præsumpta ignorantia excusaret, quælibet resignatio, licet facta contra formam decreti de non resignando sustineretur ad fauorem Resignatarij, ob clausulas generales, adeò quod decreta Apostolica frustratoria redderentur, cùm Resignans semper haberet suum intentum, id est

11 obligare Papam ad conferendum ei, ad cuius fauorem ipse resignauit, & sic per indirectum obtineretur id, quod directè prohibetur, quod profectò non est dicendum, vt ad euitandas clausulas generales arguit Bursat. *in dict. cons. 394. num. 14. lib. 4.*

Quodque resignatio in præsenti fuerit ad fauorem Riccij, quamvis in supplicationem liberè legatur facta in manibus Papæ, absque expressione alicuius certæ personæ probatur ex consensu præfito penes Notarium, vbi exprimitur persona, ad cuius fauorem fit resignatio, qui quidem consensus attenditur ad demonstrandum, an resignatio sit facta ad fauorem, licet in supplicatione resignationis ista certa persona non exprimatur, vt colligitur ex forma supplicationis de vacante per resignationem ad fauorem, de qua Parif. *de resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 28.* & quotidie practicatur in Dataria.

Et sic vtraque, &c.

Volaterrana Beneficij.

Vener. 20. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

De manutentione pro purgatione attentatorum possessori concedenda.

Vide suprà *Decis.* 222.

SVMMARIVM.

1 *Testes duo licet simpliciter dicant aliquem possedisse possessionem sufficienter probant.*

2 *Probationes leniores in summarissimo possessorio sufficiunt.*

3 *Possessio capta vigore mandati de immittendo, cùm fuerit declarata attentata nullius est momenti.*

4 *Reuocatio attentatorum habet vim recuperandæ respectu præteritorum & retinendæ respectu futurorum, nec opus est de aliquo titulo docere.*

DECISIO CCLI.

POSTQVAM sub die 12. Maij anni præteriti resolutum fuit mandatum de immittendo in possessionem beneficij, de quo agitur, cum omnibus inde sequutis sublatorte vitio attentatorum, dubitaui an pro purgatione attentatorum sit Ioanni Tenaliæ concedenda manutentio, & ipso tantum informante affirmatiuè fuit responsum.

Quia de eius possessione constat ex depositionibus duorum Testium, qui sufficienter probant licet simpliciter dicant d. Ioannem possedisse, iuxta notata per Gloss. & DD. in l. *si stipulatio ista*, §. *hac quoque de verb. oblig.* vti Alciat. de Cen. testatur *num 9. & 10.* Batt. *in tract. de testib. vers. Testis dixit aliquem possidere num. 9.* Cæsar de Graff. *decis.* 14. *num. 1. & 3. de test.* Rota *decis.* 307. *num. 1. part 1. in recent.* iuncta præcipue enunciatiua sententiæ Rotalis coram bon. mem. Pirouano, in qua idem Ioannes enunciatur possessor, nec non attento, quod 1 agitur in summarissimo possessorio in quo leniores sufficiunt probationes, Conarruu *pract. quæst cap. 17.* Menoch *de retin. remed. vlt.* Giouagn. *cons. 14. num. 7 2.* 2 *lib. 1.* Seraph *decis* 1154. *n. 3.*

Nec obstare visa fuit possessio Ludouici Contugij capta vigore dicti mandati de immittendo, quia 3 cùm iam fuerit declarata attentata nullius est momenti, ex allegat per Lancell. *de attent. part. 2. cap 4. num. 49.* & sequitur Gregor. *decis. 486. num. 11* Rot. coram bon. mem. Coccino *decis. 492. num 3.* Buratt. *decis. 491. num. 3.* Rot. *in recent decis.* 618. *num. 1. part. 1.*

Et ideo merito venit Ioanni concedenda manutentio pro purgatione attentatorum, iuxta tradita per Oldrad. *conf.* 206. *num.* 4. vbi quod reuocatio at-
4 tentatorum habet vim recuperandæ respectu præteritorum, & retinendæ respectu futurorum, Rot. *decis.* 127. *num.* 3. post Modernum *de manuten.* nec ad hunc effectum opus est docere de alieno titulo, Rota *decis.* 2. *de rest. spol. in nou.* Cassador. *decis.* 2. *eod. tit.* sequitur Buratt *decis.* 263. *num.* 6.

Et ita, &c.

Colonien. Abbatissatus.

Lunæ 2. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Abbatissa legitimè electa meritò in possessionem Abbatissatus immittitur, electione ad fauorem alterius vti minoris ætate requisitâ, adeoque Abbatissatus incapacis exclusa.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* quatenus *remissionem causæ conditionalem facit.*

2 *Remissio causæ non docto de purificatione conditionis nihil operatur.*

3 *Sententia ne dicatur contra sententiam, prior regulariter reuocari debet.*

4 *Sententia prima quando non allegatur coram Iudice secundo, tenet secunda licet prima non reuocetur.*

5 *Minor* 30. *annis Abbatisatus est incapax.*

6 *Eligentes scienter personam incapacem eorum pro illa vice suffragia amittunt, totúmque Ius eligendi cum alijs qui in electione incapacis non concurrerunt, consolidatur.*

7 *Pœna eligentium incapacem innocentem afficere non debet.*

8 *Monialium circa defectum ætatis electæ scientia præsumitur nisi ignorantia probetur.*

9 *Moniales vt excusetur ignorantia de diligentiis pro certioratione ætatis factis docere tenentur.*

10 *Forma scrutinij habet magnas difficultates dum in ea etiam boni Iuristæ practicam ignorantes deficiunt.*

11 *Communicatio priuilegiorum restrictiuam continens intelligenda est singula singulis congruè referendo.*

12 *Monialis in Abbatissam seu Priorissam nisi* 30. *annum ætatis suæ compleuerit, eligi non potest.*

13 *Priuilegia dispositioni Concil. Trident contraria ex constitutione Pij IV sunt reuocata.*

14 *Gratia in præiudicium alterius legitimam ætatem habentis cum sit subreptitia persona electa non suffragatur.*

15 *Gratia emanans lite pendente cum clausula* sine præiudicio litis pendentis, *Iuribus alterius in litem deductis nihilò præiudicat.*

DECISIO CCLII.

SENTENTIA de partibus, qua pronunciatum extat Susannam de Merode esse immittendã in possessionem Abbatissatus, de quo agitur, vti legitimè electam eosfuerunt Domini confirmandam fore tanquam validam & iustam.

Validitas namque probatur ex reuolutione processus, vbi apparet interueniisse omnia requisita recensita in vulgata decisione Caputaq. 160. *p.* 2. absque quod subsistat defectus Iurisdictionis desumptus ex eo, quod post remissionem causæ ab Officiali Colonien. ad Eminentissimum Archiepiscopum electorem emanauerit sententia prædicta non ab eodem Officiali, sed à quodam Licentiato Butach. nul-
lam habente authoritatem promulgata. Quia re- 1
missio fuit conditionalis quatenus scilicet eidem Archiepiscopo visum fuerit, vt de dictione *quatenus* inquiunt Bart. *in l.* 1. *n.* 10. vbi Castrens. Imol & Socin. *ff de condit. & demonstr.* Honded. *conf.* 2. *n.* 56. & *conf* 57. *n.* 20. *lib.* 2. Rot. *decis.* 381. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* & sic
non docto de purificatione conditionis nihil opera- 2
tur, *l pecuniam*, vbi Alex. Socin. & Ias. *ff. si cert petat. l. hac venditio ff. de contrah. emption.* Rota *decis.* [illegible]8. *n.* 2. *p.* 3. *recent* & sentẽtia, vt patet ex eius lectura prolata fuit ab ipso Officiali, licet de ei[illegible]s ordine publicata fuerit à dicto Licentiato Butbach. de cuius propterea authoritate non videtur inquirendum.

Prout non facit quod in præfata sententia non
fuerit reuocata sententia præcedens, sicut regulariter 3
fieri debet ne dicatur sententia contra sententiam, *l.* 1. *C. quando prouocat. non est necess.* Cassad. *decis.* 1. *n* 4 *de sequestr. possess. & fruct.* quoniam nulla præcesserat sententia præiudicialis, siquidem decretũ Nuntij Apostolici præseruauit cognitionẽ negotij principalis vsque ad meliorem informationem, & sententia lata super executione gratiæ Apostolicæ continebat claululam (*sine præiudicio litis pendentis*)
vltra quod sufficit dicere primam sententiam non 4
fuisse allegatam, nec productam coram secundo Iudice, vt teneat secunda licet non reuocet primam, Felin. *in cap. cum inter hmin.* 8. *de re iudic.* Gabriel *conf.* 54. *n* 8 *circa fia. lib.* Ofasch. *decis. de Pedamont.* 1. *n.* 49. Caualer. *dec.* 31. *n.* 2. Adden. ad Buratt. *dec.* 59. *lit. C.*

Iustitia verò ex eo resultat, quod dicta Susanna ex sexdecim suffragiis electoralibus habuit octo, quæ dicuntur sauiora, & maiora, attento quod alia octo fuerunt præstita ad fauorem Henricæ Kaytf.
minoris 30. annis, & per consequens incapacis Ab- 5
batissatus ex dispositione textus, in *cap. indemnitatibus in princ. de elect. in* 6. & Concil. Tridentini *cap.* 7.
sess. 25. *de regular.* Quotiescunque enim eligentes eli- 6
gunt scienter personam incapacem, amittunt pro illa vice eorum suffragia, & totum Ius eligendi consolidatur cum aliis, qui non concurrerunt in electione incapacis, vt est textus expressus in *cap* 2. vbi Gloss. *verbo pauciores de postulat. Prælat. cap bon. memoria il* 1. *cap. cum Vecintorien* 25. *de elect* Abb. *in cap. cum in Iure in fin eodem tit.* Gloss. *in si forte* 65. *distinct.* Idque procedit etiamsi Ius eligendi remane-
ret penes vnum duntaxat, ea ratione, quia pœna eli- 7
gentium incapacem non debet afficere innocentẽ, *c. quæ sinit de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* Barbos. *de iure Ecclesiastico cap.* 19. *n.* 86.

Quod autẽ in præsenti moniales scirent incapacitatem dictæ Henricæ ob defectum ætatis, probatur ex datis *in sum. Susanna n.* 2. vltra quod scientia præsumi

8 præsumitur in hac materia nisi ignorantia probe-
tur, *cap innotuit*, vbi Abb. *n.9.21.& 22. de elect.* DD.
in cap. cum cunctis §. Clericus num. 2.& 14. tit. eod. vel
saltem ignorantia esset nimis crassa, & supina, cùm
9 deberent Moniales saltem docere se fecisse diligen-
tias pro certificatione ætatis, vt tradit Gloss. *in cap.*
innotuit verbo ignorantiam, vers. & ideo debebant, &
propterea non sunt excusandæ, vt in his terminis
resolutum fuit *in Leodien. Abbatissatus 4. Iulij supe-*
rioris anni coram R. P D. meo Ghisilerio, quidquid es-
set dicendum ad effectum eos excusandi à solemni-
tatibus respicientibus formam *cap. quia propter de*
elect. vel ab aliis pœnis, in quibus terminis procede-
rent DD. exaduerso allegati, ea ratione quia forma
10 scrutinij habet magnas difficultates, adeò quod
etiam boni Iuristæ practicam ignorantes in ea defi-
ciant, vt docet Gloss. *in c. cum expediat verb. inquisitis*
in fin. de elect. in 6. Abb. *in cap. quia propter num. 17.*
eod. tit.

Nun obstat quod his Munialibus fuerint com-
municata omnia priuilegia concessa Ordini Cister-
ciensi, vnde inferebatur quod sicuti Cistercienses
possunt eligere Abbatem minorem 30. & maiorem
25. annis, ita & idem dicendum sit de Abbatissa.
Qoia vltra quod priuilegium Sixti IV. datum *in*
*sum. d. Henrica sub n.*10. non continet facultatem eli-
gendi Abbatem minorem 30. annis, certum est
quod illud restrictum est ad monasteria Monacho-
rum, & communicatio priuilegiorum concessa per
11 Vrbanum IV. haber restrictiuam in illis verbis, ibi,
in his, quæ vobis competunt: ideo intelligenda est sin-
gula singulis congruè referendo, non autem quod
Abbatissæ electio fiat contra claram dispositionem
text. *in d. cap. indemnitatibus de election in 6.* vbi sta-
12 tuitur, quod Monialis non possit eligi in Abbatis-
sam, seu Priorissam nisi 30. annum ætatis suæ com-
pleuerit, & quod eius electio fiat à Monialibus, ita-
vt earum superior præesse tantùm possit electioni:
& idem disponitur à Concil. Trid. *in d. c. 7. sess. 25 de*
regular. sequitur Modern. Vallumbrosanos *de Iure*
Abbatiss. dispu. 28. q. 1. per tot. & q. 2. n. 4. & in om-
13 nem euentum prætensa priuilegia vti contraria dis-
positioni Tridentini essent reuocata, ex constitu-
tione Pij IV. quæ est *la 94. in ordine tom. 2. nou. Bullar.*
fol. 102.

Demum non releuat gratia Apostolica ad fauorem
d. Henricæ obtenta, tùm quia est subreptitia ob fal-
sam narratiuam ætatis eiusdem Henricæ annorum
14 30. Nam si Papa sciuisset eam non esse ætatis anno-
rum 30. gratiam in præiudicium alterius habentis
legitimam ætatem, non concessisset, vel saltem dif-
ficilius, quod sufficit ad hunc effectum, Felin. *in cap.*
Postulasti de rescript. Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu* 201.
*n.*26. Garz. *de benef. part.* 8. *c.* 3. *n.* 20. Ruta coram bon.
mem Coccino *decis.* 328. *n.* 1. *inter eius impress.* & ali-
15 bi passim. Tum etiam quia emanauit lite pendente
cum clausula salutari ibi: *sine præiudicio litis penden-*
tis, & sic nihilo præiudicat Iuribus d. Susannæ in li-
tem deductis, Put. *decis.* 191. *num.* 17. *lib.* 1 *in correct.*
Seraphin. *decis.* 144. *n.* 6. & fuit dictum *in d. Leodien.*
Abbatissatus 4. Iulij anni præteriti coram R.P.D. meo
Ghisilerio.

Et ita vtraque, &c.

Romana Successionis.

Vener. 6. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

De æqualitate inter Sorores seruanda; vbi quod Soror congruè dotata, nisi dotem prius receptam conferat, vel alteram Sororem in capillo existentem pro dote sibi debita tantum in bonis per fratrem relictis capere patiatur, cum eadem fratri mortuo ab intestato succedeuc non potest.

Vide suprà *Decis.* 213.

SVMMARIVM.

1 *Soror post acceptam dotem ad successionem vltimi fratris ab intestato defuncti cum altera Sorore æqualiter concurrere non debet, nisi aut dotem receptam conferat, aut Sorori in Capilln existenti in bonis per fratrem relictis pro dote sibi debita satisfiat.*

2 *Inter Sorores æqualitas est seruanda; regulariter* num. 6.

3 *Soror dotem sibi debitam an consequatur per viam collationis vel per viam retentionis seu deductionis non refert, cùm vtroque modo idem effectus sequatur.*

4 *Dos loco legitimæ succedit.*

5 *Paragium à legitima differt, cùm in eo liquidando habeatur ratio nedum valoris legitimæ sed etiam aliarum qualitatum ex quibus dos congrua constituitur, vt filia secundùm pares nubat.*

7 *Dos vna Sorori viro nobili in vrbe nupta constituta, an viro inferioris conditionis nuptæ in eadem quantitate sit constituenda?*

8 *In materia successionis capacitas de tempore delatæ hereditatis regulariter attenditur.*

9 *Filia grandeua ætatis pinguiorem dotem dare necesse habet vt virum facilius inueniat.*

10 *Donatio constante matrimonio coniugi nobili vel iuueni ab alio coniuge ignobili vel sene facta valet.*

11 *Filia agnoscens se iuxta vires fratrum suorum & conditionem maiorum congruè dotatam, contra propriam confessionem non est audienda*

12 *Inuestitura rei emphyteuticæ per extinctionem lineæ masculinæ longe post annum obtineri potest ab vna Sorore, altera eam infra annum non petente.*

13 *Annus nisi à die scientiæ non currit.*

14 *Scientia inuestituræ cùm versamur inter duas Sorores ex coniunctione sanguinis probatur.*

15 *Cohabitatio insimul Sororum scientiam rei controuersæ præsupponit.*

16 *Filius in stipulatione instrumenti inuestituræ interueniens matrem certiorem fecisse præsumitur.*

17 *Præsumptiones superabundant vbi scientia probabilis sufficit.*

18 *Scientia ex coniunctione sanguinis & communi habitatione exoriens sufficiens est, vt aliquis emphyteusi priuari possit.*

19 *Annus inter ſorores à die ſcientiæ currit, dum non docetur fuiſſe exhibitas dil gentias pro recuperanda emphyteuſim penes tertium exiſtente.*

DECISIO CCLIII.

DENVO dixerunt Domini Hortenſiæ denegãdam eſſe immiſſionem in bonis, de quibus agitur, confirmando deciſionem emiſsã ſub die 28. Martij ſuperioris anni, quia adhuc prædictæ deciſionis reale fundamentum ſubſiſtere viſum fuit, nempe quod dum dicta Hortenſia habuit ex
1 bonis peruentis ex hæreditate paterna ſcuta 4000. pro ſua dote, non debeat æqualiter concurrere ad ſucceſſionẽ Vincentij vltimi fratris ab inteſtato defuncti cũ Dorothea altera ſorore relicta in capillo, niſi conferat dotem prius receptam, vel patiatur, vt ſoror in Capillo pro dote ſibi debita de paragio capiat tantumdem in bonis per fratrem relictis, iuxta deciſionem Afflicti 161.*num.*1.cum aliis allegatis in præcedenti *deciſ.* quibus addi poſſunt Hodierna *in l hac edictali quæſt.*11.*num* 21.*C.de ſecund. nupt.* Carol. Tap *in ius Regni Neapolitani lib.* 6. *de ſucceſſion.feud & parag. præſtan.tit.* 11. *ſub verſ.cuiuſcunque ſexus verſ. hinc ſequitur,* Io. Andr. Georg.*allegat.* 30.*num.* 15.Franch.*ad conſuetud.Neapolit.de ſucceſſion.ab inteſtat.in conſuetud.ſi moriatur verſ quid autem ſi Pater,* Rou *conſ.*23.*n.*12.*lib.*1.Peregr.*deciſ Patauin* 62.*n.*1.*& deciſ.*63.*num.*12.*verſ.contrarium*, & *in verſ.tertio adducebam,* vbi reddit rationem, vt ſci-
2 licet inter ſorores æqualitas ſeruetur, & *deciſ.*87. *num.*7.*in fin.*

3 Adeò quod in ſubſtãntia parum refert an ſoror in capillo hanc quantitatem conſequatur per viam collationis, vel per viam retentionis ſeu deductionis, cùm vtroque modo idem ſequatur effectus, & ſic nihil obſtant DD. negantes locum eſſe collationi in ſucceſſione collateralium, inter quos Barb. *in l.poſt dotem* 41.*num.*52.*verſ.nihil replicetur ff ſolut. matrim.* Gomez *in l.*29.*Tauri n.*31.Craſſ *de ſucceſſ* §. *collatio q.*6.*n.*2.

Provt non obſtat quod dos ſeu paragium debeatur in bonis Patris, & non fratris, & ideò Dorothea attento patrimonio communis Patris calculato in ſcut.13000.& numero ſex filiorum,non poſſit
4 prætendere niſi ſcuta 1100. pro legitima, cuius loco dos ſuccedit,iuxta doctrinam Caſtr.*in l Titio centum*, §.*Titio genero num.* 8 *ff.de condit. & demonſtrat.* Honded.*conſ.*53.*num.*12.*lib.*2 Gregor XV.*deciſ.*563. ibique Adden.*num.* 11. *&* 12. Quia paragium non ſemper reſtringitur ad legitimam, imò eſt quid di-
5 uerſum ab ea, & propterea videmus quod in paragio liquidando habetur ratio nedum valoris legitimæ, ſed etiam aliarum qualitatum ex quibus dos congrua conſtituitur, vt filia nubat ſecundum pares ſuas, Afflict. *deciſ.* 160. *per tot.* Rot. *deciſ.* 298. *num.*5 coram Caualer.& inter recen.*deciſ.*88.*n* 9.10. *&* 11 *part.*5.

Cùm autem dos ipſius Hortenſiæ fuerit congrua in ſcut.4000.æquitas non patitur quod dos Dorotheæ alterius ſororis non debeat eſſe eiuſdem quan-
6 titatis, quandoquidem inter ſorores regulariter æqualitas eſt ſeruanda, Socin.Iun. *conſ.*55.*n.*6 *vol.* 1.Peregrin *deciſ.*63.*in fin.*§ *Tertiò adducebam,* Amatus *deciſ Ferrarien* 44.*n.*4 Imò quia de tempore dotationis Hortenſiæ viuebant fratres maſculi, qui omnes deceſſerunt ante dotationem Dorotheæ, poſſet huic non ſolùm eadem dos ſcut.4000. ſed pinguior aſſignari, *ad l. ſi filia*, & ibi Bart. *ff. de legat.* 3.Mantic.*de tacit.lib.*12. *tit.* 21. *num.* 31. *&* 33. ...*conſ.*20 *num.*15.*circa med.lib.*1. Rot.*deciſ.*28.*n.*20. *&* 21.& *deciſ.*88.*num.*3.& *deciſ.*172.*num.*1 *part.* 3.*recent.*

Nec releuare viſum fuit quod Hortenſia habuerit prædictam dotem ſcut.4000. tanquam in Vrbe 7
nupta viro nobili de familia Sabellorum, vnde inferebatur, quod non erat eadem dos conſtituenda Dorotheæ nuptæ viro inferioris conditionis, & extra vrbem commorantis, iuxta conſ. Bald. 386. *poſt med.lib.*4. & Dec. *conſ.* 26. *num.*4.vbi quod filiæ dicontur æqualiter nuptæ, quandò ſunt æqualiter benè nuptæ, attenta conditione, & qualitate maritorum & locorum. Quia vltra quod informantes pro Dorothea tuebantur eius maritum eſſe conſpicuæ nobilitatis, vti deſcendentem ex familia Peruſia Romana; fuit reſponſum quod obiectum forſan procederet ſi de tempore delatæ ſucceſſionis ipſa eſſet iam nupta cum inferiori dote, & in diuiſione peteret ſupplementum vſque ad ratam datam alteri ſorori, in quibus terminis loquuntur, & procedunt Bald. & Dec. in locis mox allegatis.

Secus verò eſt dicendum, quando provt in præſenti de tempore delatę ſucceſſionis altera ſoror eſt in capillo,tunc enim intrat prædicta deciſio Afflicti ibi, *in iſtis terminis ab omnibus communiter approbata*, vt ſcilicet tantundem habeat ſoror in capillo in ſucceſſione fratris vltimi defuncti, quantum habuit altera ſoror maritata ante illius obitum, itavt nihil veniat conſiderandum, quid poſtea euenerit, nempe an ſoror in Capillo nupſerit, vel ne, cum viro qualificato ſicuti altera ſoror, cùm regulariter
in materia ſucceſſionis attendatur capacitas de tem- 8
pore delatæ hæreditatis, ad *l non oportet ff.de legat.* 2.Socin.*in l ſi cognatus n.*19.*ff.de reb dub* Couar.*cap.* 1.*n.*21.*de teſtam.*Molin. *de Hiſpan. primogen.cap.*13. *num.*17 *lib.*1.

Idque eò magis venit dicendum in propoſito, quia Dorothea poſt delatam ſucceſſionem, & aditam hæreditatem fratris nupſit, & in dotem dedit omnia bona, ſine quibus fortaſſe virum non inue-
niſſet, maximè cum de eo tempore eſſet grandenæ 10
ætatis annorum 40. qua de cauſa neceſſe habebat pinguiorem dotem dare, Marin. Frecc. *de feud. lib.*2.*quæſt.*2.*num* 2. *fol.* 288. & ſentit Rot. in *deciſ.* 340.*n.*7.*in fin.verſ.tam ratione prouectionis ætatis* coram Buratt.& conferunt notata per Sanchez *de matrim.lib.*6.*diſput.*90.*n.*3. *&* 4.& *diſput.* 10.*n.*8.*de donat. inter vir. & vxor.* & per Gomez *in l.* 52. *Tauri num.*66. *verſ. ex quo infertur*, vbi firmatur valere donationem factam conſtante matrimonio coniugi
nobili, vel Iuueni ab alio coniuge ignobili, vel 11
ſene.

Præterea animaduerterunt Domini, quod non ſubſiſtit dotem ſcut. 4000. Hortenſiæ fuiſſe traditam reſpectu nobilitatis viri, ſed potius habita ratione conditionis ſuorum antenatorum, & poſſibilitatis fratrum, vt ipſamet fatetur in inſtrumento dotali ibi: *Agnoſcens ſe iuxta vires ſuorum fratrum & conditionem ſuorum antenatorum cum dicta dote eſſe congruè dotatam &c.* contra quam propterea confeſſionem dixerunt eandem Hortenſiam non eſſe audiendam, *l. generaliter C. de non numer. pecun l. fin.* §. *fine autem C. de arbitr. tutel. cap. per tuas de probat.*

probat. Cranett. *conf.6 1.num.3.*Rot.*decif.306.num.7.
p.5.recent.*

Demum dictum fuit provt in alia, quod ad com-
12 putum dotis d.Dorotheæ non erat calculanda mola
emphyteutica, quia eius inneſtitutam finita ante-
cedenti per extinctionem lineæ maſculinæ longè
poſt annum obtinuit ſola ipſa Dorothea, provt po-
tuit, attento quod Hortenſia altera ſoror ad quam
etiam ius petendi renouationem pertinebat, eam
infrà annum non petierit, vt præter allegatos in
præcedenti deciſione tenent Roman.*conſ.22.num 6.*
& *conſ.70.num.3. poſt med.* Socin.Iun. *conſ.9 num.19.
vol.3.*& Gratian.*diſcept.934 n.6.tom.5.*

13 Quibus non aduerſatur, quod annus non currat
niſi à die ſcientiæ, nec quando extraneus bona em-
phyteutica poſſidet, Clar. *in §. feudum q.49. num 3.*
Cald. *de emphyteuſ. lib.1. quæſt.5 num 32.* quoniam
14 ſcientia probatur; Primò ex coniunctione ſangui-
nis, cum verſamur inter duas ſorores, *l. octaui ff.
vnde cognati, l.de tutela, C. de in integr. reſtitut. mu.*
Alex.*in l.1. num. 17. ff. ſi certum petat.* Aymon.*conſ.
271.num.8. circa med.* & dixit Rot. *in Romana diui-
ſionis 20. Iunij 1639. coram R.P.D. meo Bichio.* Se-
15 cundò ea earum inſimul cohabitatione, iuxta no-
tata *in l. conſenſu C. de repud. & cap. Conſtitutus de
teſtam.*latè Honded. *conſ.80.num.44.cum ſeqq. lib.2.*
Becc.*conſ.47. num.21.* Rot.*deciſ.135. num 8.* penes
16 Poſt.*de manuten.* Tertiò denique ea quo filius eiuſ-
dem Hortenſiæ interuenit in ſtipulatione inſtru-
menti inueſtituræ tanquam Curator d. Dorotheæ,
præſumitur enim quod filius certioraverit matrem,
Aretin.*conſ 73.num.15.verſus fin.* Ruin.*conſ.50 n.17.
tom.1.* & plures alios refert Honded. *in d. conſ.80.
num. 44. lib.2.* quæ omnes præſumptiones ſuper-
17 abundant, cum in his terminis ſufficiat ſcientia
probabilis, vt aduertit Clar. *in §. feudum quæſt 49.
n.3. in princ.*& *verſus fin.* Cald.*de renouat. emphyteu-
18 ſis lib.1. quæſt.5. num 26.* Et quod ſcientia exoriens
ea coniunctione ſanguinis, & communi habitatio-
ne ſit ſufficiens ad hoc, vt quis priuari poſſit em-
phyteuſi, tradit Honded *deciſ.80.num.55.lib.2.* latè
Surd.*deciſ.221.per tot.*

Et id quod dicitur de exiſtentia emphyteuſis pe-
nes extraneum non applicatur in præſenti, vbi agi-
19 tur inter ſorores, & ſic agnatas, tunc enim annus
currit à die ſcientiæ, dum non docetur fuiſſe exhi-
bitas diligentias pro recuperanda emphyteuſim pe-
nes tertium exiſtente, vt pluribus comprobat Cald.
*de renouat.emphyteuſ.lib.1.d.quæſt.5.num. 32.verſ.ſecus
autem,* & *verſ.vbi inquit,*Sebrader.*de feud part.6.c.8.
num.31.verſ.quod tamen.*

Et ſic vtraque, &c.

Romana Succeſſionis.

Mercur. 11. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Recognitio pro compulſandis literis miſ-
ſiuis Teſtatoris an & quomodo
ſit facienda?

SVMMARIVM.

1 *Recognitio literarum miſſiuarum per Teſtes notam manum ſcribentis habentes fieri poteſt.*

2 *Recognitio vigoroſa de ſcriptura priuata per teſtes facienda in epiſtolis & ſchedulis mercatoriis ceſſat, quæ ſcribi abſque alterius interuentu ſolent.*

3 *Adminicula quæ aliàs cum teſtibus notam manum ſcribentis habentibus concurrere debent, ad recognitionem ſimilem non ſunt neceſſaria.*

4 *Releuantia recognitionis à Iudicis arbitrio pendet.*

5 *Recognitio non ſolùm per teſtes habentes notam manum ſed etiam coniunctim per comparationem ſeruatis requiſitis fieri debent.*

DECISIO CCLIV.

GENTES pro Henrico iuniore poſt-
quam viderunt Rotam reſpondiſſe
non eſſe dandam compulſoriam ſpe-
cialem pro compulſandis literis miſ-
ſiuis (vt aiebant) conſcriptis ab Hen-
rico ſeniore, quibus probare intendunt dictum
Henricum ſeniorem non ex falſa cauſa inſtituiſſe
dictum Henricum iuniorem nepotem, ſed ob amo-
rem quo ipſum proſequebatur, exhibuerunt in
actis eaſdem literas originaliter, & earum recogni-
tionem procurabant. At quia pro parte Ioannis
Thomæ hæredis Cæciliæ filiæ eiuſdem Teſtatoris
impugnabatur modus faciendi dictam recognitio-
nem; dubitaui, An & quomodo ſit facienda reco-
gnitio, & Domini eam eſſe faciendam reſponde-
runt modo provt infra exprimendo.

Agitur enim de recognitione literarum miſſiua- 1
rum, quæ regulariter ſcribi ſolent abſque inter-
uentu alterius perſonæ, & propterea iudicatum
fuit eam fieri poſſe per Teſtes qui habeant notam
manum ſcribentis, & viderint eum aliàs ſcribere,
iuxta diſtinctionem factam per Socin.*in l ſi ita ſcri-
pſero colum.penult. in fin ff.de demonſtr.* benè Ruin.
conſ 70 num 4. & ſequitur Rota in terminis Epiſto-
larum *in deciſ.570.num.2 part.2.diuerſ.* vbi firmatur
rigoroſam illam recognitionem faciendam de ſcri- 2
ptura priuata per teſtes qui fuerint præſentes dum
ipſa ſcriptura ſcriberetur, & recognoſcant manum
ſcribentis, ceſſare in epiſtolis, & ſchedulis merca-
toriis, quæ ſcribi ſolent abſque alterius interuentu,
idemque declarat Saluſt. Tiber. *in praxi A. C. lib.1.
cap.34.num.10 & 11.* & eſſe de ſtylo Rotæ, dictum
fuit *in deciſ.150. num. 2.* coram Seraphino, *& in
deciſ.173.n.3.*coram Coccino, *& in deciſ.450.num.4.
coram eodem.*

Adeò quod in iſto caſu nec minus videantur ne- 3
ceſſaria adminicula, quæ aliàs cum teſtibus haben-
tibus notam manum ſcribentis concurrere debent,
vt firmatur *in deciſ 61 num.8 part.5 recent.* & in aliis
relatis per Adden.ad Gregor XV. *in deciſ.389. n.6.*
quia tam dicta *dec.61.* quàm omnes aliæ in contra-
rium allegatæ loquuntur in recognitione ſcripturæ
priuatæ, in cuius confectione ſolent adhiberi te-
ſtes, vt patet ea earum lectura; ſecus verò eſt di-
cendum quando teſtes non ſunt neceſſarij, nec ſo-
lent adhiberi, vt colligitur ex allegatis in præce-
denti § *& ex deciſ.452.num.4.* coram Caualerio, *&
deciſ.354 n.7.p.5 recent.*

Verumtamen ea quo verſamur in materia in qua
omnis ratio ſuadet vt augeret officium Iudicis, à 4
cuius arbitrio pendet releuantia recognitionis,
Trentacinq.*variar.reſol.vol 1.lib 1.tit.de fide inſtrum.
reſol.7 ſub num 6.verſ.2.eſt opinio.*Scacc.*de iudic.lib.2.
cap.11.n.1044.*

Ideo exiſtimatum fuit, vt non attenta recogni- 5
tione hactenus facta rurſus alia fiat, non ſolùm

per testes habentes notam manum, sed etiam coniunctim per comparationem, iuxta tradita per Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst.forens.lib.*1.*quæst.*14. *num.*14.*&* 18. & per Scacc. *de iudic. lib.*2. *cap.*11. *num.*1105.*& seqq.* & per Caball. *in cons.*150.*num.*7. *lib.*1. constito prius de existentia certudinali alicuius scripturæ manu dicti Henrici senioris conscriptæ, ac seruatis aliis requisitis enumeratis à Menoch.*de arbitrar.lib.*1.*cas.*114.*num* 25.*& seqq.*Cabal. *dict.cons.*150. *num.*5. *&* 6. *lib.*1. & vt fraudibus obuietur, in quantum fieri possit voluerunt Domini, vt prædicta recognitio fiat cum interuentu alicuius Procuratoris de Collegio.

Et ita vtraque, &c.

Romana legati, seu dotium.

Lunæ 16. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Testator mandans & nitidis verbis taxans dotari tres puellas in certa summa ex bonis suæ hæreditatis, eius voluntas iuxta taxationem in testamento factam ab hærede ad vnguem est adimplenda.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas Testatoris ab hærede ad vnguem debet adimpleri, cùm nihil hominibus magis debeatur quàm vt supremæ voluntatis liber sit stylus.*

2 *Hæres cedendo legatario pro anniuersario faciendo ius exigendi summatas annonæ per Testatorem relictas ab illis qui soluere hæreditati tenentur, an à debito liberetur?*

3 *Debitor generis quia genus nunquam perit ob peritionem alicuius speciei non liberatur, cùm idem genus in aliis speciebus repræsentari possit.*

4 *Destinatio dotis in diuersa ac de se perfecta oratione posita, cùm stet demonstratiuè, licet ipsa destinatio decresceret aut periret, cætera tamen bona hæreditaria pro soluendis seu supplendis dotibus obnoxia manent.*

5 *Oratio an sit vna vel multiplex vt cognoscatur, attendi solet an ab vno eodémque verbo regatur.*

6 *Copula & diuersitatem orationum quando singula sunt de per se perfecta non excludit.*

7 *Testamenti pars vna aliam declarat.*

8 *Testamenti pars vna, cùm non militet eadem ratio in vno quæ in alio casu, aliam declarare non potest.*

9 *Hæres volens cedere domum in qua pecunias inuestiuit Testator, eo ipso actio personalis non euitatur.*

DECISIO CCLV.

ÆSAR Pandinus in suo cum quo obijt testamento inter alia voluit, & mandauit (sunt verba testamenti) ex bonis suæ hæreditatis quotannis in perpetuum dotari tres puellas in festo Sanctissimi Corporis Christi, in scutis videlicet 40 monetæ Romanæ pro qualibet, & ad huiusmodi effectum mandauit deputari, & destinari scuta 2000.

Cùm autem domus in qua ab hærede fuerunt inuestita dd. scuta 2000. pro dotandis puellis decreuerit in redditu, adeò quòd eius pensiones non amplius ascenderent ad scuta 120. prout ascendebant de tempore facti inuestimenti, prætendebatur per hæredem esse quoque diminuendas dotes; quare dubitaui ad quam summam dotes sint taxandæ, & eas deberi ad rationem scut. 40. pro qualibet iuxta taxationem factam in testamento, fuit responsum.

Ratio resolutionis fuit quia testator nitidis ver-
bis taxauit dotes de quibus agitur in scutis 40. pro 1
qualibet, cuius propterea voluntas debet ab hærede
ad vnguem adimpleri, cùm nihil sit quod magis
hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis
liber sit stylus, vt inquit Imperator *in l.*1. *C.de sacrosanct. Eccles.* latè Spino *de testam. part.*1. *rubrica num.*16. cum pluribus seqq. *fol. mihi* 11. & fuit dictum *in Tiburtina hæreditatis* 15. *Martij* 1638. *coram me.*

Nec visa fuerunt obstare verba illa, ibi, *& ad
huiusmodi effectum mandauit deputari, & destinari
scuta* 2000. quasi quod secuto inuestimento dicto-
rum scutorum 2000. in domo, istius domus tan-
tùm pensiones dicantur obligatæ, non autem alia
bona hæreditaria, ad quod comprobandum allega-
batur inter alios *decis.*21. *de testam. in antiq.* vbi fir-
matur, quod si testator legat pro anniuersario fa- 2
ciendo duas summatas annonæ à certis personis
debitas in certo loco, liberatur hæres cedendo le-
gatario ius exigendi dd. summatas ab illis, qui illas
soluere hæreditati tenentur.

Quia dupliciter fuit responsum. Primò, quod
tunc cadit quæstio diminutionis legati, ob diminu-
tionem rei, quando decreuit res certa quæ fuit le-
gato adiecta. In casu autem proposito domus cuius
fructus diminuti dicuntur non fuit adiecta legato,
sed benè destinatio scut. 2000. & sic pecunia in ge-
nere, quæ etsi reinuestita fuerit ab hærede in do-
mo, non ideo sequitur quod ob petitionem fru-
ctuum domus liberetur hæres: Nam debitor gene- 3
ris, quia genus nunquam perit, non liberatur ob
peritionem alicuius speciei, cùm idem genus possit
in aliis speciebus repræsentari, *l.incendium, C.si cert. pet. in l.in naue ff.locat.* Trentacinq. *variar.resol lib.*3, *tit.de solut.resol.*121.*n.*1.*&* 2. Ciriac. *controuers.*226. *n.*5.*&* 6. Rot.*decis.*76.*num.*3. *inter impress.post consil. Farinac.*

Secundò quod quatenus versaremur in terminis
diminutionis rei certæ legato adiectæ, adhuc non
esset locus diminutioni legati. Quia res ex qua solui
debet legatum nempe destinatio scutor. 2000. non
est posita in vna, ac eadem oratione cum ipso le-
gato, quo casu staret taxatiuè, & per consequens
hæres cedendo, aut assignando rem destinatam li-
beratus remaneret, etiam si redditus rei assignatæ,
seu ipsa res postea diminueretur, vel periret, in qui-
bus terminis loquitur *decis.* 11. *de testam. in antiq.*
cum omnibus aliis in contrarium allegatis. Sed est
posita in diuersa, ac de se perfecta oratione, & sic 4
censetur stare demonstratiuè; adeò quod licet ipsa
destinatio scut. 2000. decresceret, vel periret, ni-
hilominus tamen alia bona hæreditaria remanent
obnoxia pro supplendis, seu soluendis dotibus
scutorum 40. pro qualibet puella, sicuti in præce-
denti, & quidem pariter perfecta oratione testator
expressit; textus est expressus *in l.quidam testamento*

96 *ff.de legat.1.& in l.Paulo Callimaco 27.§.fin. ff.de legat 3.* Bart. *in l inter stipulantem,§.sacram.ff.de verb. oblig.& in l.Lucius,n.5.ff de alim.& cib.legat.* Castrens. *cons.358 n.3.vers.sunt duæ,& vers.interdum vna, lib.1.* Mantic *de coniect lib.9.tit.3.n.30.* benè Lara *de Capellan.à nemine citatus lib.1.c.15.n.10 & 21.* Gratian. *disceptat. forens. c.256.num.56.* vbi quod semper ad hunc effectum est attendenda diuersitas orationis; & idem declarauit Rot. *in d.decis.11.num.8.& 9. de testam. in antiq.* & iterum *in decis.365. num.35. cum seqq.part.5.recent.*

Quod autem destinatio scutorum 2000. pro sol-
uendo legato dotium in præsenti sit posita in diuer-
sa oratione probatur ex testamento, vbi leguntur
duæ diuersæ orationes separatæ, & perfectæ; vna
scilicet pro legato, altera pro destinatione ipsius so-
lutionis, & vnaquæque oratio regitur à suo verbo,
vt de prima, ibi, *voluit, & mandauit, &c. dotari tres
puellas in scutis 40.* & de secunda, ibi, *& ad huius-
modi effectum mandauit deputari, & destinari scuta*
5 2000 *&c.* ad cognoscendum enim an oratio sit vna,
vel multiplex, attendi solet an oratio regatur ab
vno eodemque verbo, iuxta theoric. Bart. *in l.in re-
petendi num.1.ff de legat.2.* Rot. coram Gregor XV.
6 *decis.190. n.2.* & alibi sæpe; neque illa copula, *&*,
excludit diuersitatem orationum, quando singulæ
sunt de per se perfectæ, nam tunc continuat qui-
dem, sed non coniungit orationes, vt ex Paris. *cons.
38.n.26.lib.2.*& ex aliis declarat Modern.Lusitan.*de
diction.vsu frequent.diction.150 n.32.*

Argumentum sumptum ex aliis legatis factis pro
maritanda nepote, & constituenda Capella, in qui-
bus Testator dixit, quod in euentum in quem sum-
ma legata non sufficeret deberet hæres supplere;
vnde inferebatur, quod idem fecisset in legato do-
tium, si hæredem ad supplendum vltra scuta 2000.
7 grauare voluisset, cùm vna pars testamenti aliam de-
claret *l.si seruus plurium, § fin. ff.de legat.1 l.qui filia-
bus, ff. de legat.3.* non fuit habitum in consideratio-
ne; quia in aliis legatis agitur de augmento sortis,
quod debebat perneccesse declarari, cùm hæres aliàs
nullatenus teneretur vltra certam summam legatam;
hic verò agitur de fructibus, ac de euitanda diminu-
tione legati specificè taxati per Testatorem in scutis
8 40. pro qualibet puella, & ideo cùm non militet ea-
dem ratio in vno, quæ in alio casu, non potest vna
pars testamenti aliam declarare, vt aduertit Menoch.
cons. 210.n.9 quem sequitur Rot. coram sanct.mem.
Greg. XV *decis.514.n.8.*

Prout nihil releuat quod Archiconfraternitas
Sanctissimi Corporis Christi in Basilica S. Petri de
Vrbe, ad cuius requisitionem sunt soluendæ dotes
de quibus agitur, institerit coram Iudice, vt scuta
2000. inuestirentur iuxta formam testamenti; quia
non ideo petiit inuestiri in hac domo, adeò quòd li-
berata remanerent alia bona hæreditaria; & licet
non contradixerit inuestimento in dicta domo facto,
hoc euenit ex quo sciebat ius suum esse saluum su-
per omnibus bonis hæreditariis, & se habere contra
hæredem actionem personalem tam ex testamento,
quàm ex transactione cum ipso inita super solutio-
ne earundem dotium, ad rationem pariter scutor. 40.
9 quæ quidem actin personalis non euitatur, ex eo
quod hæres vellet cedere domum in qua pecunias
inuestiuit, vt ex Bald *in l. creditor 28. in princip. ff. si
cert.pet* comprobat Ciriac.*controu. 440.n.17.*

Et ita decisum vtraque, &c.

Calaguritana Beneficij de Cornago.

Merc. 18. Martij 1643.

ARGVMENTVM.

Contumacia in non parendo mandatis Rotalibus manifestè probata, declaratoria contra renitentem meritò est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Notarij attestationi standum est cùm sit de actu coram se & testibus gesto, tempus & locum vbi actus gestus fuit distinguendo.*
2 *In materia recursuum habitorum ad ministros laicorum, in odium recurrentium fides etiam scripturis informibus adhibetur.*
3 *Declaratoria in quibus casibus iuxta receptum stylum sit ferenda.*
4 *Stilus ferendi declaratoriam tam in executorialibus rei iudicatæ quàm mandato de immittendo seu manutenendo, ex identitate rationis vbi de contradictione constat locum habet.*
5 *Recursus ad ministros laicorum habitus pro impedienda executione mandati Rotalis pro concessione declaratoria sufficit.*
6 *Contumacia quæ in non parendo consistit ex contemptu & contrauentione propriè resultat.*
7 *Mandatis Apostolicis spretis de Iurisdictione Ecclesiastica actum est.*
8 *Notarius de facto alieno & præterito non gesto coram se & testibus cum distinctione temporis & loci deponens, fidem non meretur.*

DECISIO CCLVI.

PETEBAT Franciscus Lopez declaratoriam tam contra Franciscum Ximenez Palomar intrusum in possessione beneficij de qua agitur, quàm contra Capitulum, seu Congregationem Beneficiatorum Ecclesiæ de Cornago in qua situm est dictum beneficium, supponendo quod constaret de contumacia in non parendo mandatis Rotalibus; ideò dubitaui, an sit danda declaratoria, & affirmatiuè fuit responsum quoad intrusum, quo verò ad Capitulum fuit dictum quod coadiuuetur probatio.

Nam quantum attinet ad intrusum, probatur
eius renitentia in non parendo ex instrumento at-
testationis Notarij dato *in summario num.1.* vbi le-
gitur quod dum ipse Notarius sequestrum inti-
mauit de actu possessionis traditæ Procuratori dicti
Lopez vigore mandati de immittendo Rotalis, fuit
impeditus à Ministris Regiis, ad instantiam dicti
intrusi ibidem præsentis, & quod peius est ar-
mata manu fuit abstractum à manibus dicti No-
tarij mandatum Rotale, & posteà tam ipse No-
tarius, quàm Procurator dicti Lopez vnà cum
testibus adhibitis pro capienda dicta possessione
fuerant carcerati coram populo cum maximo
scandalo; cui quidem Notarij attestationi stan- 1
dum est cùm sit de actu coram se, & testibus
gesto, distinguendo tempus & locum, vbi actus
gestus

gestus fuit, vt notant scribentes & præcipuè Felin. *in c. quoniam contra n. 35 in prima fallent.* Dec. *n. 40. de probat.* & tenuit Rota *in decis. 16. n. 20.* apud Viuian. post *tract. de Iure patron.* sequitur Adden. ad Buratt. *in decis. 95. num. 8. in fin. vers. declara tamen.*

2 Maximè concurrentibus adminiculis resultantibus ex aliis attestationibus, scilicet Petri Rodrigo, & Blasij Calabriæ pariter Notariorum, & agatur de materia recursuum habitorum ad ministros laicorum, quo casu in odium recurrentium adhibetur fides scripturis etiam informibus, Bald. *in l. publicati quæst. 8 in fin de testam.* Ias. *in auth. si quis in aliquo in 7. fallent. C. de eden.* Rot *decis. 1094. num. 2.* coram Seraphino, & *decis. 66. num 5.* coram Martin. Andr.

3 Vndè cùm in dicto mandato de immittendo extet comminatio censurarum contra impedientes eius executionem, & reproducta sint in actis dicta Instrumenta Notariorum, ac seruati fuerint termini consueti ad docendum se paruisse, & non doceatur de paritione, ferenda est declaratoria iuxta receptum stilum, de quo Felin. *in cap ad probandum num. 6. de re iudic.* & *in cap. Rodulphus num. 4. de rescript.* Vestr. *in prax cap vlt lib. 8 num. 19.* Cassad. *decis. 6 num. 10. de caus. possess. & propriet.* Crescent. *decis. 1. de sequestrat possess. & fruct.* Mohed. *decis. 1. de sent. excommunic.* Canaler. *decis. 364. num. 1.*

4 Qui stilus habet locū tam in executorialibus rei iudicatæ, quàm in executorialibus mandati de immittendo, seu de manutenendo ex identitate rationis, quando constat de contradictione, vt sępissimè Rota censuit, & signanter *in decis. 445 & 591. part. 2. recent.* & *in decis. 107. num. 2.* coram Martin. Andr. cum aliis relatis per Adden. ad Buratt. *in dec.*
5 *17. num. 1.* & eò magis procedere debet in præsenti ob recursum habitum ad ministros laicorum pro impedienda executione mandati Rotalis, quod solum sufficit pro concessione declaratoriæ, vt dixit Rota in *Vlixbonen beneficij 10. Aprilis 1617.* & *in Astoricen. præstimoniorum 13. Iuni 1621.* coram Vbaldo, & *in decis. 821. num. 5.* coram Buratt

6 Ex huiusmodi enim contemptu, & contrauentione resultat propriè contumacia, quæ consistit in non parendo, *l. contumacia vers. contumaces non videntur ff. de re indic* ac in voluntate, qua quis monitionem Iudicis adimplere contemnit, ob quam propterea danda est declaratoria, Socin *in cap. nulli num. 7. de sent. excomm.* Abb *in cap. 1 num 10. de iudic.* Couar. *in cap. Alma mater §. 7. num. 6 circa med.* Cassador. *decis. 5 num 7. de constit.* Buratt *decis 748. num 3.*
7 aliàs namque spretis mandatis Apostolicis actū esset de Iurisdictione Ecclesiastica, vt in specie aduertit Rota *in Corduben. dimidiæ portionis 1. Iulij 1630.* coram bon. mem. Merlino, quæ est *la 404. sub n. 9. part. 5 recent.*

Quò verò ad Capitulum seu Congregationem Beneficiatorum denegata fuit pro nunc declaratoria, & dictum, quod coadiuuetur probatio; quia licet quidam Notarius faciat fidem quod sequestrum Rotale intimatum fuerit dicto Capitulo,
8 quódque idem Capitulum contraueniendo fructus sequestratos non Lopez sed intruso consignauerit, attamen ex quo dictus Notarius non attestatur de intimatione à se ipso facta Capitulo, sed ab alio Notario in præteritum, & sic de facto alieno & præterito, non gesto coram se & testibus cum distinctione temporis, & loci, non meretur fidem, Crauett. *cons. 171. num 5.* Rot. *decis. 360. num. 46. part. 1.* & *decis. 587. num. 2. part. 2. recent.* & alias plures concordantes cumulat Add. ad Burat *in d. decis. 95. num. 8.*

Et ita conclusum vna tantùm parte informante, Procuratore alterius partis pluries citato.

Volaterrana Beneficij.

Veneris 17. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

De fructibus à malo possessore perceptis restituendis. An pro ijsdem & pro qua summa mandatum executiuum sit relaxandum.

SVMMARIVM.

1 *Attentans scienter in præiudicium litis possessionem appellatione pendente ingrediendo, Ius, Iudicem & partem offendit, violentóque spoliatori comparatur.*

2 *Spoliator violentus non tantùm ad fructus perceptos, sed etiam ad illos qui percipi potuerunt tenetur.*

3 *Attentans ad fructus perceptos & qui percipi potuerunt condemnari debet.*

4 *In materia probationis redditus beneficij, solitum quod percipi consuetum est attenditur*
Imò coniecturæ & præsumptiones sufficiunt ibid.

5 *Confessio alicuius contra se ipsum quamcunque probationem superat.*

6 *Confessio ex epistola resultans contra scribentem probat.*

DECISIO CCLVII.

CVM in hac causa sub die 11. Maij superioris anni resolutum fuerit mandatum de immittendo in possessionem beneficij, de quo agitur ad fauorem Ludouici Contugij expeditum, cum omnibus inde sequutis, subiacere vitio attentatorum, ac proindè sub die 20. Februarij anni currentis, dictum fuerit Io. Tenaliæ contra quem fuerunt commissa attentata dandam esse manutentionem, dubitaui hodie prosequendo iudicium purgationis attentatorum, an pro fructibus sit relaxandum mandatum executiuum, & pro qua summa?

Et quoad primam dubij partem, videlicet an pro fructibus sit relaxandum mandatum, Domini responderunt illud esse relaxandum, quia attentans 1
scienter in præiudicium litis ingrediendo possessionem, appellatione pendente, offendit Ius, Iudicem, & partem, & ideo violento spoliatori comparatur, vt tenuit Rota *in decis. 3 num 1. in fin de restitut spoliator in nou* & *decis. 641. num 4.* coram Buratto; Violentus autem spoliator tenetur non tan- 2
tùm ad fructus perceptos, sed etiam ad illos, qui percipi potuerunt, *l. cum quereretur C vnde vi l. domum. C de rei vendi.* & quod attentans debeat con- 3
demnari ad fructus perceptos & qui percipi potuerunt, tradunt Lancell. *de attent. part. 3. cap. 15. num. 16.* Gonzal. *super reg. 8. §. 7. proœm. n. 161 vers.*

Tertio

Tertio contrà, Menoch. *de recuper remed.* 15. *num.* 35. Rot. *decis.* 557. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.* & *decis.* 777. *in fin.* ibique Add. *lit. B coram* Buratt.

Quo verò ad secundam partem dubij pro qua summa scilicet sit relaxandum mandatum, censuerunt illud esse relaxandum pro summa scut. 1200. monetæ pro octo annis, quibus spoliator occupauit possessionem beneficij de quo agitur ad rationem scutor 150. pro quolibet anno, vt deponunt duo testes dati *in summ dict. Tenaliæ num.* 2. coadiuuati ex aliis duobus testibus examinatis pro Contugio in prima instantia, deponentibus redditus beneficij iuxtà solitum ascendere ad annuos ducatos 150. de Camera, & computatis incertis ad ducat. 200. quæ
4 quidem probatio sufficit, cùm in hac materia attendatur solitum, quod percipi consuetum est, Angel *in l si fundum in fin. C de rei vend.* Bald. *cons.* 323. *in fin. lib.* 2. Natta *cons.* 510. *num.* 4. *vers. sed Ang.* Surd. *cons.* 293. *num. vltimo vol.* 2. Achil. *decis.* 22. *de rest. spoliat.* Rot. *decis.* 541. *num* 3. *part.* 1. *in recent.* Imò sufficiunt etiam coniecturæ, & præsumptiones quæ animum Iudicum moueant ad sic perfectè credendum, Bald. *in l.* 2. *num.* 22. *C. de fruct & lit. exp.* Surd. *decis.* 282. *num.* 28. Seraphin. *decis.* 1132. *num. p.* & *decis.* 1245. *num.* 7. Duran. *decis.* 305. *num.* 1. Burat. *decis.* 722. *num.* 6. vbi quod admittuntur testes singulares, &c.

Idque eò magis venit dicendum in præsenti, vbi vltrà depositiones testium concurrit Epistola eiusdem Contugij, in qua fatetur de hoc beneficio, *non hauer cauato computato vn' anno per l'altro più*
5 *di* 180. *scudi l' anno decratte le spese*, ista enim propterea confessio superat quæcumque probationem, *l.* 1 *ff. de confess.* Crauett. *cons* 61. *num.* 3. Seraphin. *de-*
6 *cis.* 1287. *num.* 1. & quod confessio resultans ex epistola probet contra scribentem, probat text. *in l. public.* §. *fin.* vbi Bart. *ff. de* .... Buratt. *decis.* 733. *num.* 1.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Romana Dotis.

Lunæ 20. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

Executio quando agitur de credito dotali etiam contra tertium iuxta statutum Vrbis competit, maximè stante paupertate Agentis, in quo casu rigorem omnem & formalitatem Iudiciorum attendere iniquum censetur.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua contra tertium possessorem dari non potest.*
2 *Via executiua pro consequutione dotis ex statuto Vrbis in specie etiam contra tertium conceditur.*
3 *Statutum vrbis quando est decisorium in omnibus vrbis Tribunalibus seruatur.*
4 *Clausula constituti possessionem constituentis contra singularem successorem causam ab eo habentem probat.*
5 *Præscriptio post effluxos 30. annos intrat dotisque solutio præsumitur.*
6 *Maritus in exigenda dote negligens non præsumitur dum onera matrimonij sustinet.*
7 *Præscriptio sicut currere non potest contra mulierem constante matrimonio, ita nec aduersus pupillum.*
8 *Præscriptio quatenus cucurrisset, restitutio in integrum aduersus eam ex capite ignorantiæ daretur.*
9 *Vinea sub directo dominio Ecclesiæ cum pacto de non alienando existens, sub generali obligatione omnium bonorum alterius comprehendi non potest.*
10 *Clausula* pro se & hæredibus quibuscumque *clausula* quibus dederit *æquiparatur.*
11 *Clausula* quibus dederit, *vt in concessione includantur quicumque hæredes extranei facit.*
12 *Concessio emphyteusis merè hæreditaria irrequisito Domino & sine eius consensu alienabilis dicitur.*
13 *Emphyteusim merè hæreditari m primus acquirens etiam in præiudicium aliorum vocatorum obligare potest.*
14 *Emphyteusis hæreditaria sub vniuersali dispositione comprehenditur.*
15 *Verba* ò altra persona prohibita *denotant similitudinem inter omnes, nec nisi ad personas prohibitas restricta censentur.*
16 *Creditum dotale articulus est ab inuestitura & re emphyteutica satis alienus.*
17 *Contra pauperem agentem vigorem & formalitatem Iudiciorum ad vnguem attendere æquum non censetur.*

DECISIO CCLVIII.

MANDATVM A. C. relaxatum ad fauorem Petri Eutitij creditoris in scutis 500. monetæ occasione dotis maternæ, contra Dominicum Lucatellum possessorem vineæ hæreditariæ Rosati dotis promissoris, dixerunt DD. exequendum fore vti validum, & iustum.

Validitas enim apparet ex reuolutione processus,
nec ea potest infringi ex eo, quod d. Eutitius egerit
executiuè contra Lucatellum dictæ vineæ emptoré,
quasi quod contra eum vti tertium possessorem non 1
potuerit dari via executiua, iuxta notat. per Alexand.
in l à Diuo Pio, § *si super rebus n.* 28. *vers & pro hoc
bene facit*, *ff. de re iudic.* Aretin. *cons.* 86. *in fin.* Rota
coram Greg XV *decis.* 330. *n.* 2. & *decis.* 50 *n.* 1 coram
Durano. Quia hoc cessat quando prout hìc fuit
actum pro consequutione dotis, pro qua Statutum 2
Vrbis *in cap.* 85. *lib.* 1. concedit in specie viam exequutiuam, etiam contra tertium, Rota *decis.* 161. *n.* 4.
p. 4. *recent.* Quod quidem Statutum cùm sit decisorium 3
seruatur in omnibus Vrbis Tribunalibus, vt de
stylo testatur Salust. Tib. *in prax A. C. lib* 2. *c.* 35. *n.* 13.
& ad effectum de quo agitur dixit Rota *in Romana
dotis de Millinis* 17. *Februar.* 1578. coram Robusterio,
quæ est la 51 *in ordine inter impress.* per Modern. *glossat Brasichellen. ad Stat. Vrb.* & magis de recenti fuit
dictum in *Romana dotis* 14. *Februarij superioris anni*
coram R. P. D. meo Dunozet. Dec.

Iustitia verò probatur ex eo, quod creditum dotis
scutorum 500. promissæ à Rosato Margaritæ
eius sorori ex qua natus est Eutitius, vt plene concludunt
testes, iustificatur ex publico instrumento
dotali, obligatione Camerali vallato; dictumque
Rosatum possedisse vineam de qua agitur, pariter
probatur ex instrumento venditionis factæ
per eum d. Lucatello, cum clausula constituti,
quæ benè probat possessionem constituen- 4

tis contra singularem successionem causam ab eo
habentem, Angel. *in l. quadam mulier, ff. de rei
vendic.* Tiraq. *de iur.constit.p.3.lim 1.num.11. in fin. &
num.23.* Ruin. *cons.169. in fin. lib.1.* Grat. *cons.42.
num.12.& 13.lib 2.* Natt. *cons.439. num.3.* Rota co-
ram Greg. XV. *decis.362.num.1. & 2.* coram Durano
decis.49.n.3.

Non obstat quod ab anno 1604. quo fuit cele-
5 bratum instrumentum dotale vsque ad annum 1641.
quo fuit mota lis, effluxerint anni 30. & vltra, &
sic intret præscriptio, *l.sicut in rem. 3. cum concordan.*
6 *C de præscript. 30. vel 40.annor.* vel præsumpta dotis
solutio, cùm non præsumatur maritus negligens in
exigenda dote dum sustinet onera matrimonij, ex
allegatis per Surd. *in decis.105. num.2.* Qu a matri-
monium durauit ab anno 1604. vsque ad annum
1614. de quo tempore obiit maritus superstite d.
7 Entitio filio tunc in infantili ætate constituto, qua-
propter sicut præscriptio currere non potuit contra
mulierem constante matrimonio, *l in rebus, §.omnis,
C.de iur.dot.* Fulgos. *cons.216.n.1.vers.secundum verò,*
Abb. *cons.12. num 1.vers.ad diem lib.1.* Alex. *cons.83.
num.11. vers. bene fateor lib.6.* Rota coram Caualer.
decis.213. num.7. ita nec valuit aduersus pupillum,
d.l.sicut.de præscript.30.vel 40.annor.vers.sed pupillari,
8 cum ibi notatis per DD.& quatenus cucurrisset, da-
retur aduersos eam restitutio in integrum ex capite
ignorantiæ, Rota *decis.573.num.1.in fin.p.3. recent.*
& coram bon.mem.Coccino *decis.50.num.10.*& fuit
dictum in similibus terminis in *Spoletana Saluiani 3.
Iulij.1639.* coram bon.mem.Merlino.

Surdus verò *in dicta decisione 105.* & cæteri DD.
per eum congesti non fundantur in sola negligen-
tia mariti, sed in aliis pluribus, & quidem vrgen-
tibus præsumptionibus, & coniecturis solutionem
dotis perneceſſe concludentibus, & ideo non ap-
plicantur huic casui, vbi tales præsumptiones, &
9 coniecturæ non adsunt.

Nec aduersari visum fuit, quod vinea de qua
agitur sit sub directo dominio Ecclesiæ, & in in-
strumento inuestituræ adsit pactum de non alie-
nando, etiam latè sumpto vocabulo, & propterea
non potuerit comprehendi sub generali obligatio-
ne omnium bonorum Rosati, vt in terminis dotis
ait Rota *in decis.555. num.2. p.1. recent.* Quoniam
inter cæteres responsiones datas per Informantes
placuit illa, nempe, quod in præsenti versamur in
10 primo acquirente, ac in emphyteusi merè hæredi-
taria, cùm sit concessa cum clausula (*pro se, &
hæredibus quibuscumque*) quæ æquiparatur clausulæ
quibus dederit, Rip. *in l. quæsitum, §. si quis num 5.*
11 *de priuil.credit.* Rolan. *cons.69.num.34. lib.1.* Seraph.
decis.559.num.8. clausula autem *quibus dederit* facit,
vt in concessione includantur quicumque hæredes
extranei, Curt. Iun. *cons.4. num.4.* cum aliis relatis
per Caldas. *de nominat.emphyt.lib.2.quæst.10.num.14.
& quæst.23.num.30.& 31. eod. lib.* Rot. *decis.50.n.1.*
12 *part.3.recens. & decis.293.num.2.* coram Caualerio,
& concessio dicatur alienabilis irrequisito Domino,
& sine eius consensu, Dec. *cons. 390. num 8.* Socin.
cons 7.num.24 lib.3. Paris. *cons.1.num.23.& 29.lib 1.*
13 Mantic. *de tacit & ambig lib.22.tit.19. n.24.* Gratian.
disceptat. forens.cap.482.num.60.& ideo benè potuit
primus acquirens eam obligare etiam in præiudi-
cium aliorum vocatorum; Menoch. *cons.401. n.46.
& 47.* Surd. *cons.305. num. 32. 35.& seqq.* Caualer.
decis.219.num.15.& in terminis obligationis dotis,
Corbul *de iur. emphyt.de caus privat.ob alienat.limit.
20. num. 4. & 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 531.
num.10.*

Idque procedit etiamsi obligatio fuerit genera-
lis omnium bonorum sine expressione huius vineæ
emphyteuticæ, quia emphyteusis hæreditaria com- 14
prehenditur sub vniuersali dispositione, Menoch.
cons.129.num.15. Mantic. *de coniect.vlt.volunt.lib.7.
tit.9.num.5.in fin.* Canaler. *dict.decis.293.num.1.vers.
& sic erat.* Absque quod teneat pactum de non
alienando in contrarium appositum, cùm illud con-
cernat solum fauorem Domini directi qui de hoc
in præsenti non opponit, nec est in lite, nec ob
dictum pactum alteratur natura emphyteusis hære-
ditariæ transitoriæ ad quoscumque etiam extraneos,
itavt impediatur primus acquirens ne illam obli-
gare possit maximè fauore dotis ex superius allega-
tis, & tradit Andr. *decis.105.n.13.*

Vlterius prohibitio huiusmodi non videtur abso-
lutè concepta quoad omnes personas, sed solùm,
quoad personas prohibitas, ponderando illa ver- 15
ba, *ò altra persona prohibita*, quæ denotant simili-
tudinem inter omnes, Alex. *cons. 76. num. 4. vers.
non obstant illa verba lib.4.* Osasc. *decis.167.num.7.*
Surd. *cons.21. num.14.* & ideo quoad alias personas
non videtur expressè prohibita, vt tradunt Alex.
cons.173.num.5.in fin.& num.6.lib.2. Ruin. *cons.213.
n.6.lib 1.* Rota *in Cesanaten. emphyteusis 14.Decembr.
2635.coram bon.mem. Merlino.*

Quod autem via executiua concessa à Statuto
pro dote, procedere possit etiam contra rem em-
phyteuticam, visum est satis subsistere, cùm non
fuerit actum super validitate inuestituræ, aut super 16
comprehensione, vel actione reali, sed super cre-
dito dotali, qui articulus est ab ipsa inuestitura,
& re emphyteutica satis alienus, itavt intret *decis.
296. num. 14. & seqq. part.5. recent.* maximè stante 17
paupertate agentis, quo casu non videtur æquum
attendere ad vnguem rigorem, & formalitatem
Iudiciorum, ad tradit. per Rot. *decis.72.num.7.p.1.
diuers.*

Et ita vtraque, &c.

Fanen. Prædij.

Lunæ 20. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

De expensis Iudicialibus taxandis, victo-
rique à condemnato per tres sen-
tentias Rotales conformes
restituendis,

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis victum in expensis condem-
nans, eum etiam in expensis primæ instantiæ
nulla quamvis de ea habita mentione condem-
nasse censetur.*

2 *Causa iusta litigandi à restitutione expensarum
excusare solet.*

3 *Sententiæ ex eisdem actis in Rota reuocatæ ab ex-
pensis excusare non possunt.*

4 *Tribunal Rotale instam causam litigandi sine ex-
pensis reficiendis non attendit.*

5 *Expensæ processales viua nuncupatæ, omnes atten-
dendo stylum Rotæ sunt reficiendæ.*

6 *Restitutio summæ in honorariis Aduocatorum &
Procuratorum erogatæ, secundum quantitatem
Iudici*

Iudici bene visam habita ratione requisitorum fieri debet.

7 *Quaestio quando est circa fines praedij, inspectio loci & euidentia rei plurimum iuuat.*

8 *Expensae iudiciales victori vti tales restitui debent.*

9 *Probatio impensae praeuio decreto Iudicis à quo non fuit appellatum facta, à parte approbata censetur.*

10 *Consequens qui vult, vult etiam antecedens necessarium ad illud.*

DECISIO CCLIX.

PETRO Paulo Leonardo petenti, taxari expensas contra Comitem Petrum Aloysium condemnatum per tres sententias conformes Rotales, reuocatorias aliarum duarum de partibus, obiiciebatur, expensas de partibus non deberi, vel saltem non in eadem quantitate contenta in listis pro dicto Leonardo exhibitis. Quare dubitaui an expensae praedictae debeantur, & pro qua sũma, & eas deberi fuit responsum in summa, de qua infra.

Quandoquidem quantum attinet ad primam inspectionem, nimirum, an expensae praefatae de-
1 beantur, certum est, eas deberi; quia, quando Iudex appellationis victum condemnat in expensis, illum condemnasse intelligitur, etiam in expensis primae instantiae, quamuis de expensis primae instantiae nullam fecerit mentionem, Felin. *in c significauerunt num. 7. de except.* Marsil. *in l patre, vel marito, num. 71. ff de quaestion.* Afin *in praxi iudic. §. 1. ampliat. 7.* Menoch *lib. 1. p. 4 numpt. 83. num. 1.* Castill. *decis. 86. num. 5. & 6.* quos & alios refert, & sequitur Giurb. *decis. 81. num. 1.*

Nec in praesenti releuat, quod primae duae sententiae de partibus fuerint propitiae dicto Comiti Aloy-
2 sio, qui propterea habuerit iustam causam litigandi, quae excusare solet à restitutione expensarum, *l. qui solidum § etiam ff. de legat. 2* vbi Bart. *num. 1. & in l. properandum §. sicut etiam in princ. C. de iudic.* Alex. *cons. 119. num. 12. lib. 1.*

3 Quia, cùm illae primae duae sententiae fuerint ex eisdem actis in Rota reuocatae, non sunt aptae ad excusandum ab expensis, vt ex Innoc. *in c. finem de dol. & contum.* & ex Ioan Monach. *in c cordi de appellat. verb. in expensis lib. 6.* in indiuidun fuit dictum *in decis. 10. de dol. & contum. in nou.* & declarat Vestr. *in praxi lib. 8. cap. 1. num. 10.* Nec aliàs nostrum Tribunal
4 attendit iustam causam litigandi ad effectum, vt videre est apud Caesar. de Graff. *decis. 5 n. 10. de restit. spoliat.* & apud Caffad. *decis. 1. n. 2. de rescript.* & sequitur Put. *dec. 246. lib. 1. & decis. 373. num. 2. lib. 1. in correct.* cum aliis eumd. per Addent. ad Buratt. *in decis. 921. num. 9.*

Quantum verò pertinet ad quantitatem expensarum, quae est secunda inspectio, Domini dixerunt, eas esse taxandas in scutis 120. monetae, quia ex listis
5 in actis exhibitis, apparet expensas processales, viae nuncupatae, vtpote registri, citationum, examinis testium, extractionum scripturarum, & similium, ascendere ad scuta 47. & b. 48. & propterea omnes sunt reficiendae, *l properandum §. sin autem C. de indic.* vbi Ias *num 14.* Rota *decis. 184. n. 1. part. 1. recent. & decis. 161. n. 2.* coram Vrgellen. Reliquae autem respicientes honoraria Aduocatorum, & Procuratorum, & accessum Iudicis Maceratae ad locum differentiae, vnà cum Notario, & famulo, licet in listis calculatae in maiori summa, moderatae fuerunt ad scuta 72. & b. 52. attendendo stylum Rotae in hac materia seruari solitum, id est de non decernenda restitutione totius summae erogatae in honorariis 6
Aduocatorum, & Procuratorum, sed tantummodo alicuius quantitatis Iudici bene visae, habita ratione requisitorum, de quibus in *l. 1. § in honorariis ff. de var. extraord. cognit.* Vestr. *in praxi lib. 8. cap. 1. n. 11.* & fuit dictum *in Lunen. Sarzanen. expensarum 18. Maij 1627.* coram bon. mem. Coccino, relata *in d. decis. 161. n. 3. in fin.* coram Vrgellen.

Nec haesitatum fuit, quin expensae factae pro dicto accessu ad locum differentiae, debeant quoque refici, quia cùm quaestio esset circa fines prae- 7
dij, plurimum iuuabat inspectio loci, & euidentia rei, *l. si irruptione 8.* vbi Gloss. *ff fin. regund.* Rota coram Gregor. XV. *decis. 575.* vbi quod talis probatio caeteris quibuscunque praefertur, & ideo dicitur actus necessarius, maximè cùm de eo fuerit habita ratio in decisione causae emissa sub *die 10. Decembris 1638.* coram Reuerendiss. D. meo Dunozet. Decano; vnde expensae eius occasione factae, dicuntur iudiciales, ac vti tales debent vi- 8
ctori restitui, ex notatis per Gloss. *in cap. statutum §. insuper verb. moderatas de rescript. in 6.* & in terminis similis accessus, dixit Rota *in Firmana Fontis 28. Nouembris 1612.* coram bon mem. Pirouano.

Vltrà quod sufficeret dicere, talem probatio- 9
nem fuisse à parte approbatam, dum Iudex praeuio decreto, mandauit fieri accessum, & ab hoc decreto non fuit appellatum, ex notatis in *l. ab eo C. quom & quan. Iud.* benè Giurb. *decis. 70. num. 12.* vbi plures concordantes allegat. Si igitur approbata fuit probatio proueniens ex accessu ad locum differentiae, approbata quoque censetur impensa eius occasione facta, iuxta vulgatam regulam, quod, qui vult consequens, vult etiam 10
antecedens necessarium ad illud, *cap. praeterea*, vbi Gloss. *verb. simpliciter de offic. deleg. l. cui iurisdictio*, vbi Bart. *in fin.* Ias *num. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.*

Et ita decisum, vna tantùm parte informante; altera saepe saepius citata, diuque expectata, ac informare non curante.

Aquilana Dotis Capellaniae.

Lun. 27. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

De sorte censuum pro dote Capellae assignatorum à Confraternitate Sanctissimae Trinitatis Ciuitatis Aquilae donataria vniuersali vigore testamenti praestandae, fructibus ad rationem quinque pro centenario solummodò taxatis.

Vide suprà *Decis.* 231.

SVMMARIVM.

1 *Causa ad A. C. tanquam Iudicem superiorem etiam absque clausula* quam & quas *aliisque solitis deuoluta, appellatio à diffinitiua totum negotium, ipsaque causa nullitatis etiam causam iniquitatis seu iniustitiae deuoluit.*

2 *Libello nouo in deuolutione causæ ad alium Iudicem opus est, vbi nedum sententia sed etiam acta primæ instantiæ nullitatis vitio subiacent.*

3 *Sententia prima non est nulla ex defectu citationis, parte de nullitate super qua petit prius pronunciari opponente.*

4 *Generalis oppositio non sufficit vt Iudex appellationis sententiam nullam firmare prohibeatur.*

5 *Donatarius vigore testamenti ad præstandam dotem condemnari non debet, hærede vniuersali non prius excusso.*

6 *Mobilia modici aut nullius valoris spatio longi temporis intercessi consumpta præsumuntur.*

7 *Notorietate insufficientiæ bonorum hæredis stante alia ipsius executione opus non est.*

8 *Res obligata quoties ab vno possidetur, ille solus nisi restituat in dolo & culpa esse videtur.*

9 *Donatarius vniuersalis factum donantis seruare tenetur, dum contra eum competunt actiones tam reales quàm personales quæ contra donantem exerceri poterant.*

10 *Donatario acceptante donationem qualificatam, vincula adiecta etiam bona prius purè donata afficiunt, quando de illis expressè disposuit donator.*

11 *Extinctio censuum ante motam litem vlteriori fructuum productioni resistit.*

12 *Citatione contra censuales in actione personali facta vitium litigiosi non contrahitur.*

13 *Extinctio censuum vt in fraudem facta dicatur, notitia litis à donatariis non citatis habita requiritur.*

14 *Alienatio bonorum litigiosorum ab eo qui non erat in lite facta valet.*

15 *Bulla Pij V. in creatione census pecuniam numeratam requirit.*
Secus tamen est in extinctione, ibid.

16 *Alternatiua aut electionem in contractibus debitori præbet.*

17 *Inuestimentum quando in stabilibus æquiualentibus fieri debet, ista æquiualentia quoad valorem proprietatis non aliter est intelligenda.*

18 *Valor fructuum stabilium per plenas & concludentes probationes probari debet.*

19 *Fides Officialis seu Cancellarij ad probandum valorem fructuum non sufficit.*

20 *Præsumptio quæ resultare à quantitate fructuum census solet super ipso fundo censuali cadit.*

21 *A valore vnius prædij ad valorem alterius non probata simili bonitate inferri non potest.*

DECISIO CCLX.

IN decisione huius causæ emissa coram me sub die 18. Iunij superioris anni confirmatoria alterius emanatæ sub die 1. Iulij 1641. coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha Panzirolo, firmatum fuit constare de re indicata sententiæ A. C. cõdemnantis Cõfraternitatem Sanctissimæ Trinitatis Ciuitatis Aquilæ donatariam vniuersalem Iuliæ de Rubeis, ad præstandam dotem Capellæ de qua agitur, vnà cum fructibus censuum à d. Iulia fundatrice hac de causa assignatorum, decursis à die motæ litis, eo quia dicta Confraternitas non prosecuta fuit appellationem intra decendium, prout debebat ad effectum vt sententia non transiret in iudicatum.

Verum d. Confraternitate non acquiescente, reproposui denuò causam super eisdem, & Domini standum esse in decisis responderunt quoad sortem dd. censuum pro dote Capellæ assignatorum, quo verò ad fructus esse recedendum.

Quantum enim attinet ad sortem, dixerunt d. sententiam posse sustineri, non obstantibus repetitis obiectis nullitatis & iniustitiæ: quia nullitas deducta ex eo, quod Iudex pronunciauerit prout in prima absque commissione continente clausulam, *quam & quas*, cessat ex facto, cùm A. C. ad quem vti ad Iudicem superiorem per gradum appellationis à sententia de partibus fuerat causa deuoluta, non pronunciauerit prout in prima, sed in secunda instantia, reuocando in primis sententiam de partibus tamquam nullam ex defectu citationis, & successiuè super iustitia pronunciando, quod profectò facere potuit, quia ad ipsum etiam absque clausulis, *quam & quas*, aliisque solitis apponi in commissionibus Iudicum delegatorum, appellatio à diffinitiua deuoluit totum negotium, & ipsa causa nullitatis deuoluit etiam causam iniquitatis, seu iniustitiæ, per ea quæ scribunt Franch. *in cap. dilecto 63. quæst. 10. num. 24. vers. circa primum de appellat.* & Bart. *in l. si expressum num. 14. in fin. & num 15. ff. de appellat.* & *in l. si vt proponis C. quomod. & quand. Iud.* & *in l. Iudex ff. de re iudic.* Crauett. *cons. 270. num. 7. vers. venio nunc*, & alij, quos refert & sequitur Scacc. *de appellat cap. 2. quæst. 11. num. 122. & 133.* Ægid *decis. 295.* quidquid sit in Iudice inferiori, ad quem ab vno tantùm articulo fuit appellatum, de quo loquitur Couar. *practic. quæst. cap 9. numer. 6.* 1

Nec ad hunc effectum opus erat nouo libello in præsenti casu, vbi solùm prima sententia erat nulla ex defectu citationis, licet secus esset dicendum si nedum sententia, sed etiam acta primæ instantiæ nullitatis vitio subiacerent, vt in terminis distinguunt Crauett. *in d. cons. 270. d. num. 7. circa medium vers. itaque si acta fiunt nulla*, & Natt. *cons. 571. num. 32.* sequendo Bart. *in d. l. si vt proponis C. quomodo & quando Iudex*, & *in l. cum querebatur ff. de re iudic.* benè Scacc. *d. quæst. 11. num. 134.* & in isto secundo casu procedit decisio Rotæ *in Perusina bonorum 29. Aprilis 1616.* coram Eminentissimo D. Cardinali Io. Baptista Pamphilio in contrarium allegata. 2

Non obstat quod hoc non procedat quando pars opponit de nullitate, super qua petit prius pronunciari, Cæsar de Grass. *decis. 9. num 8. de caus. possess. & propriet.* & fuit resolutum *in decis.* 06. *num.* 5. coram bon. mem Coccino inter eius impress. Quia Confraternitas non opposuit solùm de nullitate, sed insimul de iniustitia, & sic Iudex inhærendo instantiæ appellantis bene de vtroque simul cognouit, maximè quia debuisset appellans de nullitatibus particulariter, & specificè opponere, nec sufficit generalis oppositio ad hoc vt Iudex appellationis prohibeatur sententiam nullam firmare, ex cap. Iustitiæ, vt ex doctrin. Innocent. *in cap. Cum Bertholdus num. 5. vers. tamen satis videtur de sent. & re iudic.* & ex aliis tenuit Rot. *in decis. 171. n. 2. part. 2. recent.* & *in Toletana parietum 5. Nouembris*, 1605. coram bon. mem Cardinali Sacrato relat. per Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 176. num. 16 vers. requiritur tamen.* 3 4

Corruit etiam exceptio iniustitiæ contra d. sententiam 5

tentiam apposita ex eo, quod condemnet ipsam
Confraternitatem donatariam ad præstandam dotem Capellæ, de qua agitur, non excusso prius hærede vniuersali provt excuti debebat, Abb. *conf.* 102. *lib.* 2. Dec. *conf.* 137. *num.* 7. cum aliis allegatis per informantes, quia ex datis *in summario Gentilis Rectoris dictæ Capellæ sub num.* 5. apparet Confraternitatem apprehendisse possessionem omnium bonorum Donatricis, & Inuentarium ab hærede confectum, quod datur *in summario eiusdem Confraternitatis num.* 3. demonstrat ad d. hæredem peruenisse
6 solùm quædam mobilia modici aut nullius valoris, quorum aliqua spatio longi temporis intercessi præsumuntur consumpta, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 10. *num.* 40. *& conf.* 70. *num* 1. *lib.* 1. Paris. *conf.* 55. *in fin lib.* 2. Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *in decis.* 285. *num.* 3. *in fin* & coram Durano *decis.* 191. *num.* 11. *& decis.* 235 *num.* 2. *inter eius impress.* & ideò
7 stante notorietate insufficientiæ bonorum hæredis alia ipsius excussione opus non fuit, Bald. *conf.* 198. *lib.* 1. Roland. *conf.* 9. *num.* 20. *lib.* 1. Negusan *de pignor. part.* 8. *memb.* 1. *num.* 14. Corn. *conf.* 46. *col. penult lib.* 2. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusin.* 45. *num.* 15. & fuit dictum *in Bononien. Pecuniaria* 17. *Iunij* 1641. *coram me.*

Quod eò magis venit dicendum in præsenti, quia census, de quibus agitur donati Capellæ, fuerunt possessi à Confraternitate, quæ propterea potest in totum conueniri etiam actione personali,
8 nam quoties res obligata ab vno possidetur, ille solus videtur esse in dolo, & culpa, nisi restituat, vt bene Bald. *in l pro hæreditariis, C de hæredit. action. num* 10. quem sequitur Bart. *in l.* 4. *§. Cato num.* 3. *in tertia appositione, ff. de verbor. obligat.* & hanc opinionem continere maximam æquitatem dicit Ias. *in dict. l.* 4. *§. Cato num.* 67. eamque secuta est Rota *in Romana Vineæ* 4. *Iunij* 1641. coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronymo Verospio. Vnde fit, quod dum Donatrix in vniuersali donatione facta ad fauorem Confraternitatis sibi reseruauit ducatos 1500. ad effectum de illis liberè disponendi, & de eis postea disposuit ad fauorem dictæ Capellæ, assignando ei tot census, iure merito fuit eadem Confraternitas condemnata ad eorum præstationem ex
9 iuribus mox allegatis, etiam quia donatarius vniuersalis tenetur seruare factum donantis, adeò quod contra eum competunt actiones, tam reales, quàm personales, quæ contra donantem poterant exerceri, Guilielm. Benedictus *in cap. Raimutius vers. cætera bona num* 46. *de testam.* Cels. Vgo *conf.* 13. *num.* 22. Gerius Spinus *conf.* 75. *num.* 33. *& seqq.* Molphes. *ad consuetud. Neapolit. part.* 3. *de success. ex testam. quæst.* 8. *num.* 21. Rota *decis.* 135. *num.* 10. *p* 7. *recent.*

Nec prædictæ Confraternitati suffragari potest creditum anterius annuorum scut. 25. desumptum ea particulari donatione eidem Confraternitati per eandem donatricem anteà facta; tum quia bona donatricis vtriusque dispositionis satisfactioni sufficiunt, cùm in solis censibus reddant annuatim scuta 165. provt est in confesso, tum & quia dicta quoque scuta annua 25. longè prius purè donata Confraternitati, sunt obnoxia posteriori dispositioni horum censuum factæ ad fauorem Capellæ in executionem facultatis disponendi de dd. scutis 1500. reseruatæ donatrici in donatione vniuersali, & ab eadem Confraternitate acceptatæ; quoties enim
10 Donatarius acceptat donationem sic qualificatam, vincula adiecta afficiunt etiam bona prius purè donata, quando de illis donator expressè dispo-
suit, vt bene distinguit Franc March. *decis.* 129. *num.* 2. *& seqq.* relat. a Fontanell. *de pact nuptial. tom.* 1 *claus.* 4 *gloss.* 5. *num.* 31. *& seqq* Peregrin. *de fideicommiss art.* 6. *num* 48. Surd. *decis.* 93. *per tot.* & dicitur expressè disposuisse, si id egit in vim facultatis disponendi sibi reseruatæ in donatione, & præter bona à Donatario possessa non superest vnde talis dispositio adimpleatur, vt in puncto Capice. Latro *decis. Neapolit.* 44. *num* 26. vbi allegat concordantes, & signanter Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit* 8. *n.* 30.

Quo verò ad fructus dd. censuum dictum fuit
non deberi Capellaniæ, quia ante motam litem 11
præcesserat eorundem censuum extinctio quæ resistit vlteriori fructuum productioni, Caputaq. *decis.* 103. *part.* 1. Rota coram Canaler *decis.* 651. *n* 5. *& in decis.* 13. *num.* 1. impress. post addit. Cenc. *post tract. de censib.*

Absque quod obstet citatio facta per Iosephum Rectorem Capellæ contra debitores censuales ad soluendum, vnde dicebatur contractum vitium litigiosi, & extensionem secutam fuisse in fraudem Capellaniæ, maximè cum pro redemptione censuum non fuerunt numeratæ pecuniæ, sed data bona stabilia in solutum sub vnica die à diuersis debitoribus coram eodem Notario, & testibus. Quia
citatio facta contra censuales erat in actione perso- 12
nali, in qua non contrahitur vitium litigiosi, *Authent. litigiosa, C. de litigios.* Couarruu. *pract. quæst. cap.* 15. *num.* 6 Roman. *conf.* 270. *in princip.* Rota *dec.* 3. & ibi Adden. *vt lite pend. in non.* & *in dec.* 764. *n.* 4 *p.* 2. *recent.*

Neque probatur, quod Confraternitas, quæ in
d. lite non fuit citata habuisset illius notitiam, sicuti 13
requiritur ad hoc, vt extinctio possit dici facta in fraudem, *ad l. qui autem, §. hoc edictum, ff. de his, quæ in fraud* cum aliis relatis per Rotam *in dec.* 450.
num. 3. 4. *&* 5. coram Buratt. cùm aliàs valeat alie- 14
natio bonorum litigiosorum facta ab eo, qui non erat in lite, vt probat text. *in l.* 1. *ff. de litigiosis in* 2. *respons.* & notat ibi Gloss. *verb. non poterat Angel. in Authent. de litigios. num.* 3. Rot. *decis.* 228. *num.* 16. *part.* 7. *recent.* nec vlla vis fieri potest in comparitione Confraternitatis postea secuta, vel in lite mota inter ipsam Confraternitatem & dictum Iosephum Rectorem, quæ fortè est in actione reali; quia hæc omnia subsecuta fuerunt sub diebus 30. Iulij & 16. Octobris 1632. & sic post censuum extinctionem.

Circumscripto autem vitio litigiosi, aut vera scientia litis, nihil refert, quod Confraternitas loco pretij censuum receperit insolutum bona stabi-
lia; quia licet in creatione census ex forma Bullæ 15
Pij V. requiratur pecunia numerata, secus tamen est in extinctione, vt fuit decisum *in Romana census* 7. *Februarij* 1607. coram bon. mem. Ottembergo, & *in Prenestina census* 25 *Iunij* 1632. coram bon. mem. Coccino, quæ est *decis.* 148. *n.* 2. *& seqq. p.* 6. *recent.*

Provt nec fructus dd. censuum prætendi possunt vigore oneris iniuncti à donatrice, quod scilicet pretium censuum reinuestiretur in aliis censibus, aut bonis stabilibus æquiualentibus; Quia non ideo Confraternitas tenetur ad fructus censuum, cùm potuerit inuestire in stabilibus vigore alterna-
tiuæ (*aut*) quæ in contractibus præbet electionem 16
debitori, *l. plerumque in fin. ff. de iure dot.* Rot. *decis.* 203. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* Adden ad Gregor. XV. *in decis.* 435. *num.* 13. quidquid esset dicendum, si copulatiuè de vtroque inuestimento donatrix locuta

Tt 3 fuisset,

fuisset. mandando, vt primò fieret in censibus, & secundò in stabilibus, in quibus terminis loquitur *decis.203.n.14.p.6 recent.*

17 Nec ex eo quod inuestimentum fieri debebat in stabilibus æquiualentibus, dicendum est quod fructus stabilium sint taxandi ad rationem decem pro centenario, sicuti ad hanc rationem debebantur fructus censuum, quia hæc æquiualentia debet intelligi quoad valorem proprietatis, vt dixit Rota *in decis. 388.n.1.*corã S.mem Gregor.XV.adeò quod respectu fructuum obligatio succedat ad eos qui ex stabilibus percipi solent, nempè in scutis quinque pro quolibet centenario, iuxta æstimationem gloss. *in authent.praterea C. de sacros. Eccles.*passim à Rota receptam, vt *in decis.155 n.18.part.6.recent.*

Demum non releuat fides extraiudicialis Notariorum Ciuitatis Aquilæ, in qua illi attestantur in dicta Ciuitate maiorem partem annuorum reddituum emi ad rationem decem pro centenario, quia non inde bene probatur fructus stabilium, de quibus agitur ascendere ad d. rationem decem pro
18 centenario, cùm valor ad hunc effectum requirat plenas, & concludentes probationes, vt dicitur de valore beneficij expressi per assensum, Rota *decis.380.& decis.38 t.n.2. & 3.part.1.diuers.* & *decis.444.n.1 p 1. recent.*nec ad probandum valorem
19 fructuum sufficit fides officialis, seu Cancellarij, vt dixit Rot. *in decis. 452. num.3.* coram Durano, &
20 præsumptio, quæ resultare solet à quantitate fructuum census, iuxta *decis.19.n.11. post Modern. de marzeiu.*cadit super ipso fundo censuali, non autem super aliis terris datis in solutum pro pretio census,
21 de quibus nunc agitur: non enim à valore vnius prædij potest inferri ad valorem alterius non probata similí bonitate, vt *in l.2.C de rescind.vendit.*notant Odofred.*n.8.vers.vel probabit quod alia*,& Bart. *n* 19 quos & alios refert & sequitur Rota *decis. 468 n.7.coram Burat.*

Ex quibus vtraque parte audita conclusum fuit standum esse in decisis quoad sortem dd. censuum, quo verò ad fructus recedendum, taxando eos ad rationem quinque pro centenario dumtaxat, iuxta opinionem dictæ Gloss. *in authen. praterea C. de sacros. Eccles.*

Bononien. fideicommissi de Bologninis.

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

De attentatis quoad fideicommissum vniuersale commissis, decisionibus prioribus stante earum conformitate circa fideicommissum particulare in suo vigore remanentibus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* ita tamen *formam præcisam inducit.*
2 *Sententiae ratione mixturæ effici appellabiles in totum etiamsi earum capitula possunt dici separata, in quibus casibus procedit.*
3 *Sententia continens clausulam* deductis deducendis *prout de iure intelligitur.*
4 *Sententia circa detractione nihil determinatè canonizans sed solùm quod fiant quatenus de iure fieri debeant, ratione mixturæ non dicitur appellabilis etiamsi implicata complicatio adsit.*
5 *Condemnatio per capitula separata concepta, executionem sententiarum quoad reliqua non retardat.*
6 *Sententia licet dici possit appellabilis quoad fideicommissum vniuersale, non tamen idem quoad particulare est dicendum.*
7 *Fideicommissarius generalis simul & particularis quando est, hæres grauatus super quo corpore detractiones facere velit eligere potest, cùm nullum exinde fideicommissario præiudicium fiat.*
8 *Clausula* ita tamen *stante, quam Iudex iure merito apponere potuit cùm de debito detractionum liquidò non constaret, immissio retardari non debet.*
9 *Hærede grauato Inuentarium non conficiente & plura corpora hæreditaria alienante, detractiones in bonis alienatis consumptæ præsumuntur, donec contrarium ex aduerso probetur.*
10 *Relatione ad testamentum stante omnia corpora fideicommissi particularis in eo specificata in ipsa sententia expressa censentur.*
11 *Sententia quando dat immissionem nominatim super principalibus corporibus distinctis & non sub nomine collectiuo, tot dicuntur sententiæ quot corpora.*
12 *Sententia respectu fideicommissi particularis nullum nouum grauamen inferens appellationem non admittit.*
13 *Detractiones restitutionem fideicommissi ab hærede grauato faciendam regulariter præcedere debent.*
14 *Cautio pro detractionibus quoad fideicommissum particulare cùm parti afferat vtilitatem, sententia ab eadem impugnari non potest.*

DECISIO CCLXI.

ETENTIBVS Palmeriis præuiis tribus decisionibus expeditionem mandati de manutenendo in possessione bonorum Ioannis Mariæ de Bologninis, se opposuerunt illi de Bologninis dicentes fundamenta dictarum decisionum non subsistere, & præcipuè in ea parte, quâ firmatur eorundem Bologninorum possessionem esse attentatam, etiam quoad bona particulari fideicommisso subiecta. Quamobrem concessa per Dominos noua audientia, reproposui causam super eisdem, & hodie responsum fuit constare quidem de attentatis quoad fideicommissum vniuersale, sed non quoad fideicommissum particulare, & in hanc conformitatem esse declarandas præcedentes decisiones.

Quantum enim attinet ad bona fideicõmissi vniuersalis, non fuit reuocatum in dubium, quin adsint attentata; nam licet possessio dd. Bologninorum adepta fuerit præuiis duabus sententiis canonizantibus fideicommissum dicti Io. Mariæ ad eorum fauorem, quæ ex dispositione Statuti Bononien. non admittunt appellationem, propterea città vitium attentatorum videbantur exequi posse. Quia tamen Statutum loquitur de duabus conformibus, quales non sunt sententiæ præfatæ, cùm prima supponendo detractiones fuisse factas, concedat

cedat immissionem purè, ac simpliciter, altera verò sub conditione, (detractis detrahendis) non poterat ad exequutionem deueniri nisi prius liquidatum fuisset, an, & quid detrahendum foret ex latè deductis in præcedentibus decisionibus emanatis tam coram bon.mem.Merlino, quàm coram me, quæ ad saturitatem satisfaciunt omnibus obiectis, aliàs pro parte illorum de Bologninis allegatis, & hodie repetitis.

Quò verò ad bona subiecta fideicommisso particulari, dictum fuit cessare attentata, quia in his sententiæ sunt conformes, cùm ambo concedant immissionem simpliciter; & quamuis secunda in alio capitulo separato loquente de fideicommisso vniuersali, mandauerit fieri detractiones etiam ex bonis fideicommissi particularis, quatenus bona fideicommissi vniuersalis non sufficerent, attamen immediate subsequuntur verba illa, (*ita tamen quod interim non retardetur immissio in possessionem bonorum in dicto testamento descriptorum*,) quæ sunt bona fideicommissi particularis, adeò quod si pars velit hanc particularem immissionem retardare, prædicta conditio (detractis detrahendis) habetur pro 1 non apposita, sicuti demonstrat clausula (ita tamen,) quæ formam præcisam inducit, Ioan. Baptista Costa de clauf. conuent. clauf. 149. num. 4. Ossasch. decis. 128. num. 6 Buratt. decis. 14. num. 3. & præcedentem dispositionem in casu contrario limitat ac determinat l. ita tamen 27. ff ad Trebell. l. vbi adhuc 29. vers. ita tamen. C. de iur. dot. Surd. cons. 475. num 7. Seraphin. decis. 447. num. 2. Burat. decis. 161. num. 14.

2 Nec obstat, quod sententiæ contineant mixturam, cùm declarent, an detractiones sint factæ, vel sint faciendæ, cuius propterea mixturæ ratione efficiantur appellabiles in totum, etiamsi earum capitula possint dici separata, Rot. decis. 221. num. 3 & seqq. part 4 recent & decis. 212 num. 3. coram Buratt. Quia huiusmodi conclusio procedit in suis terminis, nempe quando sententia continet explicitè canonizationem alicuius iuris petitorium respicientis, puta iurispatronatus, vt in d. decis. 212. coram Boratto; vel quod mandet solui certam pecuniarum summam pro detractionibus, in eaque imputari bona vendita; tunc etenim videretur canonizare instrumenta venditionum, vt aduertit Rot. in d. decis. 3 221 num. 3. & 4 part. 4. recent. sed in casu proposito neutro modo applicari potest, cùm secunda sententia cõtineat solum clausulã (deductis deducẽdis,) quæ intelligitur, provt de iure, ad notat. per Bart. in l. Centurio num 25. vers. idem puto ff de vulg. Alex. cons. 119. num 5. vol. 1. Surd cons. 127. num. 46. Ludouicus à Peguera decis. 179. num. 2. Rot. decis. 167. num. 4 26. & 27. part. 6. recent. & ideo cùm nihil canonizet determinate circa detractiones, sed solùm, quod fiant, quatenus de iure fieri debeant, hoc non sufficit, vt ratione mixturæ illa possit dici appellabilis etiamsi adsit implicita complicatio, Seraph. decis. 603. num. 1. Rot penes Pacific. de Salmazo decis. 236. num. 4. & seqq. Adden ad Gregor XV. decis. 232. num. 6. vbi alios concordantes allegant.

Neque mixtura desumi potest ex condemnatione fructuum facta in dictis sententiis à die motæ litis, pro quibus fieri non poterat executio, quia cùm condemnatio prædicta fuerit concepta per ca- 5 pitula separata, non retardat exequutionem sententiarum quoad reliqua, Contard. in l vnica limit. 1. num. 14 & seqq C. si de moment. possess. Vestr. in prax. lib. 7. cap. 3. n. 8. Scac. de appell. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. num. 35. Crescent. decis. 5. appell quicquid sit, quando sub vnico cap. tota sententia clauditur, vt declaratur in decisione 297. num. 13. post Modern. de manutenen.

Vnde etiam fit, quod licet sententia possit dici ap- 6 pellabilis quoad fideicommissum vniuersale, non tamen idem dicendum sit quoad particulare, quia dum de vtroque loquitur per capita separata, vnum non influit in aliud, & tot dicuntur sententiæ, quot capita, Felin. in cap. inter num. 6. vers. fallit primo de re iudic. Rot. decis. 33. n. 9 part. 2. diuers. & decis. 427. num. 2. part. 2. recent. Adden. ad Greg XV. in decis. 552. num. 6.

Minus releuat iniustitia fundata in eo, quod secunda sententia mandet fieri detractiones super bonis fideicommissi particularis solùm in subsidium, cùm tamen vbi idem est fideicommissarius genera- 7 lis scilicet, & particularis, eligere possit hæres grauatus super quo corpore velit facere detractiones, eo quia nullum fit præiudicium fideicommissario, qui vel in vno, vel in alio corpore pati debet detractiones fieri, Castren. cons. 247. num. 4. vers. tunc autem lib. 1. Gabr. cons. 138. num. 29. & 3 lib. 2. qua iniustitia stante dicebatur non esse locum statuto de duabus conformibus.

Quoniam placuit responsio, nempe quod mentio detractionum habetur pro non facta respectu fideicommissi particularis, ad effectum retardandi super eo immissionem, stante appositione dictæ clausulæ *ita tamen*, vt supra fuit ponderatum, quam 8 clausulam iure merito potuit Iudex apponere, cùm liquidò non constaret de debito detractionum, quo casu non debet retardari immissio, Marzar. de fideicommiss. part. 2. quæst. 66. vers. & vlterius post med. Caualer. decis. 573. num. 3. Rot. decis 47. num. 13. part. 5. rec. Illiquiditas autem apparet ex eo, quod hæres grauatus non confecit inuentarium, & plura corpo- 9 ra hæreditaria alienauit, itavt detractiones præsumantur consumptæ in his bonis alienatis, donec contrarium exaduerso probetur, Peregr. de fideic. art. 39. num. 14. Rot. d. decis. 47. num. 9. & dec. 77. num. 24 & 3 part. 3. & decis. 126. num. 28. part. 7. recen. & fuit dictum in Verulana fideicommissi 22. Iunij 1640. & 21. Iunij 1641. coram. R P. D. meo Bichio, quæ quidem præsumptio potuit admitti in iudicio plenario immissionis, licet reiiciatur in summarijssimo manutentionis, vt benè distinguit Rota decis. 35. n. 5. & 6 part. 6. recent.

Provt nec aduersantur duo excessus allegati per informantes pro Palmeriis, siquidem primus desumptus ex eo, quod secunda sententia contineat duo prædia non contenta in primo, cessat ex lectura ipsius secundæ sententiæ, quæ se refert ad bona in testamento descripta, & in testamento sunt nominatim specificata omnia corpora fideicommissi particularis, & ideo stante dicta relatione ad 10 testamentum, perinde est, ac si eadem corpora specificata, & expressa fuissent in ipsa sententia, l asse toto ff de hæred instituen. Paris. cons. 16. num. 5. & 8. lib. 2. Caputaq. decis. 204. num. 4. part. 1. Rot. decis. 592. n. 4. p. 2 recent. quando autem sententia dat immissio- 11 nem nominatim super principalibus corporibus distinctis, & non sub nomine collectiuo, tot dicuntur sententiæ, quot corpora, adeò quòd dato excessu in aliquo corpore non vitiatur immissio in totum, Rota decis. 357. num. 2. & 3. post Modern. de manut.

Alter verò excessus deductus ex eo quod Bologinini habuerint ab illis de Claris tertiam partem bonorum, de quibus agitur, & postea vltro obtinuerint

rint immiſſionem pro alia medietate, & ſic conſecuti fuerint portionem maiorem ea,quæ ſibi debebatur,nullibi inſiſtebatur in facto, & propterea non fuit habitus in conſideratione.

Sublata igitur ex prædictis diſſormitate, ac iniuſtitia primarum duarum ſententiarum, dixerunt Domini non eſſe immorandum in exceptionibus adductis contra tertiam ſententiam Altouiti, quia eſt merè executoria duarum præcedentium; &

12 cùm reſpectu fideicommiſſi particularis nullum nouum grauamen inferat, ſed iuxta præcedentes ſententias reguletur, non admittit appellationem, *l.ab exequutore, C. quor. appell. non recip.* Surd. *conſ.271.num.14 & conſ.358.num 12.* Roland. *conſ. 43.num.5.lib.1.*Grat.*conſ.109 num.3.lib.1.* Beto.*conſ. 106.num 10 lib.3.* Rota *deciſ.100.num.13 part.1. diuerſ.& deciſ.610.num.2 part.1 rec.*

Nec nouum grauamen reſultare poteſt ex eo, quod mandat dari cautionem pro detractionibus,

13 quæ regulariter debent præcedere reſtitutionem fideicommiſſi faciendam ab hærede grauato, Gloſſ. communiter recepta *in l.vlt. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*Peregr *de fideicom.art.50.num 83.in fin.* Fuſar. *de ſubſtit.quæſt 672.num.1.& ſeqq.* Quia hoc procedit quoad fideicommiſſum vniuerſale, non autem quoad particulare, quod Bolognini conſequi poterant ex ſuperius ponderatis,non obſtante exceptione detractionum,imò dicta cautio quoad fideicommiſſum particulare attulit vtilitatem Palmeriis, qui propterea non poſſunt exinde ſententiam impugnare,iuxta conſ.Surd 112. *num 17.& ſeqq.* & fuit dictum *in Anconitana cenſus 30 Ianuarij, & 10. Nouembris 1640.coram bon.mem.Pirouano.*

Et ita vtraque, &c.

Meleuitana Bonorum,

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum Patris licet abſque integra ſolemnitate conditum, vti factum inter liberos ſuſtinetur, omiſſo ſecundo fundamento ex priuilegio militari ex allegatis non ſubſiſtente deſumpto.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum inter liberos factum & à Patre coram teſtibus ſcriptum & ſubſcriptum,cum clauſula generali ſignificante voluntatem ſeruandi ea quæ dixerat & ſcripſerat, iure val dum cenſetur.*

2 *Teſtes dum conficitur teſtamentum præſentes ſaluari debent,etiamſi alter neget alios fuiſſe præſentes, alter verò affirmet.*

3 *Voluntates vltimæ quantum fieri poteſt coadiuuandæ ſunt & ſuſtinendæ niſi contrarium perneceſſe, & concludenter probetur.*

4 *Scriniarij non gaudent priuilegio militari in confectione teſtamenti niſi in loco hoſtili de tempore confectionis reperiantur.*

5 *Scriniariis & aliis Paganis priuilegium militare communicatur,in quantum in loco hoſtili & procinctu conſtituti periculum ſubeunt.*

6 *Scriniarij ceſſante periculo iuxta leges Paganis præſcriptas teſtari tenentur.*

7 *Milites priuilegiati quamuis ſint in expeditione, extra locum hoſtilem & aciem ſaltem coram duobus teſtibus rogatis teſtari tenentur.*

8 *Locus hoſtilis eſt ille in quo hoſtes adſunt & bellum geritur.*

9 *Scriniarij quando non ſunt in bello iure militari teſtari non poſſunt.*

10 *Barbaros Piratas in aliquo loco frequentes eſſe non ſuffragatur teſtamentum militis, niſi tempore conditi teſtamenti eos adfuiſſe probetur.*

11 *Circumuentus ab hoſtibus dicitur qui effugere non poteſt.*

Stare in procinctu quid ſit, ibid.

DECISIO CCLXII.

ESPONDERVNT Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis,qua declaratum fuit teſtamentum Cæſaris ſuſtineri, quia conſtat de eius validitate, & iuſtitia.

Validitas namque apparet ex reuolutione proceſſus,vbi conſtat ſeruata fuiſſe omnia requiſita recenſita in vulgata deciſione Caputaq.160.*part.2.*& iuſtitia probatur ex deciſionibus in cauſa factis ſub diebus 11. Aprilis 1639.& 22 eiuſdem menſis 1641. coram bon.mem.Merlino.

Quarum primum fundamentum Dominis placuit,nempè quod dicti Cæſaris teſtamentum ſuſtineatur tanquam factum inter liberos, etiam quoad 1 legatum relictum Mariæ vxori, licet abſque integra ſolemnitate fuerit conditum,quia eſt ſcriptum, & ſubſcriptum ab ipſo Cæſare Patre, qui coram duobus teſtibus declarauit id ipſum,quod in eodem teſtamento ſcripſerat, & in fine appoſuit clauſulam generalem ſignificantem voluntatem ſeruandi ea, quæ dixerat,& ſcripſerat, iuxta diſpoſitionem Textus in §. *nos igitur verſ. ſi tamen Authen. de teſtam. imperfect. collat.*8. Anton. Gomez *in l. 3. Tauri n.58. verſ.tamen intellige,*Molin. *de iuſtit.& iure diſp.128. verſ.illud etiam,* cum aliis pluribus relatis in prædictis deciſionibus.

Quibus non aduerſatur, quod aliqui teſtes dicant,teſtatorem eiici feciſſe omnes è cellula in qua iacebat,dum confecit teſtamentum; vnde inferebatur ad contrarietatem, & falſitatem teſtium, quaſi quod impoſſibile ſit adfuiſſe teſtes in publicatione teſtamenti,ſi omnes adſtantes teſtator e cellula eiici iuſſerat.Quia,vt bene reſpondit ſecunda deciſio, ad euitandum teſtium periurium, eiectio præfecta intelligenda eſt de aliis omnibus,qui ibidem adſtabant otioſi, & qui potius impedimento erant teſtatori, non autem debet verificari in Capellano Triremis, qui teſtatorem morti proximum ad fruitionem cæleſtis patriæ hortabatur,nec in alio,qui ipſi atramentum apponebat, vt teſtamentum ſcriberet, prout in fortioribus terminis quod ſaluari debeant 2 teſtes,ſi alter neget alios fuiſſe præſentes,alter verò affirmet,tradunt Bart.*in l.1.§.ſi quis neget ſub num 6. verſic.ad contrarium ff.quemadmodum teſtam. aperiant.* Iaſ.*in l. 3.§.iurare num.21.ff.de iureiuran.*Angel *conſ. 275.num.5.verſ.non obſtat.*Corneus *conſ.101. num.1. lib.4.*Cirinc.*controu.*407. *num.*149. & fuit dictum *in Romana alimentorum 28.Martij 1640.coram R P D. meo Bichio.*

Idque eò magis venit dicendum fauore vltimarum voluntatum, quæ coadiuuandæ, & ſuſtinendæ 3 ſunt quantum fieri poteſt, niſi contrariũ perneceſſe &

& concludenter probetur, Alex. *conf.* 33. *num.* 15. *lib.* 3. & fuit dictum *in Regien. hæreditatis* 20 *Aprilis* 1637. *coram bon. mem. Coccino*, cùm nihil sit quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, vt inquit Imperator *in l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles.* latè Spino. *de testam. p.* 1. *Rubrica num.* 16. *cum pluribus seqq. fol. mihi* 11.

Secundum verò fundamentum, quo in prædictis decisionibus firmabatur testamentum præfatum posse quoque sustineri ex priuilegio militari, eò quòd Cæsar testator esset scriba triremis, non vi-
4 sum fuit solidum, quia scriniarij non gaudent priuilegio militari in factione testamenti, nisi reperiantur in loco hostili de tempore confectionis, vt declarat Gloss. *in l. scriniarios, C de testam. milit.* vbi Donell. *n.* 4. §. *final. ff. de testam. milit. l. vnica, ff. de bon. poss. ex testam. milit.* Iul. Clar. *lib.* 3. *sent.* §. *testam. quæst.* 15. *num.* 5. & hoc suadetur summa ratione,
5 quia in tantum Scriniariis, & aliis Paganis communicatur priuilegium militare, in quantum subeunt periculum in loco hostili, & in procinctu conflictus, vt ait Paris. *conf.* 32. *num.* 25. vbi quod illis priuilegium conceditur ob necessitatem, &
6 periculum *lib.* 2. aliàs periculo cessante ipsi iuxta leges Paganis præscriptas testari tenentur, vt expressè decidit text. *in dict. l. scriniarios, C. de testam. milit.* ne alioquin essent melioris conditionis gaudentes priuilegio per communicationem, quàm
7 ipsi milites priuilegiati, qui extra locum hostilem, & extra aciem quamvis sint in expeditione tenentur testari, saltem coram duobus testibus rogatis, Gloss. communiter approbata *in dict. l.* 1 *ff. de testam. milit.* Guttier. *in l. nemo potest num.* 265. *de legat.* 1. Menchac. *de success. creat.* §. 24. *num.* 15. & 18. Velasq. *consul.* 104. *num.* 16. Gabriel *conf.* 100. *num.* 3. & *seqq. lib.* 1.

Cùm igitur Insula Sancti Petri, vbi classis maritima appulerat tempore conditi testamenti, non esset locus habilis, vt deponunt testes, asserentes insulam prædictam subesse dominio Maiestatis Regis Catholici, ibique milites per plures dies commoratos fuisse otio, & cantibus vacantes, nullatenus Cæsar Scriba Triremis poterat testando gaude-
8 re priuilegio militari, quia locus hostibus ad hunc effectum dicitur ille in quo hostes adsunt, vel bellum geritur, vt in puncto inter milites, & scriniarios distinguit Alberic. *in l. milites* 45. *num.* 4.
9 *vers. ipse autem*, vbi quod si hi non sunt in bello non possunt testari iure militari, Rip. *in l. centurio num.* 11. vbi loquitur in specie de classe maritima, & ait priuilegium competere, si moriantur in bello nauali, *ff. de vulgar. & pupillar* ex text. *in dict. l. fin.* ibi; *si in hostico deprehendatur, & illico decedat, ff. de testam. milit.* Angelus *in l. quod constitutum num.* 4. ibi; *si testantur in actu belli, ff. eodem*, sequitur Simon. de Pret. *vltim. volunt. interpret.* 2. *dub.* 1. *solut* 8. *num.* 7. *lib.* 3. Franc. de Barry. *de testam. milit. num.* 6 Paris. *d. conf.* 32. *num.* 25. *lib.* 2. Magdalen. *de num. test. part.* 2. *cap.* 28. *n.* 67.

Adeò quod non sufficiat, quod testes dicant in
10 dicta Insula Sancti Petri frequenter adesse Barbaros Piratas, nisi probarent eos adfuisse tempore conditi testamenti, itavt necesse esset stare semper in procinctu, vt notat Conan *Commentar. iur. ciuilis lib.* 9 *cap.* 5. *in fin.* Donell. *in dict. l. scriniarios num* 4. *C. de testam. milit.* vbi dicitur locum hostilem esse illum, qui ab hostibus occupatur, & *sub num.* 5. asseritur in hostico diei deprehensum, qui in con-
flictu ita circumuentus sit ab hostibus, vt effugere 11
non possit, & stare in procinctu dicitur, quando est in puncto ipsius congressus, & propè concinentibus tubis, vt bene explicat Franc. de Barry. *dict. tract. de testam. milit. n.* 4. *vers. nam in acie.*

Quare Domini dixerunt Testamentum Cæsaris sustineri vti factum inter liberos, & consequenter sententiam Rotalem esse confirmandam ex hoc primo fundamento dumtaxat, omisso secundo desumpto ex priuilegio militari tanquam non subsistente ex allegatis.

Et ità vna tantùm, &c.

Vlixbonen. nullitatis Professionis.

Lunæ 11. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

An professio licet per metum emissa per superuenientem ratificationem valida dici possit, nouo consensu Monialium non interueniente.

SVMMARIVM.

1 *Consensus vtriusque partis pro perfectione contractus inter Moniales & ratificantem sufficit, licet modò vna & post aliquod tempus altera consentiat, dummodò prior in suo consensu perduret.*

2 *Acceptatio seu admissio Nouitia ad profitendum fit à Nouitiis capitulariter congregatis, antequam ipsa Nouitia ad actum eiusdem professionis accedat.*

3 *Ius quando stat in tempore præciso admissionis ad professionem, illud per profitentem concludenter probari debet.*

In quo casu dictum vnius testis ex alio declarari non potest, ibid.

DECISIO CCLXIII.

BINÆ in hac causa emanauerant decisiones super negocio principali, in quarum prima firmatum fuerat Professionem Franciscæ Coronellæ licet ab initio per metum emissam, reualidatam tamen fuisse per superuenientem ratificationem factam per eam coram Vicario, Notario, & testibus in illis verbis, ibi; *quamvis Monialis non esset hodie Monialis esse volebat*; & in secunda responsum fuerat pro inualiditate professionis eo præcipuè fundamento, quia post præfatam ratificationem non interuenit nouus consensus Monialium prout requiri dicebatur, dum ipsæ ab initio sciebant nullitatem professionis. Cùm autem hodie quæsitum fuerit, an sit standum in primo, vel secundo loco decisis, Domini decreuerunt recedendum esse ab vltimo loco decisis.

Moti ex eo, quod quatenus etiam esset vera conclusio in vltima decisione firmata, nempe quod data scientia nullitatis professionis in Monialibus, vsque ab initio requireretur earum nouus consensus pro validanda subsecuta ratifi-

catione, in quo articulo hodie, nec minus fuerunt concordes; in omnem euentum ſubiungebant in præſenti, nullibi conſtare de tali ſcientia Monialium ſaltem de tempore, quo ipſæ capitulariter præſtiterunt conſenſum ſuper receptione dictæ Franciſcæ ad profitendum, de quo tempore ex parte earum orta fuit obligatio, licet expectarent acceptationem ex parte profitentis conſummādam in
1 ipſo actu profeſſionis; Siquidem ad hunc effectum pro perfectione contractus ſufficit vtriuſque partis conſenſus, licet modò vna, & poſt aliquod tempus altera conſentiat, dummodo prior in ſuo conſenſu perduret, quod præſumitur niſi contrarium probetur, vti explicat Aleiat. *in l.* 1. §. *qui præſens num.* 10. *verſ. non obſtat*, *& ſeqq. ff. de verbor. obligat.* Felin. *in conſ.* 39. *num.* 3. *in fin. & ſeqq.* Alex. *conſ.* 146. *num.* 15. *vol.* 5. & alij quamplures quos refert, & ſequitur Surd. *in conſ.* 364. *num.* 48. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 22. *n.* 3. *& ſeqq.*

Prætenſa igitur ſcientia non poteſt probari ex proteſtatione facta per Franciſcam, quando incedebat ad profitendum adſtantibus, & audientibus Monialibus coram Sanctiſſimo Crucifixo in Choro exiſtente, ſcilicet quod idem Crucifixus bene ſciebat ſe non propria voluntate, ſed per metum Patris eſſe profeſſuram; quia omiſſo quod dicta proteſtatio non probatur intellecta ab omnibus Monialibus, cùm aliquæ deponant ſe neſcire talem factum fuiſſe, aliæ verò illum audiuiſſe ab aliis, & paucæ deponant de certa ſcientia, in omnem caſum certum eſt, quod ea non concludit Moniales habuiſſe ſcientiam d. metus de tempore, quo præſtiterunt conſenſum capitulariter pro admittenda
2 Franciſca ad profeſſionem; cùm acceptatio, ſeu admiſſio Nouitiæ ad profitendum fiat à Monialibus capitulariter congregatis antequam ipſa Nouitia accedat ad actum eiuſdem profeſſionis, vt innuunt Bonacina *de clauſur. quæſt.* 7. *punct.* 10. §. 6. *diffinit.* 2. *num.* 3. *in fin.* & Modern. *de iure Abbatiſſ. diſput.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 2. vbi quod profeſſio Monialium in Monaſteriis Epiſcopo ſubiectis fieri ſolet coram Epiſcopo, vel alio ab ipſo facultatem habente, ſiue ab eius Vicario, præuio tamen aſſenſu maioris partis Capituli conſentientis Nouitiam ad profeſſionem admitti.

Prout nec etiam talis ſcientia probatur ex teſtibus deponentibus, quod appropinquante tempore profeſſionis Franciſca publicaſſet animum ſuum non profitendi; quia eorum dicta poſſunt verificari de tempore proximo profeſſioni poſt actum capitu-
3 larem admiſſionis, & ideo cùm ius ſtet in tempore præciſo dictæ admiſſionis, debuiſſet illud concludenter per Franciſcam probari, Gloſſ. *in l. cum actum*, *ff. de negoc. geſt. & in l. qui iuraſſe*, §. *ſi Pater il.* 2. *ff. de iureiuran.* Corn. *conſ.* 135. *num.* 9. *lib.* 2. Rimin. Iun. *conſ.* 25. *num.* 306. Surd. *deciſ.* 75. *n.* 10. Rota *deciſ.* 105. *num.* 7. coram Mantic. *& deciſ.* 686. *num.* 5. coram Buratto, adeò quod hoc caſu dictum vnius teſtis non poſſit declarari ex alio, Ruin. *conſ.* 35. *num.* 16. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 236. *n.* 4. *lib.* 6. Rota *deciſ.* 1272. *n.* 3. coram Seraphino.

Et ita vtraque, &c.

Romana fideicommiſſi de Caſareis.

Lunæ 18. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Immiſſio in bonis fideicommiſſo ſubiectis meritò competit iis ad cuius fauorem fideicommiſſum eſt purificatum, indebito occupatore vigore ſententiæ Rotalis amoto & expulſo.

SVMMARIVM.

1 *De Iure cedentis quando nullibi conſtat niſi ex aſſertiua hæredis grauati, eiuſdem aſſertio non admittitur.*

2 *Hæres grauatus ex ceſſione ſibi facta maius quàm habent cedentes ius conſequi non poteſt.*

3 *Partita prætenſa quando turbida & illiquida remanent, immiſſionem fideicommiſſariis impedire non valent.*

4 *Hæres grauatus non conficiendo inuentarium ſaltem legitimè, dominíque hæreditariam alienando, cenſus præſumitur aut conſumpſiſſe aut ſubtraxiſſe, donec contrarium ex aduerſo probetur.*

DECISIO CCLXIV.

RESPONSVM fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis, qua declaratum extitit Archangelum Mariam, & alios de Archileis eſſe immittendos in poſſeſſionem domus, & apothecarum, de quibus agitur, amoto, & expulſo exinde Marco Petroſio indebito occupatore; quia conſtat de eius validitate, & iuſtitia.

Validitas enim non controuertitur, & iuſtitia probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis, in quibus firmatur bona de quibus agitur ſubeſſe fideicommiſſo q. Cæſaris Cæſarei purificato ad fauorem dd. Archangeli Mariæ, & litis conſortium, & non obſtare exceptionem detractionum dotium q. Sanctæ, & Prudentiæ eius filiæ, nec prætenſi mutui ſcutor. 300. ex rationibus ibidem benè deductis, & ſignanter coram bon. mem. Motmanno ſub diebus 5. Martij 1635. 28. Nouembris, & 10. Martij 1636. & 5. Iunij, & 18. Decembris 1637. & coram Reuerendiſſ. P. D. meo Ghiſilerio 24. Nouembr. 1638.

Non obſtat, quod vltra detractiones in dd. deciſionibus reiectas adſint aliæ, pro quibus competat retentio Archiconfraternitati Sanctiſſimæ Trinitatis ceſſionariæ d. Marci Petroſij cauſam habenti à Gerardo, & Ioan. Baptiſta filiis; & hæredibus grauatis d. Cæſaris fideicommittentis, ſcilicet plura debita eiuſdem fideicommittentis ſoluta ab eiſdem hæredibus grauatis, & portiones legitimæ, & Trebellianicæ eis debitæ.

Nam quantum attinet ad debita, quorum prima partita conſiſtit in annuo cenſu ſcutorum 48. impoſito per fideicommittentem ad fauorem illorum de Spada, & poſtea ceſſo Io. Baptiſtæ hæredi grauato,

gravato, apparet quod idem Io. Baptista pro recuperando eo quod impenderat pro habenda d. cessione obtinuit immissionem ex Saluiano contra illos de Piseiacanis detentores cuiusdam vineæ antea possessæ per Cæsarem fideicommittentem, vt constat in *Summ.num.*1.aliàs dato in responsionibus per d. Petronum authorem Arcbiconfraternitatis aduersariæ in hac ipsa causa tunc pendente coram bon.mem Motmanno, contra Patres S. Mariæ de Scala, pariter authores eiusdem Arcbiconfraternitatis.

Secunda partita desumpta ex solutione scut. 300. pro residuo maioris summæ alterius census impositi per eundem fideicommittentem ex causa pretij domorum ad fauorem Io.Francisci Catigniani, à quo post transitum per manus plurium supponitur deuenisse ad Thomam Tibaldum,qui cessionem fecit
1 ad fauorem d.Io. Baptistæ, pariter cessare videtur, quia de iure cedentis nullibi constat nisi ex assertiua eiusdem Io. Baptistæ hæredis grauati, quod non sufficit, vt probant Gabriel *cons.*117.*num.*9.*in fin. lib.*1.Menoch.*cons.*207.*num.*1.*& seqq.*& fuit dictum in *Auximana fideicommissi* 13. *Ianuar.* 1640. coram Reuerendiss. P.D. meo Dunozet. Decano.Imò apparet anno 1573. inter d. Catignianum, & Cæsarem fuisse factam nouam conuentionem, denotantem recessum à d.censu, dum fuit stabilitum, vt pretium domorum venditarum solueretur in certis paghis,datis prius fideiussoribus à Catigniano pacto adiecto vt interim non entrerent fructus,vt in dicto *Sum.n.*1.quod confirmatur ex eo quod anno 1575. idem Catignianus fassus fuit se recepisse à Cæsare scuta 600.pro tertia, & quarta pagha, & residuo dicti pretij, vt *in d.sum num.* 3.

Tertia partita scutorum 200.soluta ab eodem Io.Baptista illis de Casalibus, facilius diluitur,quia ex narratiua cessionis factæ ad fauorem Io.Baptistæ probatur Cæsarem fideicommittentem assignasse eisdem de Casalibus in satisfactionem huius debiti pensiones domorum, eodem *Sum.num.*4. Vnde Io.
2 Baptista ex cessione sibi facta non potuit maius ius consequi quàm haberent Casales cedentes, ad *l nemo potest*, *ff de reg.iur* & retinendo diutius dd. domos post mortem patris præsumitur iam satisfactus, vel saltem negari non potest, quin tam ista parti-
3 ta,quàm aliæ supra recensitæ ex iam ponderatis remaneant turbidæ, & illiquidæ,quod sufficit ad hoc vt non valeant immissionem fideicommissariis impedire, Marzar.*de fideicomm.part.*5.*quæst.*66.*vers & vlterius post med.* Canalet.*decis.*571.*n.*3. Rota *decis.* 47.*n.*11.*p.*5.*recent.*& nouissimè dictum fuit in *Bononien. fideicommissi de Bolognini*s 4. *huius mensis coram me.*

Remanet vltima partita scutorum 70. pro ratâ census impositi per eundem fideicommittentem ad fauorem Catharinæ Marazanæ, & postea cessi eidem Io. Baptistæ, quæ quatenus subsistat vnà cum solutione fructuum in scutis 80.facta successoribus d.Catharinæ,adhuc non potest retardare immissio-
4 nem per fideicommissarios petitam; quia cùm hæredes grauati non confecerint inuentarium saltem legitime cum descriptione omnium bonorum, ac infra legitima tempora, vt fuit resolutum sub die 5. Martij anni 1635.coram bon. mem Motmanno,& vlterius domum hæreditariam alienauerint,vt patet ex instrumento dato in calce responsionis pro Archilcis, intrat præsumptio consumptionis, subtractionis,donec contrarium exaduerso probetur,Natt. *cons.*199 *num* 11. *lib.*1. Peregr. *de fideicomm.art.* 39. *num.*14.*& cons.*69. *num.* 17. *lib.* 3. Rota *d. decis.* 47. *numer.* 9. *& decis.* 77. *num.* 2. *&* 3. *& decis.*226 *num.* 15. *&* 16.*part.* 5. *recent.* Adden. ad Gregor. XV. *in decis.* 266. *num.* 16. *vers prædicta vero.*

Quæ quidem responsio non solùm adaptatur omnibus supradictis prætensis detractionibus etiamsi illæ essent liquidæ, sed etiam detractionibus legitimæ, ac Trebellianicæ, ex proximè allegatis, vt fuit dictum in *Bononien. de Glauarinis* 21. *Ianuarij*, 5. *Maij*, *&* 23. *Iunij* 1636.coram R. P. D. meo Ghislerio; *& in dicta Auximana fideicommissi* 13. *Ianuarij* 1640. coram Reuerendiss.P.D.meo Dunozet.Decano.

Et ita vtraque, &c.

Bononien. fideicommissi

Lunæ 4. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

Sententiæ vti latæ extra statutum in quo fundantur non sunt exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononiæ mandans semel tantùm licere appellare in quantum restringitur.*
2 *Fructus post purificationem fideicommissi percepti non ex testamento sed ex mora in restituendo debentur.*
3 *Statutum vltra casum de quo loquitur extendi non potest.*
4 *Dispositionis pars vna alteram declarat.*
5 *Canonizatio crediti vel alicuius Tituli petitorium concernit.*
6 *Statuto de exequutione Instrumenti circumscripto iudicium condemnationis ad fructus est appellabile.*

DECISIO CCLXV.

DVæ fuerunt prolatæ sententiæ in Ciuitate Bononiæ,declarantes per obitum Ioannis Ludouici de Bologninis fuisse purificatum fideicommissum Io. Matiæ Bolognini ad fauorem Horatij, & Valerij fratrũ de Bologninis Auctorum illorũ de Zambeccariis, & propterea Commendatorem Hieronymum Bologninum hæredem D Ioannis Ludouici esse condemnandum ad restituendum eisdem Zambeccariis quoscumque fructus bonorum fideicommissariorum à die mortis d. Ioannis Ludouici vsque ad diem obitus q.Valerij,à quibus sententiis cùm Palmerij successores d.Io.Ludouici appellauerint, & econtra Zambeccarij prætenderent vigore statuti Bononiæ esse locum executioni duarum conformium, Signatura rescripsit cum clausula (*constito, quod executioni sit locus exequatur*) Quam ob rem dubitaui, An constet de duabus conformibus quæ veniant exequendæ, & Domini sententias non esse exequendas responderunt.

Nam licet sententiæ præfatæ conformes appareant ex earum lectura, non tamen debent exequi, 1
quia statutum Bononiæ *l b.* 1. *sub rubr. de instrum. & testam.* mandans semel tantùm licere appellare, in quo se fundant informantes pro Zambeccariis,

ſe reſtringit ad teſtamenta, ex quibus aliqua quantitas vel ſumma, quæ in menſura conſiſtat, vel res aliqua mobilis petatur, vt ibi: *Seu alia vltima voluntas in qua aliquam quantitatem vel ſummam, quæ in menſura conſiſteret, vel rem aliquam mobilem dari, ſolui, tradi, vel reſtitui mandaretur*; & infrà ibi: *Teſtamentum, ſeu vltima voluntas pateretur executioni mandari, vt ſuprà in ipſa quantitate, ſumma, vel re, vel ipſius ſummæ, vel rei æſtimatione.* Qui profectò non eſt caſus noſter in quo non agitur de aliqua re
2 legata, ſeu relicta quoquo titulo, ſed de fructibus perceptis per Hieronymum poſt purificationem fideicommiſſi, qui quidem fructus non debentur ex teſtamento ſed ex mora in reſtituendo, iuxta text. *in l. in fideicommiſſariam*, vbi Ripa, & alij *ff. ad Trebell.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 49. part. 3. num 79.* Surd. *deciſ. 25. num. 1.* Rota *deciſ. 517. num. 10 part. 4. diuerſ.* & ideò non poteſt procedere ſtatutum, quod
3 extendi non poteſt vltra caſum de quo loquitur, vt decidit text. *in l. 4. § toties, ff. de damn. infect.* Becc. *conſ. 224. n. 51. lib. 1.* Citiac. qui plures cumulat *controuerſ. 410. n. 41.*

Nec contradicunt alia verba ſtatuti præſcribentia certum terminum hæredi ſcripto, vel fideicommiſſario, ad hoc vt illi citius relicta per teſtatorem adimpleant, quia ex ſubſequentibus verbis ſuprà relatis, liquidò ſtatuentes declararunt ſenſiſſe de relictis quantitatis, ſeu rei mobilis, aut conſiſtentis
4 in pondere & menſura: vna enim pars diſpoſitionis, alteram declarat, *l. vtrum, ff. de petit. hæredit. l. 1. de reb. dub. l. qui filiabus 17. in princ ff. de legat. 1. l. cum propenebatur 66. ff de legat. 2.* Rot. coram ſanct. mem. Greg XV. *deciſ. 87. n. 10.*

Et hinc patet non applicari deciſiones in contrarium allegatæ. Nam *in deciſ. 154. n. 10.* provt etiam *in deciſ. 328.* poſt Farinac. *lib. 2. conſil.* agebatur ad quantitatem, deciſio verò *266. part. 1. recent.* non loquitur de hoc ſtatuto, ſed de alio de duabus conformibus, cui Zambeccarij non nituntur, & meritò, quia ſtatutum de duabus conformibus in quo diſponitur ſemel licere appellare in poſſeſſorio, non poteſt applicari in propoſito, vbi ſententiæ prolatæ ſunt in petitorio, cùm canonizent titulum & fideicommiſſum, cuius caſum declarant eueniſſe, & ratione eiuſdem tituli condemnant ad fructus, de quibus agitur vti olim debitos fideicommiſſario Aucto-
5 ri dd. de Zambeccariis: canonizatio enim crediti, vel alicuius Tituli petitorium concernit, ex allegatis per Menoch. *de recuperan. in prælud. num. 8. & 9.* Contard *in l. vnic. quæſt. 13. num. 5. & ſeqq C. de teſtam.* dico, *de momentan. poſſeſſ.* & dixit Rota *in deciſ. 136. num. 2.* penes Pacific. *de Saluian. interd.* & *in deciſ. 221. n. 4 p. 4.* & *in deciſ. 187. n. 19. p. 7. recent.*

6 Circumſcripto igitur dicto ſtatuto de executione inſtrumenti, certum eſt quod iudicium condemnationis ad fructus eſt appellabile, Contard *in d. vnic. limit. 1. n. 18. & 32.* Rot. *deciſ. 5. de appellat.* inter impreſſ. apud Creſcent. & *deciſ. 638. n. 2. p. 3.* & *dec. 221. n. 5 p. 4. recent.* & per conſequens ſententiæ de quibus agitur vti extra caſum ſtatuti latæ non ſunt exequendæ.

Et ita vtraque, &c.

Romana de fideicommiſſi de Soriciis.

Veneris 22. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

De teſtamento ad fauorem locorum Piorum facto linea maſculina deficiente: vbi plura de Religioſis deſcendentibus, an purificationem fideicommiſſi in caſum non exiſtentiæ lineæ concepti donec viuunt ſuſpendant?

SVMMARIVM.

1 *Religioſi in Religionibus bonorum capacibus profeſſi cùm veniant appellatione lineæ maſculinæ, purificationem fideicommiſſi in caſum non exiſtentiæ lineæ concepti donec viuunt ſuſpendunt.*

2 *Religioſi non ſuccedunt quando de voluntate Teſtatoris Monachos ſeu monaſteria excludendi aliunde conſtat.*

3 *Appellatione impotentium ducere vxorem etiam Monachi profeſſi ob votum ſolemne caſtitatis & Religionis veniunt.*

4 *Verbum* Finche *temporalitatem ſignificans, vt lapſo tempore excluſus cenſeatur vocatus operatur.*

5 *Verba in fine orationis poſita ſub eadem ratione totam orationem vniformiter regulare debent.*

6 *Affectio teſtatoris erga legitimos & naturales quàm erga illegitimè natos maior præſumitur.*

7 *Monachi licet ad contrahendum matrimonium inhabiles, iura tamen ſanguinis & agnationis retinent.*

8 *Baſtardi agnationem à teſtatore contemplatam durante vita legitimorum non conſeruant.*

9 *Excluſio inhabilium ad nubendum ad conſeruationem agnationis facta cenſetur.*

10 *Excluſio inhabilium ad nubendum, donec exiſtant perſonæ quæ agnationem conſeruent limitata præſumitur.*

11 *Appellatione lineæ maſculinæ veniunt etiam fœminæ ex maſculis natæ.*

12 *Teſtator excludendo fœminas & inhabiles in concurſu perſonarum habilium ad propagandam & conſeruandam agnationem, extraneos inhabilibus de agnatione præferre voluiſſe non cenſetur.*

13 *Verba* per niun tempo non poſſino hereditare *perpetuitatem denotare videntur.*

14 *Verba* per niun tempo non poſſino hereditare *ſecundum ſubiectam materiam & præſumptam mentem Teſtatoris reſtringuntur.*

15 *Excluſio Religioſorum vt euitetur omnis interpretatio eſt ſumenda.*

16 *Religioſi non cenſentur excluſi niſi quatenus verba expreſſa id perneceſſe concludant.*

17 *Excluſio Religioſorum tanquam repugnans Religioni ceſſante fauore agnationis eſt reiicienda.*

18 *In materia ſucceſſionis veriſimilis mens Teſtatoris regulariter eſt attendenda.*

19 *Priuilegium piæ cauſæ quando inter aquè priuilegiatos agitur, ceſſat.*

20 *In*

20 *In conditionibus cùm merum factum an scil. naturaliter viuant successores attendatur, an possint vel non possint succedere quaerendum non est.*

21 *Religiosi licet succedere nequirent per ipsos tamen tanquam naturaliter viuentes alij vocati excluduntur.*

22 *Conditionem facere deficere & tamen non posse succedere inconueniens non est.*

DECISIO CCLXVI.

FRANCISCVS Sorleius in suo vltimo testamento prohibita successione in sua haereditate hominibus vxorem ducere non valentibus, prout infra, instituit ordine successiuo tres nepotes, eorumque lineas masculinas tam legitimas, quàm bastardas, in quarum defectum dispofuit in hæc verba. *Quando accaschi nelle sopradette tre linee non vi fussero più di linea masculina nè legitimi, nè bastardi, in questo caso io lasso la metà di questa heredità alla Compagnia della Nuntiata. Item, ha. rede dell' altra metà, &c. la Compagnia di S. Giacomo Hospitale de Incurabili.*

Cùm autem omnes descendentes masculi dictarum trium linearum obierint præter quatuor, qui de tempore obitus vltimi grauati professi fuerant in variis Religionibus successionum capacibus, videlicet, duo in Religione Camaldulensium, alter in Religione Oliuetana, & alter in Religione Canonicorum Regularium Sancti Petri ad Vincula, insurrexerunt prædicta loca pia petendo immissionem in bonis dicti Testatoris, prætextu quod iam esset factus locus eorum substitutioni ob inhabilitatem eorumdem Religiosorum ad vxoratum, super qua controuersia variæ prolatæ fuerunt sententiæ à Iudicibus deputatis ab Eminentissimo D. meo Card. Francisco Barberino, eorumdem locorum Piorum Protectore, quarum vltima fuit R. P. D. Celsi, lata ad fauorem dictorum Religiosorum, de Soriciis. Verùm quia dd. loca pia substituta denuò recursum habuerunt ad Eminentissimum Protectorem, iste per speciale rescriptum me deputauit vti Prælatum de partium consensu; Quare proposui dubium inter easdem partes concordatum, scilicet, An sententia extra Rotam lata sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini intelligendo de sententia D. Celsi confirmatoria alterius Reuenendiss. P. D. Facchinetti, eam esse confirmandam responderunt, attenta eius validitate, & iustitia.

Validitas quidem non controuertitur, & iustitia probatur ex lectura testamenti, vbi apparet loca Pia fuisse substituta: *Quando accaschi, che nelle sopradette linee*, nempe nepotum testatoris, *non vi fussero più di linea masculina, nè legitimi, nè bastardi*; qui casus non euenit, quia superexistunt de linea Lælij alterius ex tribus nepotibus tres ex dd. quatuor Religiosis in Religionibus bonorum capacibus pro-
1 fessi; qui propterea veniunt appellatione lineæ masculinæ, & donec viuunt suspendunt purificationem fideicommissi in eisdem non existentiæ lineæ concepti, Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 79.* Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 19. num. 7. in fin.* Guttier. *canon. quaest. lib. 2. cap. 1. num. 54.* Ancendan *ad l. 40. Tauri num. 10.* Mant. *de coniect. lib. 11. tit. 7. num. 4. vers. & quidem subuertitur*, Bald. *cons. 407. num. 1. 3. lib.* Corn. *cons. 18 num. 14. vers. attento etiam, lib. 4.* Surdus *cons. 238. num. 4. & seqq.* Fusar. *cons. 88. num. 12.* Gratian. *discept. forens. cap. 815. num. 8. & seqq.* Seff. *decis. 44. num. 17. & seqq.* Cabed. *decis. 133. per tot.* Rota *decis. 151. num. 2. in fin. part. 3. recent.* & fuit dictum in *Bononien. fideicommissi de Blanchetis 26. Februarij 1632. & 9. Decembris 1633. coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronymo Verospio*, & sic bene fecit Iudex denegando locis Piis immissionem, & absoluendo Reos conuentos.

Non obstat quod hoc limitetur, quando aliunde 2
constet de voluntate Testatoris excludendi Monachos, seu Monasteria, in quibus descendentes sunt ingressi, Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. n. 54. vers. sed dubitari*, Palaez *de maior part. 2. quaest. 3. n. 15. & seqq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 28. n. 81.* Rota *in Bononien. fideicommissi 21. Maij 1636. coram R. P. D. meo Ghislerio*, & hæc voluntas in proposito probetur ex verbis expressis per Testatorem in principio testamenti, ibi, *Che in questa heredità per niun tempo non possino heredittare femine, nè huomini, che non possino pigliar megliera, nè bastardi, sin che si trouaranno de legitimi in questo tre linee sottoscritte*, cùm appellatione impotentium ducere vxorem, 3
veniant etiam Monachi Professi ob votum solemne Castitatis, & Religionis, *cap. meminimus qui cler. & vel vouen. cap. vnic. de vot. in 6.* & cauetur in Sacr. Concil. Tridentin. *sess. 24. de matrim. can. 9.* cum aliis allegatis per Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 26. num. 1.*

Quia placuit responsio, nempe quod d. voluntas est temporalis non perpetua, vt demonstrant verba illa, *Finche si trouaranno de legitimi in queste* 4
tre linee: verbum enim, *Finche*, temporalitatem significat, vt notat Bart. *in l. final. § quando num. 1. ff. ad Tertullian. per text. in l. prima, § final. ff. de vent. in possess. mitten. & in l. fine, § tamdiu ff. de condiction. furtiu* Paris. *cons. 25. num. 16. vol. 2.* Hondcd. *cons. 6. n. 36. lib. 1.* Rota *decis. 475. num. 1. part. 2. recent.* & operatur, vt lapso tempore exclusus censeatur vocatus, Socin. *cons. 10. num. 6. lib. 3.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 1. quaest. 4. n. 10.* & in terminis fideicommissi Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. c. 6. num. 22. vers. hac autem regula.*

Nec subsistit, quod ista temporalitas referri debeat solùm ad bastardos, quasi quoad istos contradistinctè fuerint apposita verba prædicta; quia imò cum fuerint posita in fine orationis, & sub eadem ratione, debent totam orationem vniformiter 5
regulare, Bart. *in l. Pretor, § ertique hac differentia ante numerum primum, ff. vi bonorum rapt.* Gabriel *cons. 98. num. 16. & 17. lib. 1.* Surd. *decis. 88. num. 22. & seqq.* & dixit Rota *in Romana domus 8. Aprilis 1639. coram me.* Maximè quia maior præsumitur affectio 6
testatoris erga legitimos, & naturales, quales sunt Monachi prædicti, quàm erga illegitimè natos, Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 4. solut. 3. num. 4. in fin. fol. 356. à tergo.* Fusar. *de substit. quaest. 468. num. 24. & 25.* Rota *decis. 510. n. 4. part. 1. recent.*

Et potissimè cùm dicti Monachi licet inhabiles 7
ad contrahendum matrimonium, iura tamen sanguinis & agnationis retineant, Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 73. & 74. cum seqq.* Lap. *allegat. 100. num. 7.* Valenz. *cons. 135. num. 33. lib. 1.* Manent *cons. 15. num. 1.* Mart. *cons. 141. num. 17. & seqq.* Ciriac. *controu. 476. num. 22.* Cabed. *decis. 113. num. 9. lib. 1.* quam tamen agnationem à testatore 8
contemplatam dicti bastardi, nec quidem eorum vita durante conseruant, *l. si spurius, l. hac parte, ff. vnde cognat.* Bald. *cons. 319. num. 8. lib. 4.* Peregr. *de fideicommiss. art. 22. num. 79.* Fusar. *de substit. quaest. 314. num. 3.*

n. 3. Mantic *decis.* 319. *num.* 6. *&* 7. & fuit dictum in
Bononien. fideicommissi 22. *Iunij* 1639. *coram R.P.D.*
meo Bichio.

Quinimò quatenus non adessent verba tempo-
9 ralitatem significantia, adhuc exclusio inhabilium
ad nubendum, quæ censetur facta ad conserua-
tionem agnationis, Molin. *de Hispan. lib.* 2 *cap.* 12.
num. 54. *vers. sed dubitari etiam solet*, Gutierr. *canon.*
quæst. lib. 2. *cap.* 25. *num.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.*
34. *n.* 14. *vers. vnde in primogenijs*, præsumeretur li-
10 mitata, donec scilicet existant personæ, quæ agna-
tionem conseruent, Berou. *consil.* 83. *num.* 4. *& seqq.*
& cons. 87. *num.* 7. *volum.* 2. Socin Sen. *cons.* 227. *lib.* 2.
& cons. 51. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 4. Rota *decis.* 294. *num.* 5.
coram bon. mem. Coccino inter eius impress. & fuit di-
ctum in *Bononien. fideicommissi de Panaldis* 10. *Iunij*
1642. *coram R.P.D. meo Cerro, & in Bononien. fidei-*
commissi de Bosecertis 11. *Decembris eiusdem anni co-*
ram eodem & prius in *Bononien. fideicommissi de Leo-*
noriis 2. *Martij* 1640. *coram me*, & in puncto Reli-
giosi exclusi consuluit Bald *in cons.* 396. *lib.* 3. Capicc.
Galcot. *controu.* 59. *per tot. lib.* 2.

Quod confirmatur ex eo, quod Testator infra in
substitutione locorum Piorum non meminit de in-
habilibus, sed indefinitè ea substituit deficientibus
illis de linea masculina, quorum appellatione ve-
11 niunt nedum Monachi eorum vita durante, vt supra
fuit firmatum, sed etiam fœminæ natæ ex masculis
vnà cum Monachis superius exclusæ, ex allegat. per
Rustic *in l. cum auus lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *in* 3. *casu*,
Peregrin *de fideicommiss. art.* 16. *num.* 25. *& seqq. &*
cons. 11. *num.* 15. *lib.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 346. *n.* 19.
& seqq. vbi de veriori, & magis communi, præsertim
quando prout hic finita linea masculina est substi-
tutus extraneus, vt in casu quo erat substituta causa
Pia, tradit Menoch. *in cons.* 379. *num.* 68. *& seq.* Fu-
12 sar. *vbi proximè num.* 40. vbi quod hæc est verior
opinio, & ratio est quia Testator voluit fœminas, &
inhabiles excludere in concursu dumtaxat persona-
rum habilium ad propagandam descendentiam, con-
seruandámque agnationem, sed noluit inhabilibus
de agnatione præferre extraneos, Cæsar. Manent.
cons. 15. *num.* 1. *lib.* 2.

Neque aduersantur verba illa in principio ex-
13 clusionis apposita, ibi, *per niun tempo non possino here-*
ditare, quæ perpetuitatem denotare videntur, vt ex
Gloss. *in l. promittendum, verb. nunquam, C. de postulan. in*
14 *tract. varior. diction.* 231. quia restringuntur secundū
subiectam materiam, & præsumptam mentem Te-
statoris, quovsque scilicet extabunt capaces ad con-
trahendum matrimonium, vt in puncto explicat Pa-
laez *de maior.* 2. *part. quæst.* 6. *num.* 181. *vers. & ex his*
infertur, & de dictione in perpetuum, vel infinitum,
Fusar. *cons.* 9. *num.* 4. Rota coram Seraphin *decis.* 874.
num. 5. *& decis.* 490. *num.* 10. *& decis.* 491. *num.* 4. *p.* 4.
diuers.

Quæ quidem interpretatio eò libentius ample-
15 xa fuit in proposito, quia agitur de exclusione Re-
ligiosorum, ad quam euitandam omnis interpreta-
tio est sumenda, vt in puncto fideicommissi Aldo-
16 brandin. *cons.* 3. *num.* 2. *lib.* 3. quique non censentur
exclusi nisi quatenus verba expressa id pernecesse
concludant, Mart. *de succession. legal. part.* 1. *quæst.* 2.
17 *art.* 4. *num.* 19. *&* 20. & cessante fauore agnationis
exclusio Religiosorum tanquam repugnans Reli-
gioni esset reiicienda, Fusar. *cons.* 141. *num.* 3. *& per*
tot. & in tract. de substit. quæst. 429. *num.* 21. *& seqq.*
Rota *in Tiburtina fideicommissi* 16. *Martij* 1640. co-
ram Reuerendissimo P.D. meo Patriarcha Pan-
zirolo.

Quibus accedit, quod Testator non abhorruit,
quod eius hæreditas transiret ad manus mortuas,
imò in defectum linearum vocauit loca Pia: non
igitur est verisimile, quod voluerit ea præferre aliis
locis Piis, & Monasteriis, in quibus descendentes
agnati sunt professi, & eorum vita durante concur-
rit tum fauor Religionis, tum Agnationis, vt ad
propositum ratiocinatur Rota *in decis.* 144. *num.* 8.
part. 7. *recent.* & regulariter in hac materia est atten- 18
denda verisimilis mens Testatoris, *l. cum res legata*,
ff. de legat. 1. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 19.
num. 10. Rota *decis.* 627. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Nec releuat quod agatur inter æque priuilegia- 19
tos, & sic cesset priuilegium piæ causæ, Molfes. *ad*
consuetud. Neapolit. part. 4. *q.* 63. *num.* 27. *&* 28. Quia
in præsenti Monasteria, in quibus sunt professi de-
scendentes de Soriciis, non solùm nituntur fauori
Religionis, sed etiam verbis, & menti Testatoris ex
supra ponderatis.

Præterea aliqui ex Dominis dicebant, quòd etiāsi
dd. fratres de Soriciis essent incapaces ob emissam
professionem in Religione, adhuc tamen eorum na-
turali vita durante loca Pia substituta essent arcen-
da à successione; quia substitutio est facta casu quo
non ci fussero più di linea masculina. Vnde cùm in cō- 20
ditionibus merum factum attendatur an scilicet na-
turaliter viuant, nec sit quærendum an possint, vel
non possint succedere. Rota *decis.* 151. *per tot. part.* 3.
recent. & fuit dictum in *Rauennaten. fideicommissi* 27.
Maij 1596. coram Arigonio, & probatur ex *l. qui*
heredi in principio, *& ex l. Mœuius*, *ff. de condit. &*
demonstr.

Vtique non potest dici purificata conditio, dum
naturaliter viuunt dicti tres descendentes de linea 21
masculina; qui licèt etiam succedere nequirent, cu-
ius contrarium ex prædictis apparet, adhuc tamen
per ipsos tanquam naturaliter viuentes loca Pia ex-
cluderentur, iuxta text. *in l. filiusfamilias miles*, §. *cum*
quis rogatus, *ff. de legat.* 1. & in puncto Surd. *cons.* 557.
num. 15. *vers. in tantum autem*, vbi Monachus à Pa-
tre fuerat expresse exhæredatus, Decian. *cons.* 82.
num. 10. *& seq. vol.* 4. Aym. *cons.* 247. *num.* 7. Socin. Iun.
cons. 102. *n.* 17. Ruin. *cons.* 152. *num.* 4. *tom.* 2. Mant. *de*
coniectur. lib. 11. *tit.* 6. *n.* 14. *& sub num.* 15. *à vers. verum*
his obiectis, Gratian. *discept.* 659. *n.* 24. Rota *d. decis.*
151. *n.* 1. *&* 2. *part.* 3. *recent.* non enim est inconue- 22
niens, vt quis faciat deficere conditionem, & ta-
men non possit succedere, Salic. *in l.* 1. *C. de condit.*
incert. Gratian *discept.* 599. *num.* 24. Fusar. qui plures
congerit *in cons.* 88. *n.* 10. benè Rota *d. decis.* 151. *n.*
1. *&* 2. *part.* 3. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Saluiani, seu attentatorum.

Vener. 29. Maij 1643.

ARGVMENTVM.

De Vinea ad Ecclesiam vigore dominij
spectante; vbi plura de attentatis tam ex
sententia intra decendium appellabili
executa, quàm ex notoria eiusdem iniu-
stitia resultantibus.

Vide suprà *Decis.* 226.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Archiconfraternitatem Sanctiss. consolationis esse locum Ecclesiasticum quomodo probatur.*

2 *Iudex in executione sua sententia superfedere debet, vbi de causa appellationis ei præsumptiuè constat.*

3 *Emens ab hærede beneficiato soluendo pretium creditoribus; aduersus alios quoscumque creditores etiam anteriores tutus est.*

4 *Credito anteriori dotali venditricis stante vendenti pro concurrenti quantitate absque alia cessione retentio competit.*

5 *Inuentarium imperfectum coram Iudice à quo productum venditrici suffragari non potest.*

6 *Inuentarij beneficio circumscripto creditum dotis per confusionem actionum remanet extinctum.*

7 *Contrahens cum aliquo tanquam hærede ipsum non esse hæredem dicere non potest.*

8 *Confessio facta de tempore quo de legitimo ac perfecto Inuentario in actis non constaret, erronea censetur.*

9 *Inuentarium intra legitima tempora incipiens & complens, termino currente hæres beneficiata dici debet.*

10 *Onus probandi errorem alleganti incumbit.*

11 *Solutio indebita plenè & concludenter est probanda.*

12 *Creditor citatus pecuniis ad Iudicis dispositionem depositatis sibiipsi imputare debet, si sequestrum obtinere non curat.*

DECISIO CCLXVII.

N hac caosa duæ emananetant decisiones firmantes constare de attentatis, quatum prima deducebat attentata ex eo, quod sententia lata ex vtili Saluiano, ac executa intra decendium erat appellabilis ex duplici capite. Primò quia agebatur de Vinea, cuius dominium spectat ad Ecclesiam, quo casu non intrat Aegidiana constitutio exclusiua appellationis in his possessoriis; Altero, & secundò quia erat notoriè iniusta, Secunda verò relicto primo fundamento sub prætextu, quod Iudici de tempore latæ sententiæ non constiterit, Ven. Archiconfraternitatem Sanctissimæ Consolationis Dominam directam d. Vineæ esse locum Ecclesiasticum, nitebatur solo secundo fundamento notoriæ iniustitiæ; Cùm autem hodie nerum fuerit reassumpta disputatio super eisdem, responsum fuit standum esse in decisis, ex vtroque fundamento.

Quandoquidem quantum attinet ad primum fundamentum consistens in probando Archiconfraternitatem Sanctiss. Consolationis esse locum
1 Ecclesiasticum, visum fuit illud sufficienter probari ex eo, quod d. Archiconfraternitas vltra Ecclesiam S. Mariæ Consolationis, in qua residet, & Hospitale retinet satis conspicuum, habet etiam alias duas Ecclesias, nempè Ecclesiam B. Mariæ in Porticu, & aliam Gratiarum, in quibus quotidie diuina officia celebrantur, cadauera tumulantur, ac alia pietatis officia exercentur, aliaque signa Ecclesiastica concurrunt, de quibus per Felin. *in cap. de quarta, de præscriptione*, & per Guttier. *canon. lib. 1. cap. 15. num. 2. & seqq* & præcipuè *sub num. 25.* Fusc. *de visit. lib. 2 cap. 14. num. 4. ad fin.* Bursatt. *conf. 345. n. 12. lib. 4.* Valasc. *consult. 105. n. 2. & 3.* Mastril. *decis. 110. num. 15. & 16. p. 2.*

Quæ omnia cùm essent notoria, debebant efficere vt Iudex hanc Archiconfraternitatem haberet pro loco pio ad effectum de quo agitur, donec contrarium probaretur, vt in simili dixit Rota *in Romana bonorum 19. Ianuarij anni currentis coram R. P. D meo Ghislerio*, quia ad hoc, vt Iudex debeat
sopersedere in executione suæ sententiæ sufficit, vt 2
ei præsumptiuè constet de causa appellationis, Franc. *in cap interposita num. 2. limit. 3. de appellat.* Contard. *in l. vnica quæst. 1 n. 41. C. si de momentan. possess.* cum aliis alleg. *in 1. decis. huius causa* emanata *sub die 29. Maij* 1641.

Quo verò ad secundum fundamentum desumptum ex notoria iniustitia pariter subsistere visum fuit, quia dum Primolus, & litis consortes emerunt d. vineam à Benedicta Appollinara hærede Beneficiata Tullij eius viri, & creditrice pro sua dote, non poterat Iudex immissionem concedere Pagni-
no creditori d. Tullij, tùm quia emens ab hærede 3
beneficiato soluendo pretium creditoribus est tutus aduersus alios quoscumque creditores etiam anteriores, per *text. in l. final §. & si præfatam vers. si ve-
rò hæredes, C. de iure deliberan.* tum quia stante cre- 4
dito anteriori dotali d. Appollinaræ venditricis competebat ei saltem retentio pro concurrenti quantitate absque alia cessione *, l. qui à debitore. ff qui potior in pignor.* habente cum aliis relatis in secunda decisione emissa sub die 2. Iunij 1642. & consequenter Iudex non data hac retentione iuxta decisionem Franch. 271. *num.* 10. nequiuit citra notoriam iniustitiam immittere Pagninum in possessionem totius Vineæ.

Non obstat quod Appollinara coram Iudice à
quo produxerit dumtaxat initium Inuentarij, quod 5
propterea vti imperfectum ei suffragari minimè poßet, vt dixit Rota *in decis. 59. num. 5. coram bon.
mem Coccino*, & per consequens circumscripto In- 6
uentarij beneficio creditum dotis extinctum remanserit per confusionem actionum, *l. Stichus, §. aditio, ff. de solut.* Quia non ex sola productione inuentarij constitit d. Appollinaram esse hæredem beneficiatam, sed etiam ex Instrumento facto ab eodem Pagnino cum ipsa Appollinara, in quo Pagninus fatetur eam esse hæredem beneficiatam, super qua confessione Iudex benè potuit se fundasse contra ipsum confitentem, iuxta doctrinam Bald *in l. si proponas, §. 1. ff. de inoff. testam* Dec. *conf. 691. num. 2.* vbi
quod contrahens cum aliquo tanquam hærede non 7
potest dicere ipsum non esse hæredem, latè Surd. *decis. 164. num. 7. & seqq.*

Nec huiusmodi confessio potest dici erronea, ex 8
eo quod de tempore, quo fuit facta, non constaret de legitimo, ac perfecto Inuentario in actis, prout requiritur Pariſ *conf. 48. num 5. lib. 3.* Cephal. *conf. 395. num. 69. & 70.* Rota *decis. 342 per tot par. 2. diuers.* & sic ex dicta confessione Appollinara non potuerit fieri hæres beneficiata si re vera talis non erat, vt respondit Rota *in Romana fructuum dotis 2. Aprilis 1618 coram bon mem Seleucien.*

Quia licèt biduò ante dictam confessionem Appollinara incepisset inuentarium, & propterea tunc produxerit illius solùm principium, sufficit tamen,
quod illud inceperit, & compleuerit infra legitima 9
tempora, quo termino currente dici debuit beneficiata, ex *l. final. §. donec, C. de iure deliberan.* Giurb. *ad consuetud. Messanen. c. 9. gloss. 5. p. 1.* Vincentius de Franch. *decis. 352.*

Nuo igitur Pagnious errauit tempore contra-

ctus,

ctus, nec postea dum Inuentatium fuit legitimè completum: ad effectum enim iustificandi præten-
10 sum errorem debuisset coram primo Iudice docere de non legitimo Inuentatio, cùm onus probandi errorem incumbat allegant, Barr. *in l. non fatetur col. final ff. de confess. l. si post diuisionem*, vbi Bald. *in princip. & alij de iur. & fall. ignoran.* Surd. *decis.* 104. *num.* 18. aliàs semper vrgebat propria confessio super qua Iudex poterat se fundare, vt supra fuit ostensum.

Hineque patet non applicari decisionem 59. coram bon. mem. Coccino, nec aliam Romanam fructuum dotis coram bon mem. Seleucien. Quia in prima non constabat de Inuentario ex confessione partis, nec de eiusdem inuentarij perfectione, & in secunda aderat partis confessio tantùm absque reali aditione hæreditatis ac legitimo Inuentario.

Repetita exceptio præsumptæ solutionis dotis d. Appollinaræ, mediante retentione mobilium hæreditariorum Tullij viri, sublata remanet ex responsione data in secunda decisione, quod scilicet per Pagninum non doceatur ad manus d. Appollinatæ peruenisse tot bona, quorum valor sufficiat pro satisfactione suæ dotis provt requiritur, Rota *decis.* 275 *num* 4 *p.* 4. *rec.* & quod hæc exceptio quatenus dari posset contra ipsam mulierem agentem pro repetitione dotis, non tamen ea allegari possit ab extraneo agente contra tertios, qui dotem præfatam eidem mulieri persolnerunt ex pretio Vineæ emptæ; tunc enim non sufficit contra istos allegare
11 præsumptam satisfactionem, sed requiritur plena, & concludens probatio ad docendos eos indebitè soluisse, vt distinguit Rot. *in dec.* 130. *num.* 17. *vers. cæterum p.* 5 *rec.*

Demum non aduersatur quod d. Appollinata soluerit posterioribus, sciens adesse anteriores creditores, quia quicquid sit an talis scientia probetur ex descriptione omnium creditorum in inuentario, sine tamen adnotatione temporis; in omnem euentum animaduersum fuit, quod non ipsa soluit posterioribus, sed Iudex, ad cuius disposi-
12 tionem pecuniæ depositatæ fuerant, citato etiam d. Pagnino, qui propterea sibi imputet, si non curauit desuper obtinere sequestrum, ad text. *in l. si eo tempore, &* ibi Gloss. & Bart. *C. de remission. pignor.*

Et ita vtraque, &c.

Meleuitana de Ciantar.

Lunæ 1. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Literæ executoriales in vim rei iudicatæ obtentæ super restitutione bonorum quæ de tempore venditionis erant effecta litigiosa, in actione reali contra emptores quamvis in iudicio non vocatos & pendentiam litis ignorantes exequi possunt, licet secus quando actum fuisset actione personali esset dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Vitio litigiosi subsistente executoriales relaxata in actione reali contra emptores quamvis in Iudicio non vocatos, & litis pendentiam ignorantes exequi possunt.*

2 *Actione personali quando proceditur, scientia litis etiam ex parte empteris requiritur.*

3 *Vitium litigiosi super mera actione personali possessorium concernente non adest.*

4 *Clausula* quam & quas *cùm non fuerit ad speciem deducta, deductionem petitorij non operatur, dum ipsa commissio ad possessorium est restricta.*

5 *In commissione iactationis & iactationum quando aliquid respiciens petitorium continetur, tunc ob clausulas* quam & quas *etiam petitorium in iudicium deductum censetur.*

6 *Verba* legitimè & Canonicè *petitorium respiciunt.*

7 *Petitorium ipsámque rem petitam in consequentiam actionis alicuius venire non refert, cùm solùm quod principaliter agitur attendatur.*

8 *Libellus Actoris ad effectum dignoscendi quid venerit in litem, potius quàm ius Rei attendi debet.*

9 *Causa specifica in actione personali in libello exprimi debet.*

DECISIO CCLXVIII.

X duplici fundamento resolutum fuit in hac causa, literas executoriales, quas familia de Ciantar obtinuerat in vim rei iudicatæ contra Moniales Conuertitas Melitæ, super restitutione bonorum spectantium ad hæreditatem q. Hieronymæ eiusdem familiæ esse exequendas contra Ioannem, & alios, in quos dd. Conuertitæ nonnulla bona d. hæreditatis alienarunt. Primò quia de tempore venditionis bona erant effecta litigiosa; Altero, & secundò quia emptores habuerant notitiam pendentiæ litis super dd. bonis, vt latiùs apparet in duabus decisionibus emanatis sub diebus 6. Februarij 1640. & 11. Maij 1641. coram Eminentissimo D. Cardinale Hieronymo Verospio, in cuius locum subrogatus dubitatum, an sit recedendum à decisis, & in hac secunda causæ positione standum esse in decisis fuit responsum.

Nam quidquid sit de secundo fundamento super quo Domini non immorarunt, cùm ex coniecturis in dictis decisionibus ponderatis non videatur resultare illa concludens probatio scientiæ litis pendentiæ, etiam ex parte emptorum, provt requiritur ad hunc effectum, *l. qui autem*, §. *hoc edictum, ff. de his, quæ in fraud* & firmauit Rota *in decis.* 450. *num* 3. 4. *&* 5. *coram Buratto*, certum est quod pri-
mum desumptum ex vitio litigiosi subsistit, cùm 1
lis introducta fuerit anno 1621. ad instantiam Conuertitarum, & alienationes factæ fuerint annis 1622. 1623. & 1624. quod sufficit ad hoc vt executoriales relaxatæ in actione reali ad fauorem dictæ familiæ de Ciantar exequi possint contra dictos emptores, quamvis in Iudicio non vocatos, & pendentiam litis ignorantes, vt præter allegatos in prima decisione tenet Cancer. *variar resol. lib.* 2. *cap.* 12. *num* 15. sequitur Rota *in decis.* 917. *num.* 3. *coram Buratto*, ibique Adden. *num.* 6. *& seqq.*

seqq. & fuit dictum in *Romana Saluiani* 1. *Martij*
1627. *coram Eminentissimo D:Cardinali Vcaldo*, licet
secus esset dicendum, quando actum fuisset actio-
ne personali, tunc enim requireretur scientia li-
tis etiam ex parte Emptoris, vt declarat Conat.
practic. quæst cap. 15. *num.* 7. *in princ.* & *in §. Sed
si actione personali &c.* in quibus terminis loquitur
Buratt. *in d.decis.* 450. *num.* 3. cum aliis in contrarium
allegatis.

Non obstat, quod lis, quæ pendebat super istis
bonis fuisset introducta vigore Commissionis
iactationis, & iactationum, pro tuenda posses-
3 sione dd. Conuertitarum, & sic super mera actio-
ne personali possessorium concernente, quo casu
non adest vitium litigiosi, Bart. *in l. creditores
num.* 3. *vers. secundo casu C. de pignor.* Beron *cons.*
155. *num.* 42. *lib.* 1. *Dec. cons.* 109. *num.* 7. Lancell. *de
attent. part.* 2. *lite pendente limit.* 2. *num* 16 etiamsi in
4 commissione adsit clausola (*quam & quas*) quæ cùm
non fuerit deducta ad speciem non operatur de-
ductionem petitorij, dum ipsa commissio est re-
stricta ad possessorium, Seraphin. *decis.* 1113. *n.* 3.
Rota penes Pacific. *de Saluiano interdict. decis.* 68
num. 12.

Quia commissio, vt patet ex eius lectora non
est restricta ad simplices iactationes, & molesta-
tiones meram possessionem respicientes, sed vl-
terius continet narratiuam impugnationis, ac si-
nistræ interpretationis, quæ à familia de Ciantar
fiebat Breui Apostolico, cuius vigore eædem
Conuertitæ bona huiusmodi acquisiuerant. Et li-
cet in ea primò agatur solùm de possessorio, postea
tamen concluditur in petitorio, petendo, vt
committatur causa interpretationis dicti Breuis
Apostolici, ac impugnationis illius; quando au-
5 tem in commissione iactationis & iactationum,
continetur aliquid respiciens petitorium, tunc ob
clausulas (*quam, & quas, & cum omnibus incidentibus,
annexis, & connexis*) censetur in Iudicium deductum
etiam petitorium, Mandos. *in reg. de subrogat. quæst.*
14. *num.* 6. Cassad. *decis.* 6. *de rescript. in prin-
cip. & decis.* 9. *de caus. possess. & propriet. num.* 9.
Mohedanus *decis.* 6. *de rescript.* Addent. ad Gre-
gor. XV. *decis.* 125. *num.* 18. *vers. ego crederem*,
benè Rota *decis.* 57. *num.* 34. & 35. *part.* 7. *recent.*

Quod confirmatur ex eo quod Partes prosecutæ
fuerunt iudicium in petitorio, & sententia desu-
per lata declarauit assignationem bonorum factam
Conuertitis, vigore dicti Breuis Apostolici esse
6 nullam, & iniustam, quæ verba respiciunt pe-
titorium; vt de verbis (*legitimè, & Canonicè*)
tradit Glos. *in cap. constitutus verb. eiectus de fil. presbyt.*
ibique Butr. *num.* 7. Abb *pariter num.* 7. *vers quod age-
ret*, cum aliis allegatis per Buratt. *in decis.* 300.
num. 20.

Nec releuat quod familia de Ciantar litem in-
troducere nequiuerit actione reali, cùm ei non li-
ceret bona petere vti sua, sed tantummodò age-
re ex testamento, vt voluntas Testatricis adim-
7 pleretur, adeò quod nihil referat, quod in con-
sequentiam huius actionis veniat etiam petito-
rium, & ipsa res petita, cùm attendatur quod
principaliter agitur, vt ex *l. si quis nec causam ff.
si cert. petat.* & ex Gamma *decis.* 201. aduertit in
terminis Cancer. *var. resolut. d. lib.* 3. *cap.* 12.
num. 12. Quoniam fuit responsum hoc procedere
posse si lis mota fuisset à familia, cui sola actio
personalis competebat. Verùm lis mota fuit à Con-
uertitis, quæ habebant dominium, & possessio-
nem; & vtrumque iudicium deduxerunt, vt supra
fuit ostensum; ad effectum enim dignoscendi quid 8
venerit in litem, potiùs attendi debet libellus Acto-
ris, quàm ius Rei, Menoch. *cons.* 21. *num.* 96.
& contra familiam ream conuentam noluisse Con-
uertitas se restringere ad actionem personalem,
deducitur non solùm ex superius ponderatis, sed
etiam ex eo, quia in libello non expresserunt 9
causam specificam, prout exprimere debebant
in actione personali, Cæsar Manent. *decis.* 70.
num. 5.

Exceptio nullitatis processus desumpta ex defe-
ctu citationis ad sententiam contra legitimum Pro-
curatorem Conuertitarum fuit plenè sublata ex res-
ponsionibus datis in prima decisione emissa sub die
6. Februarij 1640. *sub §. alia exceptio*, & ex aliis datis
per Informantes pro familia, cum quibus Do-
mini transierunt, & ideo ex prædictis responde-
runt standum esse in decisis, vtraque parte au-
dita.

Romana Dotis.

Lun. 8. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

De condecentia dotis filiæ ex statu hære-
ditatis Patris & dotis promissoris per-
soluendæ; vbi tria ad effectum cognos-
cendi ad quam summam ascendat hæ-
reditas potissimè discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuariam vxorem esse non proprietariam ex
verbis sub tali conditione in testamento appositis
probatur.*
2 *Verba* hac tantùm conditione *legatum respectu
vsusfructus modificant.*
3 *Coniectura valida voluntatis à prædilectione seu af-
fectione testatoris erga rem legatariam, vel erga
illum cui reliquit desumi potest.*
4 *Verba Testatoris relinquentis vxorem vsufructua-
riam eius vita durante, solùm vsumfructum for-
malem important.*
5 *Vsusfructus plenus à simplicibus alimentis distin-
guitur, dirimitque quæstionem an scilicet ad
alimentum tantum vsusfructus sint restrin-
gendi.*
6 *Excercitium dominij in vtilitate verificatur & à
proprietate valde distat.*
7 *Testator absoluens vxorem à reddenda ratione fru-
ctuum argumentum relicti formalis vsusfructus
præbet.*
8 *Verbum* reuertitur *partem aliquam dominij antea
penes primogenitum extitisse significat.*
9 *Prælegatum alicui à die mortis Testatoris acquisi-
tum quoad proprietatem in eius bonis connume-
rari debet.*
10 *Ab æstimatione præsenti secundum relationem Peri-
ti interueniente lapsu* 50. *annorum ad valorem
præteritum inferri non potest.*
11 *Tempus mortis Testatoris non solutionis ad dignos-
cendam congruitatem dotis est attendendum.*
12 *Dos congrua de tempore nuptiarum dotata debetur.*
13 *Legitima de tempore mortis Patris currit.*
14 *Dos in terminis statuti Vrbis loco legitimæ non suc-
cedit.*

15 *Status patrimonij de tempore nupt arum est inspiciendus, nulla habita ratione rerum qua postea contigerunt.*

DECISIO CCLXIX.

DVM quærebatur in hac causa; an constaret de condecentia dotis Victoriæ, Domini mandarunt statum hæreditatis Lælij Patris d. Victoriæ & dotis promissoris. Cùm autem hodie dubitauerim ad quam summam ascendat status hæreditatis, quia ad hunc effectum tria potissimè se offerebant, prius discutienda; Primum scilicet, an inter bona hæreditaria sit calculandum prælegatum d. Lælio à Luca patre fideicommittente relictum. Secundùm, an attendenda sit æstimatio bonorum hæreditariorum facta de anno 1615. seu potius alia anni 1576. & Tertium quæ debita sint calculanda in portione Lælij; pro nunc responsum fuit in hæreditate Lælii esse calculandum prælegatum, & in æstimando valore bonorum esse attendendum tempus promissionis dotis Victoriæ, & non æstimationem factam de anno 1615. quo verò ad debita contracta per Lælium ante nuptum dictæ Victoriæ, fuit dictum quod ea iustificentur inter partes coram me.

Ratio autem quæ mouit Dominos ad sic respondendum, quoad prælegatum (quæ est prima inspectio) ea fuit, quia testator primò per verba directa iure prælegati reliquit Lælio tanquam primogenito, & successiuè aliis primogenitis bona, de quibus agitur, & postea subiunxit, ibi; *hac tamen*
1 *conditione, quod infrascripta Illustriss. D. Virginia sua vita durante vt infrà, sit Domina & Patrona, & vsufructuaria dd. bonorum, vt infra dicetur, &c.* quo fit. vt Virginia dicatur vsufructuaria tantùm & non proprietaria secundùm opinionem Bald. *in cons.* 16. quam Rota regulariter amplectitur in hoc articulo, vt videre est *in decis.* 162. *num.* 1. *part.* 2. & melius *in decis.* 21. *num.* 7. *cum seqq. part.* 6. *recent.* & fuit dictum *in Mutinen. Dotis* 16. *Ianuarij* 1641. coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Panzirolo, & *in Recanaten. Manutentionis* 27. *Iunij* 1642. coram R.P.D. meo Cerro.

2 Absque quod obstent verba illa, *hac tantum conditione, &c.* quia ea vti posita post dispositionem perfectam non faciunt quominus prælegatum sit purum, ac statim dicatur translatum in legatarium, sed tantùm illud modificant respectu vsusfructus, vt in terminis clausulæ cum infrascriptis conditionibus dixit Rota coram sanct. mem. Greg. XV. *in decis.* 117. *n.* 3.

Quod confirmatur ex pluribus coniecturis, quarum prima est quod testator voluit prælegatum manere semper apud primogenitum, itavt nec fratribus licet masculis voluerit eius proprietatem aliquo momento communicari; ex qua prima prædilectione rei prælegatæ ad fauorem primogeniti deprehenditur inuerisimile esse, quod testator eam in proprietate relinquere voluerit vxori dum viue-
3 ret; & quod à prædilectione, seu affectione testatoris erga rem legatam, vel erga illum, cui reliquit, desumi possit valida coniectura voluntatis, ostendit Iurisconsultus, *in l. si seruus plurium*; §. *vlt. ff. de leg.* 1. & *in l. Aurelius*, §. *Titio*, *ff. de liber. legat.* & *in l. cum. ff. de condition. & demonstr.* Gloss. *in l. ille à quo*, §. *si de testamento*, *ff. ad Trebell.* Crauett. *cons.* 62. *n.* 8. Rot. *decis.* 166. *n.* 7. & *decis.* 453. *n.* 6 *p.* 1. *recent.*

Secunda deducitur ex contextu relicti vsusfru- 4
ctus, in quo testator reliquit vxorem Dominam Patronam vsufructuariam eius vita durante, quod importat solùm vsumfructum formalem, Dec. *cons.* 278 *num.* 4. *vers. Quarto quia, volum.* 1. & dixit in specie Rota *in decis.* 535. *num.* 4. *part.* 4. & *in dicta decis.* 21. *num.* 13. *part.* 6. *recent.* & *in d. Mutinen. Dotis* 16. *Ianuarij* 1641. coram Reuerendissimo Domino meo Patriarcha Panzirolo, & *in d. Recanaten. Manutentionis* 27. *Iunij* 1642. coram Reuerendiss. P. D. Cerro. Et quatenus posteà declarat, *quod habeat & percipiat d. vsumfructum plenum*, non intellexit de pleno simpliciter, sed prout contra distinguitur à simplicibus alimentis ad dirimendam quæstionem; An scilicet vsusfru- 5
ctus restringi deberet ad alimenta tantùm, de quo latè Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 139. & 140. Castill. *de vsufruct. cap.* 45. *per tot.* Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *in decis.* 460. *num.* 7. ibique Adden. *num.* 17. vt patet ex eo quod statim subiunxit: *Et non restrictum ad alimenta tantùm*; Et dum infrà subsequitur; *plenumque dominium & Iurisdictionem, & merum, atque mixtum imperium dd. Castrorum exercere possit, &c.* loquitur de exercitio dominij, quod verificatur in vtilitate, & 6
valdè distat à proprietate, Cyriac. *controu.* 405. *num.* 50. & dixit Rota *in Rossanen. Decimarum* 4. *Iulij* 1642. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio.

Tertia desumitur ex eo quod idem Testator ab- 7
soluit vxorem à reddenda ratione fructuum, quod præbet argumentum relicti formalis vsusfructus, Paris. *cons.* 21. *num.* 16. *lib.* 2. Rot. *d. decis.* 162. *n.* 4. *p.* 2. *recent.*

Quarta denique coniectura fundatur in eo, 8
quod mortua vxore voluit bona reuerti ad primogenitum, quod verbum *reuertitur* significat etiam antea partem aliquam dominij penes eundem primogenitum extitisse, *l. si qua mulier*, *ff. ad Tertull. l. si vnquam*, *C. de reuoc. donat.* Gloss. *in l. si postulauerit*, §. *iubet lex*, *verb. reuersurus*, *ff. ad l. Iul. de adult.* Oldrad. *cons.* 275. *num.* 6. & in puncto Rot. *dict. decis.* 162. *n.* 5. *p.* 2. *recent.*

Vnde patet non aduersari doctrinas in contrarium allegatas, quia vel loquuntur in casu, quo verba testatoris sunt magis absoluta relictum proprietatis indicantia, aut non sunt modificata ex aliis, vel non concurrunt coniecturæ, quibus conquassentur seu obscurentur, prout respondit Rota *in dicta decis.* 162. *in fin. part.* 2. & *in dicta decis.* 21. *num.* 33. *part.* 6. *recent.* Et per consequens dicendum
est, quod dum dictum prælegatum fuit à die mortis 9
Lucæ Testatoris acquisitum Lælio, quoad proprietatem debeat in eius bonis connumerari, cùm illud licet ipse prædecesserit vsufructuariæ transmiserit ad hæredes iure quodam deuolutionis seu consolidationis, & temporalitatis adiectæ legato vsusfructus per ea, quæ notat Bart. *in l. Titia*, §. *fin. ff. de legat.* 1. *num.* 1. ibique Castrens. *num.* 1. Cephal. *cons.* 158. *num.* 5. & 6. Surd. *cons.* 123. *num.* 12. Mantic. *decis.* 19. *num.* 8. & 1. Rot. *dicta decis.* 12. *num.* 50. & 21. *part.* 6. *recent.* & fuit dictum *in Recanaten. manutentionis* sub die 14. Aprilis anni currentis coram R.P.D. meo Cerro.

Quo verò ad secundam inspectionem censuerunt Domini pro æstimando valore bonorum hæreditariorũ esse attẽdendam relationem Periti pro-

ximam

ximam morti d. Lælij,& non aliam de anno 1615.
10 quia hæc continet æstimationem præsentem,à qua
cùm intercesserit à die mortis ipsius Lælij lapsus
30. annorum & vltra, non potest inferri ad valo-
rem præteritum de tempore mortis, ad *l pretia re-
rum ff ad l.falcid.* Rot. *decis.* 457. *num.2.ante medium
vers.cum pretia rerum part.2.*& *decis.*422. *num.*3. &
11 *decis.*272 *num* 22 *part.*5.*recent.*& hoc tempus mor-
tis dixerunt esse attendendum ad dignoscendam
congruitatem dotis, non autem tempus solutionis,
quamuis aliud sit in legitima, vt bene distinguit
Rota *in decis.*160.*num.*2. *apud Pacif. & Saluian.* vbi
12 reddit rationem diuersitatis, nempe quia congrua
dos debetur de tẽpore nuptiarum dotatæ,secundum
Bald. *in auth res quæ C.cõmun.de legat* Curt. Sen *cons.*
27. *num.*38.*vers.tum quia*,Menoch. *de arbitr cas.*149.
13 *num.*17.Surd.*cons.*148.*num.*5.legitima verò de tem-
pore mortis patris, *l.cum quæritur C de inoffic.testam.
l.* 1.§.*si impuberi ff de collat.bonor.*Menoch *d casu* 149.
*num.*18.Natta *cons.*156.

Hineque probatur non applicari, quæ dicuntur
de legitima ex allegatis *in Montis Falisci supplementi
legitim.* 18 *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Bicchio*,
14 quia hic agitur de dote, quæ ad hunc effectum,&
in terminis statuti vrbis non succedit loco legitimæ,
Gabriel *cons.*139.*per tot lib.*2.Rot *decis.*538.*n.*4. &
*decis.*540. *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in Tiburtina
hæreditatis* 13. *Februarij* 1634. *coram Eminentissimo
Domino Cardinali Verospio.*

Demum quoad tertiam inspectionem de ære
alieno dicti Lælij, dictum fuit quod fiat iusti-
ficatio coram me, quia partes plura hinc inde
indicabant Instrumenta, & non concordabant
in facto; interim tamen pro certo habitum
fuit, quod ad debitum Lælij non debeant ad-
scribi partitæ debitorum post nuptias dictæ Victo-
15 riæ, quia vt suprà fuit firmatum, status patrimo-
nij d. Lælij inspiciendus est de tempore dd. nuptia-
rum, nulla habita ratione rerum quæ postea con-
tigerunt, *l.quæro ff. de iur. dot.* Bald. *in Auth. res
quæ n.*16.*vers.nisi inspecto C. commun de legat.* Ruin.
cons 56.*num.*14.*lib.*15. Peregrin.*cons.*44.*num.*14. &
15. *lib.* 2. Gabriel *d.cons.* 139. *num.* 23. *lib.* 2. Rot.
*decis.*28 *num.* 19.*part.*5.*recent.*

Et ita vtraque, &c.

Barchinonen. Parochialis seu Vicaria.

Mercur. 10. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Remissoria stante effectuatione vnionis parochialis Decanatui factæ denegatur; nec præscriptio immemorabilis prouidendi per concursum suffragatur, cùm ex scripturis in actis exhibitis contrarium conuincitur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur, quando per testes id cuius contrarium apparet ex scripturis probari prætenditur.*

2 *Præsentatio fructus vnionis dicitur eiusque vigore competit.*

3 *Præsentationes dum de alio iure patronatus non constat, ad causam vnionis sunt referendæ.*

4 *Possessio propter titulum vniuersalem vnionis ex vnico actu quoad omnes alios ab eadem causa deriuantes acquiritur.*

5 *Effectuatio in actu possessiuo præsentationis probata manet.*

6 *Remissoria non datur ad probandum per testes actus in quibus scriptura confici solet.*

7 *Titulo vnionis stante curam penes præsentantem esse constare censetur.*

8 *Præscriptio immemorabilis vt excludatur vnicus tantùm actus in contrarium sufficit.*

9 *Collatio per concursum præsentanti non nocet quando per errorem facta præsumitur.*

10 *In probatione præscriptionis immemorabilis memoria in contrarium requiritur.*

11 *Remissoria quando ad retardandam exequutionem prouisionis Apostolicæ petitur, faciliùs denegatur.*

12 *Procuratore non habente mandatum speciale ad consentiendum sequestro & promittendum de stando Rotæ, remissoria ex vtroque capite deneganda venit.*

DECISIO CCLXX.

DENEGARVNT Domini remisso-
riam, quia articulatur ineffectuatio
vnionis huius parochialis factæ De-
canatui anno 1324. ac præscriptio
immemorabilis prouidendi eamdem
Ecclesiam per concursum, cuius tamen contra-
rium conuincitur ex scripturis in actis exhibitis
pro parte Decani, & eius Prouisi; quando autem 1
probari prætenditur per testes id cuius contrarium
apparet ex scripturis, denegatur remissoria, Ro-
ta *decis.*1460. *num.*3. coram Seraph. & *decis.* 351.
num. 1. coram Buratto, & *decis.* 453. *numer.* 6.
coram Durano, & *decis.*235.*num.*11.& 12. *part.* 5.
recent.

Effectuatio enim dictæ vnionis probatur ex conti-
nuatis præsentationibus factis per d. Decanum
Episcopo ad hanc parochialem, vt in eius *summa-
rio num.*7. quæ sufficiunt, cùm præsentatio dicatur 2
fructus vnionis, eiusque vigore competat, vt in
terminis resolutum fuit in *decis.* 441. *num.* 5. & 6.
part 5. *recent. tom.* 2. vbi quod dum de alio iurepa- 3
tronatus non constat præsentationes referendæ
sunt ad causam vnionis: & idem fuit dictum in
Barchinonen. Vicariæ S. Eulaliæ 12. *Decembris* 1639.
coram bon. mem. Coccino confirmata *sub die* 2.
Martij 1640. coram eodem; & *in recent. decis.*
204. *num.* 5. & 6. *part.* 2. & *decis.* 37. *num.* 7.
part. 4.

Neque ad hunc effectum requiritur probatio
omnium effectuum, qui ab vnione sequuntur, sed 4
sufficit aliquem fuisse probatum, quia propter ti-
tulum vniuersalem vnionis ex vnico actu acquiri-
tur possessio quoad omnes alios ab eadem causa de-
riuantes, iuxt.doctr. Bald *in l.* 1.*n.* 14. *vers. iudic. de
emancip.liber.* Felin.*in cap.auditis num.* 18 *de præscript.*
Maresc.*var.resol.lib.*1.*cap.*11. *num.*27. Seraph *decis.*
1047. *num.* 1. & 2. Adden. ad Greg. *decis.* 517.
*num.*10.

Vnde patet nihil aduersari quod Decanus nus-
quam perceperit redditus huius Ecclesiæ, vel simi-
lia, quia adhuc remanet probata effectuatio in actu 5
possessiuo præsentationis, Garz. *de benef.part.*12 *c.*2.

num. 290. Iuncto maximè quod p ries fuit deci.
sum hanc vnionem fuisse effectuatam quoad alias
Ecclesias vnitas, quo fit vt in hac etiam præsumatur
habuisse effectum, Rota *decis.* 87 *num.* 9. coram
Durano, & *decis.* 121. *num.* 7. *part.* 6. *rec* Add. ad
Greg. *in d. decis.* 157. *num.* 9. & *seqq.* præsertim quia
omnium Ecclesiarum vnio in præsenti sub vnica
oratione concepta fuit, Rota *decis* 196. *num.* 10. &
seqq part. 7. *rec.*

Quæ articulantur de cura animarum, & de col-
lationibus factis per concursum, nullius sunt mo-
menti. Tum quia repugnant scripturis extractis
ex publico archiuio Episcopali, in quibus legitur
collationes fuisse factas personis per Decanum præ-
sentatis, contra quas propterea scripturas non de-
bet admitti probatio per testes, vt supra fuit firma-
tum; tum quia non datur remissoria ad probandum
6 per testes actus, in quibus solet confici scriptura,
vt in specie de collationibus ad effectum denegan-
di remissoriam dixit Rot. *in decis.* 864 *num* 1. coram
Buratto, & *in Terdonen. Canonicatus* 5. *Maij* 1617.
coram Eminentiss. D. Card. Io. Bapt. Pamphilio,
cuius particula datur *in summ. D. Decani num.* 8. &
stante præcedente titulo vnionis satis dicitur con-
7 stare quod cura sit penes Decanum, dum ipse præ-
sentat Vicarium, Vital. *in Clem.* 1. *num.* 7. *de
offic. Vicar.* Rot. *d. decis.* 104. *num.* 1. *in fin.
vers. tum ratione præsentationis, & sub num.* 5. *part.* 1.
recent.

Allegata verò præscriptio immemorabilis pro-
uidendi hanc parochialem per concursum, pari-
ter diluitur ex supradictis præsentationibus factis
per Decanum, quarum vigore Episcopi pro tem-
pore collationes fecerunt absque concursu ad fauo-
rem præsentatorum spatio 100. annorum, & vltra.
8 Ad excludendam enim præscriptionem immemo-
rabilem vnicus tantùm actus in contrarium sufficit,
Cagnol *in l. semper in stipulationibus num.* 12. *ff. de
reg. iur.* Beto *cons.* 5. *n.* 23. *lib.* 1. Surd *cons.* 194. 23. &
24 Greg. *decis.* 162. *n.* 9. vbi Add *num.* 15. & quatenus
9 post constitutionem Pij V. fuisset facta collatio per
concursum non noceret Decano, quia præsumere-
tur facta per errorem, Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 38.
num. 25. Rota *decis.* 352 *num.* 9. *part* 4. *recent* & in
his terminis fuit dictum in *d. Barchinonen. Vicaria S.
Eulaliæ* 11. *Decembris* 1639 coram bon. mem. Coc-
10 cino, § *fin.* & stantibus dictis præsentationibus non
potest dici quod non adsit memoria in contrarium,
vt requiritur in probatione præscriptionis imme-
morabilis, Put. *decis.* 426. *num.* 1. & 3. *lib.* 1. *incorrect.*
& fuit dictum in *d. Terdonen. Canonicatus* 5. *Maij*
1617. coram Card. Pamphilio.

Propterea eo libentius Domini denegarunt re-
11 missoriam, quia illa petitur ad retardandam exe-
quutionem prouisionis Apostolicæ, Rota *decis* 211.
num. 7 *part.* 1. & *decis.* 271. *num* 3 *part.* 1. *recent.* & quia
12 Procurator non habet mandatum speciale ad con-
sentiendum sequestro, & promittendum de stando
vnicæ vt requiritur in beneficialibus, Coccin. *decis.*
246 *num* 1. Seraphin. *decis.* 555 *num.* 1. & ex vtroque
capite remissoria denegata fuit in *Elnen. Canonica-
tus* 17. *Februar.* 1631. coram Eminentiss. D. Card.
Vbaldo, vt in particula data in *summario d. Decani
num.* 9.

Et ita vtraque, &c.

Mutinen. Bonorum seu Prædij.

Lunæ 15. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Causa intestati in qua quis se fundat defi-
cit, Testatore hæredem sibi germanam
Sororem instituente: vbi plura de Sta-
tuto Mutinæ quoad mulierem alicui
forensi nubentem, contra cuius pœ-
nam mulieri minori nuptæ & legis dis-
positionem ignoranti restitutio in inte-
grum competit.

SVMMARIVM.

1 *Testatus decedens instituta sibi hærede à qua Reus conuentus causam mediatam habet, causa intestati in qua alius se fundat, cessat.*
2 *In dubio pro causa testati est iudicandum.*
3 *Opinio vnius Doctoris quæ testamento fauet est tenenda, quamuis communis opinio in contrarium esset.*
4 *Statutum Mutinæ de muliere forensi nubente, dum impedit vel restringit liberam facultatem nubendi, non valet.*
5 *Matrimonia debent esse libera, nec impediri vel metu pœnæ restringi possunt.*
6 *Statuta laicorum circa substantiam matrimonij non valent, materia spirituali ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinente.*
7 *Casus mixtus sub simplicibus regulariter non continetur, siue realiter siue per differentiam casuum distinguatur.*
8 *In muliere à Patruo nupta, eadem ratio reuerentiæ & verecundiæ virginalis quæ in muliere à Patre nupta militat.*
Idem de metu reuerentiali in nepte respectu Patrui, in muliere respectu fratris, & de aliis consanguineis & Curatoribus statuendum, ibid
9 *Filia à Patruo nupta nihil aliud fecisse quàm præstare obedientiam præsumitur.*
10 *Restitutio in integrum competit minori aduersus pœnam statuti, cuius dispositionis ignorantiam verisimiliter habuisse præsumitur.*
11 *Legis dispositionem ignorans contra legem non facit.*
Lex scientem non ignorantem obligat, ibid.

DECISIO CCLXXI.

ENSVERVNT Domini, non esse
dandam immissionem in possessio-
nem prædij, de quo agitur, Io. Pel-
licciario venienti ex persona Fabij
eius Authoris, tanquam hæredis ab
intestato Iulij Cæsaris, ea præcipue moti ratione;
quia cùm D Iulius Cæsar decesserit testatus, institu- 1
ta sibi hærede Camilla germana sorore, à qua Pau-
lus Carandinus Reus conuentus causam habet me-
diatam, cessat causa intestati, in qua D. Pellicciarius
se fundat, *l. quamdiu* 19 *ff de acquir. hæredit. l.
quamdiu* 89 *ff. de regul iur.* Pichard *super instit. lib.* 3.
in rubr de hæredit. quæ ab intestat. deferunt. num 36. &
in dubio pro causa testati iudicandum est, *l. si pars,* 2
in

in princip.ff de inoff.testam.C fin.de re indic & quamvis communis opinio esset in contrarium, tenenda
3 esset opinio vnius Doctoris, quæ testamento fauceret, vt dicit Barbat. *in conf.6. num.3. lib.1.* sequitur Iason. *in l.Gallus, §. quid si is, col.2.in vltim. lect.* & esse memoria dignum, ait Cotta *in suis memorial. vers. imò fortius lib. 4.* Simon de Pret. qui alios refert in tractat.*de interpret. vltim. volunt. lib.3.solut.6. n.54.fol.92.*

4 Non obstat igitur Statutum Mutinæ, quo cauetur, vt qualibet mulier nubens alieni forensi sit incapax ex testamento, vel ab intestato omnium bonorum cuiuscumque ciuis, vel districtualis Mutinæ; quia vltra quod Pacianus *in cons.4. num 4.* conatur ostendere, simile statutum non valere, tum quia impedit, vel restringit liberam facultatem nubendi, quæ non potest impediri, vel metu penæ re-
5 stringi, cùm matrimonia debeant esse libera, *cap. gemma de sponsal l Titia 134 ff.de verbor.obligat.* tum
6 etiam quia statuta laicorum non solùm non valent circa substantiam matrimonij, sed nec etiam circa accessoria, & ab eo dependentia, quia talis materia cùm sit spiritualis pertinet ad iurisdictionem Ecclesiasticam, *cap. tuam, extr. de ordin. cognit. & cap. statutum, il.1. de hæretic.in 6.* pro qua opinione vltra d. Pacian. Dominus Comes Fabius Carandinus in sua allegatione iuris cumulauit viginti duos Doctores, quorum aliquos recenset Ciriac.*controuers.448. à n.2.vsque ad n.4.*

Cessare visa fuit difficultas ex eo, quod data etiam validitate dicti statuti, illius dispositio non potest præsenti casui adaptari, cùm statutum loquatur de muliere, quæ se ipsam nupsit, & nos sumus in casu, quo mulier non ipsa simpliciter se nupsit,
7 sed fuit à Patruo maritata, & sic versamur in casu mixto, qui regulariter sub simplicibus non continetur, siue realiter distinguatur, siue per differentiam casuum, vt in terminis statuti Mediolani consuluit egregiè Bald. *in cons. 357. incipien. nulla mulier vol. 1.* quem sequitur Alciat. *in cons 1. num.5.vers.secundò dicit vol. 2.* vbi loquitur de statuto Laudæ, Calcan. *cons.3. num.12. vers. & ideo ad obtinendum,* Rimin.Senior *cons 427. num.25. vers.secundum fundamentum,* Rimin.Iun.*cons.21 num.121 & cons.462. num.341.* Bertazzol. *cons.ciuil. 103. num.21.* Pacian. *dict cons 4 num.... & seqq.* Maluas *cons.123.num.5. & 6.* Fusar *cons.179 num vlt* Ciriac.*controuers.291 à num.62.vsque ad num 76.& d. controuers.448. à n 6. & seqq.* & hanc distinctionem secuta fuit Rota coram Seraph *in decis.806. & decis 811.*vbi agebat de simili statut.Parmensi.

Nec facit, quod aliqui ex prædictis Doctoribus loquantur in muliere nupta à Patre, cui filia reue-
8 rentiam debet, quasi quod non idem dicendum sit in muliere nupta à Patruo, in cuius potestate neptis non reperitur, quia imò idem videtur dicendum in muliere nupta à fratribus, Patruis, vel aliis eorum maioribus, cùm in istis quoque militet eadem ratio reuerentiæ, & verecundiæ virginalis, *vt ex l 1.* & ibi Gloss. *C de nupt.* aduertit Rota *in dict. decis.811.num 4.* coram Seraphin.sequitur Sanchez *de matrim lib 4.disput.6. quæst.4. num.40.& seqq.* & præcipuè *sub num. 34.* vbi loquitur de metu reuerentiali in nepte respectu Patrui: & in muliere nupta à fratre consuluerunt Calcan. Bertazz. & Pacian in locis supra citatis, & est textus *in cap. est orda 12.31.quæst 5.* & in terminis mulieris nuptæ à Patruo, Rimin Iun *d.cons.462. sub d.num. 341.* & quod id verum sit etiam in aliis consanguineis, & Curatoribus, qui sub eorum custodia puellas maritandas retineant, comprobat Pacian. *d. cons. 4. num. 30.*

Quod vero d.Camilla se ipsam non nupserit ex- 9
tra Mutinam, præterquam quod id præsumitur, vt ex cons. Iacob.de Put. *in ter cons.* Calcan. 4. dixit Rota *in præcitata decis.811.num.1. vers. quia videbatur,* coram Seraph.manifestè etiam conuincitur ex lectura Instrumenti dotalis, vbi legitur illam fuisse nuptam Euangelistæ Ciui Bononiensi à dicto Iulio Cæsare eius Patruo, tunc Episcopo Regiensi, & sic patet nihil aliud Camillam fecisse, quam præstare obedientiam, vt in similibus terminis ponderat Ciriac *d.controuers 448.n.9.in fine vers. ex capitulis autem matrimonialibus.*

Præterea consideratum fuit, quod cùm eadem Camilla de tempore quo fuit nupta, esset minor, in
omnem euentum ei competeret restitutio in inte- 10
grum aduersus pœnam talis Statuti, cuius dispositionis ignorantiam illa præsumitur verisimiliter habuisse, *l.regula ff.de iur. & fact. ignorant. l.cum de in-*
debito §. sin autem is, ff. de probat. nec potest dici, 11
quod is contra legem faciat, qui legis dispositionem ignorat, cùm lex scientem, & non ignorantem velit obligare, *l generali, C. de tabular lib.10.* Roman. *cons.473. incipien circa propositam num. & a.* ibique Adden. 1.in puncto argumnt Rimin.Sen. *d.cons.427. num.46. sub vers. quartum & vltimum,* & Pacian.*d cons.4.num.33.& seqq.*

Et ita vtraque, &c.

Rheginen. seu Salernitana bonorum.

Veneris 19. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Obligatio facta in carcere cum clausula Constituti quæ transfert possessionem in Constitutarium, stante inualiditate carcerationis ob non seruatum Iuris ordinem vti in consideratione non est habenda, ita nec obstat quin manutentio in bonis in solutum creditori ea via datis anteriori possessori veniat concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Possessione anteriori stante manutentio conceditur.*
2 *Clausula constituti possessionem in Constitutarium etiam ad effectum manutentionis transfert.*
3 *Instrumentum dationis in solutum ad instantiam partis factum tempore quo debitor in carcere detinebatur, nullius est momenti.*
4 *Obligatio in carcere facta valet debitore validè & iustè carcerato.*
5 *Carceratio ob non seruatum ordinem iuris est inualida.*
6 *Sententia lata sub die qua non cadebat citatio, perinde est ac si sine citatione prolata fuisset.*
7 *Contumaciâ rei conuenti in ipsa die qua cadebat citatio accusatâ, sententia post aliquot dies absque alia citatione ferri potest.*

8 *Reus conuentus per coniunctam personam in iudicio*
prophano, ad defensionem etiam sine mandato le-
gitimè comparere potest.
9 *Reus conuentus attenta comparitione contumax dici*
non potest.
10 *Stylus tantum de potentia quantum de vsu ha-*
bet.
11 *In stylo vltra solitam obseruantiam nihil suppleri*
debet.
12 *Contra immunitatem Ecclesiasticam à potestate*
laicali penitus exemptam stylus nullus induci
potest.
13 *Absolutio à iuramento in obligatione in carceribus*
facta apposito, necessaria nullatenus vide-
tur.
14 *Absolutione omnium iuramentorum obtentá, tot ad-*
sunt absolutiones quot iuramenta.
15 *Absolutio verbis generalibus concepta sufficit.*
16 *Absolutio licet post latam sententiam fuerit obtenta,*
Reus tamen conuentus est audiendus, dum de
periurio ante obtentam absolutionem appositum
non fuit.
17 *Creditum quando non est ita liquidum vt contra-*
rium in petitorio probari nequeat, retentio non
competit.

DECISIO CCLXXII.

ONCESSA coram Reuerendiss. P.D.
meo Peutingerio manutentione in
bonis de quibus agitur ad fauorem
Ioannis Thomæ contra D. Principem
Satriani, iste adiuit Signaturam, &
causam mihi committi obtinuit cum facultate ma-
nutenendi quem de iure: quamobrem dubitaui,
cuinam sit danda manutentio, & eam esse dandam
1 Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex in-
strumento dationis in solutum horum bonorum
factæ per ipsum ad fauorem Principis, quam ex
depositionibus duorum testium noniter examinato-
rum constat de eius anteriori possessione, ob quam
conceditur manutentio, *cap. licet causam de probat.*
Bart. *in l si duo in princ. num. 4. ff. vti possidetis*, Couar.
pract. q. 16. vers. 12. in hac controuersia, latè Menoch.
de retinend. remed. 3. n. 723.

Non obstat quod à dicta possessione Ioan. Tho-
mas ceciderit facto proprio, dum bona huiusmodi
dederit in solutum D. Principi suo Creditori cum
2 clausula Constituti, quæ transfert possessionem in
Constitutarium etiam ad effectum manutentionis,
l. quod me, l. interdum, ff. de acquirend. possess. Rota
decis. 551. num. 4 part. 2. recent. & fuit dictum *in Ro-*
mana palatij 26. Nouembris 1639. coram me; quia
3 cùm instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit
factum, tempore quo prædictus Ioan. Thomas præ-
tensus debitor detinebatur in carceribus ad instan-
tiam eiusdem Principis, nullius est momenti, vt ex-
pressè decidit text. *in l. qui in Carcerem, ff. quod met.*
caus. l. si quis Sempronium, ff de hered. instituend. Gut-
tier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 17. & seqq. p 6.*
recent. & in terminis fuit dictum *in Neapolitana do-*
morum 13. Maij 1641. coram Eminentissimo D. meo
Card. Hieron. Verospio.

4 Et quamvis hoc non procedat, quando is qui
obligationem fecit in carceribus, erat validè, &
iustè carceratus, vt aduertunt Bart. *in d. l. qui in car-*
cerem num. 1. ff. quod met. caus. & *ibid.* Bald. *in prima*
lectura vers. item etiam, Alberic. *num. 2.* Less. *de iust.*
& iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fin. & num. 41.
5 Rota *decis. 122. num. 7. part. 6. recent.* in præsenti ta-
men clarè constat de inualiditate carcerationis ob
non seruatum iuris ordinem, Cuman. *consil. 157. per*
tot. Guttier. *de iuram. confirm. d. cap. 57. num. 7. vers. di-*
ceris, Farinac. *tit. de carceribus tom. 2. part. 1. quæst. 35.*
num. 28. Afflict. *decis. 149. num. 1.* Rot. *decis. 26. num. 7.*
part. 6. recent. Actum enim fuit vigore litterarum
executorialium relaxatarum in vim sententiæ latæ 6
sub die, qua non cadebat citatio, & sic perinde
est, ac si sententia prolata fuisset sine citatione,
Bart. *in l. aut, qui aliter in princ. & in l. vlt. § final. ff.*
quod vi, aut cl. Vant. *in tit. de nullit. ex defect. citat.*
num. 73. Rot. *decis. 252. num. 2. & decis. 340.*
num. 1. part. 1. recent. & decis. 546. num. 6. coram
Greg XV.

Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quod 7
accusata rei conuenti contumacia in ipsa die, qua
cadebat citatio, possit sententia ferri post aliquot
dies absque alia citatione, Bald. *in l. cum non eo die*
num. 1. versic. ego contrarium consului quand. prouoc.
non est necess. Doct. *in cap. consuluit*, & præcipuè Felin.
n. 4. vers. & nota de offic. delegat Decian *consil. 18 n. 112,*
lib. 1. attento maximè stylo Curiæ illarum partium
de pronunciando per triduum post accusatam rei
conuenti contumaciam, Rot. *decis 141. num. 3. coram*
Durano.

Quia hoc non procedit, quando tempore caden- 8
tis citationis nomine rei conuenti legitimè compa-
ritum fuit, prout in casu nostro factum fuit per
coniunctam personam, sicuti fieri potuit in iudicio
prophano ad defensionem etiam sine mandato, ad
text. *in l. sed & hæ personæ, ff de procurat.* Rota *decis 6.*
num. 1. vers. in prophana tamen de procurat. in nouis,
ibique Addit. *& dec. 34. num. 1. eod. tit. in antiq.* quia
comparitione attenta reus conuentus non potest 9
dici contumax, *cap. 2.* vbi Gloss. *vers. contumaciter*
de dol. & contum. l. contumacia in princ & § 1. vbi
etiam Gloss. *ff. de re iudic.* & in terminis dixit
Rota *in decis. 409. num. 2. in fin. part. 1. recent.* Imo
hunc modum proferendi sententias in contuma-
ciam post lapsum diei, qua cadebat citatio, Rota
alias reprobauit, nisi quando prolata fuisset senten-
tia die immediatè sequenti, vt de magis communi
testatur in *decis. 365. num. 4. part. 1. recent.* sententia
verò in præsenti fuit lata post decem dies, adeò
quod quatenus etiam adesset contumacia, & sty-
lus ex aduerso allegatus proferendi sententiam per
triduum post accusatam contumaciam esset legiti-
mè probatus, adhuc non posset suffragari vltra tri-
duum, tantum enim stylus habet de potentia, quan- 10
tum de vsu, sicut dicimus de consuetudine, Bald.
in l. final. vers. vt tamen aliud scias C. communia vtriusque
iudic. Cephal *cons. 26. num. 27.* Roland. *cons. 94. n. 17.*
vol. 2. Surd. *cons. 424. num. 43* Rot. *decis. 288. in fin.*
part. 1. recent. nihilque debet in eo suppleri vltra so- 11
litam obseruantiam, vt inquit Bald. *in cons. 175. in*
fin. vol. 2. Surd. *cons 371. num. 3.* Ossasch *decis. 29.*
num. 16.

Præterea executoriales prædictæ, quicquid ex
aduerso dicatur, relaxatæ fuerunt vigore ritus
magnæ Curiæ, vt patet ex lectura sententiæ,
& tamen ritus magnæ Curiæ non poterat habe-
re locum contra d. Ioan. Thomam Clericum, vt
articulo maturè discusso firmatum fuit in *Baren. seu*
Neapolitan. pecuniaria 14. Maij 1641. coram Reue-
rendiss. P. D Rojas, *& in Hidruntina pecuniaria 26.*
eiusdem mensis & anni, coram bon. mem. Merlino
allegatis *in decisione huius causa emissa sub die 13.*
Iunij superioris anni coram Reuerendiss. P. D. meo
Peutingero, & in hac sententia residet Rota, vt
benè examinata materia deducitur in præcitatis
Baren.

Baren. & Hidruntina, quicquid ex abundanti fuerit dictum *in Neapolitana pecuniaria 5. Iulij 1652.* coram Eminentiss. D. meo Card. Hieronymo Verospio ibi, *& dabat praeterea &c.*

Nec releuat assertus stylus illarum partium dandi viam executiuam ritui magnæ Curiæ etiam contra Clericos, quia quatenus esset legitimè probatus non esset attendendus, tanquam repugnans
12 immunitati Ecclesiasticæ, contra quam penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stilus induci, seu præscribi, *cap. ad audientiam de consuetud. cap. inter, cap. causam quæ de elect.* Carol. de Grass. *de effect.* 1. *num.* 377. *& seqq.* vbi quod est corruptela, imò nec sufficere Constitutionem Synodalem fuit declaratum in *d. Baren. seu Neapolitana* coram R. P. D. meo Roias.

Provt non officit exceptio periurij, quia vltra quod in hoc casu, vbi agitur de iuramento apposi-
13 to in obligatione facta in carceribus, non videtur esse necessaria absolutio, per ea quæ tradunt Roland à Valle *cons.* 1. *num.* 76. *& seqq.* & præcipuè *num.* 81. *lib.* 1. Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 1. *cap.* 57. *num.* 19. *vers. sed pro contraria*, & sentit Rot. *in decis.* 26. *num.* 49. *part* 6. *recent.* cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta, de qua in hodierno summa-
14 rio *num.* 5. & quidem omnium iuramentorum in dicta obligatione contentorum, ibi; *petiit, obtinuit à iuramento, seu iuramentis in dd. instrumentis præstito, seu præstitis tot quot sint cuiusuis generis, & speciei, ad effectum agendi tantùm absolui, &c.* adeò quod dubitari non possit quin adsint tot absolutiones quot iuramenta, provt requiritur ex Felin. *in cap. constitutus, num.* 14. *de rescript.* Paris *cons.* 99. *num.* 18. *lib.* 1. Roland. *cons.* 240 *num.* 5. *lib.* 1. Rota penes Zacch. *post tract.* Galles. *de obligat. Cameral. decis.* 29.
15 *num.* 3. *&* 4 & qood sufficiat absolutio verbis generalibus concepta tenet Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 6. *& seqq.* & licet absolutio obtenta fue-
16 rit post latam sententiam ab A. C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ, adhuc tamen Ioan. Thomas est audiendus, quia nunquam fuit appositum de periurio, ante absolutionem obtentam, ex benè ponderatis per Surd. *cons.* 199. *num.* 21. *&* 22. Crauatt. *cons.* 199 *num.* 12. *vers. tertio respondeo*, facit Marescott. *loco supra citato num* 16. & sequitur Fontanell. *de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 2. *part.* 7. *n.* 7.

Deniquè non facit, quod Principi si non competat manutentio ob inualidam carcerationem, & obligationem sui debitoris, competat saltem retentio pro suo eredito, ex allegat. per Surd. *in decis.* 46 *num.* 12. *&* 13. quia quicquid sit, an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione, certum est quod creditum D. Principis non est omnino liquidum, imò est impugnatum, ac litigiosum, cùm reus conuentus obtinuerit ab A. C. sententiam reuocatoriam literarum executorialium, quas pro eredito
17 prædicto Princeps reportauerat: quando autem creditum non est ita liquidum, vt contrarium non possit probari in petitorio, tunc non competit retentio, vt decidit eadem decisio Surd. 46. *in fin. & decis.* 184 *num.* 6. sequitur Gratian *discept.* 774. *num.* 13. *& seq.* Rota *in decis.* 1455 *num* 1. coram Card Seraphino, *& in decis.* 539. *num.* 5. *&* 6. coram Card. Caualerio.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Bononien. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

De fideicommisso ob defectum lineæ masculinæ ad fauorem proximiorum agnatorum ipsius Testatoris, iuxta casum ab ipso Testatore expressum, purificato.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis vti incapax est successionis ita & ab illo proueniens.*
2 *Principium vitiosum qui habet descendens dici non potest.*
3 *Nepotes legitimi ex naturali filio pro nepotibus Aui non habentur; sed potius prorsus extranei reputantur.*
4 *Legitimatio continens clausulam* citra præiudicium ex fideicommisso vocatorum *vti fundata in constitut. Pij IV. non suffragatur, cùm illa facultatem legitimandi quoad fideicommissa reuocat.*
5 *Filio ante contractum matrimonium Patris cum concubina decedente, legitimatio ex subsequenti matrimonio orta prodesse nullatenus potest.*
6 *Legitimatio cùm mediante persona filij ab auo ad nepotem proficisci debeat, eo mortuo extremorum coniunctio impeditur.*
7 *Opinio legitimationem ab auo ad nepotem mediante persona filij proficisci debere, licet plures habeat contradictores, magis tamen communem esse negari nequit.*
8 *In praxi à communi & recepta sententia recedere durum est.*
9 *Testatore in defectum lineæ masculinæ simpliciter proximiores de parentela & agnatione substituente, fideicommissum in primis proximioribus expirat, neque ad alios extenditur.*
10 *Clausula* seruando inter eos gradum prærogatiuam, *licet tollat repræsentationem fideicommissum tamen non extendit.*
11 *Testator solum in defectum lineæ effectiuæ proximiores vocans, impossibile est quin de familia contentiua intellexerit.*
12 *Adoptatus à transuersali vel extraneo in potestate patris naturalis existens, iura sanguinis ipsius adoptantis sine Principis auctoritate non assequitur, nec iura patris naturalis eo ipso dissoluuntur.*

DECISIO CCLXXIII.

BARTHOLOMEVS Bologninus instituto sibi hærede Æmilio filio legitimo, & naturali Io. Mariæ de Bologninis ab ipso testatore adoptato, subiunxit per hæc verba; *Cui Æmilio quandocumque decedenti substituit etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum omnes eiusdem Æmilij filios, & descendentes legitimos, & naturales masculos,*

8 *Reus conuentus per coniunctam personam in iudicio prophano, ad defensionem etiam sine mandato legitimè comparere potest.*

9 *Reus conuentus attenta comparitione contumax dici non potest.*

10 *Stylus tantum de potentia quantum de vsu habet.*

11 *In stylo vltra solitam obseruantiam nihil suppleri debet.*

12 *Contra immunitatem Ecclesiasticam à potestate laicali penitus exemptam stylus nullus induci potest.*

13 *Absolutio à iuramento in obligatione in carceribus facta apposito, necessaria nullatenus videtur.*

14 *Absolutione omnium iuramentorum obtentâ, tot adsunt absolutiones quot iuramenta.*

15 *Absolutio verbis generalibus concepta sufficit.*

16 *Absolutio licet post latam sententiam fuerit obtenta, Reus tamen conuentus est audiendus, dum de periurio ante obtentam absolutionem appositum non fuit.*

17 *Creditum quando non est ita liquidum vt contrarium in petitorio probari nequeat, retentio non competit.*

DECISIO CCLXXII.

CONCESSA coram Reuerendiss. P. D.
meo Peutingerio manutentione in
bonis de quibus agitur ad fauorem
Ioannis Thomæ contra D. Principem
Sattiani, iste adiuit Signaturam, &
causam mihi committi obtinuit cum facultate ma-
nutenendi quem de iure: quamobrem dubitaui,
cuinam sit danda manutentio, & eam esse dandam
1 Ioanni Thomæ fuit responsum, quia tam ex in-
strumento dationis in solutum horum bonorum
factæ per ipsum ad fauorem Principis, quàm ex
depositionibus duorum testium noniter examinato-
rum constat de eius anteriori possessione, ob quam
conceditur manutentio, *cap. licet causam de probat.*
Bart. *in l. si duo in princ. num. 4. ff. vti possidetis*, Couar.
pract. q. 16. vers. 12. in hac controuersia, latè Menoch.
de retinend. remed. 3. n. 723.

Non obstat quod à dicta possessione Ioan. Tho-
mas ceciderit facto proprio, dum bona huiusmodi
dederit in solutum D. Principi suo Creditori cum
2 clausula Constituti, quæ transfert possessionem in
Constitutarium etiam ad effectum manutentionis,
l. quod me, l. interdum, ff. de acquirend. possess. Rota
decis. 551. num. 4 part. 2. recent. & fuit dictum *in Ro-
mana palatij 26. Nouembris 1639. coram me*; quia
3 cùm instrumentum dictæ dationis in solutum fuerit
factum, tempore quo prædictus Ioan. Thomas præ-
tensus debitor detinebatur in carceribus ad instan-
tiam eiusdem Principis, nullius est momenti, vt ex-
pressè decidit text. *in l. qui in Carcerem, ff. quod met.
caus. l. si quis Sempronium, ff de hered. instituend.* Gut-
tier. *de iurament. confirmat. part. 1. cap. 57. & seqq. p 6.
recent.* & in terminis fuit dictum *in Neapolitana do-
morum 13. Maij 1641.* coram Eminentissimo D. meo
Card. Hieron. Verospio.

4 Et quamvis hoc non procedat, quando is qui
obligationem fecit in carceribus, erat validè, &
iustè carceratus, vt aduertunt Bart. *in d. l. qui in car-
cerem num. 1. ff. quod met. caus.* & *ibid.* Bald. *in prima
lectura vers. item etiam*, Alberic. *num. 2.* Less. *de iust.
& iur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 36. in fin. & num 41.*
5 Rota *decis. 122. num. 7. part. 6. recent.* in præsenti ta-
men clarè constat de inualiditate carcerationis ob
non seruatum iuris ordinem, Cuman. *consil. 157. per
tot.* Guttier. *de iuram. confirm. d. cap. 57. num. 7. vers. di-
ceris*, Farinac. *tit. de carceribus tom. 2. part. 1. quæst. 35.
num. 28.* Afflict. *decis. 149. num. 1.* Rot. *decis. 26. num. 7.
part. 6. recent.* Actum enim fuit vigore litterarum
executorialium relaxatarum in vim sententiæ latæ 6
sub die, qua non cadebat citatio, & sic perinde
est, ac si sententia prolata fuisset sine citatione,
Bart. *in l. aut, qui aliter in princ. & in l. vlt. §. final. ff.
quod vi, aut cl.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. citat.
num. 73.* Rot. *decis. 252. num. 2. & decis. 340.
num. 1. part. 1. recent. & decis. 546. num. 6.* coram
Greg XV.

Quæ quidem nullitas non tollitur ex eo, quod 7
accusata rei conuenti contumacia in ipsa die, qua
cadebat citatio, possit sententia ferri post aliquot
dies absque alia citatione, Bald. *in l. cum non eo die
num. 1. versic. ego contrarium consului quand. prouoc.
non est necess.* Doct. *in cap. consuluit*, & præcipuè Felin.
n. 4. vers. & nota de offic. delegat Decian *consil. 18. n. 112.
lib. 1.* atteuro maximè stylo Curiæ illarum partium
de pronunciando per triduum post accusatam rei
conuenti contumaciam, Rot. *decis 141. num. 3. coram
Durano.*

Quia hoc non procedit, quando tempore caden- 8
tis citationis nomine rei conuenti legitimè compa-
ritum fuit, provt in casu nostro factum fuit per
coniunctam personam, sicuti fieri potuit in iudicio
prophano ad defensionem etiam sine mandato, ad
text. *in l. sed & hæ personæ, ff de procurat.* Rota *decis. 6.
num. 1. vers. in prophana tamen de procurat. in nouis*,
ibique Adden & *dec. 34. num. 1. eod. tit. in antiq.* qui a
comparitione attenta reus conuentus non potest 9
dici contumax, *cap. 2.* vbi Gloss. *verb. contumaciter
de dol. & contum. l. contumacia in princ & §1.* vbi
etiam Gloss. *ff. de re iudic.* & in terminis dixit
Rota *in decis 409. num. 2. in fin. part. 1. recent.* Imo
hunc modum proferendi sententias in contuma-
ciam post lapsum diei, qua cadebat citatio, Rota
aliàs reprobauit, nisi quando prolata fuisset senten-
tia die immediatè sequenti, vt de magis communi
testatur in *decis. 365. num. 4. part. 1. recent.* sententia
verò in præsenti fuit lata post decem dies, adeò
quod quatenus etiam adesset contumacia, & sty-
lus ex aduerso allegatus proferendi sententiam per
triduum post accusatam contumaciam esset legiti-
mè prubatus, adhuc non posset suffragari vltra tri-
duum, tantum enim stylus habet de potentia, quan- 10
tum de vsu, sicut dicimus de consuetudine, Bald.
*in l. final. vers. vt tam aliud scias C. communis vtriusque
iudic.* Cephal. *cons. 26. num. 17.* Roland. *cons. 94. n. 17.
vol. 2.* Surd. *cons. 424. num. 43* Rot. *decis. 288. in fin.
part. 1. recent.* nihilque debet in eo suppleri vltra so- 11
litam obseruantiam, vt inquit Bald. *in cons. 175. in
fin. vol. 2.* Surd. *cons 371. num. 3.* Osasch *decis. 29.
num. 16.*

Præterea executoriales prædictæ, quicquid ex
aduerso dicatur, relaxatæ fuerunt vigore titus
magnæ Curiæ, vt patet ex lectura sententiæ,
& tamen titus magnæ Curiæ non poterat habe-
re locum contra d. Ioan. Thomam Clericum, vt
articulo maturè discusso firmatum fuit in *Baren. seu
Neapolitan. pecuniaria 14. Maij 1641.* coram Reue-
rendiss. P. D Rojas, *& in Hidruntina pecuniaria 26.
eiusdem mensis & anni*, coram bon. mem. Merlino
allegatis *in decisione huius causa emissa sub die 13.
Iunij superioris anni* coram Reuerendiss. P. D. meo
Peutingero, & in hac sententia residet Rota, vt
benè examinata materia deducitur in præcitatis
Baren.

Baren.& Hidruntina, quicquid ex abundanti fuerit dictum *in Neapolitana pecuniaria* 5.*Iulij* 1632.coram Eminentiss.D. meo Card. Hieronymo Verospio ibi, *& dabat praeterea &c.*

Nec releuat assertus stylus illarum partium dandi viam executiuam ritui magnæ Curiæ etiam contra Clericos, quia quatenos esset legitimè probatus non esset attendendus, tanquam repugnans
12 immunitati Ecclesiasticæ, contra quam penitus exemptam à potestate laicali nullo tempore poterit aliquis stilus induci, seu præscribi, *cap.ad audientiam de consuetud.cap. inter, cap. causam qua de elect.*Carol.de Grass.*de effect.*1.*num.*377.*& seqq.*vbi quod est corruptela, imò nec sufficere Constitutionem Synodalem fuit declaratum in *d. Baren. seu Neapolitana* coram R.P.D.meo Roias.

Provt non officit exceptio periurij, quia vltra quod in hoc casu, vbi agitur de iuramento apposi-
13 to in obligatione facta in carceribus, non videtur esse necessaria absolutio, per ea quæ tradunt Roland à Valle *cons.*2.*num.*76.*& seqq.*& præcipuè *num.* 81.*lib.*1. Guttier.*de iuram. confirmat. part.*1.*cap.* 57. *num.*19.*vers.sed pro contraria*, & sentit Rot. *in decis.* 26.*num.*49.*part* 6.*recent.* cessat penitus difficultas ex absolutione obtenta, de qua in hodierno summa-
14 rio *num.* 5. & qnidem omnium iuramentorum in dicta obligatione contentorum, ibi; *petiit, obtinuit à iuramento, seu iuramentis in dd. instrumentis praestito, seu praestitis tot quot sint cuiuscuis generis, & speciei, ad effectum agendi tantùm absolui, &c.* adeò quod dubitari non possit quin adsint tot absolutiones quot iuramenta, provt requiritur ex Felin. *in cap.constitutum, num.*14.*de rescript.*Paris *cons.*99.*num.* 18.*lib.*1. Roland. *cons.*240 *num.*5.*lib.*1. Rota penes Zacch *post tract.*Galles.*de obligat. Cameral. decis.*29.
15 *num.*3.*&* 4 & quod sufficiat absolutio verbis generalibus concepta tenet Marescot. *variar. resol.lib.*2. *cap.*84.*num.*6.*& seqq.*& licet absolutio obtenta fue-
16 rit post latam sententiam ab A. C. super inualiditate carcerationis, & obligationis in carceribus factæ, adhuc tamen Ioan. Thomas est audiendus, quia nunquam fuit appositum de periurio, ante absolutionem obtentam, ex benè ponderatis per Surd.*cons.*299.*num.*21.*&* 22.Cravatt.*cons.*199 *num.* 12.*vers. tertio respondeo*, facit Marescott.*loco supra citato num* 16. & sequitur Fontanell. *de pact. nuptial. claus.*7. *glos.*2.*part.*7.*n.*7.

Deniquè non facit, quod Principi si non competat manutentio ob inualidam carcerationem, & obligationem sui debitoris, competat saltem retentio pro suo credito, ex allegat. per Surd.*in decis.*46 *num.*12.*&* 13. quia quicquid sit, an hæc exceptio possit admitti in hac disputatione, certum est quod creditum D. Principis non est omnino liquidum, imò est impugnatum, ac litigiosum, cùm reus conuentus obtinuerit ab A.C.sententiam reuocatoriam literarum executorialium, quas pro credito
17 prædicto Princeps reportauerat; quando autem creditum non est ita liquidum, vt contrarium non possit probari in petitorio, tunc non competit retentio, vt decidit eadem decisio Surd.46. *in fin. & decis.*184 *num.*6.sequitur Gratian *discept.* 774. *num.* 13.*& seq.*Rota *in decis.*1455.*num* 1.coram Card Seraphino, *& in decis.*539.*num.*5. *&* 6. coram Card. Caualetio.

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

Bononien. fideicommissi Bartholomai de Bologninis.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

De fideicommisso ob defectum lineæ masculinæ ad fauorem proximiorum agnatorum ipsius Testatoris, iuxta casum ab ipso Testatore expressum, purificato.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis vti incapax est successionis ita & ab illo proueniens.*

2 *Principium vitiosum qui habet descendens dici non potest.*

3 *Nepotes legitimi ex naturali filio pro nepotibus Aui non habentur; sed potius prorsus extranei reputantur.*

4 *Legitimatio continens clausulam* citra præiudicium ex fideicommisso vocatorum *vti fundata in constitut. Pij IV. non suffragatur, cùm illa facultatem legitimandi quoad fideicommissa reuocat.*

5 *Filio ante contractum matrimonium Patris cum concubina decedente, legitimatio ex subsequenti matrimonio orta prodesse nullatenus potest.*

6 *Legitimatio cùm mediante persona filij ab auo ad nepotem proficisci debeat, eo mortuo extremorum coniunctio impeditur.*

7 *Opinio legitimationem ab auo ad nepotem mediante persona filij proficisci debere, licet plures habeat contradictores, magis tamen communem esse negari nequit.*

8 *In praxi à communi & recepta sententia recedere durum est.*

9 *Testatore in defectum lineæ masculinæ simpliciter proximiores de parentela & agnatione substituente, fideicommissum in primis proximioribus expirat, neque ad alios extenditur.*

10 *Clausula* seruando inter eos graduum prærogatiuam, *licet tollat repraesentationem fideicommissum tamen non extendit.*

11 *Testator solum in defectum lineae effectiua proximiores vocans, impossibile est quin de familia contentiua intellexerit.*

12 *Adoptatus à transuersali vel extraneo in potestate patris naturalis existens, iura sanguinis ipsius adoptantis sine Principis auctoritate non assequitur, nec iura patris naturalis eo ipso dissoluuntur.*

DECISIO CCLXXIII.

BARTHOLOMEVS Bologninus instituto sibi hærede Æmilio filio legitimo, & naturali Io. Matiæ de Bologninis ab ipso testatore adoptato, subiunxit per hæc verba; *Cui Æmilio quandocumque decedenti substituit etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum omnes eiusdem Æmilij filios, & descendentes legitimos, & naturales masculos,*

masculos, & de legitimo matrimonio natos, & si contigerit ante eiusdem testatoris mortem dictum Æmilium decedere absque filiis, & descendentibus masculis, vt supra &c. & casu quo idem Æmilius quandocunque decederet absque filiis, & descendentibus masculis, vt supra, &c. eo casu, & casibus prædictis eidem Æmilio sic decedenti vt supra instituit in hereditate, & bonis Magnificum Io. Mariam de Bologninis superuiuentem, &c. si autem d. Io. Maria tunc defunctus esset eiusdem Io. Mariæ filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos &c. & deficiente linea masculorum d. Io. Mariæ præfatis omnibus vltimis eius heredibus sic deficientibus, &c. substituit proximiores masculos de parentela, & agnatione ipsius testatoris, seruando tamen inter eos graduum prærogatiuam.

Accidit quod Æmilius obiit relicto solùm Io. Ludouico ex Lælio filio naturali prædefuncto, qui, & ipse quoque decessit sine filiis, sicuti, & ante ipsum pariter obierant sine filiis masculis omnes alij filij Io. Mariæ; Quare Horatius, & Valerius fratres de Bologninis vti proximiores agnati d. testatoris, siue potius ex eorum personis Zambeccarij eorum donatarij introducta lite in Rota contra Palmerios successores d. Io. Ludouici disputare obtinuerunt, An sit locus fideicommisso d. Bartholomæi, quod expirauerit, & pro Zambeccariis fuit responsum; quia cùm tam Io. Maria, quàm omnes eius filij prædecesserint Æmilio, qui pariter obiit sine filiis, & descendentibus legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, non potest ambigi quin fuerit factus locus fideicommisso ad fauorem dd. Horatij, & Valerij de Bologninis proximiorum agnatorum ipsius Testatoris, iuxta eius ab ipso Testatore expressum, Bellon. *cons.* 19. *n.* 3. Rot. *decis.* 436. *num.* 1. *p.* 1. *& decis.* 269. *n.* 5. *p.* 3. *recent.*

Absque quod obstet Æmilium decessisse superstite d. Io. Ludouico nepote; quia cùm ille descenderet ex dicto Lælio filio naturali ipsius Æmilij, & sic ex radice infecta, non potuit succedere in dicto fideicommisso, in qua post Æmilium fuerunt vocati tantummodo eius filij, & descendentes masculi legitimi, & naturales, ac de legitimo matri-
1 monio nati; siquidem quemadmodum ipse Lælius tamquam naturalis erat incapax d. successionis, ita & Io. Ludouicus ab illo proueniens, *l. vlt. C. de nat. liber.* Bald. *in l. vlt. num.* 4. *vers & si non continentur, C. de verb signif.* Rustic. *in l. cum Auus lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 578. *vers. ampliatur* 3. *de condit. & demonstrat.* Alex. *cons.* 174. *num.* 2. *vers. quia non potest lib.* 5. Ruin. *cons.* 158. *num.* 7. *lib.* 1. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 12. *num.* 3. *in fin. & num.* 37. Menoch *lib.* 4 *præsumpt.* 79. *n.* 25. Fusar. *de substit. q.* 315. *num.* 3. Rota *decis.* 395. *n.* 1. *p.* 1. *recent.*

Adeò quod nec ex persona propria d. Io. Ludouicus succedere possit, cùm testator non considerauit solam personam nepotis, sed descendentium ex Æmilij legitimo matrimonio prouenientem; qui
2 autem habet principium vitiosum non potest dici descendens, vt benè responderunt Mantic. *d. tit.* 12. *num.* 32. *ad fin. & num.* 33. *cum seqq.* & Menoch. *cons.*
3 318 *num.* 28. *& seqq.* nec nepotes legitimi ex naturali filio habeotur pro nepotibus Aui, sed potius reputantur prorsus extranei, Capra *cons.* 108. *num.* 25 Alex. *d. cons.* 174. *num.* 3. *vol.* 5. Dec. *cons.* 365. *num.* 1. Barz. *decis.* 3. *fere per tot.* quos & alios refert, & sequitur Ciriac. *controuers.* 8. *numer.* 33.

4 Nec suffragari potest asserta legitimatio d. Lælij facta à Dominis de Campegiis; quia continet clausulam *citra præiudicium vocatorum ex fideicommisso* iuxta constitutionem 45. Pij IV. impress. non. Bullar. quæ reuocat facultatem legitimandi quoad fideicommissa, vt in terminis facultatis concessæ D D. de Campegiis aduertunt Eogen. *cons.* 52. *num.* 65. *lib.* 1. & Menoch. *cons.* 461. *num.* 34. *ad med. & seqq.*

Prout non releuat, quod Æmilius matrimo-
nium contraxerit cum concubina, ex qua susceperat d. Lælium; quia cùm idem Lælius decessisset 5
ante dictum contractum matrimonium, legitimatio, quæ oriri potuisset ex tali subsequenti matrimonio nullatenus suffragatur, vt ante omnes tenuit Gulielm. de Cuneo *in l. benignus, ff. de ll.* quem postea secuti fuerunt ibidem Alberic. *num.* 3. Bald. *num.* 6. & Angel. *num.* 2. Alex *in l. Gallus*, §. *si eius num.* 9. *in fin. ff de liber. & posthum.* Castren. *in l.* 1. §. *caterum num.* 2. *ff de acquir. poss* Butr. *in cap. venerabilem num.* 15. *vers. requiritur tertio qui fil sint legitim.* Dec. *cons.* 343 *num.* 2. *circa med. vers.* & in simili casu Cassan *ad consuetud. Burgund. rubr.* 8. §. 3. *text. ab intestat. num.* 8. *vers aduerte,* Iason. *in l si quis pro emptore num* 121. *ff. de vsucap.* Rosell. *tract. de legitim. cap. de caus. material. num* 9. *tom.* 8 *tract fol.* 87. Ludouic. de Sard. *tract. de natural. liber. cap. de legitim per viam matrim. quæst* 5. *num.* 19. *d. tom.* 8. *tract fol.* 34. Marsil. *singul.* 121. Cotta *in memor. verb. legitimatio*; Cremes. *singul.* 33. Tiraq *de primog. quæst.* 40. *num.* 115. Boer. *decis.* 240. *num.* 16 *ad med.* Duenn *regul* 350. *lim.* 1. Gabriel *tit. de legitim. concl.* 1. *num.* 37 Gregor. Lopez *partit.* 4. *tit.* 13. *l.* 1. *num.* 8. *col.* 2. *in fin. vers nota etiam quod si mortuo*, Paschal. *de patria potest. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 123 *ante med.* Valentin. Forest. *de successION. lib.* 6. *cap.* 30 *num.* 1 Gail. *pract. obseruation lib.* 2. *cap.* 141. *num.* 9. Menoch *cons.* 1016 *n.* 20. *vers. tertio obiicitur lib.* 11. Balthass. Thomas *tom.* 1. *tit.* 9. *num* 90.

Et ratio est secundum eos, quia legitimatio debet 6
proficisci ab auo ad nepotem mediante persona filij, qui cùm mortuus sit, ideo extremorum coniunctio impeditur, *l. tria prædia ff. de seruit rustic. præd.* facit bonus textus *in l. qui libertinus*, §. *post libertinus, ff. de oper. liber. & in l. diuo Marco, C. de quæst.*
quæ quidem opinio licet plures habeat contradi- 7
ctores recensitos per Conat. *in epitom super* 4. 1 *part. cap.* 8. §. 1. *num.* 19. & aduertit Guttier *in repetit. textus in* §. *fin de hæred. qualitat. & different. num.* 100. attamen negari nequit quin ea sit magis communis, vt refert idem Guttier. *d. num.* 200. *circa med.* & quamuis ipse dicat sibi placere contrariam vti magis æquam; & fauorabilem filiis, nihilominus
fatetur quod durum esset in praxi recedere à com- 8
muni, & recepta sententia; sequitur Peregr. *de fideicom. art.* 14. *num* 61. vbi quod ista opinio est receptior, & magis communis. Idem tenent Rustic *in l. Cum auus in lib.* 2. *c.* 16. *n.* 117. *& num.* 125. Honded. *cons.* 72. *num.* 31. & Iordanus Vrsinus *in tract de success feud p.* 1. *q.* 4. *art* 5. *per tot.* vbi quæstionem disputat ad partes, & *sub num.* 16. *de receptior.* testatur.

Quod verò præfatum fideicommissum expiraue-
uerit in personis dd. Horatij, & Valerij probatur ex 9
eo, quod testator deficiente linea masculina Io. Mariæ substituit simpliciter proximiores de parentela, & agnatione ipsius testatoris, nec vlterius progressus est, quo casu fideicommissum expirat in primis proximioribus, neque ad alios extenditur, vt probat textus *in l. cum ita legatur*, §. *in fideicommisso*, vbi Cuman. *num.* 4. *ff. de legat.* 2. quem benè

expendit

expendit ad hunc propositum, Molin. *de Hispan. primogen.lib 1.cap.5.num.27.* & concordant Mantic. *de coniect.lib.8.tit.12.num 34.* Crass. *in § fideicommissum quæst.16.num.8.* Decian.*consf.64.lib.2.& consf.10. n.13.& seqq lib.3.& consil.77.lib.5.* Cranett.*consf.161. n.9.* Petra *de fideicommiss.q.1.num.149.* Fusar.*consf.91. num.6.* Rota *decis.486.n.5.p.1. & decis.264.per tot. p.4.& decis.326.n.6.p.5.recent. & decis.270 num.17.* coram Dutano inter eius impress.

10 Non obstante illa clausula (seruando inter eos graduum prærogatiuam,) quia ea tollit quidem repræsentationem, sed non extendit fideicommissum, vt in puncto explicat Decian.*d.consf.10 num.63.vers. non obstat tertium, & seqq lib.3.* & idem sentit Surd.*in consf.554.n.39.post princip. vers minimè verò sequitur,* Honded. *consf.60 n.78.lib.2.*

Nec subsistit, quod testator substituendo proximiores de familia intelligere voluerit de familia effectiua, & non contentiua, de qua sunt dd. Horatius, & Valerius Authores Zambeccatiorum; quia imò contrarium manifestè conuincitur ex eo, quod postquam testator vocauit, & substituit omnes descendentes, istis deficientibus vocauit proxi-
11 miores de parentela, & agnatione, & sic cùm solùm in defectum lineæ effectiuæ vocauerit proximiores, impossibile est quod non intellexerit de familia contentiua, vt benè ad propositum arguunt Aldouin.*consf.91. num.61. vers.cæterum quod testator,* Peregr *consf.47 num.10.vers.verum circa istorum vol.2.* Fusar.*consf.57.n.17. & de substit. quæst.351. num.39.* Bellon.Iun.*consf.11 n 52. post med.& seqq.* & Citiac. *controuers.269. n.63.*

Denique non aduersatur obiectum adoptionis Æmilij, propter quam Ioan.Ludouicus testatori pro-
12 ximior dicebatur, quia adoptio existentis in potestate patris naturalis facta à transuersali, vel ab extraneo non operatur, quod adoptatus assequatur sine Principis auctoritate iura sanguinis ipsius adoptantis, imò nec quod exeat familiam, & iura eiusdem patris naturalis dissoluantur, ad text. *in l. cum in adoptiuis, C.de adoption. §. sed hodie instit.eod. tit.* Socin.*in l.cum auus n.56.in fin. ff.de condit. & demonstr.* Beron. *consf.159. n.25.lib.2.* Giouagn.*consf.11. n.52 & seqq.lib.2.* & sic ratione adoptionis prædictæ nulla considerati potest proximitas Ioan. Ludouici erga testatorem adoptantem.

Et ita vtaque, &c.

Romana Reintegrationis.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

De reformanda decisione circa petitam reintegrationem ad possessionem bonorum de quibus agitur contra Moniales S. Ambrosij possidentes, sub prætextu crediti dudum satisfacti, Monialibus retentionem sibi pro aliis creditis competere excipientibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Locationes tacitè renouatas pensionesque integrè per locatrices perceptas fuisse vt præsumatur, de possessione ac locatione docere sufficit.*

2 *Liquidatio fructuum à soluto sequendo probatur.*

3 *Debiti partem soluens, vniuersum debitum in eadem diuisione sibi obuenturum agnouisse dicitur.*

4 *Vnio plurium beneficiorum quoad alterum ex ipsis effectum habens, in omnibus effectuata præsumitur.*

5 *Fructus censuum diuisorum creditoribus communibus hinc inde soluti, an diuisionis ineffectuationem necessariò includant.*

6 *Procurator habens facultatem imponendi census super bonis mandantis, eò magis census super aliunis bonis impositi bonam fidem recognoscere potest.*

7 *Retentio pro rata cuius bona fides agnoscitur cessat, nec soluens pro ea Iurium cessionem reportare potest dum proprium debitum extinxit.*

8 *Fructus ex censu extincto non debentur.*

9 *Cessio translatiua quid sit.*

10 *In emptione census non requiritur disdicta; secus in extinctione iuxta formam in constit. Pi, V. præscriptam.*

11 *Verbum* retrocedere *seu* retrouendere *actum retrosimilem censum extinctiuum propriè importat.*

12 *Quod principaliter agitur semper attenditur.*

13 *Compensatio debiti cum æquali credito soluto proportionabiliter ipso Iure fieri debet vt cursus vsurarum impediatur.*

DECISIO CCLXXIV.

PETENTIBVS Michaele, & Ioanne de Butiis ex persona q. Annæ eorum Matris reintegrationem ad possessionem domus, & apothecarum, de quibus agitur contra Moniales S. Ambrosij possidentes ex persona Sororis Mariæ Cherubinæ Samsoniæ, sub prætextu, quod iam essent satisfactæ de credito, pro quo concessa fuerat immissio Ioanni Tardito creditori anteriori q. Antonij de Butiis mariti d. Annæ, ac Authori Samsoniæ, & econtra excipientibus prædictis Monialibus sibi ipsis competere retentionem pro aliis creditis pariter anterioribus dote eiusdem Annæ: Rota ad effectum dignoscendi, an re vera Moniales essent satisfactæ, mandauit fieri calculum, in quo declarauit esse ponendas ad creditum illorum de Butiis omnes pensiones domus, & apothecarum à die, qua ipsæ Moniales locare cœperunt: Ad creditum verò Monialium dixit esse ponen. non solùm creditum Ioannis Tarditi earum Authoris, pro quo concessa fuerat immissio, sed etiam alia tria, nempè censum scut.300. in sorte venditum Ioan. Baptistæ de Testis accollatum à Fabritio Butio procuratorio nomine d. Antonij fratris, item alium censum scut. 500. pariter in sorte impositum ad fauorem Iacobi Piccardi, & denique medietatem alterius census scut. 400. similiter in sorte impositi ad fauorem Hieronymæ Ciagliæ, vt diffusius apparet ex deductis in decisione emissa sub die 23. Iunij superioris anni coram R.D.meo Cornelio Episcopo Patauino.

Sed neutra parte d.resolutioni acquiescente, cùm Moniales prætenderent ad earum creditum esse quoque ponendum alium censum scut.200. in sorte venditum filiis, ac hæredibus Ioan. Baptistæ de Testis, & ad debitum non esse ponendas omnes pensiones domus, & apothecarum ex eo, quod non doceatur fuisse omnes ab eis perceptas, & versa vice Butij dicerent non debere ad creditum Monialium poni illos tres census supra enarratos, reproposui vti subrogatus in locum D. Patauini causam super eisdem, & DD. responderunt decisionem esse reformandam prout infra.

In primis etenim dixerunt, quod sicuti in dubium
non reuocatur, quin ad creditum Monialium sit po-
nendus census Ioannis Tarditi earum Auctoris, ita
ad earum debitum sint quoque ponendæ pensiones
domus, & apothecarum ab eisdē possessarū occasio-
ne d. census Tarditi sibi ipsis cessi, & quidem à die
16. Iulij 1623. qua Moniales exigere cœperunt, vt
probatur ex receptis, de quibus *Sum Buriorum* dato
in d. decis. quæ reuidetur *n.5.* vsque ad diem earundē
domorum dimissionis, & ad rationem quantitatis in
Instrumentis locationum contentæ, nisi contrarium
1 exaduerso probetur, cùm alioquin Buriis solliciat
docere semel Moniales fuisse in possessione, ac locas-
se ad effectū, vt præsumator locationes fuisse tacitè
renouatas, iuxta *text. in l. Itē quæritur, §. Qui impleto ff.
de locat.* & pēsiones fuisse integrè per locatrices per-
ceptas in eadē summa in ipsis locationibus conuēta,
Buratt. *decis.* 173. *n.* 3. *& 4.* vbi *sub n.6.* firmatur fructuū
2 liquidationem probari à solito sequendo, *decis.* 11.
Achill *de restit spoliat.* & in terminis fructuum per-
ceptorum ex domibus locatis dixit Rota *in Romana
restitutionis in integrum 7. Maij* 1633. coram bon.
mem. Buccabella. *& in Romana, seu Cæsenaten. heredi-
tatis, 1. Febr.* 1618. coram bon. mem. Pirouano.

Secundariò firmarunt DD. diuisionem debitorum
communium scut. 8000. factam inter Cæsarem San-
sonium Patrem d. Cherubinæ, à qua causam habent
Moniales, & Antonium Burium mediante persona
Fabritij Procuratoris, fuisse ritè & rectè celebratā,
quia d. Fabritius non vti frater, neque sub spe futu-
ræ ratificationis, sed vigore mandati, & cōmissionis
ipsius Antonij contraxit, vt patet ex lectura d. diui-
sionis quę cū vlt. fuerit expresse ratificata quoad cē-
sum Piccardi, vt probatur ex solutione fructuum fa-
cta per d. Antonium sub expressa mentione diuisio-
3 nis, censetur approbata in totum, itavt soluendo par-
tem debiti dicatur vniuersum debitum in eadem di-
uisione sibi obuentum agnouisse, per *text. in l. si eus,*
vbi Bart *ff de legat.* 1. Rot. *dec.* 325 *n.5.* coram Dura-
no, cum aliis alleg in decis. quæ reuidetur, *sub §. in
calculum, &c.* sicuti diximus in simili de vnione plu-
4 rium beneficiorum, quæ si probetur habuisse effectū
quoad alterum ex ipsis, præsumitur in omnibus ef-
fectuata. Rot. *dec.* 449. *num.* 7. *& decis.* 500. *n.* 5. coram
Canaler. & alibi sæpè.

5 Absque quod aliquid releuet aliquando fructus
censuum sic diuisorum fuisse creditoribus cōmuni-
bus hinc inde solutos, quia non inde sequitur diui-
sionis ineffectuatio, cùm hoc euenire potuerit ex
eo, quod creditores habebant actionem insolidum
contra vtrumque socium, & sic quem maluissent so-
ciorū poterant pro solutione fructuum pulsare, non
obstante diuisione debitorū inter ipsos facta, quæ in
nihilo potuit creditoribus absentibus præiudicare, *l.
si vnus §. ante omnia, ff. de pact. l. debitorum, C. eod. tit.*
Bart. *in l. post contractum n.* 17. *ff. de donat.* Rot. *dec.* 460.
n. 1. *& dec.* 560. *n.* 3 *part.* 2. *recent.*

Atque hinc censuerunt ad creditum Monialium
esse ponendum non solùm censum Piccardi, qui est
scut. 500. in sorte, sed etiam alium scut. 100. pariter
in sorte impositum ad fauorem hæredum Io. Bapti-
stæ de Testis, quia ambo isti census in d. diuisione
obuenerant d. Antonio, *Summ. hodierno Buriorum
num.* 1. Vnde data ratificatione diuisionis in to-
tum ex superius allegatis non potest in parte
scindi.

Subsistere quoque visa fuit accollatio alterius
census scut. 300. in sorte venditi Io. Baptistæ de Te-
stis facta à Fabritio procuratorio nomine Antonij
fratris, non obstante quod mandatum procuræ non
cantaret præcisè ad accollari quia sufficit quod con-
tineat facultatem census imponendi ac accedendi,
fideiubendi, & recognoscendi bonam fidem in qui-
buscunque instrumentis impositionum, & venditio-
num quorumcumque annuorum cēsuum per quas-
uis personas impositorum, ac venditorum, ex bene
deductis in præcedenti *decis. §. neque obstat,* vbi firma-
tum, quod si Procurator habet facultatem imponen- 6
di census super bonis mandantis, cò magis possit
bonam fidem recognoscere census impositi super
bonis alienis, ex Rot. *decis.* 194. *n.* 5. *part* 6. *recent.*

Verùm quia iste census scut. 300. accollatus fuit
per Fabritium ad effectū extinguendi societatem of-
ficij similis summæ, cuius pro medietate bonam fi- 7
dem agnouerat Sansonius auctor Monialium, dictū
fuit cessare retētionem pro hac rata, nec pro ea sol-
uentem potuisse reportare Iurium cessionem dum
proprium debitum extinxit, *l Nulla C. de solut* Bart.
in l. Modestinus n. 4. Ibique Castr *n.* 5 *ff. eod. tit.* Vin-
cent. de Franch. *dec.* 55. *n.* 7. Canaler. *dec.* 568. *n.* 1. Et
sic Burij de medietate istius census, idest scutis 150.
non erunt constituendi debitores.

Quod verò ad medietatem alterius census scut.
400. in sorte impositi, per Antonium Burium ad fa-
uorem Hieronymæ Gigliæ, & ab ista relictam Mo-
nachis S. Stephani del Caccho; animaduersum fuit,
quod sola sors principalis consistens in scutis 100.
debet poni ad creditum Monialium, non autem fru-
ctus, quia constat pro d. medietate censum fuisse ex-
tinctum à d. Anna tanquā matre, & tutrice Michae-
lis, & Ioannis filiorum, & hæredum Antonij Burij
debitoris census, mediante effectiua solutione scut.
200. facta dd. Monachis S. Stephani. Vnde licet eadē
Anna Iura pro eisdem scut. 200. cesserit Ioanni Tar-
dito auctori Monialium, non exinde sequitur, quod
illæ possint petere etiam fructus, qui non debentur 8
ex censu extincto, Caputaq. *dec.* 105. *part.* 1. Canaler.
dec. 651. *n* 5. & fuit dictum in *Eugubina erroris calculi
10. Iunij, & 9 Decembris* 1641. *coram me.*

Nec subsistit, quod cessio facta à Monachis S.
Stephani ad fauorem Annæ, respectu fructuum sit
translatiua, quia imò ex lectura Instrumenti apparet
eam fuisse census extinctiuam. Quandoquidem Mo- 9
nachi non cesserunt simpliciter, in quibus terminis
præsumitur cessio translatiua, vt benè per Rot *in de-
cis.* 43. per totum, & signanter sub *num.* 7. post addit.
Cenc. *ad tr. de Censib* sed cesserunt in vim præceden-
tis disdictæ, ibi; *sitque quod Ill. D. Anna Proida ad ef-
fectum, &c. intimari eis fecit disdictam,* & sic extincti-
uè, cùm in emptione census non requiratur disdicta, 10
sed bene in extinctione iuxta formam præscriptam
in Constit. Pij V. Rota impress. apud Cenc. *post tr. de
Censib decis.* 173. *n* 4 *& decis.* 176. *n.* 1.

Idque comprobatur ex aliis subsequentibus ver-
bis, ibi, *volentes Reuerendi Prior, & Monachi, vt par
est dicta scuta* 100. *recipere, & retrocessionem dicti
census, &c. facere: Hinc est, &c. quod, &c.
sponte. &c. retrocesserunt, &c.* verbum enim re-
trocedere, seu retrouendere, importat propriè actum 11
retro similem censum extinctiuum, iuxta notata in *l.*
1. vbi Bald. & Salicet. *C quand. lic. ab empt. disc.* Canal.
dec. 71. *num.* 3. & in terminis fuit dictum in *dec.* 642.
n. 2. *part.* 1. *rec* Et quamvis infra promittatur euictio,
illa promissio cadit super domo, pro cuius euictione
pecuniæ redactæ ex censu erant inuestiendæ, prout
cum effectu fuerunt reinuestitæ, *Sum. hodierno Bu-
riorum n.* 4.

Subsequēs autē declaratio quod iura dicantur ces-
sa trāslatiuè, nō extinctiuè, intelligenda est respectu
sortis, vt scilicet Anna soluens de propriis pecuniis
posset

possēt summam solutam irreuocabiliter repetere à principali debitore; quoties enim instrumentum vt in præsenti, incipit à verbis extinctionem census importantibus, illis sequentia verba famulantur, etiam si alioquin esse possent translatiua census,
12 quia semper attenditur id, quod principaliter agitur, vt ex textu in *l. 1. C. plus valet quod agit, & in l si per impressionem, C. quod met. caus. & in l si filius familias § penult ff. ad Macedon.* in his terminis decisum fuit *in Romana Saluiani 17. Maij 1619.* coram bon. mem. Pirouano, impress. post addit. Cene. *de Censib. decis. 45. num. 1. vers. Atque ita, cum duob. seq.* Quam sequuta est Rota in terminis cessionis in *Rauennaten. Census 27. Iunij 1639.* coram Reuerendiss. P. D. meo Dunozet. Decano, § *Non obstant verba, & 26. Nouemb is eiusdem anni* coram eodem.

Ad creditum verò Boriorum ponenda sunt scuta mille, quæ ab Antonio Burio soluta fuerunt Sciarris de Riguano, quia hoc debitum obuenerat Sansonio in diuisione. Vnde intrat compensatio proportionabiliter cum eo, quod idem Antonius debet Sansonio, sine ex eius persona Monialibus, iuxta text. & ibi Gloss. *in l. 1. ff. de compensat.* Bart. *in l. Procurator ad exhiben. §. si Procurator num. 3. ff. rem rat. haber* Buratt. *dec. 325. num. 11.* & quidem ipso Iure etiam ad impediendum cursum vsurarum, iuxta *text. in l. si constat, & l. etiam C. de compe st.*

Nec obstare visum fuit, quod deinde in calculo facto de anno 1611. idem Antonius etiam d. censum, de Sciarris in se accollauerit, & in maiori summa debitor remanserit, quia nisi probetur, quod hæc subsequuta fuerint ex causa anteriori creata, videlicet ante annum 1606. quo Anna Mater, & auctrix Michaelis, & Ioannis effecta fuit creditrix Antonij viri pro sua dote, tale computum non nocet eidem Annæ, nec eius successoribus, *l. si vnus ff. de pactis cum aliis sup. alleg.*

Adeò quod ex prædictis patet, quod in calculo faciendo ad creditum Monialium debet poni primum creditum Tarditi, pro quo ei fuerat concessa
13 immissio; Item census scutor. 500. Piccardi; Item census scut. 100. hæredum Io. Baptistæ de Testis; Item medietas census scut. 100. in sorte accollati per Fabritium Burium Procuratorio nomine Antonij fratris, & sic scuta 150. tantum, & denique scuta 200. ratæ sortis principalis census redemptæ à Monachis S. Stephani del mCacchu, sine tamen fructibus, & econtra ad creditum Boriorum debent pōni omnes pensiones domus, & Apothecarum à die 16. Iulij 1623. ad rationem quantitatis contentæ in Instrumentis locationis, detracta tamen summa, quæ probabitur ex aduerso erogata in reaptatione, & restauratione domorum, & quæ probabitur ab aliis percepta. Ite scuta mille soluta illis de Sciarris, quæ compensari debent cum credito Monialium.

Et in hanc conformitatem vtraque parte audita consultum fuit esse reformandam præcedentem decisionem.

Decis. Rot. Rom. DD. Petr. Carrillo Pars II.

Bononien. fideicommissi de Nascentoriis.

Lunæ 22. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Constito de existentia fideicommissi illiusque purificatione, ac de identitate creditorum omnibusque adeò requisitis necessariis, fideicommissario immissio in bonis de quibus agitur denegari non potest.

Vide suprà *Decis. 233.*

SVMMARIVM.

1. *Immissio vt competat fideicommissario qualia requisita necessaria requirantur.*
2. *Liber à persona publica ad id deputata confectus & ritè custoditus plenè probat.*
3. *Liber à persona deputata confectus etiam contra tertium probat.*
4. *Filius possidens credita olim à matre possessa, cùm sit in gradu successibili hæres præsumitur nisi alium titulum probet.*

DECISIO CCLXXV.

ANGELVS de Nascentoriis postquam obtinuit per tres conformes Immissionem super bonis fideicommissi Rainerij de Nascentoriis ad sui fauorem purificati contra Moniales Monasterij S. Mariæ Nouæ Ciuitatis Bononiæ prætensas hæredes q. Comitis Pirrhi de Blanchis vltimi granati, & alios litis consortes, institit etiam pro immissione super duobus creditis prædicto fideicommisso pariter suppositis, & hodie detentis à Comite Constantio de Bentinolis; Idcirco dubitari, an eidem Angelo sit danda immissio petita, & affirmatiuè fuit responsum, quia 1
constat de existentia fideicommissi, illiusque purificatione, ac de identitate creditorum, de quibus agitur, & sic de omnibus requisitis necessariis ad hoc, vt fideicommissario competat immissio, vel remedio vtilis Saluiani interdicti, vel *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* etiamsi agatur contra tertios possessores ab hærede causam habentes, Gloss. *in l penult. §. cum autem*, vbi DD. communiter *C ad Trebellian.* Gabriel *consf. 44. n. 6. lib. 2.* Rot *decis. 237. num. 1 part. 1. recent.*

Quod autem adsit fideicommissum purificatum ad fauorem d. Angeli, satis superque probatur ex luculenter deductis, in pluribus decisionibus editis contra dd. Moniales Sanctæ Mariæ Nouæ, & litis consortes, tam coram Eminentissimo D. Cardinali Hieronimo Verospio, & R. P. D. meo Ghislerio, quàm coram me, cum quibus Domini transierunt.

Quodque tam creditum librarum 514. 12. & 4. occasione gabellæ grossæ nouæ & veteris, quam aliud librarum 10. officij Thesaurariæ nouæ & veteris, de quibus agitur, fuerint possessa à Rainerio fideicōmittente, & ab eo transierint in Alexandrum

de Blanchis eius hæredem, hic verò alienauerit in Hipolitā de Monte, & hodie possideantur à Comite Constantio eiusdē Hipolitæ filio, elicitur ex lectura partitarum publici libri Ciuitatis Bononiæ detto il Campione. *summario fideicommissarij à num. 17. vs-*
2 *que ad 13 & vltimum*, qui quidem liber cùm fuerit confectus à persona publica ad id deputata, & ritè custoditus plenè probat, *l. quadam*, *§. nummularios*, vbi Gloss. & Bart. *ff. de eden.* Cravett. *in tractat. de antiquit. temp. in 2. part quaest. principal. limit. 4. num. 62.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. cas. 91. centur. 1. num. 15. in fin.* Bald. *cons. 249. num. 1. vers praetereà nisi esset facta re translatio lib. 1.* & in puncto de simili libro Bononiæ detto il Campione Montis Salis, tradit Alex. *cons. 179. num. 1. lib. 6.* quem refert & sequit. Scacc. *de iudic. lib. 2. c. 11. n. 111.*

Et id procedit siue d. Constantius sit hæres Hipolitæ Matris habentis causam vt suprà, siue sit
3 tertius, quia d. liber probat etiam contra tertium, ex allegatis per Scacc. *dict. cap. 11. num. 116.* licet verius sit, quod eo ipso, quod Constantius possi-
4 det credita olim possessa ab Hipolita matre, cùm sit in gradu successibili præsumitur hæres nisi alium titulum probet, *ad l. pro herede*, *§. seruos*, *ff. de acquir. heredit.* Bart. *in l. gerit num. 24. ff. eod.* Alex *in l. si quos mihi. §. sed quod si mandauerit*, *ff. eod.* Mantic *de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. num. 7.* Rot. coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 7. n. 8.* & *decis. 98. n. 1.* ibique Adden *n. 7.*

Et ita decisum vna tantùm parte informante, &c.

Barchinonen. Beneficij.

Vener. 26. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Literæ Apostolicæ de conferendo alicui beneficio in mense reseruato vacante in forma Breuis expeditæ, & circa omnia contenta iustificatæ sunt exequendæ, non obstante exceptione Iurispatronus, quæ cùm plenè & concludenter non probetur reseruationem nullatenus excludit.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à iure regulatur.*
2 *Literæ Apostolicæ circa contenta in clausula* Constito *iustificata executionem paratam habent.*
3 *Clausulam* Constito *iustificatam esse quomodo probatur.*
4 *Regula reseruatoria mensium beneficia Iurispatronatus laicalis non comprehendit.*
5 *Iuspatronatus laicalis per dotationem vel fundationem plenè & concludenter probari debet.*
6 *Iuspatronatus laicalis ex præscriptione seu priuilegio proueniens sub reseruatione mensium cadit.*
7 *Particula testamenti quando est sumptum de sumpto nullius est momenti.*
8 *Iuspatronatus ex præscriptione seu priuilegio proueniens vt probetur integrum testamentum produci debet.*
9 *Sententia Ordinarij Iurispatronatus canonizatoria, quia non apparet effectuata nec ex actis prout requiritur iustificatur, attendi non debet.*
10 *Patroni quando sub verbo* asserti *enunciantur, Iuspatronatus excludi videtur.*
11 *Exclusio totalis Iurispatronatus pretensi vnde colligitur.*
12 *Clausula* arbitrio *stante sufficere dare fumum Iurispatronatus ad hoc vt in executione Breuis sit supersedendum, quomodo sit intelligenda.*
13 *Termino legitimo ad probandum Iuspatronatus elapso, effectus arbitrij pro suspensione executionis cessat.*

DECISIO CCLXXVI.

Beneficium simplex de quo agitur vacatum in mense Ianuarij 1638. & sic reseruatum ex regula mensium, collatum fuit à Sede Apostolica Ioanni Caxa, qui expedito Breui de capienda possessione nomine Cameræ, obtinuit ab A. C. sententiam immissionis declaratoriam contra Michaëlem Gerbal de eodem beneficio promisum vti de Iure patronatus, possessione quoque subsecuta: hinc per appellationem causa ad Rotam deuoluta cum clausula *parite Breui arbitrio Rota*, dubitatum an intret arbitrium, & negatiuè fuit responsum; quia 1
arbitrium regulatur à Iure, Bart. *in extrauag. ad reprimendum in verbo videbitur num. 8. § sed & si*, vbi Bart. *num. 16. C. commun. de legat.* Rot. *decis. 69. num. 1. part. 2. recent.* & de iure literæ Apostolicæ 2
expeditæ in forma Breuis, quando sunt iustificatæ circa contenta in clausula *Constito*, habent executionem paratam, adinstar *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Lotther. *de re benefic. lib. 3. quaest. 11. num. 63. 64. & 65.* Rot. *decis. 558. n. 1. p. 1.* & *dec. 58. n. 5. p. 1. recent.* & alibi sæpè.

Quod autem clausula (*constito*) sit iustificata, 3
nempè quod existens in possessione huius beneficij obierit de mense Ianuarij, plenè probatur ex fide obitus, depositione testium, & ex eo quod Michaël Aduersarius ex eadem vacatione promisus possessionem obtinuit iuxta *decis. 268.* Caualer. *decis. 55. n. 3.* & Coccin. *decis. 145. n. 1.*

Non obstat exceptio Iurispatronatus, quæ excludit reseruationem; cùm regula reseruatoria men- 4
sium non comprehendat beneficia Iurispatronatus laicalis, Seraphin. *decis. 1334. num. 6. & 7.* Quia de tali Iurepatronatus plenè, & concludenter non 5
constat, prout constare deberet, & quidem per dotationem, vel fundationem, vt dixit Rota *in decis. 222. num. 1.* & melius in terminis executionis Breuis *in decis. 381. num. 1. part. 1. recent.* cùm alioquin si prouenirer ex præscriptione, seu priuilegio, cade- 6
ret sub reseruatione mensium, vt tradunt Gonzal. *super regul. gloss 18. à num. 18. cum seqq.* & præcipuè *sub n. 21.* Garz. *de benefic. p. 5. c. 1. num. 573. & 574.* vbi plures Rotæ decisiones referuntur.

Huiusmodi etenim concludens probatio deduci non potest ea his quæ dantur pro parte Michaëlis. Nam particula testamenti quæ datur cuiusdam Bernardi Sories, vbi legitur quod testator Iuspatronatus Capellæ reliquit Rectori Ecclesiæ del Vendnell. & Guilielmo Sories nepoti seu.... hæredibus & successoribus suis perpetuò, nullius est momenti; tum quia est sumptum de sumpto, *l. Sancimus*, *C. de* 7
diuers. rescript. Couarruu. *practic. quaest. cap. 21. num. 4. vers. secundo.* Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 550. num. 1. & 2.* tum quia ad hunc effectum debuisset produci integrum testamentum, ad notat. 8

in

in cap. contingit de fide instrum. Roman. *in cons.* 301. *num.* 7. in punct. Rot. *in d. decis.* 221. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* tum & etiam qoia ex lectura d. particulæ ad summom apparet fuisse legatum Iuspatronatus Capellæ, sed non inde seqoitur esse hanc controuersiam, ac fuisse constructam, seu dotatam ab eodem testatore, itavt dicta Capella possideat bona relicta, seu dotata in dotem ab ipso testatore provt reqoiritur, vt in terminis dixit Rota *in d. decis.* 381. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

9 Minusque debet attendi sententia Ordinarij lata de anno 1503. eanonizatoria Iurispatronatus, quia non apparet effectuata, Aymon. *cons.* 10. *num.* 5. Natta *cons.* 456. *num.* 12. Rot. *decis.* 438. *part.* 1. *diuers.* & *decis.* 673. *num.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.* nec iustificatur ex actis provt requiritur, iuxta *cons.* Socin. 47. *n.* 15. *vol.* 4. Rot *decis.* 235. *num.* 4 *part.* 2 & *decis.* 141. *n.* 51. 52. & 53. *part.* 5. *recent.* & in specie fuit resolutum *in Cotronen. beneficij* 9. *Aprilis* 1641. *coram me.*

Sicuti nec collatio Ordinarij facta de anno 1594. tanquam de Iure patronatus, apparet quod habuerit effectum, imò ibi Patroni enunciantur, sub
10 verbo (*asserti*) qood potios exclodit Iuspatronatus, Lotther. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 144. Cæsar de Grass. *decis.* 176. *aliàs* 5. *qui filij sint legitimi*, Cassador. *decis.* 4. *num.* 8. *vers. secundo verò casu de probat.* & fuit dictum *in Vicen. Beneficij* 6. *Februarij* 1637. *coram bon. mem. Pirouano*, & pro totali exclu-
11 sione hoios patronatus, valdè ponderarunt Domini, quod à die conditi asserti testamenti nulla datur præsentatio effectuata, & permotatio secuta de anno 1618. nullam mentionem facit Iorispatronatus seu Patronotum, quæ propterea eò magis excludit prætensum Iuspatronatus, Rota *decis.* 276. *n.* 4. *vers. & ex sumpto p.* 4. *recent.*

12 Nec dicatur, quod stante clausula (*arbitrio*) sufficiat dare fummo Iurispatronatus ad hoc vt supersedendum sit in executione Breuis, vt *in decis.* 225. *num* 4. *coram bon. mem. Coccino*, quia conclusio ista fuit sæpius declarata, vt scilicet procedat ad effectum supersedendi in executione per aliquod tempus, intra qood impinguari possint probationes, eo tamen elapso, provt lapsum est in hoc casu, quo
13 à quadriennio reperitur commissa causa, cessat effectus arbitrij pro sospensione executionis, Lotther. *de re beneficiali lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 107. Rot. *in Iouen. Parochialis* 27. *Iunij* 1603. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio apud Marchesan. *de commission. tom.* 1. *fol.* 449. & *fol.* 462. & *in decis.* 756. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* & fuit dictum *in Gerunden. beneficij* 30. *Aprilis* 1640. coram R.P.D. meo Roxas, & *in d. Cotronen. beneficij* 19. *Aprilis* 1641. coram me.

Et ita decisom vna tantùm parte iosormante, &c.

Firmana Prædij.

Veneris 26. Iunij 1643.

ARGVMENTVM.

Deliberatione vitiosa stante, secutáque satisfactione crediti eorum pro quo prædium controuertitur, iuxta formam concordiæ cuius solo titulo possidetur, veris possessoribus reintegratis manutentio concedenda venit.

SVMMARIVM.

1 *Deliberationis nullitate data, prædium absque possessione vitiosa à creditoribus plenè satisfactis alio titulo quàm concordiæ possideri non potest.*

2 *Concordiæ secuta satisfactione inter partes factæ standum est, cùm ab eius relatione reclamatum non fuerit.*

3 *Sententia reintegrata reintegratos veros possessores efficit, ita vt illis manutentio veniat concedenda.*

4 *Deliberatio super prædio absque fructus liquidatione quæ est necessaria facta, nullitatis vitio subiacet.*

5 *Liquidatio non fit per oblatoris voluntatem quæ verum valorem non probat, sed communis æstimatio requiritur.*

6 *Deliberatio vt sustineatur tres oblatores requiruntur.*

7 *Deliberatio Creditoribus per imaginariam personam licitatoris facta secundùm stilum Rotæ annullatur.*

8 *Satisfactione totali & excessiua probatâ ius sententia contraria cessat, cùm causa propter quam lata fuit ad non causam deuenerit.*

9 *Fullo condemnatus soluere pretium vestis amissæ quam poliendam susceperat, Domino post receptam solutionem vestem inueniente solutum repetere potest.*

10 *Possessionem per concordiam amittenti competit remedium recuperandæ seu reintegrandæ, non autem retinendæ.*

11 *Verba sententiæ provt de iure intelligi debent.*

12 *Iudex vt de iure tenebatur pronunciasse censetur.*

13 *Iniustitia notoria stante sententia in iudicatum transire non potest.*

14 *Ratificatio non inducitur ex actibus qui ad alium titulum citra ratificationem referri possunt.*

DECISIO CCLXXVII.

IACOBVS, & Mattheuccius fratres de Mattheucciis cùm essent minores, postquam contra eos de anno 1622. facta fuit deliberatio prædij, de quo agitur, ad instantiam Octauiani Rosselli, & Ioannis Angelelli creditorum q. Baptistæ de Mattheucciis eorum Patris, mouerunt litem super nullitate dictæ deliberationis, qua indecisa pendente sub die 7. Iulij 1627. deuenerunt ad concordiam cum dd. Rosello, & Angelello mediante persona Francisci Oliuellij, qui promisit de rato pro dd. fratribus de Mattheucciis, & Catherina eorum Matre, & Coratrice, instrumentumque ratificationis se exhibiturum iosra quindecim dies.

In ista concordia fuit ioter alia expresse conuentum, *che li detti Rosello, & Angelello siano obligati all'hora quando saranno sodisfatti delli detti scudi* 434. *rilassar libera tutta la detta possessione* (soper qua secuta fuerat deliberatio) *à detti heredi tanto nel possessorio, quanto nella proprietà.* Cùm autem dd. Rosellus, & Angelellus licèt plenè satisfacti de eorum credito adhoc continuassent in pereeptione d. prædij, ijdem Mattheucij de anno 1636. cœperunt agere, & obtinuerunt ab A. C. mandatum de reintegrando; hinc causa per appellationem ad Rotam deuoluta cum

 clausula,

clausula, sine praeiudicio mandati de reintegrando, dubitaui sub die 29. Maij præteriti, cui sit dandum mandatum de manutenendo.

Verùm quia informantes pro Rosello, & Consocio sub prætextu, quod d. Concordia esset nulla ob non secutam ratificationem infra tempus in ea præfinitum, dicebant suos principales possidere hoc prædium non vigore dictæ concordiæ, sed in vim præcedentis deliberationis, mediante cessione reportata à deliberatario, & econtra informantes pro Mattheucciis respondebant d. deliberationem esse vitiosam, & propterea dd. Rosellum, & litis consortem non potuisse possidere alio titulo, quàm concordiæ; Domini agnoscentes decisionem huius dubij pendere à viribus d. deliberationis, dilata resolutione mandarunt videri, an sustineatur deliberatio, super quo hodie reassumpta disputatione responderunt deliberationem non sustineri, & consequenter Mattheucciis dandam esse manotentionem.

1 Ratio resolutionis fuit; quia data nollitate deliberationis, Rosellus, & Angelellus non poterant
hoc prædiom possidere alio titulo, quàm concordiæ; aliàs eorum possessio esset vitiosa, vt in simili
aduertit Adden. ad Greg. XV. in decis. 7. num. 13. &
2 ideò secuta eorum satisfactione iuxta formam eiusdem concordiæ, vt probatur ex relatione calculatoris iudicialiter deputati, cui standum est cum ab eius relatione reclamatum non fuerit, Bart. in l. instar num. 10. C. de iure fisci lib. 10. Rnin. cons. 16. ad fin. lib. 5. Corn cons. 43. num. 7. lib. 1. Rota decis. 393. n. 2.
3 part. 4. recent. Mattheuccij iure merito debuerunt reintegrari, & sententia reintegratoria effecit reintegratos veros possessores, itavt illis veniat concedenda manutentio, l. iustè possidet, l. qui vniuersas, § item cum Prætor ff. de acquir. possess. cap. in præsentia de renunciat. Rota decis. 173. num. 5. & decis. 513. n. 1. part. 1. & decis. 199. num. 1. part. 7. recent. & alibi passim.

Quod antem dicta deliberatio sit nulla probatur præcipuè ex triplici capite.

Primò, quia vigore mandati relaxati pro quatuor
4 milliaribus olei ad instantiam dd. Roselli, & litis
consortis foit facta executio, necnon subhastatio, ac deliberatio super prædio, de quo agitur absque prævia eiusdem olei precij liquidatione; quæ tamen erat necessaria, Bald. in l. 2. num. 7. & 8. C. de execut. rei indic. Cravett. cons. 231. num. 9. Surd. decis. 23. per tot. Rota decis. 689. num. 3. part. 1. recent. & in terminis deliberationis factæ pro quantitate frumenti, quod erat in obligatione, extat decis. 485. n. 8. coram Greg. XV.

Nec pro liquidatione sufficit oblatio licitatoris,
5 qui obtulit oleum, vel eius precium ad rationem
scut. 110. pro quolibet milliario; quia liquidatio non fit per oblatoris voluntatem, quæ verum valorem non probat, sed requiritur communis æstimatio, Bald. in l. 1. num. 65. C. de sent. quæ pro eo, & in l. 2. num. 57. ibique etiam Salicet. num. 32. & Cagnol. n. 233. vers. videtur etiam, C. de rescinden. vendit. Alex. in l. falcidia, § corpora sub num. 2. ff. ad l. falcidiam, Lup. de vsur. comment. 2. § 5. n. 114. vers. similiter si testis, Rota decis. 170. n. 5. p. 1. recent.

Secundò, quia sob vnica tantùm oblatione fuit
6 deuentum ad deliberationem, cùm tamen tres oblatores reqoirantur ad hoc, vt deliberatio sostineri possit, Bald. in l. ordo n. 4. C de execut. rei indic. Gratian. discept. forens. cap. 739. n. 22. Rota decis. 113. n. 14. p. 7. recent. & fuit dictum in Anconitana prædij 18. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bichio.

Tertiò, & denique, quia deliberatio re vera facta 7
fuit ipsis Rosello, & Angelello Creditoribus per imaginatiam personam licitatoris contra expressam dispositionem text. in l. & qui sub imagine, C. de distract. pignor. & notat ibi Folgos. qoem ad effectum anoollandi deliberationem secuta est Rota in d. Anconitana prædij coram D. meo Bichio.

Noo obstat sententia absolutoria in iodicatum transacta prolata de anno 1633. à Reuerendiss. Capuano, tunc A. C. Locumtenēte ad fauorem dd. Roselli, & Angelelli, cum impositione perpetui silentij, quia de eo tempore non constabat, qood ex fructibus hoius prædij vsque tunc perceptis dd. Rosellus, & consocius essent integrè satisfacti, & sic dum durabat pactum in Instrumento concordiæ appositum, nempè quod possano li Roselli continuare nel possesso, e dominio di detta possessione per fruttarla fin' all'intiera lor sodisfatione, non erat locus manotentioni tunc petitæ à Mattheucciis, & consequenter rectè fecit Iudex absoluendo Reos conuentos. Sed ex qoo hodie apparet de totali, imò 8
de excessiua satisfatione, cessat ius dictæ sententiæ, cùm causa propter quam illa fuit lata deuenerit ad non causam, vt probat textus in l. si fullo, ff. de condic. sine caus. vbi fullo qui vestes amiserat, quas 9
poliendas susceperat, eaque de causa condemnatus pretium soluerat, potest solutum repetere, si Dominus post receptam solutionem vestes inuenit, benè Surd cons. 268. num. 14. 15. 16. & 17. Gratian. qui plures congerit discept. forens cap. 408. n. 2.

Et impositio perpetui silentij potest, & debet
verificari in illa actione manutentionis tunc malè 10
intentata, cùm attento quod Mattheuccij amisissent possessionem huius prædij per concordiam, eis competeret remedium recuperandæ, seu reintegrandæ, non autem retinendæ, iuxta notata per Menoch.
in tract. de recuperand. in prælud. in princip. verba enim 11
sententiæ debent intelligi, provt de Iure, l. Herennius ff. de evict. l. miles, § decem, ff. de re indic. Bart. in l. si fundus, § in vendicat. ff. de pignor. Rota decis. 225.
num. 3. part. 5. recent. & Iudex censetur prononciasse, 12
vt de Iure tenebatur, Cravet. cons. 188. n. 8. Greg. XV. decis. 166. num. 4.

Aliàs autem si diceretur dicta sententia prolata super nullitate concordiæ, & super validitate deliberationis, esset notoriè iniosta, cùm ex supra deductis appareat dictam deliberationem esse euiden-
ter nullam, & per consequens attenta notoria in- 13
iustitia non potuisset transire in iudicatum, l. 4. § condemnatum, ff. de re iudic. l. ea quæ, l. vt proponis, C. quomod. & quand. Iudex, Rota decis. 260. num. 7. part. 1. & decis. 594. num. 4. part. 2. recent.

Nec obstant actus ponderati ad docendum de approbatione, seu ratificatione dictæ sententiæ, qoia omnes dicti actus emanarunt post concordiam, & ideo ad ipsius ratificationem potius possunt, & debent referri, vel saltem tanqoam æquiuoci sententiæ ratificationem non inducunt, cùm
ratificatio non inducatur ex actibus, qui possunt re- 14
ferri ad alium titulum citra ratificationem, vt ex Innocent. in cap. super hoc, num. 2. in fin. de renunciat. & ex Bart. in l. si per vim num. 2. C. de his, quæ vi metusue caus. fiunt, & ex aliis firmauit Rota in decis. 351. n. 17. coram Greg. XV.

Et ita vttaqoe, &c.

Fanen.

Fanen. Pradij

Mercur. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

De fructibus taxatiuis recompensandis, à qua die & ad quam summam debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Emptorem rem & pretium cum iactura venditionis retinere dum æquum non est, ad fructus recompensatiuos condemnari debet.*

2 *Venditor non appellando à decreto de deponendo & depositum ipsum sibi consignari curando, depositum penes montem Pietatis factum acceptasse videtur.*

3 *Fructus ad rationem quinque pro centenario iuxta dispositionem Iuris taxantur.*

DECISIO CCLXXVIII.

CVM Comes Petrus Aloysius condemnatus fuisset per tres conformes ad solutionem pretij prædij, de quo agitur vnà cum fructibus recompensatiuis ad fauorem Petri Pauli Leonardi dicti prædij venditoris, dicebat ad fructus recompensatiuos non teneri, stante deposito de pretio facto in partibus, vel saltem eorum taxationem non debere excedere summam scutorum quatuor pro centenario, supponendo fructus bonorum stabilium de tempore venditionis d. prædij in loco contractus non excessisse d. summam: propterea dubitaui à qua die debeantur fructus, & ad quam summam.

Et Domini quoad primam dubij partem dixerunt, fructus deberi à die aduentus solutionis. Cùm igitur d. Aloisius in instrumento emptionis promiserit soluere pretium in moneta Papali, vel Vrbinatensi, in tribus paghis æqualibus, quarum prima fieri deberet statim secuta æstimatione ac facta terminatione, reliquæ verò duæ infra biennium, & æstimatio cum terminatione secuta fuerit sub die 24. Septembris 1633. sequitur vt pro prima pagha fructus debeantur à d. die, & pro reliquis duabus paghis à die quo elapsum fuit biennium vsque ad diem effectualis solutionis pretij promissi:
1 æquum enim non est, vt emptor retineat rem & pretium cum iactura venditionis, & ideò debet condemnari ad fructus recompensatiuos, iuxta dispositionem *l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. & l. curabit* vbi DD. *C. eod tit.* Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 4. num.* 2. Rota *decis.* 33. *num.* 1. *& seqq.* coram Durano inter eius impress.

Non obstat quod d. Aloisius deposuerit paghas debitas penes montem Pietatis, & sic non subsistat, quod retinuerit rem, & pretium, imò ex quo
2 venditor non appellauerit à decreto de deponendo & depositum ipsum sibi consignari curauit, videatur illud acceptasse, Rota coram S. mem. Gregor. XV *decis.* 480. *num.* 7. Quia venditor tale depositum potius semper impugnauit, vt apparet ex processu causæ, & illud tamquam non integrum, neque purum, ac liberum, in gradu appellationis obtinuit per Rotam declarari non suffragari, vt in decisionibus emanatis, tam coram Reuerendissimis DD. meis Dunozet Decano 27. Iunij 1639. & Patriarcha Panzirolo 13. Iunij 1640. & 23. Ianuarij 1641. quàm coram me 9. Maij 1642. adeò quod licet postea eius consignationem procurauerit in vim executorialium Rotalium, hoc fecit ad effectum sibi satisfaciendi de suo credito, pecunias depositatas recipiendo ad computum pretij & summæ in eisdem executorialibus contentæ, non autem ad effectum approbandi depositum vsque ab initio.

Quo verò ad secundam partem scilicet ad quam summam sint taxandi prædicti fructus, cum d. Aloisius nullibi probauerit de tempore venditionis huius prædij, fructus bonorum stabilium non excessisse summam scut. 4. pro quolibet centenario, prout prætendit, Domini attendendo dispositionem Iuris, censuerunt eos esse taxandos ad rationem 3
quinque pro centenario, iuxta Gloss. *in authen. præterea C. de sacros. Eccles.* Iason *in l. si fundum num. 3. vers. item adde ff. de legat.* 1. Paris. *cons.* 60. *num.* 19. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glos. 6. num.* 19. Couarr. *variar. resolut. lib. 3. cap. 9. num.* 5. Rot. *decis.* 181 *num.* 1. & *decis.* 192. *num.* 1. *&* 2. coram Durano inter eius impress. & fuit dictum *in Casenaten. dotis* 27. *Iunij anni præteriti* coram R. P. D. meo Meltio.

Et ita vtraque &c.

Romana Dotis, seu Transactionis.

Mercurij 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Transactio inter partes facta, stante causa nullitatis, præuià absolutione à iuramentis & mediante rescripto Sanctissimi rescinditur, maximè altera parte nihil de suo remittente prout requiritur, ad hoc vt transactio valeat sustineri.

SVMMARIVM.

1 *Transactio vt valeat, transigentem aliquid de suo remittere requiritur.*

2 *Transactio ex causa imaginaria & à contrahentibus conficta sustineri nullatenus potest.*

3 *Vxor ad recipiendum bona stabilia viri defuncti pro credito dotis compelli potest, dum alium reperiri emptorem ex aduerso non probatur.*

4 *Filia post obitum Patris eius bonis pro creditis dotis materna absorptis indotata remanens, à Matre in subsidium dotari debet.*

5 *Transactio inter Matrem & filiam facta, deficiente subsidio dotis tam ex dispositione iuris quàm ex statuto Vrbis est rescindenda.*

6 *Excessus etiam in parte cum versemur in indiuiduis ratione consensus contrahentium & decreti Iudicis interpositi, contractum in totum vitiat.*

7 *Vxori vsufructuaria relicta bonáque hæreditaria locanti interusuria dotis non debentur.*

8 *Vxor*

8 *Vxor relicta dum ex vsufructu viuere potest interusuria dotis praetendere nequit.*

9 *Interpellatio simplex contra hæredem mariti pro dote consequenda facta non sufficit, nisi protestatio de fundo emendo, solita negotiatione &c. vel alia requisita concurrant.*

10 *Protestatio de non consentiendo facturæ de proximo transactioni, transactionem ipso iure nullam ob defectum consensus reddit.*

DECISIO CCLXXIX.

PENDENTE lite coram bon. mem. Motmanno tanquam Iudice ab A. Cam. deputato inter q. Sulpitiam de Torres vxorem relictam q. Iacobi Vaccæ ex vna, & Dominicum Vantagium, & Catharinam Vaccam filiam dictæ Sulpitiæ coniuges partibus ex altera, super restitutione dotis scut. 5000. per eamdem Sulpitiam datæ d. Iacobo, ac quarti dotalis, necnon super consecutione dotis nedum legatæ per Iacobum d. Catharinæ filiæ in scutis 3500. verùm etiam (vt prætendebatur) promissæ dictis coniugibus ab eadem Sulpitia, tam vti tutrice, & curatrice Didaci alterius eius filij, ac hæredis d. Iacobi, quàm nomine proprio in scutis 4500. partes deuenerunt ad transactionem, in qua dictæ Sulpitiæ pro satisfactione sui crediti assignata fuere quamplura bona hæreditaria dicti Iacobi.

Et è contra dictis coniugibus, ad effectum, vt consequi possent supradictum legatum dotis scutor. 3500. vnà cum eius fructibus, d. Sulpitia promisit tantummodò eos non molestare, nec impedire, quin eorum iura aduersus quæuis iura, actiones, & bona d. Iacobi exercere valerent, ob quam iurium cessionem fidem coniuges absoluerunt etiam pro omni eorum iure, & interesse eandem Sulpitiam de tota, & integra administratione ab ea facta, tam vti tutrice, & curatrice dicti Didaci, quàm omnium fructuum ab ipsa vsque tunc perceptorum, & vlterius renunciauerunt iuribus dictæ apocæ, in qua Sulpitia eis promiserat scuta 4500. etiam nomine proprio.

Cùm autem Coniuges prædicti prætenderent hanc transactionem fecisse ad complacentiam dictæ Sulpitiæ, & eo quia ab ea vltra dotem sibi ipsis oretenus promissa fuerat infra biennium assignatio vnius Vineolæ hæreditariæ d. Iacobi, necnon solutio scutor. 400. vnà cum fructibus ad rationem quinque pro centenario durante dicto biennio, cuius tamen promissionis adimplementum nunquam consequi potuerint, præuia absolutione à iuramentis, & mediante rescripto Sanctissimi, obtinuerunt causam nullitatis, & rescissionis dictæ transactionis mihi committi, vt in locum dicti Motmanni deputato; quare dubitaui, An transactio sustineatur, & eam non sustineri in hac tertia positione fuit responsum; ea præcipuè ratione, quia in ea Sulpitia
1 nihil de suo remisit ad fauorem dictorum coniugum, prout requiritur ad hoc, vt transactio sustineri valeat, *l. 1. ff. de transaction. l. transactio, C. eod. tit.* Bart. *in l. si cognata num. 5. C. eodem*, Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *decis. 311. num. 14. & decis. 271. num. 21 part. 6. recent.* 7

Non obstat, quod Sulpitia cesserit iura sua, seu potius promiserit non impedire dictos coniuges, quominus possent eorum iura experiri contra bona hæreditaria dicti Iacobi pro consecutione dotis dictæ Catharinæ relictæ; quia cùm ipsa iam esset plene satisfacta de suo credito, vt infra patebit, nullum aliud ius habebat pro impedienda Catharina in cõsecutione suæ dotis, & sic promissio, seu iurium cessio per eam facta prorsus inutilis fuit, & consequens transactio ex hac causa imaginaria, & à con- 2
trahentibus conficta nullatenus sustineri potest, Alban. *consil. 310 num. 11.* Surd. *decis. 185. num. 10. & 11.* Manent. *decis. 137. n. 84.* Rota *dicta decis. 171. n. 22. part. 6. recent.*

Nec dicatur, quod Sulpitia iam obtinuerat decretũ de deliberando, & ideo vigore Statuti Vrbis potuisset sibi deliberari facere bona hæreditaria Iacobi occasione sui crediti pro tertia parte minus, quia tale decretum fuit à Rota reuocatum, *Summario additionali coniugum num. 1.* & quod dicitur Sulpitiam remisisse ius exigendi in pecunia, & acquieuisse dationi insolutum bonorum stabilium, respicit interesse hæredis Iacobi debitoris, non autem dictorum coniugum, præter quod etiam ab ipso 3
hærede tanquam beneficiato potuisset ipsa ad recipiendum bona compelli, dum alium reperiri emptorem exaduerso non probaretur, Mautic. *de inuent. cap. 12. num. 90. & 91.* Surd. *decis. 318. num. 5. & seqq.* Grat. *decis. March. 141. num. 14.* Amat. *decis. 91. num. 20.*

Et in omnem casum datu, quod Sulpitia pro 4
suis creditis absorbere potuisset omnia bona Iacobi mariti, tunc quia Catharina eius filia remansisset indotata, debuisset in subsidium dotari ab ea vti matre, Surd. *de alimen. tit. 1. quæst. 14. num. 13.* & notant communiter *DD. in auth. res quæ, C. commun. delegat.* Bald *in l. mater C. de iur. dot.* Cuman. *in l. filiam §. final ff. ad Trebell.* Costa *de remed. subsid. remed. 65.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus. 5 glos. 1. num. 4.* idem Surd *decis. 119 num. 3 & decis. 164. num. 15.* & propterea cùm etiam hæc actio subsidiaria remissa 5
fuerit in dicta transactione, eo magis detegitur læsiua, & quidem in totum, & consequenter rescindenda est, tam ex dispositione iuris cõmunis, quàm ex statuto Vrbis *lib. 1 c. 154* vt dixit Rota *in decis. 275. n. 1. & 2.* apud Cenc. *de cens.* secundum antiquam impressionem.

Quod verò dicta Sulpitia esset plenè satisfacta, & ita nullum ius potuerit cedere, manifestè conuincitur ex eo quod ipsa erat tantummodo creditrix scutor. 5000. ex causa dotis, & aliorum scutor. 1250. occasione quarti dotalis, quæ in totum conficiunt summam scut. 6250. & in transactione habuit insolutum bona valoris scut. 6700. vt patet ex eius lectura, & sic recepit scut. 450. vltra suum creditum, quod præterea debet etiam minui in aliis scutis 409. quæ iuxta suam promissionem dicta Sulpitia persoluit Franciscæ eius ex primo Matrimonio filiæ, de pecuniis spectantibus ad hæreditatem dicti Iacobi secundi viri, vt firmatur in decisionibus huius causæ emanatis *sub die 14. Iunij, & 16. Decembris* 1630. coram bon. mem. Motmanno.

Quinimo ex hac excessiua receptione resultat aliud principale fundamentum pro annullanda di-
cta transactione. Siquidem excessus etiam in parte, 6
cùm versemur in indiuiduis ratione consensus contrahentium, & decreti Iudicis ibidem interpositi vitiat contractum, & quidem in totum iuxta *text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condic. indeb. l. magis puto, §. non passim, ff. de reb. eor.* Ruin. *cons. 116. num. 5. lib. 1.* & in terminis transactionis Angel. *in l. qui Romæ, §. duo fratres num. 8. ff. de verb. oblig. & cons. 94. num. 5 & 6.* Bertazol. *cons. crim. 88. num. 56.* Rota apud Cæl. de Grass. *decis. 1. num. 15. & 8. de transact.*

&

& decis. 458. n. 1. part. 1. diuers. cum aliis cumulatis *in d. decis. 271. n. 2. & 3. part. 6. recent.*

Nec obstat, quod in transactione dicatur, Sulpitiam esse creditricem aliorum duorum creditorum vnius scilicet scut. 754. & alterius scut. 500. & prætera in scut 4800. sibi debitis pro interusuriis dotali-
7 bos, quia prædicta duo credita nullibi iustificantur,
& interusuria dotis non debebantur, cùm ipsa relicta fuerit vsufructuaria, & legatum vsusfructus acceptauerit, sicuti probatur ex eo quod, vt *in Summario additionali dd. coniugum num. 3. littera A.* tanquam vsufructuaria bona hæreditaria locauit, *§. pro hærede instit. de hæred. qualit. & different.* Bartol. *in l. gerit num. 21. vers. si vero non poterat, ff. de acquir. hæred.* Greg XV *decis. 7. num. 1.* & *decis. 98 n. 2.* Dum enim
8 ex dicto vsufructu viuere poterat, interusuria dotis
prætendere nequibat, Anton. Gomez. *in l. 50. Tauri num. 48. vers. quod tamen per text in l. si quis à liberis, § sed si filius ff. de liber. agnosc.* Affl. *decis.* 184. *num.* 4. Thesaur. *decis.* 43. *num.* 3. & in terminis vsufructoariæ à marito relictæ dixit Rota *in decis.* 171. *num.* 1. coram Mant. *& in decis.* 14. *num.* 15. *part.* 5. *recent.*

9 Non obstante interpellatione facta contra hære-
dem mariti pro dote consequenda, quia ad hunc effectum non sufficit simplex interpellatio, nisi facta fuerit cum protestatione, quod mulier erat parata fundum emere, vel erat solita negotiari; Ita vt concurrant requisita recensita per Paul. de Castr. *in l. 3. §. nunc de offic. ff. de eo quod cert. loc.* Alex. *in l. diuortio in princip. num. 23. & in l. in Insulam, § vsuras n. 4. ff. solut. matrim. & in cons. 141. num. 2. vers. sed si petatur lib. 5.* Grat *cons. 56. num 6. lib. 1.* Rol. *cons. 54. n. 18. lib. 1.* quas refert, & sequitur Rota *in decis.* 171. *n.* 4. coram Mantic.

Neque subsistit, quod eadē Sulpitia posuerit omnes fructus ad creditum hæredis, quia hoc minimè probatur; & licet in instrumento transactionis quietantiam reportauerit occasione administrationis, & signanter quoad fructus perceptos, hoc vel intelligitur de residuo fructuum, vltra eos, quos non vti tutrix, sed vti vsufructuaria percepit, vel ex quo est assertio facta in dicta transactione, nullatenus suffragari potest, cùm id sit, de quo hodie quæritur, vt dicitur de enunciatiua, de qua principaliter dubitatur, Alex. *cons. 21. num. 4. vers. sed non probabitur lib. 1.* Rot *decis. 388 part. 1. diuers. & decis. 645. n. 4. in fin. part. 4. recent.*

In quam sententiam eò libentius inclinarunt Domini; Tum quia vice versa coniuges prædicti remiserunt iura apocæ, quà Sulpitia illis promiserat etiam nomine proprio scuta 4500. pro dote, & quamvis excipiatur de eius falsitate, plurima tamen pro eius confirmatione adducuntur in Summario, & saltim negari nequit, quin ea sit momenti ad effectum transactionis, tum quia dicta transactione attenta Catharina remaneret ferè sine dote, & magnus datur fumus, quod bona assignata Sulpitiæ pro scut. 6700. sint longè maioris valoris, *summario additionali dd. coniugum num.* 3. Tum etiam quia ex vnico teste magnæ fidei iunctis epistolis bon. mem. Cardinalis Torres colligitur aliud secretò inter partes fuisse conuentum, quod tamen hodie negatur, ad quem effectum valdè ponderanda est præcedens
10 protestatio eorundem coniugum de non consen-
tiendo facturæ de proximo transactioni, vt in simili protestatione consuluit Bellon. Ion. *in cons. 79. num. 1* vbi quod talis protestatio reddit transactionem ipso iure nullam ob defectum consensus, per text. *in l. si diuersa 14* & ibi Gloss. *verb. agi in fin. C. de transact. l. 1. §. conuentionis, & §. adeo,* vbi Bart. & alij, *ff. de pact.* Purpurat. *cons. 186. n. 1.*

Reliqua quæ dicebantur, vtpote, quod Catharina consecuta fuerit à Sulpitia ad computum dotis scut. 500. ante transactionem, & scut 850. a Didaco post transactionem, necnon rubra octo terreni, & ius consequendi legitimam in bonis Sulpitiæ per donationem reportatam à dicto Didaco, non fuerunt habita in consideratione in præsenti disputatione, quia vt patet ex summariis vtriusque partis, ea non fuerunt tradita ex causa transactionis de qua agitur.

Et ita vtraque, &c.

Bononien. fideicommissi de Boatteriis.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum ad fauorem fœminarum purificari non potest, nec ad successionem sunt admittendæ, extantibus masculus à Testatore pro conseruanda familia ad eandem nominatis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria cùm de releuantia materia articulata clarè constet denegari non potest.*
2 *Fœmina non extantibus masculis in successione admittuntur.*
3 *Testator exprimens se disposita ordinasse ad beneficium & exaltationem ipsorum filiorum, & pro manutentione & conseruatione familiæ, de familia quoque contentiua intellexisse censetur.*
4 *Testatorem disposita etiam ad familiam contentiuam restringere voluisse non procedit, stante dispositione ad familiam effectiuam limitata.*
5 *Verbum aliorum cum copula &, diuersitatem à supra expressis denotat.*
6 *Ratio conseruandi agnationem quando nouas personas in præsentibus dispositionibus non nomi atas comprehendit, expressio non coniecturè sed principaliter stare dicitur.*
7 *Compulsoria specialis in feriis Rotalibus etiam conceditur, cùm in istis absque præiudicio partis circa retardationem processus compensatio fieri potest.*

DECISIO CCLXXX.

IN decisionibus huius causæ emanatis coram bon. mem. Merlino & R. P. D. meo Cerro, quorum vigore duæ prolatæ fuerunt sententiæ conformes, firmatum fuit constare de fideicommisso Annibalis ad fauorem Franciscæ, Auctricis & ascendentis illorum de Lucatellis, licet testator declarauerit velle bona conseruare in familia, & casata de Boatteriis, eo præcipuè fundamento; quia etiam fœminæ, quando prout hic est testator non exclusit, nec fecit mentionem de masculis, dicuntur de familia & casata, adeò quòd deficientibus masculis ipsæ quoque ad fideicommissum admittantur.

Cùm autem illi de Vrsis prætenderent tempore obitus d. Franciscæ fuisse in rerum natura Paulum Iuniorem descendentem à Paulo seniore fratre d. Anibalis fideicommittentis, & sic non potuisse tunc purificari fideicommissum ad fauorem fœminæ, ad hoc probandum exhibitis in actis articulis petierunt remissoriam, ac vlterius ex quo supponebatur Marcum Antonium, & Herculem filios fideicommittentis fecisse donationem ad fauorem Guidoni Antonij de Vrsis pretij cuiusdam prædij subiecti fideicommisso d. Anibalis, cum promissione non contraueniendi, & euictionis amplissimæ, quæ afficit etiam Lucatellos Actores, quos esse hæredes Franciscæ hæredis d. Herculis, articulatum fuit, ita vt agentibus obstet exceptio, *l. vendicantem C. de euict.* petebant quoque sibi concedi compulsoriam specialem ad effectum compulsandi instrumentum d. donationis: Quare dubitaui, an sit danda remissoria specialis, & affirmatiue fuit responsum.

1 Nam quoad remissoriam, cùm clarè constet de releuantia materiæ articulatæ, & simus in prophanis, illa denegari minimè potest, Caputaq. *decis.* 68. *p.* 3 Greg XV. *decis.* 161. & *decis.* 415. *vtrobique n.* 1.

Releuantia enim patet, quia probata existentia Pauli Iunioris de tempore, quo decessit Francisca, Lucatelli succumbent, cùm tali casu eidem Paulo deberetur successio, vt admittunt eædem decisiones in causa factæ, tam coram bon. mem. Merlino sub diebus 13. Maij 1641. & 17. Februarij 1642. coram R. P. D. meo Cerro sub die 12. Decembris eiusdem anni,
2 & quod admissio fœminarum intelligatur non extantibus masculis, in hac facti specie fuit etiam resolutum *in Bononien fideicommissi de Leonoriis 2. Martij* 1640. coram me, & in alia *Bononien. fideicommissi de Pancaldis* 18. *Iunij* 1642. coram R. P. D. meo Cerro.

Non obstat, quod d. Paulus non sit de familia ef-
3 fectiua, quia cùm Testator in fine testamenti expressierit se supra disposita ordinasse ad beneficium, & exaltationem ipsorum filiorum, & pro manutentione, & conseruatione familiæ & Casatæ, & aliorum de casata & familia de Boatteriis, censetur intellexisse quoque de familia contentiua, Bart. *in l.* 1. *C. de Conductor. & procurator. lib.* 11. Peregr. *consil.* 149. *n.* 20. *& 21. lib.* 5. Menoch *cons.* 424. *n.* 12. Gabriel *cons.* 131. *q.* 6. *n.* 59 *lib.* 1. Fusar. *consil.* 72. *n.* 14. & *in tract. de substit. q.* 351. *n.* 37. cum aliis allegatis *in d. Bononien. fideicom. de Pancaldis* 16. *Februarij* 1640. coram R. P. D. meo Patriarcha Panzirolo.

4 Et quamvis hoc limitetur, quando huiusmodi expressio stat accessoriè & consecutiuè ad dispositionem limitatam ad familiam effectiuam per ea, quæ tradit Socin. Sen. *inter cons.* Cutt. Sen. *consil.* 40. *n.* 14. quē secuta est Rota in *decis.* 15. *n.* 25 *p.* 7 *recent.* Attamen in proposito sumus extra casum limitationis, quia etsi testator supra reuocauerit descendendentes filiorum, in subsequenti tamen expressione rationis conseruandi bona in familia de Boatteriis, post explicitam mentionem filiorū, & eorum familiæ addidit; *Et aliorum de Casata & familia de Boat-*
5 *teriis*, ponderando verbum (*aliorum*) cum copula (&) quod denotat diuersitatem à supra expressis, *l. si fundus sub conditione. § libertus ff de legat.* 1. Paris. *consil.* 79. *n.* 21. *lib.* 2. Decian. *consil.* 24. *n.* 99. *lib.* 1. & diuersa ab expressis includit, Bart. *in l. si quis §. fin. ff. de legat.* 2. Paris. *consil.* 92 *n.* 5 *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *n.* 35. *cum seqq.* Rota *decis.* 714. *n.* 5. *in fin p.* 2. *recent.*

6 Vnde fit, quod cùm ratio conseruandi agnationem comprehendat nouas personas in præcedentibus dispositionibus non nominatas, non dicitur stare consecutiuè, sed principaliter, Petr. *de fideicom. q.* 6. *n.* 16. *& 27.* & *q.* 11. *n.* 559. *cum seqq.* Gratian. *discept. forens. c.* 828. *n.* 15. Rot. *decis.* 133. *n.* 5. *& 6. p.* 4. *diuers.* & *decis.* 193. *n.* 7. *&* 8. *p.* 1. *recent.*

Quo verò ad compulsoriam specialem, quidquid 7
sit de releuantia instrumenti donationis compulsandæ, nihilominus quia sumus in vltima Rota, ac in tertia instantia, Domini eam concesserunt, cùm in istis feriis possit compensatio fieri absque præiudicio partis circa retardationem processus, vt fuit seruatum *in Ciuitatis Vrsulæ dotis* 4. *Iulij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro.* Et ita vtraque, &c.

Anconitana Bonorum.

Mercur. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

De potestate Archipresbyteri Lateranensis, ad effectum in causis absque speciali commissione summariè, sine strepitu & figurâ iudicij, imo si opus est manu Regia, solâ facti veritate inspectâ procedendi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex parte non curante liquidare quæ veniunt pro purgatione attentatorum, ad cognitionem negotij principalis procedere potest.*

2 *Iudex ad effectum procedendi in negotio principali non purgatis à parte attentatis, commissione speciali eget.*

3 *Archipresbyter Lateranensis sola facti veritate inspectâ, summariè sine strepitu & figura iudicij, etiam manu Regia quatenus opus est, absque terminorum substantialium & alicuius telæ iudiciariæ obseruatione in causis procedere potest.*

4 *Archipresbyter Lateranensis vti Princeps procedere potest, omnibus solemnitatibus Iuris positiui sublatis.*

5 *Archipresbyter Lateranensis pro Iurisdictione ad effectum præfigendi terminum ad liquidandum commissione non eget.*

DECISIO CCLXXXI.

ENERABILES Societates Sanctissimi Sacramenti & Rosarij Ciuitatis Anconæ, postquam resolutum fuit earum possessionem esse atteutatam, & propterea Bartholo dandam esse manutentionem super bonis de quibus agitur, vt in decisione emissa sub die 12. Decembris superioris anni, institerunt præuia depositione vnius & ..... de soluendo residuum facta liquidatione pro præfixione termini contra eundem Bartholomeum ad effectum liquidandi attentata; & quia in hac causa ego procedo vti Prælatus consultus ab Eminent. D. meo Cardinali Columna Archipresbytero Lateran. dicebant pro obtinenda hac termini præfixione non esse necessariam specialem cōmissionem, prout aliàs in causa commissaria requirebatur de stylo nostri Tribunalis. Quare cùm DD. mandauerint super hoc dari particulare dubium, dubitaui an sit locus præfixioni termini, & ipsis tantùm Societatibus informantibus affirmatiuè fuit responsum.

Quando

Quandoquidem regulare est in Iudicio attenta- 1 torum, quod vbi pars non curat liquidare ea quæ veniunt pro purgatione eorundem attentatorum, possit Iudex ad cognitionem negocij principalis procedere, facto deposito de soluendo in euentum liquidationis, vt ex doctrina Bald. & Saliceti *in l. vnica, C. quando non licet ter prouocare col.* 2. tradit Rota *in decis.*17.aliàs 511. apud Mohedan.*de restit. spoliat.* & ideo est præfigendus terminus ad liquidandum, Lancell *de attent.p.3.c.31.n.*156. vbi quod data semel dilatione ad liquidandum, & liquidatione non sequuta proceditur in negocio principali.

2 Non obstat quod ad hunc effectum requiratur commissio specialis, Seraph.*decis.*653.*n.*4. & nuperrimè seruatum fuit *in Compostellana Beneficij 17 Nouembris 1642. coram me*, quia hoc procedit de stilo Rotæ in causis commissariis, non autem in casu nostro, quo proceditur vigore facultatum Eminen- 3 tissimi Archipresbyteri Lateranensis, qoi potest in causis procedere summariè, similiter & de plano sine strepitu, & figura Iudicij, sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit etiam manu regia, absque terminorum substantialium, & alicuius telæ iudiciariæ obseruatione, vt cauetur *in Bulla 49 sanct. mem. Pauli V. impress. in nouo Bullario fol. mihi* 576.

4 Ex prædictis enim amplissimis clausulis apparet, Archipresbyterum posse procedere vti Principem, sublatis omnibus solemnitatibus Iuris positiui, vt de clausulis *manu regia* ait Stephan. Gratian. *in decisione Marchia* 68. *n.*5. adeo quod non teneatur vllum Iuris ordinem seruare, Natta *in Clement. sæpè, §. non sic tamen vers. suprascriptis n.*95. Bartol. *in extrauagan ti ad reprimendam, in verbo figura in fin.* benè Rota *decis.* 446.*num.*1 *p.*1.*recent* Si igitur potest procedere vti Princeps, cui inhæret Iurisdictio, & reijcere potest 5 Iuris ordinem, non eget commissione pro Iurisdictione ad effectum præfigendi terminum ad liquidandum, quinimo stantibus dictis clausulis posset ad cognitionem negotij principalis procedere reiecta purgatione attentatorum in fine Iudicij, vt ex Bald. *in l. ait Prætor, §. prætermittitur num.*1. *vers. item nota, ff de minorib* adoertunt Lancellot. *de attent. p.*3. *c.*31.*n.*228. & Gratian. *d decis.*68.*n.*19.

Et ita, &c.

Anconitana Cambiorum.

Mercur. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Cambia vt dicantur debita, de eorum realitate per partitas librorum & literas verè ad nundinas transmissas apparere debet; secus facultas cambiandi vti conditionalis sublata conditione nihil operari potest.

SVMMARIVM.

1 *Facultas cambiandi vti conditionalis deficiente conditione nihil operatur.*

2 *Conditione quoad facultatem accipiendi pecuniam ad Cambium etiam purificata, quid vltra requiritur.*

3 *Cambia vt licitè debeantur, eorum realitas per partitas librorum & literas ad nundinas transmissas probari debet.*

DECISIO CCLXXXII.

ONSVLES Mercatorum Ciuitatis Anconæ pro definienda controuersia quæ coram eis vertitur inter Ioannem Sturanum Administratorem deputatum ab Angelo Grimaldo in appaltu olei d. Ciuitatis ex vna, & Darium Scalamontem Releuatorem eiusdem Sturani ex altera, consuluerunt nostrum Tribunal super dubiis sequentibus, nempè;

An d Ioannes Sturanus fideiussor, & Administrator appaltus reddiderit rationem de datis, & receptis D. Angelo Grimaldo principali ipso viuente; & posito quod non, an possit hodie consequi suum creditum contra D. Darium Scalamontem, & an debeantur cambia & recambia.

Cùm autem in positione habita sub die 29. Nouembris 1641. Domini mandassent, quod Storanus redderet rationem citato etiam Scalamonte, fuerunt in partibus eo citato exhibiti libri administrationis, & postea iterum posita causa sub die 14. Aprilis anni currentis, quia visum fuit ex datis in summariis vtrinsque partis non constare de realitate crediti d. Sturani, responsum fuit, eligantur Periti. Verùm ex quo Consules prædicti reseruando sibi hanc cognitionem verificationis crediti supplicarunt, vt credito supposito decideretur, an cambia & recambia debeantur, hodie proposui hoc dubium, & negatiuè fuit resolotum, scilicet cambia & recambia non debeti.

Ratio resolutionis fuit, qoia licet Angelus principalis Conductor appaltus dederit prædicto Sturano Administratori facultatem accipiendi pecunias ad cambium, attamen hæc facultas restricta fuit ad duos casus tantùm, scilicet quatenus pecuniæ retractæ ex pretio olei sibi consignati non sufficerent pro soluendo partito olei tunc empti à Bottis, & quatenus idem Angelus non prouideret de oleo necessario in futurum, quo fit, vt non constito prædictos duos casus euenisse, dicta facultas cambiandi vti 1 conditionalis nihil operetur, *ad l cedere diem, ff. de verb signif. l. necessaria, § quod si pendente, ff de peric. & commod rei vendit l pecuniam quam*, & ibi Ales. *n.*4 *ff. si certum petatur*, Paris. *cons.*8.*n.*25.*lib.*3. Crauett. *cons.* 170.*n.*8. Mantic. *decis.*343.*n.*1. Greg. XV. *decis.*428. *n.*3. Rota *decis.*173.*n.*1.*p.*6.*recent.*

Qoinimo quatenus etiam purificata fuisset con- 2 ditio, sub qua concessa fuit facultas accipiendi pecunias ad cambium, deberet ostendi Sturanum accepisse reuera pecunias ad cambium in dictam causam, & eidem Angelo denunciasse conditionis euentum, ad effectum, vt certò sciret debitum esse sub vsuris, & se liberare posse in futurum si voluisset, soluendo quod debebat, vt in specie dixit Rota *in decis* 55. *n.*2. & 5. *p.*1. *recent.* vbi allegat concordantes, qood eò magis venit dicendum quoad Scalamontem fideiussorem, Rot. *decis* 19. & 20. impress. apud Cenc. post Addit. *ad tract. de censib.*

Præterea aduerterunt Domini, quod in summario 3 non apparet de realitate assertorum cambiorũ prout apparere debet, & quidem per partitas librorum & per literas nuncupatas *spacci* verè trãsmissas ad nundinas, ad hoc vt cambia licitè debeãtur, Lup *in tract. de vsur consul.* 3.§.2.*n.*23. Azor *moral instit. p.*3.*lib.*10. *tit. de cambiis c.*10 •*ers. primò quando*, Scacc. *de camb. lib.*1.*q.*7 *p.*3.*limit.*5. *n.*1. Seraph. *decis* 996.*n.*1. Rot. *d. decis.*52.*n.*3.*p.*1. & *decis.*559 *p.*1.*recent.* & fuit dictum *in Romana 4. Iulij 1642.* coram R. P D. meo Pentingerio. Et ita vtraque, &c.

Maioricen. Parochialis.

Merc. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

De literis Apostolicis narratis in iisdem iustificatis iure merito exequendis; vbi plura de validitate resignationis beneficij non obstante quod ante approbationem Resignatarij Resignans decesserit.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ quando sunt iustificatæ executioni demandari debent.*

2 *Gratia in forma* dignum *continens mandatum de prouidendo, ante iustificationem à Resignante ius non abdicas.*

3 *Resignatio quando suum potest habere effectum, beneficium per resignationem vacare dicitur, quamvis ante approbationem Resignatarij Resignans decesserit.*

4 *Clausula* quatenus idoneus repertus fuerit: *non quoad substantiam, sed solùm quoad executionem gratiam conditionalem facit.*

5 *Narratiua in literis gratiæ facta dummodo apparet diuersa ab illa facta in procura ad resignandum, concurrente simultanea Resignantis & Resignatarij consensu, pensio validè reseruata censetur.*

6 *Valor beneficij malè expressus Resignanti vti bene scienti computari debet.*

7 *Constitutio Gregorij XIII. de resignatione intra nouem menses publicanda in quantum procedit.*

8 *Resignatarius obtinens prorogationes ac restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis ad publicandum dati, dum in termino prorogato gratiam publicat, perinde est ac si in tempore debito publicasset.*

9 *Ius omne quod competit vel competere potest, in beneficialibus ab initio deductum censetur.*

10 *Collatio Ordinarij cùm sit inualida ius nullum tribuere potest, nec de ea mentio est facienda.*

11 *Publicatio etiam in diebus non festiuis fieri potest si multitudo populi in Ecclesia adest.*

12 *Factum quod fieri est solitum præsumitur dum de contrario non apparet.*

13 *Confessione contra seipsum nulla maior est probatio, licet non arctet citantem quatenus confessioni stare nolit.*

14 *Constito de mente Procuratorem constituentis, mandatum etiam ad lites futuras extenditur dummodo speciale mandatum non requiratur.*

15 *Procurator ad omnia quæ sunt annexa seu de natura iudicij principalis regulariter constitutus censetur.*

16 *Gratia noua etiam sine noua seruatione terminorum ad victoriam prodest.*

17 *Gratia noua ob non publicationem à prima gratia resignationis dependet.*

DECISIO CCLXXXIII.

DE anno 1640. Christophorus Senior
reseruata sibi pensione ducatorum
425. auri de Camera, resignauit pa-
rochialem de qua agitur ad fauorem
Christophori Iunioris eius nepotis;
sed quia Resignatarius prouisus in forma *dignum*
non iustificauit gratiam coram Ordinario ante obi-
tum Resignantis, idem Ordinarius prævio concursu
eandem parochialem contulit Iacobo, qui illius
possessionem assecutus fuit. Inde orta controuersia
inter Prouisos, causaque per appellationem ad Ro-
tam deuoluta, dubitaui, an literæ Apostolicæ sint
exequendæ, & eas esse exequendas in hac secunda
causæ positione fuit responsum. Quia Resignata-
rium esse idoneum, ac Resignantem habere bona
ex quibus vnà cum pensione sibi reseruata com-
mode viuere posset, & omnia alia narrata in literis
esse iustificata, apparet ex datis *in summ. d. Christo-
phori*; quando autem literæ Apostolicæ sunt iustifi- 1
catæ debent executioni demandari, *cap. si capitulo,
de concess. præben. lib. 6. cap. super literis de rescript.* Rota
decis. 348. n. 1. p. 5. recent. & alibi sæpè.

Non obstat, quod literæ resignationis ad fauo-
rem Resignatarij expeditæ fuerint in forma *dignum*,
vnde cum ante illarum iustificationem Resignans
decesserit, dicebatur parochialem vacasse per obi-
tum Resignantis, non autem per Resignationem;
ea præcipuè ratione, quia gratia in forma *dignum* 2
continet mandatum de prouidendo, & sic ante iusti-
ficationem non abdicat ius à Resignante, vt in ter-
minis videbatur pluries resoluisse Rota, & signanter
in Ampurien. beneficij 18. Februarij 1625. coram bon.
mem. Merlino, *in Colimbrien. Canonicatus* coram ec-
dem, *inter recent. decis. 92. n. 3. 12. & seqq. part. 6.* &
coram Buratto *decis. 830. num. 3. 11. 12. & seqq.* & *in
Leodien. Canonicatus S. Dionysij 27. Martii* 1623. co-
ram bon. mem. Coccino, postea confirmata *sub die
25 Martij* 1626. & rursus *sub 28. Iunij* 1628. coram
bon. mem. Pitonano.

Quoniam placuit responsio, nempe quod hoc
procedit quando resignatio non potest habere effe-
ctum, puta ob defectum idoneitatis Resignatarij,
vel ob impossibilitatem iustificationis narratiuæ
factæ in literis resignationis, vel ob secutum obitum
Resignantis infra 20. dies à die factæ resignationis;
secus verò quando Resignatio potest suum habere 3
effectum, tunc enim beneficium dicitur vacare per
resignationem, quamvis ante approbationem Re-
signatarij Resignans decesserit, *argum. l. quamdiu, ff.
de acquir. hered. l. antequam, C. commun. de succ.* Socin.
in l. Gallus, §. instituens num. 2. ff. de liber. & posthum.
Sarnen. *de impetrat. benefic. per obit. famil. Card. q. 10.*
benè Gabriel *cons. 186. n. 3 & 9. lib. 1.* Paris. *de resignat.
lib. 4. quæst. 2. n. 76. & 77.* & latè prosequitur Lotther.
de re benefic. lib. 3. q. 14. num. 58. & seqq. & præsertim
vsque ad *num 72.*

Perinde ac si prouisio Resignatarij pura fuisset, 4
quia clausula, *quatenus idoneus repertus fuerit*, non fa-
cit gratiam conditionalem, quoad substantiam, sed
solùm quoad executionem, & qualitas illa idonei-
tatis iam inerat tempore gratiæ, desiderabaturque
duntaxat eius probatio, vt magistraliter in his ter-
minis dictum fuit *in Burgen. Canonicatus 28 Aprilis*
1597. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphi-
lio, impress. apud Marchesan. *tom. 1 fol.* 358. quam
decisionem Rota semper secuta est, vt in dd. *Leo-
dien. Canonicatus S. Dionysij 27. Martij* 1623. coram

bon.

bon mem.Coccino, *&* 25. *Maij* 1626 coram bon.
mem.Pirouano,*&* coram Buratto *dec.*867.*num.* 2 *&*
in Legionen Canonicatus 23.*Ianuarij* 1940.coram R.
P.D meo Rojas.

Nec dicatur resignationem non potuisse habere
effectum,ex eo quod esset inualida pensio ibi reser-
uata ad fauorem Resignantis ob defectum valoris
5 beneficij, qui non potest diei bene iustificatus ex
narratiua facta in literis per non excessum, quia dũ
non apparet de narratiua diuersa in literis ab illa fa-
cta in procura ad resignandum,eaque fieri soleat si-
multaneè de consensu Resignantis,& Resignatarij,
pensio dicitur validè reseruata, Seraphin. *decis.*677.
*num.*5.Buratt.*decis.*409.*num.*2.*&* 3. & vlterius esset
6 imputandum Resignanti si valor fuisset malè ex-
pressus, cùm ipse valorem beneficij sciret dum pa-
rochialem possederat per annos 25.Paris.*de resignat.*
*lib.*1.*quæst.*3.*num.*71.*&* 118.Rebuff.*cons.*192.*num.*5.
Garz. *de benef. part.*11. *cap.*3. *num* 36. & signanter
num. 39.vbi quod nihilominus ius abdicatum fuit à
Resignante,sequitur Rota *decis.*25.coram Card.Se-
raphino.

Prout non facit,quod dicta resignatio non fuerit
publicata intra tempus 9. mensium constitutum in
Bulla Gregor. XIII.nec in tẽpore quo viuebat Re-
signans,quia non inde sequitur parochialem vacas-
7 se per obitum, cùm dicta Constitutio Gregorij in-
ducat specialem vacationem ob non publicationem,
retrotrahendo eam ad ipsam diem resignationis
cùm speciali reseruatione ad fauorem Sedis Apo-
stolicæ, vt videre est in eadem Constitutione im-
press.*in Bullar.nou la* 85.*in ordine*, §.5. & aduertunt
Paris. *de resignat. lib.*11. *quæst.* 8. *per tot. & præcipuè*
*num.*6. Garz.*de benefic.part* 11.*cap* 3.*num.* 315.& fuit
dictum in *Neapolitana beneficij* 6.*Iunij* 1629.coram
bon. mem. Cardinali Virili. Quod obiectum benè
agnouit Rota *in dicta Leodien. Canonicatus Sancti*
Dionysij 17.*Maij* 1624 coram bon.mem.Coccino,
sub §. *final.* sed illud euitauit; quia in eo casu Ordi-
narius habebat indultum comprehendens hanc
etiam vacationem.
8 Vnde fit, quod cùm Resignatarius obtinuerit
prorogationes, ac etiam restitutionem in integrum
aduersus lapsum temporis dati ad publicandum, &
subinde etiam nouam gratiam,scilicet vti de vacan-
te ob non publicationem habuerit cum termino
quatuor mensium ad publicandum,quem deinde ad
duos menses,& rursus ad vnum prorogari obtinue-
rit,*Summario n.*5.*&* 13. & tandem in termino pro-
rogato gratiã publicauerit, perinde est ac si in tem-
pore debito publicasset, vt de stylo testatur Paris. *de*
*resignat.lib.*11.*q.*13.*n.*139.Lotther.*de re benef.lib.*3.*q.*
21.*n.* 3.benè Rota *dec.*113.per tot.coram Mantica.

Et quamvis fuerit replicatum publicationem ema-
nasse vigore nouæ gratiæ, & ideo responderi non
posse pro executione literarum primę gratię resigna-
tionis; attamen fuit responsum, quod præsens dis-
putatio non est restricta ad solas literas resignatio-
nis,sed loquitur genericè,nempe,an literæ Aposto-
licæ sint exequendæ; quarum appellatione veniunt
etiam literæ nouæ gratiæ,quæ licèt obtentæ pendẽ-
te lite, adhuc tamen dicto Christophoro suffragari
9 debet, quia in beneficialibus censetur deductum ab
initio omne ius, quod competit,vel competere po-
test,vt in terminis ex *c.statuimus,de election.lib.*6.tra-
dit Ægid.Bellamer *dec.*661.quem refert,& sequitur
Rota *in Calaguritana beneficiorum de Anol.*19. *Apri-*
lis 1613. *coram bon.mem.Sacrato*, *impress apud Mar-*
*chesan.tom.*1.*fol.*478.

Quibus sic stantibus non visæ fuerunt releuare
tres exceptiones, quæ contra hanc nouam gratiam
opponebantur.

Non prima deducta ex eo quod contineat clau-
sulam, *dummodo non sit alteri ius quæsitum*,& non fa-
ciat mentionem collationis ab Ordinario factæ me-
dio tempore ad fauorem Iacobi, cui propterea præ-
iudicare non valeat ob ius sibi quæsitum ex dicta
Ordinarij prouisione; quia cùm collatio Ordinarij 10
sit inualida, attento quod beneficium vacare non
potuisset per obitum resistente dispositione Bullæ
Gregorianę,vt supra fuit firmatum,nullum ius potuit
tribuere,& per consequens de ea nulla erat facien-
da mentio,Lap.*allegat.*16.*n.*2 *&* 3.Garz *de benef.par.*
5*u.cap* 1.*n.*51.

Non secunda desumpta ex eo quod non fuerit
publicata in diebus festiuis,quia etiam in diebus non
festiuis publicatio fieri potest, si multitudo populi 11
adest in Ecclesia, cùm etiam hoc modo dicatur sa-
tisfactum dispositioni d.Constitutionis Gregorianę,
vt aduertit Paris.*de resignat lib* 11.*q.*6.*n.*17.*vers si au-*
tem,& publicationem in proposito fuisse factam de
tempore,quo multitudo populi aderat,constat ex fi-
de publicantis, qui dum testatur multitudinem po-
puli tunc solitam esse conuenire in Ecclesia, satis
probat realiter tunc adfuisse; quia præsumitur factũ 12
quod fieri est solitũ,dum de contrario non appareat,
Abb *in c.tenor*,ibique Felin.*col.*1. *vers.fallit tertio de*
*re iudic.*Roman.*cons.*519.*n.*14 Socin senior *cons* 68.
num. 3.*lib.*4. quos,& alios refert,& sequitur ad hoc
propositum Menoch *præsumpt.*18 *n.*6 *lib.*6.

Non denique tertia fundata in eo,quod hæc no-
ua gratia non fuerit producta citato legitimo pro-
curatore Iacobi;quia fuisse citatum verum procura-
torem probatur ex confessione eiusdem Iacobi,emis-
sa in actu præsentationis monitorij sibi factæ, asse-
rendo se habere procuratorem in Romana Curia
constitutum Ioannem Dicido,qua quidem confessio- 13
ne nulla datur maior probatio,*c.per tuas,de probat.*li-
cet ipsa non arctet citantem quatenus confessioni
stare nolit,vt docet Salust.Tiber. *in prax.A.C.lib.*3.
*cap.*7 *n.*14.

Nec mandatum potest dici restrictum ad causam
executionis literarum resignationis duntaxat, dum
ex dicti Iacobi confessione,supponitur fuisse gene-
rale,comprehendens etiam lites futuras,ibi,*prout co-*
ram Illustrissimo D.R.C.A Auditore,latius per Nobil.
D.Ioannem Dicido eiusdem præfati Rectoris Iacobi,&c.
legitimum Procuratorem ad hæc,& alia specialiter con-
stitutum,& deputatum suo casu deducetur,&c. Quan-
do enim constat de mente constituentis procurato- 14
rem,mandatum extenditur etiam ad lites futuras dũ-
modo non requiratur speciale mandatum,Buratt.*dec.*
126.*n.*11.& regulariter Procurator censetur consti- 15
tutus ad omnia quæ sunt annexa, seu de natura Iu-
dicij principalis,*l qui proprio nomine*, §.*item quæritur*,
*ff de procurat.*Mantic.*de tacit.lib.*2 *tit* 32. *n.*24. Gra-
tian *discept forens.c.*337.*n.*23.Ægid Bellam.*dec.*184.
& sic in præsenti censetur constitutus etiam ad no- 16
uam gratiam,quæ vt supra fuit firmatum in benefi-
cialibus, prodest ad victoriam, etiam sine noua ser-
uatione terminorum, Ægid. *d. decis.* 661. maximè
quia hæc noua gratia ob non publicationem dici- 17
tur dependens à prima gratia resignationis,Seraph.
*dec.*1064.*vers alterum est,& sub n.*5.

Et ita vtraque, &c.

Spiren. Monast. rij.

Mercur. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

De manutentione concedenda collegio Societatis IESV, ex confessione partis aduersæ quæ plenè contra confitentem probat, resultante.

SVMMARIVM.

1 *Confessio contra confitentem plenè probat.*
2 *Præsumptio iuris quando est contra confitentem, non requiritur vt possessio vitiosa vel in totum acceptetur vel in totum impugnetur.*
3 *Possessio de iure iusta, legitima, & non vitiosa præsumitur.*
4 *Manutentionem contra confitentem stante præsumptione Iuris concedere Rota passim consueuit.*
5 *Possessio posterior vti per partem aduersam accepta clandestina præsumitur.*
6 *Possessio instrumentalis alio in possessione existente nullius est momenti.*

DECISIO CCLXXXIV.

MANVTENTIONEM esse dandam Collegio Societatis IESV Domini responderunt; quia de eius possessione in Monasterio Pontis salutis de quo agitur, constat ex confessione eiusdem partis aduersæ, emissa tam in actu per eam adeptæ possessionis ibi, *Vt in omnibus Monasteriis Ordinis in Germania, hactenus illicitè occupatis vigore decreti Cæsarei*, &c. quàm in commissione causæ, ibi, *dicti Aduersarij* (nempe Patres Societatis) *propria auctoritate in possessionem dicti Monasterij Pontis salutis*
1 *immissi fuerunt, seu sese intruserunt* &c. quæ quidem confessio plenè probat contra confitentem, *l. cum precum C. de liberal. caus. cap. per tuas de probat.* Rota coram sanct. mem. Greg. XV. *in decis. 555. num. 9.*

2 Non obstat quod hæc confessio sit qualificata, probans quidem possessionem Collegij, sed vitiosam, & ideo debeat vel in totum acceptari, vel in totum impugnari; quia hoc non procedit quando præsumptio iuris est contra confitentem, vt declarat Bart. *in l. Aurelius §. idem quærit, num. 1. ff. de liberat. legat.* is verò qui fatetur possessionem alterius esse vitiosam habet præsumptionem iuris
3 contra se; quia possessio de iure præsumitur iusta, legitima, non vitiosa, *argum. l. merito ff. pro soc.* & ita in specie declarat Aymon. *consil. 150. num. 5.* hinc
4 que Rota vigore similis confessionis passi consueuit concedere manutentionem contra confitentem, vt in *decis. 535. num. 2. in fin.* coram Caualer. *& in decis. 525. num. 2. part. & 2. decis. 130. n. 2. part. 7. recent*

Nec est habenda in consideratione possessio ade-
5 pta per partem aduersam sub die 11. Septembris 1635. tù quia vti posterior præsumitur clandestina Bart. *in l. si duo num. 4. vers. si verò testes ff. vti possidetis e. licet causam de probat.* Alex. *consil. 110 num. 1. lib. 1.* Caualer. *decis. 1. num. 3.* tum quia est instrumentalis, 6
quæ alio existente in possessione nullius est momenti, *l. quamuis §. conductor*, cū ibi notatis *ff. de acquir. poss.* Cæsar de Graff. *decis. 5. n. 2. de caus. possess. & propriet.* Rota coram sanct. mem. Greg. XV. *decis. 138. num. 2.*

Neque dicatur, quod possessio Collegij sit posterior, vt desumi prætendebatur ex decreto Cæsareæ Maiestatis emisso de anno 1636. quo mandabatur Patres Societatis IESV esse immittendos in possessionem Monasterij controuersi; quia Patres non vtuntur huiusmodi decreto, & contrarium conuincitur ex propria confessione partis emissa de anno 1635. in actu adeptionis possessionis, vt in principio fuit ponderatum, maximè quia præcesserant breue Apostolicum, & mandatum de immittendo in vim d. Breuis concessi ab Episcopo Argentinæ, ad fauorem dicti Collegij vsque de anno 1613. quorum propterea vigore potuerat idem Collegium possessionem acquisiuisse.

Et ita vtraque &c.

Romana Restitutionis dotis.

Ven. 1. Iulij 1643.

ARGVMENTVM.

Exceptio compensationis contra agentem pro recuperatione dotis ab hærede mariti pro concurrenti quantitate rectè opponi potest, maximè stante legitima in bonis maternis ipsi vti vnico filio debita, & ad trientem ascendente.

SVMMARIVM.

1 *Creditum cùm debitum superet compensatio pro concurrenti quantitate intrat.*
2 *Compensationis exceptio ab herede mariti contra agentem pro recuperatione dotis opponi potest.*
3 *Pecunia alicui assignata dum ad eiusdem manus peruenisse non constat, idem est ac si earum assignatio facta non fuisset.*
4 *Secretario testanti de re ad officium eius pertinente valde est deferendum.*
5 *Actor suam intentionem plenè & concludenter fundare tenetur.*
6 *Actoris probatio quando est imperfecta Reo eam offuscare sufficit.*
7 *Exceptio ineffectuationis euictionis seu pacti resolutiui tanquam Ius tertij respiciens, ab herede alterius partis allegari non potest.*
8 *Obligatio debitoris ad mobilium æstimationem iis non extantibus intrat, eòque casu compensatio non de specie ad quantitatem sed de quantitate ad quantitatem fieri dicitur.*
9 *Confessio propria emissa in Capitulis matrimonialibus, sicuti contra confitentem plenè probat, ita & contra eius heredem.*
10 *Mobilia pro quibus aliquis debitor dicitur, hereditatē quæ dicitur ære alieno deducto, augere nō possūt.*

11 Verbum

11 *Verbum* ipsius *cùm sit*] *personalissimum ad mobilia ipsius promittentis non aliàs referri debet.*

DECISIO CCLXXXV.

CÆCILIA Torniella primò nupsit Damiano Teste cum promissione dotis scutorum 5700. & ex hoc matrimonio procreauit Ioannem Antonium Hieronymum, cum quo defuncto viro transegit, & in ipsa transactione declarata fuit creditrix filij in scut. 1100. deinde secundò nupsit Cæsari Lucatello, cum dote scut. 10000.& successiuè condito testamento, ac relicta legitima filio primi matrimonij plura deposuit ad fauorem secundi Mariti, hæredemque vniversalem instituit Reuerendissimum Dominum Archiepiscopum Franciscum Vitellium, qui propterea ageos pro repetitione primæ dotis suæ Auctricis, & pro consecutione dicti crediti scut 1100. contra d. Ioannem Antoniom Hieronymum, causam mihi committi obtinuit cum facultatibus A. C. Quamobrem dubitaui, an sit relaxandom mandatum, & pro qoa summa,& Domini mandatum non esse relaxandum responderunt.

Moti ex eo, quia creditum spectans ad hæreditatem Ceciliæ non excedit summam scut. 2800. & econtra creditum Io. Antonij Hieronymi Rei conuenti cum eadem hæreditare ascendit ad scut. 5300.
1 vel saltem ad scuta 4300. & sic cùm creditum superet debitum intrat compensatio pro concurrenti quantitate, iuxta *text. in l. si constat C. de compensat.* Gloss. *in l. 1 ff. eod.* & quod exceptio compensationis
2 possit opponi ab hærede mariti contra agentem pro recuperatione dotis, tradunt Bart. *in l. rei indicatæ num. 1. vers. veritas est ff. solut. matrim.* Coral. *in l. qui liber. n. 165. ff. de rit. nuptiar.* Bald *nouell. in tractat de dote part. 8. priuileg. 1. num. 1. in princip.* Barbos. *in l. diuortio § ob donationes num. 2. vers. tamen prædicta illatio ff. solut matrim.* Cassador. *in tractatu de except. except. 16. num. 78.* Franch. *decis. 642. num. 2.* Rot. *decis.* 1455. coram Seraphino, & per consequeos nullum est relaxandum mandatum.

Quod autem creditum hæredis Ceciliæ non excedat dictam summam scutorum 2800. probatur ex eo, quod licet eius prima dos promissa Damiano ascenderet ad scuta 5700. attamen apparet ad eiusdem Damiani manus peruenisse dumtaxat scut. 1500. in contanti, ac alia 200. pro accencio, reliqua verò scuta 4000. quæ fuerunt inuestita in tot locis montium fidei, & ad instantiam, dico, & artistarum, fuerunt euicta à Clementia hærede Ludonici à qoo ead. scuta 4000. promissa fuerant, cum pacto retrouersiuo ad eiusdem Clementiæ fauorem purificato, & effectuato per mandatum de associando relaxatum ab A.C. *summ. Hieronymi num. 4.*
3 Et ideo cùm apud Damianum non permanserint dd. scuta 4000. stante dicto pacto resolutiuo purificato ad fauorem Clementiæ, perinde est ac si eorum assignatio eidem Damiano facta non fuisset, ad tex. *in l. lex Vectigali ff. de pignor.* Castren. *in l. qui absenti § 1. col. fin. vers. cum potest ponere ff. de acquirend. possess.* Anton. Gomez *tom. 1. variar. cap. 2. num. 3.* Rot. *decis. 199 num 11. part 6 recent.*

Nec valet dicere quod associatio prædicta non habuerit effectum, attento quod Cæcilia post associationem resignauerit decem & nouem ex dd. locis montium diuersis personis, ex fide Secretarij data *in summ. add. hæredis Cecilia num.* 2. cui tamquam testanti de re pertinente ad eius officium valde deferendum esse, dixit Rota *in Ciuitatis Castelli Supplementi legitimæ 7. Maij* 1640. coram bon. mem. Merlino. 4

Quia imò cùm de vera, & effectiua euictione constet per mandatum de associando, vt supra relaxatum, iuncto præcipuè pacto reuolutiuo ad fauorem Clementiæ purificato, parum refert quod postea Cæcilia aliqua loca montium resignauerit. Nam poterat ita pacisci cum Clementia de cuius interesse agebatur, & ista possibilitas sufficit ad offuscandam probationem Actoris, *cap. in præsentia de probat. l. non hoc C. vnde legitim.* Rot. *decis. 751. n. 4. impress apud Viuian. post tract. de iurepatr.* qui tenetur plene & concludenter fundare suam intentionem, 5
l. Actor quod asseueras C. de probat. l. 2. ff. eod. Alex. *cons. 46. num 1. lib. 5.* Burat. *decis.* 157. *num.* 1. alias si 6
eius probatio est imperfecta sufficit Reo eam offuscare, vt dicit Bart. *in l. admonendi num* 51. *vers. Quæro vtrum vna probatio, ff de Iure iurand.* & ibi post alios Ripa *num.* 211. & Iason. *in 2. lectura num.* 269 Seraphin. *decis.* 889. Præter quod exceptio ineffectua- 7
tionis euictionis seu pacti resolutiui tamquam respiciens Ius tertij nempe Clementiæ non potest allegari ab hærede Ceciliæ, Bart. *in l. 2 num. 1. ff. de except. rei indic.* & ibi Socin. *num. 7.* Salicet. *in l. Cum seruum num. 4. vers. solut. C. de seru. fugitiu.* Seraphin *decis. 421. num. 7. & decis. 649. num. 2.*

Quodque creditum d. Hieronymi superet debitum præfatum scut. 2800. elicitur primò ex eo quod ipse est creditor scut. 1000. pro pretio mobiliom hæreditariorum Damiani Patris, quæ Cæcilia secum asportarit ad domum secundi viri: & quamuis fuerit oppositum hoc creditum tamquam in specie consistens non posse compensari cum credito hæredis Ceciliæ consistentis in quantitate; nihilominus placuit responsio, scilicet, quod dum hodie 8
mobilia non extant, intrat obligatio debitoris ad eorum æstimationem, quo casu compensatio non dicitur fieri de specie ad quantitatem, sed de quantitate ad quantitatem, Fachio. *controuers. foren. lib. 11. cap. 7. vers. adde quod,* vbi plures concordantes refert & sequitur Ias. *in § in bona fidei num. 66. Institut. de action.* Socin. Iun. *cons. 60. num. 8. lib. 1.* Crall. *de except. 16. n. 67. post med. cum seqq.*

Secundò probatur ex eo, quod debet consequi scuta 1331. pro legitima sibi debita in bonis eiusdem Cæciliæ Matris, quæ cùm non reliquerit nisi ipsum vnicum filium, legitima istius ascendit ad trientem, iuxta *authenticam Nouissima C. de inoffic. testam.* & consequenter ad prædictam summam scutor. 3333. quæ est tertia pars scutorum 10000. quæ eadem Cecilia dedit in dotem Cæsari secundo viro exigenda in tot creditis & mobilibus ipsius Ceciliæ, vt apparet ex eius propria confessione emissa in Capitulis matrimonialibus, quæ sicuti plenè 9
probat contra confitentem *l. cum precium C. de liberal. caus. l. cum te,* vbi D D. *C. de probat.* ita quoque contra illius hæredem, *l. cum à matre C. de vindic. l. ex qua persona ff. de reg. Iur.* Surd. *decis. 72. num. 9.* Buratt. *in decis. 243. num. 7.*

Nec potest dici, quod mobilia promissa in dotem 10
secundo viro sint illamet habita à Damiano primo viro, pro quibus facta fuit debitrix ipsa Cæcilia, & sic non possint augere eius hæreditatem, quæ dicitur deducto ære alieno, *l. subsignatum § bona & l. venisse ff de verbor. signific. l. cum oportet §. sin autem æs alienum,* & ibi scribent. *C. de bon quæ liber* Rot. *decis. 2. num. 16 part. 6 recen.* Quia Cæcilia bene declaraoit

rauit in dd. Capitulis matrimonialibus, quod mobilia tradenda secundo viro erant propria, dum promisit pro dote scut. 10000. monetæ tradenda, (sunt verba fidantiarum) *in tot creditis ac alijs ipsius bonis mobilibus* &c. ponderato illo verbo (*ipsius*) quod cùm sit personalissimum, Gabriel *consf.* 113. *num* 64. *lib.* 2. Honded. *consf.* 11. *num.* 21. *lib.* 2. Surd. *consf.* 448. *n.* 29. Rot *decis.* 552. *num* 1. coram Seraphin. non potest referri ad mobilia Damiani, maximè cùm ex propria assertione Cecilıæ facta in eius testamento appareat ipsam habuisse alia mobilia præter ea, quæ habuerat à Damiano.

Denique non obstat quod ex hæreditate Cæciliæ saltem detrahenda sint scut. 3000. prætensa pro fructibus dotalibus decursis constante secundo matrimonio, & pro quibus fuit nuper relaxatum mandatum contra bona hæreditaria ad instantiam hæredis secundi viri; quia quidquid sit de hoc credito, esto etiam quod hæreditas consisteret solùm in scutis 7000. legitima esset scut 2300. quibus addita summa scutor. 2000. pro mobilibus Damiani, vt supra, adhuc creditum Hieronymi ascenderet ad scuta 4300. & sic semper verum est dicere quod superet quantitatem crediti exaduerso prætensi ascendentem, vt suprà, ad scuta 288.

Et ita vtraque, &c.

Aquilana Capellaniæ.

Ven. 13. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

Manutentio constito de bone Iure à Capitulo prouisi eidem competit, probata remanente eiusdem Capituli quasi possessione conferendi quæ sola ad hunc effectum attenditur, maximè lite non inter Episcopum & Capitulum, sed inter prouisos ab eis super Iure conferendi vergente.

SVMMARIVM.

1 *Possessio conferendi ad fauorem Capituli probata attenditur, quando nulla est lis super iure conferendi inter Episcopum ac Capitulum sed inter prouisos ab eis.*

2 *Collatio facta Collitiganti à Capitulo per obitum alterius prouisi probat possessionem, cum ea etiam ex vnico actu acquiritur.*

3 *Visitatorum assertionibus quoad statum Ecclesiæ multum est deferendum.*

4 *Causa possidendi quando est vniuersalis ad cætera beneficia eiusdem speciei porrigitur, cùm magis causa facti quam factum ipsum eiúsque exercitium inspiciatur.*

5 *Collatio ab Ordinario dum longo temporis spatio non facta probatur, signum euidens est quod Ordinarius ius conferendi non habeat.*

6 *Testes licet extraiudicialiter examinati veritatis fumum præstant.*

7 *Testes indiliter examinati animum Iudicis concurrentibus alijs inclinare debent.*

8 *Lis quando non est inter collatores sed inter prouisos, sola quasi possessio conferendi sufficit.*

9 *Bulla ad fauorem vltimi possessoris prædefuncti expedita, & absque compulsoria Rotali de partibus transportata, parte citatâ recognosci debet.*

10 *Bulla originaliter exhibita alia compulsoria non eget.*

11 *Iudex parte non opponente sententiam etiam iuribus non recognitis validè proferre potest.*

12 *Recognitio Bullæ etiam post sententiam iuxta stylum Rotæ fieri potest.*

13 *Resignatio regulariter fit in manibus eius ad quem pertinet collatio.*

14 *In actu permutationis requiritur auctoritas Episcopi, etiamsi collatio ad Capitulum spectet.*

15 *Episcopus quando ad ipsum duntaxat collatio spectat, cuilibet de beneficio permutato collationem facere potest.*

16 *Visitationes quando à Notario Actuario in officio successore (licet absque compulsoria & citatione partis) fuerunt extractæ, eiusdem assertioni de stylo Rotæ standum est.*

17 *Prouisus à Capitulo prævio examine ab Ordinario approbari debet.*

18 *Promotus ad sacros Ordines, alio examine pro obtinendo beneficio simplici non indiget.*

19 *In prouisione de beneficio curato examen per concursum pro forma requiritur.*

DECISIO CCLXXXVI.

Ptscopvs Aquilanus contulit Antonio Pezzopane Capellaniam Sancti Ioannis, sitam in Ecclesia Cathedrali Aquilana, vacantem per obitum Francisci Conerij de mense Decembris anni præteriti; Capitulum verò dictæ Ecclesiæ de eadem Capellania prouidit Alexandrum Sbardellam, subsecutaque possessione sub eadem die ad fauorem vtriusque prouisi, ac introducta per eos lite in Rota, dum quærebatur, cuinam ex ipsis esset danda manutentio, mandatum fuit, vt videretur de bono iure; quamobrem dubitaui de cuius bono iure constet, & constare de bono iure Alexandri à Capitulo prouisi fuit responsum, quia probata remanet eiusdem Capituli quasi possessio conferendi, quæ sola 1
attenditur ad hunc effectum, quando prout hîc lis non est super iure conferendi inter Episcopum, ac Capitulum, sed inter prouisos ab eis, iuxta *consf.* Calder. 23. *de preb* quem Rota passim sequitur, *vt in decis.* 8. *de priuileg.* apud Mohedan. *& in dec.* 39. *n.* 1. *&* 2. *p.* 3. *recent.*

Quod autem hæc quasi possessio probetur, patet ex collatione per Capitulum facta de huiusmodi Capellania de anno 1612. ad fauorem dicti Francisci Conerij pleuè effectuata, vt iustificatur ex eo quod per eiusdem Francisci obitum fuerunt prouisi ipsi collitigantes, iuxta celebre *consil.* Oldrad 229. *n.* 2 sæpius à Rota canonizatum, *vt in decis.* 100 *n.* 1. *& decis.* 124. *num.* 2. *in fine*, *& decis.* 669. *num.* 3. *part.* 2. *& in decis.* 132. *num.* 7. *p.* 5 *recentior.* quæ quidem col- 2
latio sic effectuata licet sola sufficeret in proposito, cum quasi possessio etiam ex vnico actu acquiritur, *c. cum Ecclesia Sutrina*, vbi glos *verbo trium* Abb. *n.* 12. Ripa *n.* 91. *de caus. possess. & propriet.* Alexand. *consil.* 79. *n.* 16. *lib* 4. Dec *consil.* 134. *n* 1. Rot. *decis.* 423. *n.* 1. *part* 2. *recent.* attamen vlterius coadiuuatur ex pluribus.

Primò

Primò, ex Visitationibus Episcoporum pro tem-
pore, ac Vicariorum Apostolicorum respectiuè, &
signanter ex illis factis de annis 1526.1582.& 1585.
in quibus asseritur collationem huius Capellaniæ
3 spectare ad Capitulum: his enim Visitatorum asser-
tionibus quoad Statum Ecclesiæ multum deferẽdum
est, Rota *decis. 371. n. 2 p. 1. & decis. 573. n. 4. part. 2. &*
decis. 573. num. 4. p. 3. recent. & decis. 23. num. 5. coram
Durano.

Et eo magis in præsenti, cùm probetur etiam
effectuatio eorum quæ in dd. visitationibus asserun-
tur, siquidem in visitatione anni 1582. legitur, quod
Marcus Antonius Conerius tunc possessor Capella-
niæ controuersæ eam habuerat à Capitulo de anno
1565. vt docuit per inhibitionem Bullarum à Capi-
tulo præfato expeditarum, & hoc iustificatur ha-
buisse effectum, ex eo quod Franciscus Conerius per
cuius obitum incidit postrema vacatio, hanc Capel-
laniam habuit ex resignatione sibi facta à d. Marco
Antonio, præuia expeditione Bullarum à Capitulo
obtenta, Oldrad. *d. cons. 219. n. 2.* quod habere locum
etiam in resignatione, dixit Rota *in decis. 147. num. 1.*
p. 6. diuers. & *in decis. 423. n. 1. vers. tamen postea p. 2.* &
in decis. 735. n. 8. p. 3. recent. vbi aliæ concordantes re-
feruntur.

Secundò, ex quamplurimis collationibus cætera-
rum Capellaniarum einsdem qualitatis in eadem
Ecclesia existentium factis per Capitulum, & plena-
rium effectum sortitis; etenim, quia causa possiden-
4 di est vniuersalis, ad cætera beneficia, quæ sunt eius-
dem speciei porrigitur, cùm magis inspiciatur causa
facti, quàm factum ipsum eiusque exercitium, Bald.
in repetit. l. 1. n. 25. vers tu dic, C. de emancip. liber. Felin.
in c. auditis n 25. ad fin vers. & dicit, Bald. *de præscript.*
& dixit in specie Rota *in decis. 320 n. 6.* coram Man-
tica, *& in decis. 238. n. 4.* coram Caualer. *& in dec. 226.*
n. 2. coram Durano.

5 Tertiò, ex quo per prouisum ab Ordinario nulla
penitus ostenditur collatio, nec istius, nec de tot aliis
Capellaniis eiusdem speciei (exceptis duabus diuer-
sæ speciei nempe de iurepatronatus) signum eui-
dens, quod Ordinarius non habeat ius conferendi
eas, aliàs enim tanto temporis spatio ostenderetur
aliqua collatio, vt considerauit Rota *in Aprutina Iu-*
risdictionis 19. Martij 1607. coram Eminentiss. D.
Card. Pamphilio

Quartò, & denique ex duobus testibus examina-
tis ad perpetuam rei memoriam, deponentibus ius
conferendi omnes Capellanias existentes in Eccle-
sia Cathedrali spectare ad Capitulum ab immemo-
rabili tempore, scientibus, & consentientibus Epi-
scopis pro tempore, hocque in Ciuitate Aquilana
esse publicum, & notorium apud omnes, qui quidem
6 testes licet sint extraiudicialiter examinati, præstant
tamen veritatis fumum, Ruin. *cons. 46. num. 10. lib. 4.*
Crauett. *cons. 194. n. 11.* vbi quod testes nulliter exa-
7 minati inclinare debent animum Iudicis aliis con-
currentibus, Rota *decis. 18 num. 3. part. 2. recent.* se-
quitur Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 562. num. 6.*
in fine.

Quibus sic positis, Primò non obstat iuris assisten-
8 tia pro Episcopo: tum quia quando lis non est inter
collatores, sed inter prouisos, sufficit sola quasi pos-
sessio conferendi, vt dixit Rota *in decis. 147. n. 2. p. 1.*
diuers. & d. decis. 59. n. 1. & 2. p. 3. rec. vbi quod hoc ca-
su superfluum est inquirere an probetur præscriptio
quadragenaria, & numquid talis probatio sit neces-
saria: Tum etiam quia quatenus opus esset in propo-
sito quadragenaria non deficit, cum imò ex omnibus
supra ponderatis constet de continuata quasi posses-
sione Capituli non solùm 40 sed 77. annorum, inci-
piendo saltem ab anno 1565. quo fuit facta prouisio
Marci Antonij Conerij plenum effectum sortita,
vsque ad annum 1642. quo incidit vltima va-
catio.

Secundò non obstat, quod Bulla expedita ad fa- 9
uorem Francisci vltimi possessoris prædefuncti fue-
rit transportata de partibus absque compulsoria Ro-
tali, & non fuerit recognita parte citata, prout re-
quiritur, Rota *decis. 71. n. 1.* coram sanct. mem. Greg.
XV. quia dum ipsa fuit originaliter exhibita non 10
egebat alia compulsoria, vt fuit dictum *in Romana*
successionis 4. Iulij 1642. coram me, & eius recognitio
non fuit necessaria, attento quod de ea non fuerit
appositum de tempore productionis, Rota *decis. 18.*
n. 14. coram Durano. Iudex enim parte non opponen- 11
te potest validè sententiam proferre etiam iuribus
non recognitis, Socin. *in auth. Si quis in aliquo n. 18.*
Dec. *ibid. n. 27. vers. si verò Iudex, C. de eden* Rota *dec.*
487 *num. 6. p. 1. rec.* vltra quod hæc recognitio potest 12
hodie fieri, imò quandocumque etiam post senten-
tiam iuxta stylum Rotæ, vt videre est *in decis. 522.*
n. 7. p. 3. recent.

Tertiò non aduersatur quod Bulla facta fuerit ex
causa permutationis secutæ coram Episcopo inter
ipsum Franciscum tunc Canonicatum obtinentem
in altera Ecclesia, & Marcum Antonium hanc Ca-
pellaniam possidẽtem. Vnde inferebatur, quod qua-
tenus esset in forma probanti coadiuuaret potius in-
tentionem Episcopi, quàm Capituli, dum in ea expri-
mitur resignationem huiusmodi Capellaniæ fuisse
liberè factam per Franciscum in manibus Ordina-
rij, cum regulariter resignatio fiat in manibus eius, 13
ad quem pertinet collatio, Imol. *in c. ad audientiam*
n. 4. de his quæ vi met. caus. Vitalin. *& in Clemẽt multo-*
rum n. 59. de rer. permu. & in specie Rota *in decis. 124.*
n. 2 p. 3. recent.

Quia, præterquam quod in actu permutationis 14
requiritur auctoritas Episcopi etiamsi collatio spe-
ctet ad Capitulum, iuxta doctrinam Archidiac. *in*
cap. venit, ante n. 1. vers. tuam collationem, de rer. permut.
in præsenti casu ex alio quoque capite requirebatur
Episcopi auctoritas, nempe quia Franciscus permu-
tabat suum Canonicatum in alia Ecclesia existen-
tem, cuius collatio non ad Capitulum, sed ad Epi-
scopum pertinebat, quam veritatem benè agnouit
Episcopus, dum ipse collationem Canonicatus per-
mutati fecit ad fauorem Marci Antonij, & permisit
quod Capitulum faceret collationem huius Capel-
laniæ ad fauorem Francisci, aliàs enim idem Episco- 15
pus cuilibet collationem de beneficio permutato fe-
cisset, prout facit quando ad ipsum dumtaxat spe-
ctat collatio, Gonzal. *ad reg. 8 glos. 14. n. 53.* Modern.
allegat. 69. num. 11. & 51. Lusitan. *de offic. & potest.*
Episcop.

Quartò, non facit quod prædictæ visitationes
fuerint extractæ lite pendente absque compulso-
ria, & citatione partis, quia cùm fuerint extractæ à
Notario Actuario in officio successore, vt probatur
ex eiusdem Notarij assertione, cui de stylo Rotæ 16
standum est, Rota *decis. 27. num. 1. ver & de tali de-*
putatione part. 2. recent. & decis. 640. num. 3. coram
Caualer. *& decis. 88. num. 4.* coram Coccino, probant
etiam absque alia compulsoria, & citatione partis,
Bart. *in l. si quis ex argentariis, §. 1. num 3. ff de edend.*
Alexand *in auth si quis in aliquo n. 5. in fin. C. eod* vbi
etiam Ias. *num. 5 vers. 19. fallit*, Felin. *in cap. fin. num. 7.*
de fid. instr. Rota *d. decis. 27. num. 1. vers. vltra quod*
part. 2. recent. & decis. 1334 n. 4 coram Seraph *& d.*
decis. 640. n. 2. coram Caualer. nec subsistit quod ea-

teant die, mense, & anno, ac subscriptione Notarij, quia contrarium conuincitur ex earum lectura, *Sum. Sbardella n.4.& seqq.*

Quintò, & vltimò non releuat, quod non doceatur Alexandrum à Capitulo promisum fuisse ap-
17 probatum præuio examine ab Ordinario, iuxta præscriptum Sac. Conc. Trid. *sess.7. cap.11. & sess.25. c.9.*
18 *de reformat.* quia cùm idem Alexander fuisset longè antea ad sacros Ordines promotus, non requirebatur aliud examen pro obtinendo beneficio simplici, iuxta *textum in c. accepimus, de atate, & qualit.* vt testatur Gonzal. *super reg.8 gloss.4 n.88.* quicquid esset
19 dicendum si ageretur de beneficio curato, in cuius prouisione requiritur pro forma examen per concursum, vt ex mente Congregationis Eminentissimorum DD. Sacr. Concilij Interpretum delarat idem Gonzal. *vbi suprà n.90.*

Et ita vtaque, &c.

Romana de Archileis.

Vener. 27. Nouembris 1643.

ARGVMENTVM.

De fructibus perceptis vigore duarum sententiarum Rotalium conformium restituendis, & ad summam per Dominos taxatam liquidandis; vbi quod condemnatus cùm contra mandatum relaxatum non reclamauerit, non docto de errore liquidationem factam impugnare nequeat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia duæ Rotales conformes ex dispositione statuti Vrbis vim trium habent & rem iudicatam constituunt.*

2 *Fructus quando de spolio violento seu attentato agitur à die factæ occupationis debentur.*

3 *Contra mandatum relaxatum non reclamans illi acquieuisse censetur, adeòque non docto de errore liquidationem factam impugnare nequit.*

4 *Fructus non constito de contrario ab eo qui possedit percepti dicuntur.*

5 *Probatio exactionis non est necessaria cùm præsumptio ex locatione deducta sufficiat.*

DECISIO CCLXXXVII.

1 CVM vigore duarum sententiarum Rotalium conformium habentium vim trium & rem iudicatam constituentium ex dispositione statuti Vrbis *lib.1.c.180.* condemnati fuerint Marcus Petrosius & Ven. Archiconfraternitas Sanctissimæ Trinitatis nedum ad relaxandum domos, & apothecas, de quibus agitur, sed etiam ad restitutionem fructuum perceptorum à die motæ litis, vt regulariter fieri solet in omni Iudicio, dummodo non
2 agatur de spolio violento, seu attentato, quo casu fructus debentur à die factæ occupationis, iuxta distinctionem Bellameræ (quẽ alij Canonistæ sequuntur) *in cap. grauis q.11 num.43. vers. ex isto iustificatur de restit. spoliat.* & pluribus relatis firmauit Rota *in decis.307 num.1.* coram Durano; dubitatum ad quam summam sint liquidandi dicti fructus, & eos esse liquidandos in scutis 996.& b.35. fuit responsum.

Quandoquidem quantum attinet ad fructus perceptos per Petrosium à die 9. Ianuarij 1630. quo fuit mota lis vsque ad diem 26. Februarij 1639. quo immissio fuit concessa Archileis, constat iam eos fuisse liquidatos deductis deducendis in summa scut.604 præuia decisione emanata sub die 30. Maij 1639. coram R. P. D. meo Ghislerio, cuius vigore pro dicta summa fuit quoque relaxatum mandatum à quo Petrosius non reclamauit, & ideo censetur illi acquieuisse, & per consequens hodie non docto de errore prædictam liquidationem impugnare 3 nequit, vt fuit dictum *in causa Forolinien bonorum 10. Iunij 622.* coram bon mem Merlino, quam secuta est Rota *in decis.171.n.5 p.7 recent.*

Quo verò ad fructus perceptos per d. Archiconfraternitatem vti cessionariam d. Petrosij à die 18. Octobris 1641 quo adepta fuit possessionem domorum, & apothecarum, de quibus agitur, vsque ad diem 2. Octobris proximè præteriti, illi liquidati fuerunt in scutis 391. & b.90. quia ex locationibus factis dictarum domorum toto tempore litis apparet, eas fuisse locatas pro annua pensione scut.250. nempe alteram pro annuis scutis 150. & alteram pro scutis 100. & semper fuisse inhabitatas ab eisdem inquilinis, qui eas conduxerant ante motam litem, & de præsenti continuant, vt probatur ex recognitionibus in Dominum factis ad fauorem colligitantium, ac ex ipsis locationibus in actis exhibitis.

Vnde intrat conclusio, quod fructus dicantur 4 percepti ab eo qui possedit, non constito de contrario, iuxta opinionem, quam sequitur Rota, vt *in decis.25 de praben in nou.* & *in decis.50.n.2.* coram sanct. mem. Gregor. XV. & *in decis.1245.n.6.* coram Seraph. & *in decis.307 num.3.* coram Durano, & *in decis.173.n.3.* corã Boratto, & quidem in quantitate in dd. locationibus conuenta pro tempore, quo exdem locationes durarunt, Rota *decis.65.n.25.p.2. diuers.* & *decis.263.n.4.p.7. recent.* & *d. decis.307.n.12.* coram Durano, vbi quod non est necessaria alia 5 probatio exactionis, sed sufficit præsumptio exactionis ex locatione deducta, & fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Turris 8 Nouembris 1630* coram bon. mem. Merlino.

Cùm igitur ad rationem annuæ pensionis scut. 250. in dictis locationibus conuentæ spatio mensium 22. cum dimidio, appareat fuisse decursa scut. 447. & b.90. & de his non cõstet fuisse erogata nisi scuta 56. pro solutione canonum Domino directo debitorum, prout fieri potuit per *tex. in l fructuum* cum ibi notatis *in §. impendia ff. solut. matrim.* & *in l. 1.* vbi Bald. *C. de fructib. & lit. expens.* vtique ipsa Archiconfraternitas remanet punctualiter debitrix in dicta summa scut. 391. & b.90. quibus addita summa scut. 604. per Petrosium exacta, omnium fructuum liquidatio apparet re vera probata in dictis scutis 996. & b.35.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, altera sæpius citata diuque iuxta eius petitionem expectata, ac informare non curante.

Leodien.

Leodien. Decimarum.

Mercur. 2. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

An propter oppignorationem dominij temporalis, per Abbatem & Conuentum S. Lamberti Ordinis Cisterciensis diœcef. Leodien. ad fauorem laicorum factam, decimæ occupatæ detineri possint?

SVMMARIVM.

1 *Ius decimandi cùm sit spirituale eius laici de iure incapaces redduntur.*

2 *Laici vt percipiant decimas earum infeudationem ante Concilium Lateranense celebratum ostendere tenentur.*

3 *Episcopi & alij Prælati inferiores sub Alexandro III. vel Vrbano II. decimas laicis infeudare poterant.*

4 *Ius decimandi ad fauorem laicorum per priuilegium Apostolicum exhiberi potest.*

5 *Immemorabilis cum fama priuilegij ius decimandi laicale probat.*

6 *Oppignoratio comprehendens ius spirituale decimandi est irrita, nec laico exinde retentio per generalitatem competit.*

7 *Decimæ spirituales de iure diuino debitæ alio iure quàm temporalis dominij detinentur.*

8 *Donationes decimarum à laicis ad fauorem Ecclesiæ cum consensu Episcopi facta sunt valida.*

9 *Decimæ Ecclesiæ à laicis retrodonatæ primæuam naturam reassumunt.*

DECISIO CCLXXXVIII.

ABBAS, & Conuentus S. Lamberti Ordinis Cisterciensis Diœces. Leodien. aliàs oppignorarunt dominium temporale de Pleneuaulx cum suis appenditiis, & pertinentiis ad fauorem laicorum, qui ne amplius rei oppignoratæ recuperationi locus esset, instrumentum oppignorationis suppressetunt, vt probant testes, & vlterios decimas territorij oppignorati occuparunt; quamobrem dicti Abbas, & Conuentus introducta causa in Rota hodie disputare obtinuerunt, an propter oppignorationem dicti dominij temporalis olim factam detineri possint occupatæ decimæ, de quibus agitur, & negatiuè fuit responsum; quia ius
1 decimandi est spirituale, cuius laici de iure redduntur incapaces, vti habetur *in cap. decimas* 16. *q.*7. *& in cap. causam de præscript. cap. fin. de rer. permut.* cum aliis relatis per Couarru. *variar. lib.*1.*c.*17.*n.*5. & per Monet. *de decimis cap.*5.*quæst.*3.*num.*57. Diu. Thom.2.2 *quæst.*87.*art.*7. Azor. *moral. part.*1. *lib.*7. *cap.*24.*q.*7.

2 Nisi ostenderent earum infeudationem ante Concilium Lateranense celebratum de anno 1179. sub Alexandro III. siue secundum alios sub Vrbano II. de anno 1088. vt notant Balboa *lib.*2. *decretal. in d. cap causam* 7. *de præscript. num.*14.15.& 16. *cum seqq.* & Ciaccon. *de Vit Pontific. pag* 430.& 566.
3 de quo tempore poterant Episcopi, & alij Prælati inferiores decimas laicis infeudare, *vt in cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Prælat.* Hostien. *in summ. tit. de decim.* §. *tertio quæritur circa fin. c.*1. *Episcopum, vel Abbatem in vsib. feud.* Gutierrez *lib.*1. *practic q.*15. *per tot.* & signanter *num.*4. Rebuff. *de decim quæst.*13. *num.*79 & 80. Monet. *de decim. c.*5. *d. quæst.*3 *num.*66. *cum seqq.*

Vel priuilegium Apostolicum exhiberent, *cap ex* 4
parte il. 3. *de decim cap. à nobis cap.*2 §. *Statuimus eod. tit. in* 6. Gutier *lib.*1. *practic. quæst.*14. *num.*1.& 2. Balboa *in d. c. causam de præscript. num.*30. & 51. Monet. *de decim. dict. c.*5. *quæst.*3.*n.*83.

Vel denique immemorabilem cum fama priui- 5
legij probarent, Hostien. *in dict. cap ad Apostolica num.*7. Abb *num.*12. *de his, quæ fiunt à Prælat.* Gabriel *de præscript conclus.*1. *num.*23. Rebuff *de decim. dict. quæst.*13. *num.*68. Rota *decis.*213. *part.*2. *diuers* & *decis.*1102.*n.*4. coram Seraph.

Vnde cùm hæredes Guidonis de Fisen Rei conuenti non doceant, nec de infeudatione ante Concilium Lateranense, nec de priuilegio Apostolico, nec de immemorabili cum fama priuilegij, neutiquam possunt decimas, de quibus agitur, occupare, siue illæ fuerint comprehensæ in dicta oppignoratione, siue non.

Nam si oppignoratio comprehenderet hoc ius 6
spirituale decimandi, irrita foret, nec laico exinde competeret retentio per generalitatem *text. in cap quamuis, & cap. prohibemus, de decim* cum aliis supra allegatis: si verò oppignoratio ius decimandi præfatum non comprehendit, tunc sumus extra omnem disputationem, & quod reuera non fuerint comprehensæ decimæ, probatur ex eo, quod
concesso dominio temporali alicuius loci cum suis 7
appenditiis, & pertinentiis, non dicuntur concessæ decimæ spirituales de iure diuino debitæ, cùm illæ alio iure, quàm temporalis dominij detineantur, vt determinat Innocent. *in cap. ex litteris, sub num.* 2. *vers imo plus dicimus extra de iurepatr.* vbi quod si Episcopus donasset villam, vel territorium, cum omnibus iuribus suis, vel cum omnibus iuribus, quæ ibi habet, non tamen intelligetur donasse decimas, vel alia iura verè spiritualia; nec illa verba debent referri ad ea, quæ sunt alterius penitus separati iuris ab eo, quod principaliter donatur, quod temporale est, sed in eodem genere sunt intelligenda, sequitur Bald. *in eisdem terminis cons.*32. *incipien. quidam nobilis, sub n.*3. *vers. si autem Episcopus lib* 1.

Nec obstat quod ipsi quoque Abbas, & Conuentus S. Lamberti decimas præfatas habuerint ex
donationibus laicorum; quia tales donationes factæ, 8
prout hîc ad fauorem Ecclesiæ cum consensu Episcopi à laicis validæ sunt, vt respondit Innoc. III. *in dict. cap cum Apostolica circa med.* ibi, *taliter respondemus, de his, quæ fiunt à Prælat.* & notat Gloss. *in cap. cum & plantare* 3. *verb. Ecclesias igitur vers. decimas*
quas habent, de priuileg. & quod decimæ retrodona- 9
tæ Ecclesiæ à laicis reassumant primæuam naturam, tradit Rebuff. *de decim. q.*10, *n.*50. *vers.* & *vbi decimæ sunt feudales*, & pluribus comprobat Monet. *de decim. d. c.*5. *q.*3.*n.*72. *vers. si decima cum seqq.*

Et ita vna tantùm parte resolutum fuit altera parte citata per contradictas.

Vicen. Portionum.

Mercur. 9. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Absolutio à censuris incursis ob non paritiooem maodato ab A.C. contra quioque Dignitates à Clemente VIII. erectas, relaxato, stante omnimoda paritione iisdem iure merito competit, sequestrúmque eadem de causa super fructibus iisdem Dignitatibus spectantibus concessum reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio stante omnimoda paritione iure merito est concedenda.*

2 *Contumacia est voluntaria inobedientia qua quis monitionem Iudicis implere contemnit.*

3 *Contumacia per paritionem cessante ipsa etiam excommunicatio cessare debet.*

4 *Sequestrum ob causam non paritionis concessum, quando in omnibus fuisse paritum conuincitur reuocari debet.*

5 *Sequestro vigore* Clem. vnic. de sequestr. possess. & fruct. *concesso reuocatio in fine litis reseruatur.*

DECISIO CCLXXXIX.

CENSVERVNT Domini quinque Dignitates à Clemente VIII. erectas in Ecclesiis Vicen. Barchionen. & Gerunden. in secularizatione habita Ecclesiæ S. Ioannis de Abbatissis esse in totum absoluendas à censuris incursis ob non paritionem mandato antea contra eas ab A.C.relaxato ad instantiam Capituli,& Canonicorum d. Ecclesiæ Sancti Ioannis,in executionem decreti S. Congregationis Concilij Tridentini, ac sequestrum hac eadem causa super fructibus eisdem dignitatibus spectantibus concessum esse reuocandū;quia hodie constat de omnimoda paritione,qua
1 stante iure merito venit concedenda absolutio, Rota *decis.*431. *num.* 1. coram Seraphino, & *decis.* 629.*num.*3. *in fin.part.*3. *recent.* Cùm enim fundamentum excommunicationis resideat in contu-
2 macia, quæ est voluntaria inobedientia, qua quis monitionem Iudicis implere contemnit, vt inquit
3 textus *in l.contumacia ff.de re iudic.*cessante contumacia per paritionem,cessare debet etiam ipsa excommunicatio, vt in specie excommunicationis dicit Tiraq. *in tract.cessante caus.n.*99.facit Achill.*decis.*1. *n.*2.3.*&* 4.*de senten.excommunic.*

Quod autem fuerit plenè paritum, constat ex eo quod in dicto decreto S.Congregationis tria declarata fuerunt per Dignitates adimplenda. Primum nempè quod Canonicis, & Beneficiatis Ecclesiæ Sancti Ioannis debeatur integra portio panis & vini; Alterum, & secundum, quod Dignitates non possint percipere duas portiones panis,& vini, ac victualia. Tertium & vltimum qood portiones absentium applicentur fabricæ Ecclesiæ.

Et quoad primum apparet Dignitates adimplenisse, tradendo portionem panis ad rationem duarum librarum cum dimidia pro qualibet portione & vnciarum 24. pro qualibet libra, & portionem vini de tempore quadragesimali, iuxta resolutiones Rotales emanatas coram R.P.D.meo Dunozet.Decano sub diebus 27.Maij 1641. 5.Decembris 1642. & 1.Ionij 1643.

Quo verò ad secundum & tertium,scilicet quod Dignitates non possent percipere duas portiones, nec victualia, & portiones absentium, probatur portiones huiusmodi iam decursas, ac per Dignitates indebitè perceptas, Capitulo, & Canonicis fuisse restitutas, seu solutas, vt ex ex quietantiis quarum vltima datur *in summ. Dignitatum num.* 1. & pro decurrendis fuisse eisdem Canonicis traditam possessionem iuxta modum expressum, in d. decreto Sacræ Congregationis Concilij *eod. sum. num.* 5.

Vnde conuincitur in omnibus fuisse paritum, & 4
propterea sequestrum quoque ob eandem causam non paritionis concessum debet reuocari, vt probat text.*in l.*1.*§. iubet autem vers. si pater ff. de collat. bonor.*& prosequitur Felin. *in cap.examinata sub num.* 10. *vers. quarto limita extra de iudic.* quidquid enet dicendum si sequestrum concessum fuisset vigore
Clem.vnic.*de sequestr.possess.& fruct.* qoo casu reuo- 5
catio reseruaretur in fine litis, vt declarauit Rota coram Seraphino *in decis.*133.*num.*..*&* 4.

Et ita decisum vna tantùm parte informante, altera sæpè sæpius citata.

Romana Dotis.

Mercur. 9. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Tempus promissioois dotis filiæ in æstimando valore booorum hæreditariorum Patris est attendendum, iotérque bona ipsius prælegatum ei à Patre fideicommittente relictum calculandum.

Vide suprà *Decis.* 269.

SVMMARIVM.

1 *Tempus nuptiarum est inspiciendum ad effectum de congruitate dotis videndi.*

2 *Verba* hac tamen eod.ditione *prælegatum modo expressè modificant, perinde ac si in eodem prælegato posita essent.*

3 *Verba constituentia vxorem Dominam, Patronam & vsufructuariam bonorum, quando testator habet filios,in praeminentia & suprema rerum administratione verificantur.*

4 *Verba* habeat & percipiat vsumfructum plenum, *vsumfructum causalem cum proprietate important.*

5 *Testator post institutionem factam verè ac directè ad fauorem filij,dum vsumfructum legat vxori eius vita durante,relictum ad solum vsumfructum formalem restrictum censetur.*

6 *Contrarietas in eadem dispositione ex vnico contextu vt euitetur,qualibet possibilis interpretatio fieri debet.*

7 Testatoris

7 *Testatoris verba relinquendo vxori exercitium & administrationem eodem modo quo ipse exercebat, circa vtilitatem non proprietatem sunt intelligenda.*

8 *Verba* administrare & gubernare *dominium non important nec proprietatem tangunt.*

9 *Verbum* reuertatur *quandam praexistentiam iuris apud eum ad quem fit reuersio denotat.*

10 *Verba* sine diminutione proprietatis *ad maiorem declarationem apposita censentur.*

11 *Prohibitio alienationis proprietatem fuisse relictam demonstrat.*

12 *Coniecturæ vti magis conformes menti testatoris & magis potentes prævalere debent.*

13 *Proprietas sola & nuda cùm viuente vsufructuaria sine fructu fuerit, nullius est momenti.*

14 *Proprietas non solet æstimari nisi quando ad heredes transfertur, vel aliàs per attractionem vsusfructus vtilis esse potest.*

15 *Proprietarius proprietatem sine voluntate & consensu vsufructuarij vendere & alienare de iure potest.*

16 *Lex* si videamus 19. de vsur. *in quantum procedit.*

17 L. fructus 33. §. hac ratione ff. de rei vindicat. *explicatur.*

18 L. eum in fundo 78. §. vxor verò ff. de Iur. dot. *æstimationem proprietarij ac vsufructuarij non prohibet, quin potius contrarium disponat.*

19 *L.* si conuenerit 18. §. si nuda proprietas ff. de pignor. action, *de nuda proprietate pignori data, vsumfructum scil. qui postea accreuit pignori esse disponit.*

20 L. si Dominus nudæ 72. de vsufructu *quomodo intelligenda.*

21 *Ad æstimationem bonorum Patris tempus promissionis dotis filia attendendum.*

22 *Filia quando à Patre in suam agnita fuit dos loco legitima succedit.*

23 *In consecutione legitima tempus obitus patris quoad quantitatem, quoad qualitatem verò tempus illius petitionis attenditur.*

24 *Dos quando filia relicta fuit absque vlla mentione legitima qua propter exclusionem statui non debetur, filia non dicitur agnita in suam, nec dos loco legitima succedit.*

DECISIO CCXC.

NEVTRA parte acquiescente resolutioni in hac caosa factæ sub die 8. Iunij præteriti, in qua ad effectum firmandi statutum hæreditatis Lælij Patris Victoriæ de cuius dotis condecentia agitur, declaratum fuerat inter bona d. Lælij esse calculandum prælegatum eidem Lælio à Luca Patre fideicommittente relictum, & in æstimando valore bonorum hæreditariorum esse attendendum tempus promissionis dotis d. Victoriæ, & non æstimationem factam de anno 1615. repropnsui denuo causam super eisdem, & Domini steterunt in decisis ex eisdem rationibus, non obstantibus hinc inde in contrarium allegatis.

Nam quantum attinet ad primam inspectionem, idest an prælegatum debeat calculari inter bona Lælij, visum fuit satis clarè colligi ex lectura testamenti Lucæ, in quo testator prius iure directo fecit prælegatum Lælio primogenito, & deinde vsufructuariam in eo declarauit Virginiam ipsiusmet testatoris vxorem eius vita durante, vnde fit quod à die obitus testatoris acquisiuerit Lælius d. prælegati proprietatem, quæ propterea debet inter eius bona connumerari saltem de tempore nuptiarum 1
Victoriæ, quod tempus est inspiciendum ad effectum videndi de congruitate dotis, Alex. *cons.* 33. *n.* 4. *lib.* 4. Bald. *in Auth. res quæ C. commun. de legat.* sub *num* 16. *vers. nisi inspecto*, Curt. Sen. *cons.* 290. *num.* 12. *vers. quod ascendet congrua dos lib.* 3 Gabriel *cons.* 139. *num.* 23. *lib.* 2. Rot. *decis.* 28. *num.* 19. *part.* 5. *recent.*

Non obstat quod post institutionem factam in hoc prælegato ad fauorem Lælij testator dixerit: *Hac tamen conditione quod D. Virginia vita sua durante sit Domina, Patrona, & vsufructuaria dictorum bonorum, vt infra dicetur*: infrà autem voluerit eam esse Dominam, Dominatricem, Patronam, & vsufructuariam dd. bonorum, declarans quod habeat vsumfructum plenum plenumque dominium; & post eiusdem Virginiæ mortem mandauit dd. bona integrè, & sine diminutione reuerti ad d. Lælium si supervixerit, alioquin ad alium ordine successiuo vocatum, & sic dicebatur, quod verba illa, 2
hac tamen conditione modificarent prælegatum modo inferius expressu perinde ac si essent posita in eodem prælegato, ad *tex. in l. si testamentum* 8. *in princip.* & *vers. sin autem conditiones C. de instit. & substitut* Ruin *cons.* 201. *num.* 19. *vers quia ergo lib.* 2. Rota *decis.* 194. *n.* 47. 48. & 49. *part.* 5. *recen.* & modus infra expressus demonstret Virginiæ eius vita durante fuisse relictam etiam proprietatem.

Quia prædicta verba sufficientem modificationem inducunt, dum prælegatum prius factum ad fauorem Lælij restingunt ad nudam proprietatem, concedendo illius vsumfructum Virginiæ eius vita durante, & hoc importat modus postea per testatorem expressus, iuxta opinionem, quam Rota sequitur in hac materia, vt latè probatur in *decis.* 22. *num.* 7. & *seqq part.* 6. *recent.* & in aliis in præcedenti decisione cumulatis.

Nec contrarium suadent coniecturæ ponderatæ per Informantes; siquidem Prima deducta ex illis verbis, *Quod Virginia sit Domina Patrona & vsufructuaria dictorum bonorum*, nihil refert, quia dicta 3
verba quando testator habet filios verificantur in præeminentia, & suprema rerum administratione, vt ex pluribus tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 139. *n.* 7. & *in cons.* 10. *n.* 8. Mart. *de claus. parte* 3. *clausul.* 18. *n.* 2. & firmauit Rota *in decis.* 162. *n.* 7 *p.* 5. *recent.*

Secunda desumpta ex eo, quod inferius testator dixerit, quod dicta Virginia habeat, & per- 4
cipiat vsumfructum plenum, quæ verba importare vsum causalem cum proprietate, firmat pluribus relatis Gionag. *respons.* 63. *num.* 7. & 41. *lib.* 7. nec minus nocet, quia testator hoc dixit ad effectum tollendi quæstionem, an vsusfructus esset restringendus ad alimenta tantùm iuxta consuetudinem Bulgari, & ideo statim subiunxit ibi, & *non restrictum ad alimenta tantum*: quod confirmatur ex eo, quod post institutionem factam verè ac directò ad fauorem Lælij Testator vsum fructum 5
legauit vxori eius vita durante, ibi, *Item reliquit, & esse voluit, atque iussit d. Illust. D. Virginiam suam dilectissimam coniugem donec vitam honestè seruauerit vniuersalē Dominam, Donatricem, patronam & vsufructuariam omnium & singulorum bonorum d. Lælio prælegatorum*

legatorum vita ipsius durante. quo casu relictum fuisse restrictum ad solum vsumfructum formalem, dixit Rota pluries, & signanter *in Recanaten. manutentionis 27. Iunij 1642. sub §. nec dubitari potest*, coram R.P.D. meo Cerro

Giouagnonus verò cum aliis per eum allegatis in *dicta respons. 63.* loquitur & procedit in diuersis terminis, nempe quando legatum incipit à re & non ab vsufructu, & in casu quo non aderat tam explicita mens testatoris (provt hic) restricta ad vsumfructum tantùm, & propterea non potest applicari.

Tertia elicita ex illis subsequentibus verbis, ibi; *plenamque dominium & Iurisdictionem, ac merum, & mixtum imperium dd. Castrorum exercere possit, provt ipse testator exercuit, & exercet*, non arguit fuisse
relictam proprietatem in qua prius institutus fuerat
6 Lælius, ne vnico contextu in eadem dispositione
detur contrarietas, ad quam euitandam, debet fieri quælibet possibilis interpretatio, *cap. inter dilectos de fide instrument.* Cin. Bald. & alii *in l. Cum falso C. de iur. & fact. ignor. l. vbi repugnantia ff. de reg. Iur.* Surd. *decis. 230. num. 28.* Rota *decis. 140 num. 9 part. 5. recent.* etiam verba impropriando, Bart. & Doct. *in l. 2. §. creditum ff. si certum petat.* Surd. *cons. 279. num.*
7 18. Sed dicendum est Testatorem intellexisse de
exercitio & administratione eodem modo, quo ipse exercebat, & administrabat circa vtilitatem, non autem circa proprietatem, singula singulis congruè referendo, iuxta Glos *in l. quæstionem verbo vniuersitatis*, vbi Angel. *num. 4. C. de fideiussor.*

Sicuti clarius colligitur ex codicillis in quibus idem testator declarauit, quod d. Virginia eius vita durante non posset amoueri à possessione dd. castrorum, & bonorum, ac perceptione fructuum ab ipsa integraliter percipiendorum, & si quis ex filiis molestaret eam in possessione bonorum in d. prælegato contentorum, vel contra eius voluntatem se immisceret in eorũ administratione & perceptione fructuum, ac in gubernio, & regimine Iuris-
8 dictionis Castrorum, caderet ab hæreditate; verba
enim *administrare* & *gubernare* non important dominium, nec tangunt proprietatem, vt patet ad sensum.

Quarta deprompta ex eo, quod testator post mortem Virginiæ voluit, quod dicta bona prælegata ipso facto, ipso quoque Iure integrè & sine aliqua diminutione proprietatis ipsorum reuertantur ad d. Lælium si superuixerit, alioquin ad alium ad dictum prælegatum vocatum, vnde inferebatur fuisse relictam Virginiæ proprietatem, ex allegatis per Giouagn. *in dicta respons. 63. num. 6.* cum sequentibus; nec minus concludit, quia Giouagn. *loco mox citat.* loquitur in casu, quo relictum vsusfructus incipiebat ab ipsa re, vt ibi, *Eam voluit habere duas possessiones*, & ideo non applicatur in præsenti, vbi Lælio fuerunt prælegata bona non post mortem Virginiæ, sed ipsa viuente, cum conditione tamen quod ipsa esset vsufructuaria vita durante; quando autem testator non vsus fuit verbis potius proprietati, quàm vsufructui conuenientibus, tunc significatio
9 verbi *reuertatur*, retorquetur, cùm denotet quan-
dam præstantiam Iuris apud eum ad quem fit reuersio, vt in terminis ponderauit Rota *in decis. 162. num. 4. & 5 part. 2. recent.* & faciunt allegati per Menoch. *de præsumpt lib. 4. præsumpt. 133. num. 7. vers. cæterum.*

10 Et illa verba *sine diminutione proprietatis* censentur
apposita ad maiorem declarationem, ne scilicet Virginia, quæ erat vsufructuaria auderet diminuere proprietatem Lælio relictam faciendo interpretationem secundum subiectam materiam, *l. 1. vbi glos* & DD *ff. pro soc.* Decian. *cons. 45. num. 17. volum. 2.* Surd. *cons. 554 num. 38. vers respondeo secundo lib. 4.* Rot *decis. 194 num. 45. part. 5.* & *decis. 4. num. 7. part 6. recent.*

Quinta & vltima cõiectura fundata in prohibitio- 11
ne alienationis, quæ demonstrat proprietatem fuisse relictam, vt docet Bald. *in l proculus ff de vsufruct.* quem sequuntur infiniti relati per Menoch. *d. præsumpt. 133. num. 3.* corruit ex facto, quia vt conuincitur ex lectura testamenti, d prohibitio non legitur adiecta personæ Virginiæ vsufructuariæ, sed post factum legatum vsusfructus apparet apposita in capite separato ibi; *Item Illustr. D Testator expressè prohibuit venditionem, & quamlibet alienationem omnium & singulorum bonorum in d. prælegato contentorum ex quacumque causa, etiam necessaria*; Et ideò verificari debet in primogenitis, quibus relictum fuit prælegatum, non autem vsufructuariæ.

Præterea omnes præfatæ coniecturæ conquassantur, & destruuntur ab aliis in contrarium ponderatis in præcedenti decisione, quæ vti magis con-
formes menti testatoris, & magis potentes debent 12
præualere, *l. Diuus* & ibi gloss. *ff. de in integr. restitut.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 30. num 1. & seqq.* & in hac facti specie Rota *d. decis. 22 n. 33. part. 6. recent.*

Demum non facit, quod hæc sola & nuda proprietas nullius sit momenti ad effectum de quo agi-
tur, cùm illa viuente vsufructuaria fuerit sine fru- 13
ctu, *l videamus vers neque enim proprietatis*, & ibi Gloss *ff de vsur.* & statim mortuo Lælio in vita ipsius vsufructuariæ transiuerit ad alios post eum vocatos, adeò quòd nec de tempore constitutæ dotis Victoriæ, nec in posterum euenire potuit casus, quo dicta proprietas apud Lælium, vel eius hæredes
vtilis esse potuerit, quasi quod illa non soleat æsti- 14
mari nisi quando ad hæredes transfertur, vel aliàs per attractionem vsusfructus vtilis esse potest, per *tex. in d l. videamus vers quid igitur ff de vsur. & l. fructus vers hac ratione ff de rei vindicat. l. cum in fundo §. vxor verò, ff. de iur. dot. l. si conuenerit §. si nuda proprietas ff. de pignor. action. l. si Dominus ff. de vsufruct.*

Quoniam negari nequit, quin dicta proprietas de tempore constitutæ dotis existeret penes Lælium, quæ propterea erat pretio æstimabilis, etiam de eo tempore, cùm possibile esset Lælium inuenire personam, quæ emisset dictam proprietatem ad vitam ipsius Lælij ob spem prædecessus Virginiæ vsufructuariæ, quam vti matrem Lælij naturaliter sperari poterat præmorituram fore, & in Iure est
certum quod Proprietarius potest vendere vel alie- 15
nare proprietatem sine voluntate, & consensu vsufructuarij, vt probat tex. formalis *in l. locum vers proprietarius ff. de vsufruct.* & *in l. fundi Trebatiani ff de vsufruct legat.* & *in l. 3. §. si heres ff. de vsufruct. quemadm. caue.* & *in l. 2. vers. 1. C de vsufruct* cuius verba sunt, *quia res non impedit proprietatis Dominum obligare Creditori proprietatem, manente scilicet integro vsufructu*, sequitur Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 15. de seruitut num. 9.* Si igitur proprietas potest vendi inuito vsufructuario, ergo est æstimabilis antequam transferatur ad hæredem, vel antequam fiat attractio vsusfructus; quid verò quantumque possit æstimari in hac facti contingentia, videbitur in futura disputatione facienda pro statuenda congrua dote dictæ Victoriæ.

Nec

16 Nec contradicunt textus in contrarium allegati; nam *l. si videamus 19. de vsur.* probat quidem ex nuda proprietate nullos fructus percipi posse, & ideo statuit non deberi quem condemnari ad fructus rei in qua fructus non cadunt, sed non inde sequitur quod proprietas seiuncta ab vsufructu non sit pretio æstimabilis, antequam fiat attractio eiusdem vsusfructus, vel nisi quando illa transferatur ad hæredem.

17 Lex *fructus 33. §. hac ratione, ff. de rei vindicat.* probat tantummodo, quod si Dominus nudæ proprietatis petierit ipsam proprietatem, & inter moras vsusfructus amissus sit, debeat haberi ratio fructuum ex eo tempore quo ad proprietatem reuersus sit vsusfructus, qui certe non est casus noster.

18 Lex *cum in fundo 78. §. vxor verò, ff. de iur. dot.* tantum abest quod prohibeat æstimationem proprietatis, ac vsusfructuarij, quin potius disponat contrarium in illis verbis ibi; *Nam si nudæ proprietatis æstimatio facta fuisset, mulier dotis iudicio pretium vsusfructus recuperare debet.*

19 Lex *si conuenerit 18. §. si nuda proprietas ff. de pignor. action.* retorquetur, cùm disponat quod si nuda proprietas pignori data sit, vsusfructus qui postea accreuerit pignori erit; ergo hinc probatur proprietatem posse pignorari.

20 Sicut etiam retorquetur *lex si Dominus nudæ 72. de vsufructu*, dum in ea disponitur valere legatum vsusfructus factum à Domino nudæ proprietatis, adeò quod si vsusfructus in vita testatoris, vel ante aditam hæreditatem proprietati accesserit, ad legatarium pertineat; Si igitur nudus proprietarius potest legare vsumfructum nondum quæsitum, multò magis poterit disponere de proprietate ipso viuente.

21 Quantum verò pertinet ad secundam inspectionem circa æstimationem bonorum d. Lælij, adhuc dictum fuit attendendum esse tempus promissionis dotis dictæ Victoriæ, licet secus sit quoad legitimam iuxta distinctionem factam per Rotam *in decis. 160. num. 1.* apud Pacific. *de Saluian. interdict.* & *in decis. 538. num. 1. part. 3. recent.* & in terminis æstimationis bonorum ad effectum congruæ dotis resolutum fuit *in Bononien. congrua dotis 16. Februarij 1607.* coram Lugdunen. quæ est *decis. 195. num. 4. p. 2. recent.*

22 Absque quod obstet replicatio facta per informantes, nempè quod Victoria fuerit agnita à Patre in suam, quo casu dos succedit loco legitimæ, vt tenuit Rota *in decis. 266. num. 3. part. 1. diuers.* & *in alia Romana de Lante 13. Ianuarij 1636.* coram bon. mem. Coccino impress. apud Fenzon. *post statut. Vrbis in ordine 100. §. secundo dicebatur*, & *in decis. 565. num. 5.* coram sanct. mem. Gregor. XV. &

23 ideò sicuti in consecutione legitimæ attenditur tempus obitus Patris quoad quantitatem, quo verò ad qualitatem tempus illius petitionis, ex latè traditis *in Montis falisci supplementi legitimæ 18. Iunij 1642.* coram R.P.D. meo Bicchio, ita dici debeat de hac dote, quæ eiusdem legitimæ priuilegijs gaudet.

Quia non versamur in legato facto in certis corporibus bonorum pro legitima seu dote, itavt testator declarauerit id relinquere loco legitimæ, quo casu dicitur filia agnita in suam, sed sumus in

24 casu, quo filiæ fuit relicta dos absque vlla mentione legitimæ, quæ propter exclusionem statuti non debetur; tunc enim filia non dicitur agnita in suam, & consequenter dos non succedit loco legitimæ, quia testator relinquendo dotem præsumitur se voluisse conformare cum dispositione dicti statuti, secundùm magistralem distinctionem Gabrielis *in cons. 140. num. 9. & seqq. lib. 1.* & hinc Rota *in d. decis. 565.* noluit contrarium decidere, sed post relatos Doctores pro vtraque opinione subdit, decisiones emanatas *in illa Romana de Lante* loqui in casu, quo legatum fuerat expressè factum loco legitimæ: & quidquid sit cùm in præsenti dos consistat in pecunia, & non in quota bonorum, adhuc ad effectum dignoscendi de eiusdem dotis congruitate est attendendum tempus illius constitutionis, licet succederet loco legitimæ, ex veriori opinione, quam Rota amplexa fuit *in Vixbonen. legitimæ 19 Nouembr. 1591.* coram bon. mem. Penia.

Et ita decisum vtraque, &c.

Bononien. fideicommissi de Bologninis.

Ven. 11. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Sententiæ concedentes immissionem ad fauorem alicuius respectu bonorum particulari fideicommisso subiectorum, quando in substantia sunt conformes, stante statuto Bononiensi citra vitium attentatorum exequi possunt.

Vide suprà *Decis. 261.*

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ in substantia conformes stante statuto Bononien. citra vitium attentatorum bene exequi possunt.*

2 *Statum Bononien. quoad conformitatem sententiarum duarum etiam locum habet quando in aliqua parte discordant, cùm in ea parte quà conueniunt sint exequendæ.*

3 *Clausula dedoctis deducendis conditionem importat.*

4 *Clausula adiecta immissioni bonorum fideicommisso vniuersali subiectorum non causat difformitatem super bonis fideicommissi particularis, cùm tot dicantur sententiæ quot capita.*

5 *Verba immediatè subsequentia antecedentia qualificant & restringunt.*

6 *Mentio deductionum, alienationum, &c. in instrumento enunciatiuè facta ad colorandum possessorium non autem ad effectum petitorij, mixturam non inducit.*

7 *Sententia ratione mixturæ non semper est appellabilis licet implicita complicatio adsit.*

8 *Illatio ab vno ad alium casum stante diuersitate fieri non potest.*

9 *Condemnatio fructuum per caput separatum facta executionem sententiæ quoad reliqua non retardat.*

10 *Dispositio statuti Bononien. etiam in possessorijs mixtis locum habet.*

11 *Heres grauatus cùm plures fecerit alienationes Inuentariumque omiserit, onus probandi insufficientiam bonorum fideicommissi vniuersalis ad eundem spectat.*

12 *Heres*

12 *Hæres, vno eodemque ad vtrumque fideicommissum ex vniuersali substitutione vocato, super quo corpore bonorum velit detractiones facere, eligere potest.*

13 *Detractiones illiquida immissionem retardare non valent.*

14 *Hæres agens & excipiens differunt.*

15 *Distinctio inter hæredem agentem & excipientem in quibus casibus procedit.*

16 *Hæres grauatus bona sufficientia pro suis detractionibus penes se retinendo, in aliis bonis immissionem impedire non debet.*

17 *Exceptionem tertiis competentem Reo allegare non licet.*

18 *Sententia indiuidua, mandans exequi sententias quæ respectu fideicommissi vniuersalis sunt appellabiles, ipsa quoque etiam respectu fideicommissi particularis ratione indiuiduitatis appellabilis censetur.*

19 *Indiuiduum est illud quod in partes diuidi nequit.*

20 *Sententiæ duæ quando sunt diuiduæ, tertia ad illas se referens etiam diuidua dicitur.*

DECISIO CCXCI.

STETERVNT Domini in decisis sub die 4. Maij præteriti, qua declaratum fuit non constare de attentatis, quoad bona fideicommissi particularis per Ioannem Mariam de Bologninis constituti; quia vt in decisione tunc extensa dictum fuit, primæ duæ sententiæ concedentes immissionẽ ad fauorẽ Bartholomæi & Thaddei de
1 Bologninis respectu bonorum particulari fideicommisso subiectorum sunt in substantia conformes, & ideo bene poterant exequi citra vitium attentatorum stante statuto Bononien. *lib. 2. sub rub. de appell. vers. preterea dicimus fol.* 292. quo cauetur in huiusmodi possessoriis semel tantùm licere appellare.

Cuius quidem statuti dispositio locum sibi vindicat, non solùm quando sententiæ in omnibus sunt
2 conformes, sed etiam quando in aliqua parte discordant, cùm in ea parte, qua conueniunt sint exequendæ, iuxta glos. *in Clem. vt calumniis, vers. dicimus ex eis, de re iudic* & late comprobat Crauet. *cons.* 183. *num.* 2. Couar. *practic. quæst.* 25. *num.* 6. *vers. ego vero.* Surd. *cons.* 102. *per tot.* quam opinionem sequitur Rota, *vt in decis.* 241. *num.* 4 *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum in *Ferrarien. attentatorum 7. Maij* 1629. coram Durano, quæ est *decis.* 198. *numer.* 10. *inter eius impress.* vbi fuit resolutum executionem quoad partes conformes non esse attentatam.

Non obstat igitur primò difformitas desumpta ex eo, quod prima sententia concedat immissionẽ simpliciter, cum supposito, quod detractiones essent consumptæ per alienationes, & secunda im-
3 missionem decernat cum clausula *deductis deducendis*, quæ conditionem importat, Rota *decis.* 232. *num.* 5 *part.* 4. *recent.* quia hæc clausula fuit adiecta immissioni bonorum fideicommisso vniuersali subiectorum, vt legitur in eadem sententia, *vers. Item eosdem Dominos, &c.* & proinde non causat difformitatem quoad immissionem in capitulo separato
4 concessam super bonis fideicommissi particularis, cùm tot dicantur sententiæ, quot capita. Lancell *de attent. cap.* 12. *lim.* 2. *num.* 12. Rebuff *de sent. prouis. art.* 2. *glos.* 4 *tom.* 1. *ad l. Regn.* Rot coram Gregor. XV. *dec.* 552. *n.* 1. cum aliis allegatis in decis. quæ reuidetur, § *vnde etiam fit.*

Et quamuis in eadem secunda sententia fuerit etiam declaratum, quod detractiones fierent super bonis fideicommisso particulari subiectis, quatenus alia bona essent insufficientia: Attamen prædicta declaratio non fuit pura, sed qualificata ex verbis immediatè subsequentibus, ibi; *Ita tamen, quod* 5
interim non retardetur immissio in possessionem dictorum bonorum, in dicto testamento descriptorum, quæ proculdubio qualificant, & restringunt antecedentia, *l. ita tamen*, & ibi DD *ff. ad S.C. Trebell* Osasch. *decis.* 128. *n.* 16. Rota *decis.* 515. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* sicuti ponderatum fuit in *præced. decis.* §. *quo verò.* Secundò non subsistit allegata mixtura deducta ex complicatione, & approbatione tituli testamentarij detractionum, alienationũ que, & cõdemnatione fru- 6
ctuum: Quia mentio illa testamenti facta fuit enunciatiuè ad colorandum possessorium, de quo solùm agebatur, non autem ad effectum petitorij, vtque titulus testamenti canonizaretur, & propterea non inducit mixturam, iuxta notata per Dec. *in cons.* 28. *num.* 3. quem in puncto sequuta est Rota *in Bononien fideicommissi de Turri* 15. *Ianuarij* 1627. coram bon mem. Merlino, vbi aliæ concordantes referuntur; nec minus fuit aliquid certè determinatum circa alienationes, seu detractiones, sed solùm quod detractiones fierent quatenus de iure fieri debèrent, quod sanè non sufficit vt ratione mixturæ 7
sententia dici possit appellabilis, licet adsit implicata complicatio, ex allegatis per Addent. ad Greg XV. *in decis.* 232. cum aliis relatis *in dec. causa,* §. *nec obstat.*

Atque hinc patet non applicari decisiones hodie nouiter in contrarium allegatas, præter alias declaratas in præcedenti decisione sub §. *Nec obstat.* Nam *decis.* 235. apud Pacif. *de Saluian.* loquitur in diuersis terminis, nempe de sententia, quę mandabat exequi testamẽtum super certis bonis, & *dec.* 187. *n.* 19. *p.* 7. *nec* loquitur in casu, quo concessa fuerat immissio actori, non solùm in vim donationis, sed etiam vti donatario, & sic canonizando principaliter ipsam donationem, qua diuersitate stante non po- 8
test fieri illatio ab illis ad istum casum, *vulg l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

Condemnatio verò fructuum facta fuit per ca- 9
put separatum, & idcirco non retardat executionem sententiæ quoad reliqua, in quibus conueniunt ex allegatis in principio, & tradit Contard. *in l. vnic. limit.* 1. *num.* 34. *& seqq. C. si de moment. possess.*

Vltra quod aliqui ex Dominis dicebant, per huiusmodi mixturæ exceptiones impediri non posse 10
dispositionem dicti statuti Bononien. quæ etiam in possessoriis mixtis locum habet, vt latè probat Rota *Bononien. dec. diuers.* 74. *n.* 26. *vers. verũ tamen, & seqq.* nec obstare decisiones in contrariũ allegatas in decisione huius causæ emissa sub die 15. *Martij* 1641. coram bon. mem. Merlino, quia illæ non loquuntur in terminis statuti prædicti Bononiensis.

Tertiò non obstat iniustitia fundata in eo, quod prædictæ sententiæ concedant immissionem non obstantibus detractionibus hæredi grauato competentibus, quas non fuisse consumptas admittit secunda sententia; quia prætensæ detractiones quatenus de iure essent faciendæ, debebant prius fieri in bonis fideicõmissi vniuersalis, & deinde in subsidium in bonis fideicommissi particularis, non retardata interim immissione in possessionem bonorum particulari fideicommisso subiectorum; & ideo

cùm

11 càm constet hæredem grauatum plures fecisse alie-
nationes,& omitisse inuentarium,onus probandi in-
sufficientiam bonorum fideicommissi vniuersalis
spectat ad hæredem granatum, vt in specie Natt. *in*
cons.199 num.9.vers accedat , quia , & seqq. signan-
ter *sub num.*11.*&* 12.& *in cons* 238. *n.*8.Peregrin *de*
*fideicomm art.*39. *vers. si autem* , Rota coram sanct.
mem. Gregor. X V. *decis.* 262. *sub num.* 6. *&*
decis. 126. *sub num.* 29. *&* 33. *part.* 7. *re-*
cent.

Licet enim talis subsidiarius modus detrahendi
seruari non debeat , quando provt hîc vnus , &
12 idem est ad vtrumque fideicommissum vocatus ex
vniuersali substitutione , sed tunc hæres possit eli-
gere , super quo corpore bonorum velit detractio-
nes facere , vt notant Ias. *in l.filiusfamilias §.diui,in*
2.*lect.num.*3.Rip *num.*29. Curt *num.*16 *ff de legat.*1.
& Castrens. *in cons.*247. *num.*4. *vol.*1.& Gabr *cons.*
138. *num.*19. *&* 30. *lib.* 2. Attamen hoc non pro-
cedit quando hæres grauatus plures fecit alienatio-
13 nes , & omisit inuentarium , exinde namque de-
tractiones redduntur illiquidæ , quæ propterea im-
missionem retardare non valent , vt dixit Rota co-
ram Caualerio *in decis.*573.*num.*7. *&* *decis.*47. *n.*13.
*p.*5.*recent.*

14 Nec applicatur distinctio inter hæredem agen-
tem , vel excipientem, relata per Ciriac. *controuers.*
5 *num.*3.*&* *seqq.* & signanter sub *num.*6. quasi quod
15 dum hæres est reus , spectat ad fideicommissarium
agentem onus probandi sufficientiam aliorum bo-
norum pro detractionibus , iuxta gloss. *in l cum de*
lege , ff. de probat. Quia illa procedere potest quan-
do hæres confecit inuentarium, vel aliqua alia præ-
sumptione iuuatur , secus vero è conuerso , vt benè
declarat Peregrin. *de fideicomm. d. art.* 39. *num.* 14.
vbi quod secundum magis communem opinionem
Gloss.*in dict.leg. cum de lege*, intelligenda est, quan-
do hæres grauatus confecit inuentarium , aut ali-
quam aliam habet præsumptionem pro se, & hanc
sententiam perpetuò amplexa fuit Rota , vt in de-
cisionibus suprà allegatis , & in fortioribus termi-
nis est *decis.*485.*in fin part.* 4. *diuers.* & latè discusso
articulo fuit firmatum in *Auximana fideicommiss.* 31.
Ianuarij 1641.coram Reuerendiss.D.meo Dunozet-
to Decano, & retorquetur *decis.*35 *part.*8.*recent.*vbi
id ipsum admittitur in possessorio, licet reiiciatur in
summariissimo manutentionis.

Idque eò magis procedit, quando provt hîc de-
tractiones prætenduntur ex bonis expresè alienari
prohibitis , vt aduertit idem Ciriac. *d. controuers.* 5.
num. 11. & notant DD. *in d. l. filiusfamilias* , *ff. de*
legat. 1. quidquid esset dicendum in casu , quo non
præcessissent alienationes , & hæres inuentarium
confecisset , in quibus terminis loquitur Gabr. *in*
d. cons. 138. *num.* 6. cum aliis in contrarium alle-
gatis.

Nec releuat quod ex transactione inita inter Bo-
logninos , & illos de Claris super omnibus bonis
Ioannis Mariæ,appareat non obstantibus alienatio-
nibus adhuc superesse detractiones ascendentes ad
libras 45000.ex quibus Palmerij hodie prætendunt
libras 15000. Quia ex inspectione instrumenti exe-
qutionis nuper factæ per Palmerios in vim man-
dati de manutenendo eis concessi , appparet eos
possidere quamplura corpora bonorum fideicom-
misso vniuersali dicti Ioannis Mariæ subiectorum,
longè excedentia valorem dictarum detractionum
16 ab eisdem de Palmeriis prætensarum ; Quando au-
tem hæres grauatus retinet penes se bona sufficien-
tia pro suis detractionibus, non debet in aliis bonis
immissionem impedire , vt pluries respondit Rota,
& præcipuè *in decis.* 47. *num.* 13. *&* *decis.* 77. *num.*
16. *&* *decis.* 391. *num.* 5. *part.* 5. *recent.* & fuit di-
ctum in *d Auximana fideicommissi* , 13. *Ianuarij*
1640. coram Reuerendiss. D meo Dunozetto De-
cano.

Quartò non aduersatur excessus elicitus , ex eo
quod tertia sententia Altouiti mandat exequi duas
præcedentes sententias , concedentes Bologninis
immissionem in medietate bonorum Ioannis Ma-
riæ , càm tamen de eo tempore iidem Bologuini
tertiam partem horum bonorum recuperassent à
dictis de Claris ; quia quoad ipsos Bologninos nul-
lus adest excessus,càm contra eos fuerit facta exe-
cutio in medietate bonorum Ioannis Mariæ per
eos possessorum, provt fieri debebat ex forma præ-
cedentium sententiarum , nec Clari restituerunt ex
causa fideicommissi , præterquam duas vncias, aliæ
enim duæ vnciæ restitutæ fuerunt in vim transa-
ctionis pro certo pretio ; & quatenus re vera fuis-
set per Claros aliquid restitutum vltra quantita-
tem debitam , hoc non infringeret sententias la-
tas contra Palmerios , seu eorum auctorem , in
quibus illi de Claris non fuerunt citati , nec in
eo iudicio transactio fuerat producta , & propterea
iisdem de Palmeriis non licet allegare exceptio- 17
nem tertiis , nempe Claris , competentem , con-
tra *l.* 2. vbi Bart. *ff. de except. rei iudic.* Surd.
cons. 415. *numer.* 2. Peregrin. *de fideicommiss.*
artic. 49. *numer.* 46. Buratt. *decis.* 257. *nu-*
mer. 13.

Minus subsistit quod prædicta tertia sententia 18
Altouiti sit indiuidua , tanquam concepta sub vni-
ca verborum structura , & ideo dum mandat exe-
qui præcedentes sententias , quæ respectu fidei-
commissi vniuersalis , & fructuum sunt appellabi-
les , dicatur & ipsa quoque appellabilis , etiam
respectu fideicommissi particularis ratione indiui-
duitatis , ex alleg.per Rot. *in decis.* 297. *n.*15. post
Moder. *de manuten*, super quo fundamento hodie
plurimum insistebatur.

Quoniam satis diuidua apparet sententia , dum
mandat simpliciter exequi præcedentes in partibus
conformibus ibi , *Dicimus* , *&c.* executionem dua-
rum sententiarum in causa fideicommissi olim
Ioannis Mariæ de Bologninis latarum petitam,
in partibus illarum conformibus fore , & esse
concedendam , & relaxandam ; ponderatis præ-
cipuè illis verbis , *in partibus illarum conformi-*
bus,quæ repugnant indiuidui qualitati , cùm in- 19
diuiduum sit illud , quod in partes diuidi nequit ,
per DD.omnes *in l.*4.§. *Cato*, *ff de verb.obligat* Rot.
*decis.*902.*num* 5.coram bon.mem Coccino inter eius
impress.

Sicuti igitur sunt diuiduæ primæ duę sententiæ,ita 20
dicitur diuidua hæc tertia ad illas se referens, iuxta
notata in *l.asse toto,ff de hared institnen*.Paris.*cons.*56.
*num.*5.*&* 8. *lib.*2. Crauett.*cons.*45.*n.*4.cum allegatis
in decisione, quæ reuidetur, vbi in fine demonstra-
tur ex eadem sententia, nec etiam resultare nouum
grauamen, eò quòd mandet dari cautionem pro de-
tractionibus, quatenus de iure faciendis , quia hoc
non respicit fideicommissum particulare, quod Bo-
lognini consequi poterant , non obstante exceptio-
ne detractionum , sed fideicommissum vniuersale ,
de quo nunc agitur.

Præterea aduerterunt Domini exceptionem præ-
dictarum sententiarum sustineri etiam posse ex eo,

quod appellatio interposita à prædicta sententia Rotæ Bononien. vsque de anno 1633. non fuerit terminata infra biennium, vt cauetur in constitutione eiusdem Rotæ Bonon. 389. in qua disponitur, quod sententiæ, quarum appellationes non fuerunt infra biennium terminatæ exequutioni demandentur, perinde ac si in iudicatum transiissent (sunt verba ipsius constitutionis) *absque remedio reuocationis, executionis huiusmodi etiam in vim attentatorum, aut cuiuscumque alterius iuris, & modi priuilegiati, &c. & non obstante aliquo prætenso iure compensationum sub prætexto melioramentorum, vel aliorum quorumcumque in primis pro ipso appellante, reclamante, seu querelante, deducente, & detrahente, etiam si in sententia aliquid pro ipso succumbente, appellante, reclamante, seu querelante expressè reseruatum foret, in primis detrahendum, & deducendum esse, &c.* cuius constitutionis validitas comprobatur ex Rota *Bononien. in eius decis. diuers.* 106. *n.* 23. *vsque ad fin.* & fuit quoque canonizata in nostro tribunali in illa *Bononien.de Pannolinis* 5. *Maij* 1610. *quæ est decis* 81. *part.* 4. *recent.* & 1. *Iulij* 1611. coram bon.mem Manzanedo.

Nec obstat quod constitutio prædicta mandet per obtinentem executionem caueri, de reponendo omnia in pristinum in casu retractionis, & reuocationis sententiarum; quia etiam in hoc eius dispositio fuit adimpleta per Bologninos, dum cautionem præstarunt de restituendo Palmeriis quidquid esset deducendum, sicuti ordinatum fuerat in præfata tertia sententia exequutoriali.

Ex quibus omnibus conclusum fuit standum esse in decisis vtraque parte audita.

Barchinonen. Portionum.

Lunæ 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

De relaxando mandato pro exequutione mandati de manutenendo obtenti per Beneficiatos Ecclesiæ B. Mariæ de Petris Albis, pro portionibus præteritis ab Abbatissa Monasterij debitis sed non solutis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum exequutiuum circa portiones præteritas Beneficiatis Ecclesiæ debitas, iuxta stylum in Rota seruari solitum in exequutionem præcedentis mandati est relaxandum.*

2 *Seruitium Ecclesiæ debitum quando per Beneficiatos non stetit quominus præstaretur, pro præstito habetur.*

DECISIO CCXCII.

Beneficiati Ecclesiæ B. Mariæ de Petris Albis, quia mediante declaratoria obtenta in vim mandati de manutenendo, consequi non potuerunt solitas portiones sibi debitas ab Abbatissa Monasterij de Petris Albis, hodie coram me subrogato in locum Reuerendiss. D. mei Dunozet Decani absentis per speciale decretum factum à Reuerendiss. P. D. meo Ghisilerio pro-Decano, disputare obtinuerunt; an pro exequutione dicti mandati de manutenendo sit relaxandum mandatum exequutiuum, & Domini affirmatiuè responderunt pro portionibus præteritis, pro futuris verò mandarunt seruari modum inferius exprimendum.

Quantum enim attinet ad portiones præteritas, id est decursas à die 28. Maij 1637. vsque ad diem 16. Ianuarij 1643. sine vlla hæsitatione dixerunt esse relaxandum mandatum exequutiuum in exequutionem præcedentis mandati de manutenendo, prout alias Rota seruauit in hac materia, vt videre est *in decis.* 6. *de caus. possess. & propriet.* apud Cassad. & *in decis.* 45. *num.* 15. coram Gregor. XV. & fuit dictum *in Toletana pensionis* 16. *Februarij* 1618. coram Eminentiss. D. Cardin. Pamphilio, & recentius *in alia Barchinonen. portionum* 21. *Februarij* 1642. coram Reuerendiss. D. Cornelio Episcopo Patauino. 1

Quia pro toto dicto tempore constat Beneficiatos, vel præstitisse seruitium Ecclesiæ debitum, vel per eos non stetisse quominus præstaretur, & sic habetur pro præstito, vt probat Surd. *cons.* 374. *num.* 7. sequitur Rota *decis.* 341. ibique Addent. penes Gregor. XV. & firmatur in vltima decisione in hac causa extrata sub die 29. Maij anni currentis coram Reuerendissimo Domino meo Dunozet. Decano. 2

Quo verò ad portiones, scilicet à die 16. Ianuarij 1643. infra, ex quo probatur pro parte Abbatissæ sub dicta die se obtulisse soluere portiones, statim ac Beneficiati accederent ad inseruiendum, & econtra Beneficiati excipiunt non posse accedere ad Ecclesiam Campestrem ad inseruiendum, quia domus habitationi Beneficiatorum destinatæ propè Ecclesiam sitæ, vsque adhuc non fuerunt per Abbatissam eisdem Beneficiatis expulsis restitutæ, minusque habitari possunt, nisi reparentur, vt ex oblatione, protestatione, ac visitatione loci *Summario nouo Beneficiatorum num.* 2. & 3. Domini mandarunt, vt Abbatissa reparare faciat domos huiusmodi, ad effectum, vt decenter, & honorificè ibidem habitari possit, illasque sic reparatas Beneficiatis restituat, & eosdem ad inseruiendum, vel in Ecclesia vnde pariter expulsi fuere, vel in Ciuitate Barchinonæ quatenus ibi ipsa vnà cum Monialibus commorari continuet; & quandiu non constiterit de implemento præfatorum per Abbatissam exequendorum, posse Beneficiatos iuuari mandato exequutiuo, sed adimpletis præmissis per Abbatissam, eatenus eodem mandato exequutiuo vti posse, quatenus solitam residentiam in Ecclesia faciant, vel ex nouo legitimo impedimento facere nequeant, &c.

Et sic decisum vtraque parte informante, &c.

Barchinonen.

Barcbinonen. Portionum.

Lunæ 14. Decembris 1643.

ARGVMENTVM.

Absolutio à censuris ob recursus ad Iudices laicos habitos incursis non competit, clausulis in Breui Apostolico contentis haudquaquam sufficienter prout requiritur, adimpletis.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in Breui per ablatiuum absolutum concepta conditionem important.*
2 *Clausulis non adimpletis absoluendi facultas Rota data suspensa remanet, & perinde est ac si nulla iurisdictio tributa fuisset.*
3 *Verba non sufficiunt vbi opus est facto.*
4 *Depositum vnius Iulij cum obligatione de soluendo residuum facta liquidatione, quando in commissione adest clausula* refectis expensis *non admittitur.*
5 *Absolutionem petens, commissionem in qua terminus alteri parti ad liquidandum præfigitur impetrare debet.*

DECISIO CCXCIII.

BBATISSA, & Moniales Monasterij B. MARIÆ de Petris Albis, ad effectum se absoluendi à censuris incursis ob recursus habitos ad Iudices Laicos, impetrarunt à Sanctiss. D.N. Breue cum clausulis; *Renunciato prius quibuscumque recursibus, Parito iudicato. & refectu expensis*; quo Breue in Rota præsentato disputare obtinuerunt, An constet de sufficienti paritione, ita vt eis sit danda absolutio, & negatiuè fuit responsum.

1 Quia non constat fuisse satisfactum dd. clausulis in Breue contentis, quæ tanquam conceptæ per ablatiuum absolutum conditionem important, *l. à testatore, ff de cond. & demonstr.* Paris.*cons.*41 *n.*14. *lib.*4.Seraph.*decis.*655.*num.*4. & operantur, vt non
2 docto de earum adimplemento suspensa remaneat Rotæ data absoluendi facultas, & perinde sit ac si nulla fuisset tributa iurisdictio, Verall.*decis* 550.*n.*5. *part.*1. Mant.*decis.*343.*n.*1. Rota *decis.*378. *n.*1. coram Greg.XV.

Quod autem prædictis clausulis non sit satisfactum, satis superque deprehenditur ex alia resolutione hodie pariter coram me facta, in qua dictum fuit relaxandum fore mandatum exequutiuum ad fauorem Beneficiatorum, pro consequendis portionibus sibi debitis à dicta Abbatissa, pro quibus ante obtentum Breue absolutorium fuerat eisdem Beneficiatis concessum mandatum de manutenendo: donec igitur non constiterit Abbatissam reuera restituisse Beneficiatos ad proprias domos, & ad residentiam in Ecclesia, ac eis soluisse portiones contentas in mandato de manutenendo, nullatenus debet eis concedi absolutio ex superius allegatis, adeò quòd non sufficiat verbalis oblatio, quia verba non sufficiunt vbi opus est facto, *l. non*

*omnes.§ fin ff.de re mil.l.peculium in princip.ff.de pecul. cap.*1.*&* 2. *de sequest poss. & fruct.* & in puncto fuit dictum *in Arboren. Canonicatus* 24. *Ianuarij* 1633. coram bon.mem.Merlino.

Deficit etiam satisfactio quoad expensas. Nam licèt fuerit factum depositum vnius Iulij cum obligatione de soluendo residuum, facta liquidatione, 4
tamen non admittitur quando in commissione seu Breue adest prædicta clausula (refectis expensis,) vt aduertit Gratian. *discept. forens. cap.*786. *num.*16. Marta *de clausul. part.* 1. *clausul.* 16. Rota coram Greg. XV. *decis.* 492. *num.*9. & in terminis fuit dictum *in Vlixbonen. nullitatis professionis* 27. *Martij* 1637. *coram me*; sed pars quæ petit absolutio- 5
nem debet impetrare commissionem, in qua præfigatur terminus alteri parti ad liquidandum, vt docet Marta *de clausul. part.*1. *clausul.* 92. *num.*5. *vers. vnde iuxta stylum*, & sequitur Addent. ad Gregor. XV. *in decisione* 563. *numero* 6. *post med.*

Et ita vtraque, &c.

Beneuentana redditionis Rationis.

Veneris 15. Ianuar. 1644.

ARGVMENTVM.

Mandatum A. C. contra hæredes defuncti pro redditione rationis tutelæ per eum administratæ non est exequendum, maximè attentâ liquidatione crediti antecedenti non facta prout requiritur, stantéque transactione inter partes super eadem præuia renunciatione quarumcunque litium postea secuta.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum contra bona hereditaria alicuius absque antecedenti crediti liquidatione relaxari non debet.*
2 *Mandatum sine crediti liquidatione relaxari non posse, etiam in quocumque iudicio executiue procedit.*
3 *Liquidatio post relaxationem mandati fieri non potest clausula* si quid exequendum *stante.*
4 *Clausula* si quid exequendum *ex eisdem non ex noniter deductis iustificari debet.*
5 *Tutor vel Administrator rationes bonorum ad ipsius manus peruentorum exhibere recusans, executiuè compelli potest, certâ tamen petitione ac crediti liquidatione precedente.*
6 *Transactione inter partes factâ præuiâ renunciatione quarumcunque litium inter ipsas vertentium, exceptio litis finitæ resultat.*
7 *Transactio litis ingressum impedit.*
8 *Obligatione Camerali prius per sententias & appellationes vulneratâ, ac postea per subsecutam transactionem mutatâ ac innouatâ, de via executiua competenti vigore primi instrumenti tutela amplius agi non potest.*
9 *Decretum Iudicis an absque causa cognitione sit*

interpositum vt cognoscatur, stylus loci est attendendus.

10 *Insinuationis defectum iuramentum supplet.*

11 *Exceptiones contra læsionem quando sunt turbidæ, super nullitate vel rescissione transactionis ordinariè non executiuè procedi debet.*

12 *In dubio pro transactione vt sustineatur stat præsumptio.*

13 *Transactio longo temporis cursu obseruata difficilius rescinditur.*

14 *Transactione etiam de medio sublata, cum Iudicia via ordinaria inter partes introducta in suo statu remaneant, Actrix ad viam executiuam conuolare non potest.*

DECISIO CCXCIV.

COMMISSA mihi causa appellationis interpositæ à mandato A. C. relaxato ad fauorem Beatricis Panuciæ contra hæredes Donati Panuci pro redditione rationis tutelæ per eum administratæ, cum clausula *si quid exequendum*, dubitatum an dictum mandatum sit exequendum, & negatiuè fuit responsum, ex duplici præcipuè fundamento.

Primò quia mandatum præfatum relaxatum fuit
1 contra bona hæreditaria d. Donati absque antecedenti crediti liquidatione, provt requiritur, *l. 3. C. de sent. quæ sin. cert. quantitat. §. curare Inst. de Act.* Bart. *in l. proinde, §. notandum num. 3. ff. ad leg. Aquil.* Bald. *in l. 2. n. 6. C. de execut. rei Iudic* plenissimè Surd. *cons. 248. num. 12. & decis. 26. num 4. & decis. 129. n. 14.* Rot. coram Card. Seraph. *decis. 1168. num. 5.* quod
2 procedit in quocumque Iudicio etiam executiuo, vt per Galles. *de obligat. Cam. quæst. 35. num. 6. & seq. vers. tertia quæstio est*, plenè Munoz. *de ratiocin. cap. 21. num. 12. & seq.* Rot. *decis. 653. num. 5* coram Buratto,
3 nec potest post relaxationem mandati d. liquidatio fieri stante clausula *si quid exequendum*, quæ ex eis-
4 dem, & non ex nouiter deductis debet iustificari, vt firmauit Rota pluries, & signanter *in decis. 14. part. 4. diuers.* & *in decis. 165. n. 4.* coram Card. Caual. & in aliis relatis per Adden. ad Buratt. *in decis. 231.*
5 *num. 8.* & *in decis. 650. num. 17.* Quamvis enim tutor, vel Administrator, qui rationes non exhibet, vel exhibere recusat, possit executiuè compelli ad restitutionem earum rerum, quæ ad eius manus peruenerunt, hoc tamen intelligitur præcedente certa petitione, ac crediti liquidatione, vt latè post alios explicat Caualcan. *de tut. & cur. num. 214. & seq. vers. tamen mihi placet*, sequitur Munoz. *de ratiocin. cap. 21. n. 12. & seq.* & signanter *sub num. 25. & cap. 33. n. 22.* Scacc. *de appell. quæst. 17. limit. 9. num. 127. vers. confirmatur.*

Secundò, quia post d. administrationem, & li-
6 tem super ea agitatam secuta fuit transactio inter D. Beatricem ex vna, & hæredes præfati Donati ex altera partibus, in qua ipsa Beatrix quietauit eosdem hæredes etiam ratione Iurium sibi competentium, occasione administratæ tutelæ per D. Donatum, præuia renunciatione quarumcumque litium inter ipsas partes ex causa vertentium, vnde resultat exceptio litis finitæ, *cap. 1. de lit. contest. in 6. l.*
7 *causas C. de transact.* quæ impedit litis ingressum *l. eleganter §. si quis post ff. de condic. indebit.* & notant D.D. *in cap. 1. de transact. in 6.*

8 Adeò cùm obligatio Cameralis prius vulnerata fuerit per sententias, & appellationes emanatas in causa redditionis rationis, ac postea mutata, ac innouata fuerit per subsecutam transactionem, non potest amplius agi de via executiua competenti vigore primi Instrumenti tutelæ, vt in terminis vulnerationis per appellationem secutam dixit Rot. *in decis. 7036 num. 5.* coram Seraph. *& in decis. 78 num. 1.* coram Coccino, & in terminis nouationis coram Greg. XV. *in decis. 30. n. 5* cum aliis ibi cumulatis per Adden. *lit. A.*

Non obstat quod d. transactio redarguatur de nullitate, tam ex defectu decreti Iudicis absque causæ cognitione interpositi, quàm ex defectu insinuationis, ac etiam de læsione; nam quoad decretum Iu- 9
dicis illud in instrumento dicitur causâ cognitâ interpositum, provt etiam in dubio stante præsentia Iudicis, & iuramento proximiorum præsumitur, & replicatur etiam per Informantes per hæredes Donati, de stylo loci, qui debet attendi ad effectum de quo agitur, Gabriel *de sent. concl. 3. num. 34. vers. contrarium*, Gratian. *discept. for. cap. 153. num. 5. & seq.* Surd. *decis. 334 n. 8. & seqq.*

Et quoad insinuationem, Iuramentum supplet 10
illius defectum, Gabriel *de donat. concl. 1. num. 10. 66. & 69.* Clar *in §. donatio quæst. 18 num. 1.* & in causis eiusdem ciuitatis tenuit Rota *decis. 816 num. . par. 4. diuers.* quam sequitur coram Seraphin. *decis. 1184. num. 14.* coram Gregor. XV. *decis. 395. sub num. 5.*
Læsio verò ex pluribus controuertitur, ex quibus 11
exceptiones huiusmodi saltem turbidæ redduntur, quod sufficit ad hoc, vt super nullitate, vel rescissione d. transactionis, ordinariè & non executiuè procedi debeat, Rot. *decis. 550. num. 4.* coram Cardin. & *decis. 860. num. 8. & 9. part. 6. recent.*

Interim autem in dubio pro transactione stat 12
præsumptio vt sustineatur, *cap. finem litibus, cap. Venerabilis de dol. & contumac. cap. constit. de Procurat. cap. Ius gentium de re iudicat.* Rolan. *cons. 18. num. 10. lib. 4.* maximè cùm illa facta fuerit cum decreto Iudicis, interuentu duorum proximiorum, ad extinguendas lites inter coniunctos, Decian. *respons. 39. num. 99. lib. 2.* Menoch. *cons. 401. num. 184. & 185.* & vlterius fuerit longo tempo- 13
tis cursu obseruata, *cap. contingit de transact.* quo casu difficilior redditur ipsius transactionis rescissio, Decian. *respons. 28. num. 11. lib. 3.* Mantic. *de tac. & amb. lib. 26. tit. 9. num. 47.* Rot. *decis. 715. num. 6. part. 2. recent.* & *in decis. 286. num. 11. & seqq.* coram Greg XV. & *in decis. 407. in fin.* coram Card. Canal.

Et in omnem casum sublata etiam de medio 14
transactione, remanerent in suo statu Iudicia via ordinaria antea inter partes introducta, absque quod liceret modò Beatrici, quæ vt Actrix, ad viam executiuam conuolare, vt fuit dictum *in Romana pecuniaria 28. Iunij 1593.* coram Litta, impress. penes Zacchiam *de obligat camerali*, quæ est *decis 68. in ordine*, & *in decis. 561. num. 5.* coram Buratto, latè Giurb. *decis. 55. num. 18.*

Et ita vtraque.

Terraciren.

Terracinen. Bonorum.

Sabbati 23. Ianuarij 1644.

ARGVMENTVM.

Alimenta & sumptus litis non debentur nisi copulatiuè de paupertate & bono iure prætendentis constet.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta & sumptus litis vt debeantur, de paupertate & bono iure copulatiuè constare debet.*

2 *Sententia A.C. præsumptionem boni iuris inducere solet.*

3 *Paupertas per simplices attestationes quæ fidem non faciunt, ad effectum consequendi alimenta & sumptus litis probari non potest.*

4 *Alimenta de iure ei non dantur qui aliunde viuere potest*

5 *Testes de paupertate collitigantium deponentes, bona per eosdem possessa non esse sufficientia ad illos & litem sustentandum, prout requiritur deponere debent.*

6 *Mater deficientibus facultatibus paternis filios alere tenetur.*

7 *Mater an teneatur alere filios ex suis iuribus & creditis dotalibus, quando bona pro necessitatibus Matris non sufficiunt.*

8 *Expensas medici momenti etiam Pauper verisimiliter ferre potest.*

DECISIO CCXCV.

LIMENTA, & sumptus litis non
deberi Ludouico, & Iosepho de
1 Liliis responderunt Domini, quia
non constat de paupertate, & bono
Iure, prout de vtroque copulatiuè,
ad hunc effectum constare debet, *l. final. §. nam si talis*, vbi Bald. & Saliceт. *C. de ordin. cognit.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 120. num. 8 & quæst. 120. num. 3. & seqq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. c. 16. n. 41.* Rota *decis. 198. num. 2.* coram Card. Seraphino, & *in decis. 367. num. 1.* coram Cardinali Caualerio.

Nam quidquid sit de probatione boni iuris de-
ducta ex sententia A. C. ad fauorem dd. Ludouici,
2 & Iosephi prolata, quæ præsumptionem boni iuris
inducere solet, *l. si instituta §. de inofficioso ff. de inoffic. testam.* Couar. *practic quæstion cap. 6. num. 6. vers. secundum quod Doctores*, Barbos. *in repetit. l. 1. ff. solut. matrim num 59. in fin.* Rota *decis. 554. num. 2.* coram Card Caualerio, & *decis. 906. num. 6. & 7.* coram Buratto, & *in decis 748. num. 2. part. 2. recent.* quæ tamen conclusio limitabatur per informantes pro Petro Antonio & litis consortibus, sub prætextu quod dicta sententia sit notoriè nulla, & iniusta, vt in casu d. decisionis 467. *num. 2.* coram Card. Caualerio.

Certum est quod paupertas copulatiuè requisita
sufficienter probata non remanet ex fidibus Parochi, & Communitatis ciuitatis Setinæ, nec ex testi-
bus formiter examinatis; siquidem quod attinet ad
fides, vltra quod sunt simplices attestationes, quæ 3
propterea fidem non faciunt, non coarctant negatiuam; quod scilicet dicti Ludouicus, & Iosephus alia bona habere non possint, quin ipsi scirent, prout requiritur ad probandam paupertatem etiam ad istum effectum, Roman. *cons. 745. num. 9.* Couar. *variar. resolut lib. 1. cap. 6. num. 8. vers. certum*, Rota *decis. 573. num. 2. part. 2. recent.* & fuit dictum *in Romana fideicommiss. de Zuccharis* 10. *Iunij* 1637. coram R.D. meo Dunozetto Decano, & *in Romana decis. 16. Iunij* 1642. coram me.

Et eadem exceptione refelluntur testes, quia nec
minus ipsi coarctant negatiuam, quinimò quodammodo excludunt prætensam paupertatem; cùm vnus ex eis affirmet illos habere domum, & alia quamplura corpora bonorum paternorum, & alter dicit quod ipse esset contentus si possideret tot bona, quot illi possident, & tamen idem testis fatetur habere in bonis valorem scut. 2000 Dum igi-
tur bona possident, alimenta petere nequeunt, 4
cùm ea de Iure non dentur ei, qui aliunde viuere
potest, vt ex textu *in l. si quis à liberis §. idem diuus, vers. sed si filius*, & *§. final. ff. de liber. agnoscen.* & ex Alex. *in cons. 27. num. 3. lib 3.* dixit in specie Rota in *decis. 170. num. 4. part. 4. recent.* nec testes prædicti
deponunt, quod bona per dictos collitigantes pos- 5
sessa non sint sufficientia ad illos, & litem sustentandum, prout requiritur, Rota coram Seraphino *decis. 416.* & *in decis. 148. num. 2. part. 4. recent.* cum aliis relatis per Adden. ad Gregor. XV. *in decis. 189. num. 7. vers. Paupertas debet.*

Non obstat si dicatur dicta bona existere penes
Innocentiam Matrem pro suis iuribus, & cre-
ditis dotalibus; quia etiam mater deficientibus 6
paternis facultatibus tenetur alere filios, vt tradit Surd. *de alim tit. 1 quæst. 42. num. 2.* Cephal. *cons. 216. num. 16.* & ad effectum de quo igitur tenuit Rota *in d. decis. 554. num. 4.* coram Card. Caualerio. Et
licet hoc non procedat, quando eadem bona non 7
superessent necessitatibus Matris, *d. l. siquis à liberis ff. de liber. agnoscen.* & notant DD. *in l. 1. ff. solut. matrim.* attamen id nullatenus probatur; imò cùm Mater possideat omnia bona, quæ possidebat Octauius Maritus, & Pater respectiuè, intrat præsumptio, quod sicuti tunc ea sufficiebant pro ipsis coniugibus alendis cum tota familia, ita eò magis sufficiant de tempore præsenti, quo deficit ipse Octauius.

In quam sententiam eò libentius iuerunt Do- 8
mini, quia iam fuit transportatum regestrum, & solutum ab eisdem Ludouico & Iosepho, adeò quod remanent expensæ modici momenti, quos etiam Pauper verisimiliter ferre potest, vt ponderauit Rota *in d. decis. 170. num. 2. in fin. part. 4. recent.*

Et ita vtraque, &c.

Vlixbonen. Nullitatis professionis.

Ven. 24. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Remissoria stante materia articulata releuante & pro victoriæ causa sufficiente, iure merito est concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Materia articulata quando est releuans & pro victoria causæ sufficiens remissoria denegari non debet.*

2 *Remissoria quando materia est prophana data releuantia absque alio fumo indistinctè conceditur.*

3 *Professio meticulosa vti est nulla, ita quoque ratificatio ex identitate rationis per vim & metum extorta.*

4 *Remissoria vt concedatur, articulos aliquo modo directè vel indirectè ad causam facere, & qualitercunque etiam leui præsumptione adminiculari sufficit.*

5 *Damnum irreparabile vt euitetur remissoria est concedenda.*

6 *Remissoria altera super eadem materia concedi non debet.*

7 *Remissoria secunda datur, quando articuli nedum in cortice verborum sed etiam in substantia magis specificè sunt concepti.*

8 *Publicatio testium secundo examini super articulis nouis & magis specificis non obstat.*

9 *Probatio vnius partis probationem alterius non excludit.*

10 *Remissoria etiam ex causa secunda datur.*

11 *Iusta excusationis causa stante remissoria semper concedi consueuit.*

12 *Remissoria an detur quando materia articulata est inuerisimilis.*

13 *Ignorantia Concilij Tridentini in fœminis ratione sexus præsumitur.*

14 *Suspicio calumniæ vehemens quando non adest, parum refert quod articuli ad euertenda fundamenta decisionum tendant.*

15 *Clausula* appellatione remota *stante Rota pro concessione remissoriæ facilius inclinat.*

DECISIO CCXCVI.

IN propositione huius causæ, habita sub die 16. Iunij 1642. Domini recedendo à præcedenti decisione, emissa sub die 17. Maij 1641. in qua dictum fuerat constare de valida professione Franciscæ, firmarunt eamdem Franciscam per vim, & metum professionem emisisse, & ratificationem in præcedenti decisione desumptam ex illis verbis ab ea prolatis coram Vicario, Notario, & testibus, ibi; *quamuis Monialis non esset hodie Monialis esse volebat*, non suffragari; quia in ea non interuenerat nouus consensus Monialium, prout requiri dicebatur, quando Moniales sciebant nullitatem professionis vsque ab initio. Sed reproposita deinde causa super eisdem, sub die 11. Maij 1643. recesserunt ab vltimo loco decisis, ea præcipuè moti ratione, quia nullibi constabat de tali scientia Monialium, saltem de tempore, quo ipsæ capitulariter præstiterunt consensum super receptione dictæ Franciscæ ad profitendum, prout constare debet ad hunc effectum ex allegatis in decisione sub dicta die extensa.

Hinc sumpta occasione Agentes pro D. Francisca, prætendentes de tali, & specifica scientia nullitatis professionis in Moniales constare, & quidem capitulariter, tam antequam eadem Francisca capitulariter reciperetur ad profitendum, quàm in ipso actu, & post exhibitis in actis articulis ad hoc probandum disputare obtinuerunt, An sit danda remissoria, & affirmatiuè fuit responsum; quia attenta opinione, quam Rota sequuta fuit sub die 16. Iunij 1642. idest, quod data scientia nullitatis professionis ab initio in Moniales, ratificatio subsequens nullius sit momenti, sine nouo earumdem Monialium consensu, si modò huiusmodi specifica scientia probetur sicuti articulatur, certum est, quod Francisca reportabit causæ victoriam; quando autem materia articulata est releuans, & sufficiens pro victoria causæ, non debet denegari remissoria, vt dixit Rota pluries, vt videre est apud Greg. XV. *in decis. 191. & 124. & 403. & 405. & 523. vbique sub num. 1. & inter recent. decis. 125. sub num. 18. & decis. 315. num. 6. part. 5.* & cùm simus in materia profana, prout quælibet reputatur, dum non agitur super titulo beneficij, data releuantia conceditur indistinctè remissoria, absque alio fumo, Rota coram Greg. XV. *in d. decis. 403. per tot.* vbi quod sufficit vnius articuli releuantia ad hoc vt remissoria concedatur super omnibus. 1 2

Et quamuis vnus ex Dominis replicauerit, quod sub die 11. Maij 1643. Domini non fuerunt concordes in d. opinione, quod scilicet hoc casu in ratificatione requireretur nouus consensus Monialium, & propterea ad effectum videndi de releuantia materiæ articulatæ, debeat prius firmari, an scientia nullitatis professionis, vsque ab initio annullet eamdem professionem, itavt non potuerit ex post facto, absque nouo Monasterij consensu ratificari, cùm dato casu quod possit ratificari absque dicto nouo consensu, nihil releuat, quod Moniales scuerint metum necne.

Attamen dicta replicatione non obstante, adhuc aliis Dominis visum fuit pro concessione remissoriæ respondere; tum quia ab eis habitus fuit pro releuanti etiam ille articulus, qui tendit ad probandum Franciscam illa verba, *quamuis Monialis non esset hodie, Monialis esse volebat*, protulisse, non diuino afflante spiritu animoque sedato, & deliberato, sed per vim, & metum potius, ad se eximendum à continuis vexationibus, quibus torquebatur per hanc litem, quàm pro ratificanda professione vsque tunc, ac imposterum semper impugnata; nam hoc probato ratificatio nullius erit momenti, quia sicuti professio meticulosa est nulla, ita quoque nulla erit ratificatio per vim & metum extorta ex identitate rationis. 3

Tum quia certum est, quod ab illa opinione, requirente nouum consensum Monialium, nondum fuit recessum, immò vltima decisio, totum fundamentum facit super defectu scientiæ nullitatis in Moniales præcisè de tempore receptionis Franciscæ ad profitendum, & ideò existimatum fuit materiam articulatam de præsenti esse releuantem pro concessione remissoriæ, cùm ad hunc effectum sufficiat articulos aliquo modo directè, vel indirectè facere ad causam, & qualitercunque adminiculari, etiam leui præsumptione, vt ex doctrina Bald. *in cap licet causam 33. vers. dicitur tamen de probat.* dixit Rot. *in dec. 231. n. 2.* coram Cauler. & in dubio pro remissoria est respondendum, Rot. apud bon. mem. Coccin. *decis. 10 num. 4. & in decis. 656. num. 5.* apud bon mem. Buratt. nec visum fuit prius disceptare super veritate d. opinionis, quia disceptationes maximè controuersæ in hoc tribunali, solent protrahi in longum, & isto medio tempore possent decedere testes de hac materia informati, & exinde oriri Franciscæ damnum irreparabile, pro quo euitando danda est remissoria, vt considerauit Rota *in decis. 523. num. 3.* coram Greg. XV. 4 5

Non

Non obstat, quod aliàs quando fuit concessa remissoria Franciscæ ad probandum professionem fuisse nullam, vti per vim, & metum emissam, articulata quoque fuerit hæc scientia nullitatis in
6 Moniales, & tamen non fuerit sufficienter probata, ideoque non debeat super eadem materia concedi altera remissoria, vt post Innoc. Io Andr. & Abb. in cap. fraternitatis num. 8 vers. sed breuiter concludo de testibus, & alios tradit Rot. in decis. 497. num. 3. coram Greg. XV. quia tunc scientia fuit articulata in genere, non autem præcisè de tempore receptionis, prout requiritur, vnde sequitur, quod re-
7 missoria denegari non possit sub prætextu remissoriæ alias concessæ, siquidem datur secunda, quando articuli, prout hic, nedum in cortice verborum, sed etiam in substantia sunt magis specificè concepti, Caualer. decis. 569. num. 2. Coccin. decis. 23. num. 1. Greg. XV. decis. 191. num. 3. Rot. decis. 266. num. 14 par. 6 recent. & fuit dictum in Camerinen. pensionis 4. Maij 1640. coram R. P. D. meo Bichio.

Quod procedit, etiam si dicta testium didicita fuerint, & aliud ex aduerso articulatum, &
8 probatum, quia publicatio testium non obstat secundo examini super articulis nouis, & magis specificis, vt tradit Bart in auth. at qui semel, num. 14. C. de probat. Imol. in d. c. fraternitatis, num. 9. vers. nonum autem, late Socc. num. 21. in septimo principali articulo de testib. Boratt. decis. 824. num. 4. & vnius
9 partis probatio probationem alterius non excludit, Ægid. decis. 575 num. 1. Rot. decis. 785. num. 5. part. 1. diuers. & decis. 677. num. 5. part. 1. recent. quæ regula habet locum etiam in terminis concedendæ remissoriæ, vt fuit dictum in Calaguritana processionum 30 Apr. 1629. coram bon. mem. Card. Vitil. & de. is. 70. num. 9 part. 6 recent.

Prout non aduersatur effrenatus numerus testium hinc inde examinatorum, quia ille cohibendus quidem est super eisdem articulis, in quibus terminis loquitur text. in cap. cum causam 28 vers. volentes de testib. cum aliis alleg. sed non inde sequitur quod debeat denegari examen super nouis articulis, aut magis specificatis, nam tunc non in-
10 congruit plora examina fieri, datur enim ex causa secunda remissoria. Scaerol. de remisso. cap. 6. num. 2. Boccac cod tract cap 3. num. 27. Rota coram Greg. XV. decis 367. num. 2. & inter recent. decis 235 num 4. part. 5.

Minus obstat quod lis diu durauerit, quo casu ob suspicionem calumniæ soleat remissoria denegari, quia expressa ratificatio professionis deducta non fuit, nisi de anno 1640. & defectus scientiæ capitularis, fuit allegatus de anno præterito 1643.
11 vnde cessat calomnia, & oritur iusta excusationis causa, qua stante semper concedi consueuit remissoria ex mox allegatis, & sequitur Rot. in d. decis. 824. n. 6. coram Buratto.

12 Denique non facit, quod materia articulata sit inuerisimilis, cùm Moniales si sciuissent nullitatem professionis consensum non præstitissent contra dispositionem Sac. Conc. Trid. sess. 25. de regular. num. 18 adeò quod cùm adinuenta sit potius ad euitanda fundamenta decisionum, & ad protrahendum causæ expeditionem, quàm ad veritatem probandam, non sit locus remissoriæ, vt fuit dictum in Corduben. decimarum 5. Iunij 1638. coram me.

Quoniam obiectum inuerisimilitudinis cessat ex
13 eo, quod in fœminis ratione sexus præsumitur ignorantia Concilij Tridentini, vt de ignorantia iuris ex l. regula §. 1. ff. de iur. & fact. ignor & ex Menoch, præs. 23. n. 17 & 19. lib. 6. & ex aliis respondit Rot. decis. 82. num. 12. coram Buratt. & suspicio procuratæ dilationis excluditur ex eo quod Francisca est actrix, & bona possidentur ab aduersariis, vt dixit Rot. in decis. 816. in fin. coram Burat. quando ao- 14
tem non adest suspicio calumniæ, & quidem vehemens, parum refert quod articuli tendant ad euertenda fundamenta decisionum, imo exinde probatur eorum releuantia, vt respondit Rot. in decis. 338. num. 2. coram Coccino.

Quibus accedit, quod causa reperitur commissa 15
cum clausula appellatione remota, quo casu eo facilius Rota inclinat pro concessione remissoriæ, vt videre est penes Greg. XV. decis. 562. num. 5. ibique Adden. num. 7. & penes Cocc decis. 121. num. 3. & inter recent. decis. 36. n. 5. part. 4. rec. & fuit dictum in hac ipsa causa sub die 29. Ianuarij 168. coram me.

Et ita vtraque parte informante fuit resolutum.

Tullen. Prioratus.

Vener. 26. Februarij 1643.

ARGVMENTVM.

Gratia Apostolica quoad omnia narrata iustificata executioni iure merito est demandanda.

SVMMARIVM.

1 *Confessio aduersarij contra confitentem absque alia iustificatione plenè probat.*
2 *Non excessum in aliqua parte etiam modica verificari sufficit.*
3 *Modus verus probandi gratias Apostolicas vnde resultat.*
4 *Ordinarij literis circa promotionem ad ordinem Sacerdotalem plena fides est adhibenda.*
5 *Gratia Apostolica iustificata iure merito exequutioni demandari debet.*
6 *Prouisio Apostolica quando est posterior in data, anteriori non obstat.*
7 *Prouisio Apostolica cum clausula* dummodo tempore datæ præsentiom non fuit alteri ius quæsitum, *iura anterioris prouisi præferuntur.*
8 *Collatio beneficij in Commendam perpetuam dati spectat ad Papam, cuius dispositioni remanet affectum, donec ab eo in titulum prouideatur.*

DECISIO CCXCVII.

CENSVERVNT Domini gratiam Petri esse iustificatam; quia omnia per ipsum narrata leguntur verificata in eius Summario.

Primò enim ipse narrauit, quod Franciscus eius Antecessor Prioratum, de quo agitur, in Commendam ad sui vitam ex concessione Apostolica obtinebat, & Commenda per eius obitum cessauerit, & quod idem Prioratus conuentu careat, & non excedat in redditu ducatos 150.

a 50.anri, & hæc omnia fatetur etiam Marcus ad-
uersarius in narratiua suæ prouisionis *d.Sum.num.2.*
1 quæ quidem confessio plenè probat contra confi-
tentem absque alia iustificatione, vt in hac facti
specie dixit Rota *in decis.*190. *part.*1. coram Capu-
taq & *i decis.* 31. *num.* 1. coram Caualerio, & *in*
*in decis.*145.*n.*1.coram Coccino, *& in decis.*715.*n.*1.
*p.*1.*& decis.*309.*n.*1.*p.*2.*& decis.*236.*num.*2.*part.*7.
recent.

Nec releuat, quòd in gratia Marci narretur,
quod Prioratus non excedit ducatos 24. in gratia
verò Petri quod non excedat 250. nam exinde cla-
rior redditur iustificatio ad fauorem Petri, quia si
non excedit 24 eò minus excedet 250. vt in termi-
nis respondit Rota *in d decis.*145.*num.*1.*vers.nec fa-*
cis coram Coccino, *& in decis.* 164. *num.* 1. coram
eodem, *& decis.*911.pariter sub *num.* 1. coram Bu-
ratto, *& in recen.decis.*101.*num.*7.*part.*1.& sufficit,
2 quod non excessus verificetur in aliqua parte
etiam modica, vt aduertit Lotther *de re benef.*
lib. 1. *quæst.* 38. *num.* 53. Mantic. *decis.* 138.
num. 2.

3 Secundò Petrus narrauit, quod cura Animarum
exerceatur per Vicarium perpetuum,& quod idem
Prioratus erat grauatus duabus pensionibus sum-
mam ducatorum, seu scutorum auri 160. in totum
constituentibus, & vtrumque iustificatur ex litteris
Apostolicis respectiuè datis *d.Summ.num.*3.*&* 4 qui
est verus modus probandi gratias Apostolicas, vt
fuit dictum in *Nullius parochialis Castri Durantis*
16.*Iunij* 1624. coram bon.mem. Remboldo, *& in*
Bisignanen.Archipresbyteratus 25.*Iunij* 1629. coram
bon.mem Pirouano,& notat Adden.ad Greg. XV.
in decis 471.*num.*11.

Tertiò, & denique narrauit se esse Presbyterum,
& hoc probatur ex litteris patentibus Ordinarij,
d.Summ.num 5.in quibus apparet eum ad ordinem
Sacerdotalem fuisse promotum, huiusmodi enim
4 Ordinarij litteris in hac materia plena fides adhi-
betur, Felin. *in cap post cessionem num.* 3. *&*
25. *de probat.* Rota *decis.* 164. *num.* 1, coram
Coccino,*& decis.*101.*num.* 1.*part.*1.*recent.* & alibi
sæpè.

5 Cùm igitur ex prædictis appareat de omnimoda
iustificatione gratiæ, iure merito illa debet exequu-
tioni demandari, iuxta *Textum in cap. si Capitulo,*
ibique glos. *verb.exequatur de concession.praben.*Rota
*decis.*506.*n.*1.*& decis.*628.*n.*1.*p.*4.*& decis.*258.*n.*1.*p.*
7.*recent.*

Nec obstat prouisio Apostolica per Marcum ad-
6 uersarium obtenta;tum quia est posterior in data,
*cap.Capitulum S.Crucis,*cum ibi notatis per Scriben-
tes, *& cap.*1*ibi, qui gratiam de rescript.in* 6. Roman.
7 *cons.*298. *num.*2. Tum quia habet in ventre clausu-
lam, *dummodo tempore data præsentium non fuerit al-*
teri ius quæsitum, &c. per quam præseruantur iura
anterioris prouisi, Lotther. *de re benef.lib.* 2. *quæst.*
23.*num.*2.Rota *decis.*231.*num.* 4. coram Caualerio,
*& decis.*1274.*num.*3. coram Seraphino, *ac in decis.*
253.*num* 1.*& seqq. part.* 2. *recent.* adeò vt statim ac
constet alterum legitimum habere ius de tempore
datæ posterioris gratiæ, illa resoluatur perinde ac si
concessa non fuisset, vt benè probat Rota *in decis.*
55 *num.*1.& *seqq.& in decis.*137.*num.*5.*&* 6. coram
Buratto.

Nec eadem gratia Marci potest aliquod iuris fo-
mentum recipere ex resignatione facta per Fratrem
Ioannem Vincentium dicti Prioratus, ad eiusdem
Marci fauorem ante prouisionem obtentam per
Petrum; quia resignans, qui prouisionem d. Prio-
ratus in titulum extorserat ab Abbate Monasterij S.
Apri, nullum ius acquisiuerat, cùm collatio be- 8
neficij dati in Commendam perpetuam spectet ad
Papam, cuius dispositioni remanet affectum, do-
nec ab eo prouideatur in titulum, nec interim in-
ferior in eius prouisione se intromittere potest, vt
tradunt Roman.*cons.*353.*sub num.*11. *vers. cæterum,*
Garz.de benef.*part.*4.*cap.*4.*num.*68.*& seqq.* Gonzal.
*super regul glos.*52. *num.*11. Rota *decis.* 4. *de praben.*
coram Crescentio, *& in decis.* 141. *per tot p.* 1. *&*
*decis.*41.*n.*1. *& seqq.p.*7.*recent. & decis.*559.*n.*5. co-
ram Caualerio.

Et ita decisum, altera tantùm parte infor-
mante.

Valentina Iuris sedendi.

Ven. 26. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Sententiæ declarantes licere Præpositis Ecclesiæ Valentinæ sedere super sedibus vacuis Dignitatum à choro absentium, cùm ab ijsdem intra terminum decem dierum nulla fuerit interposita appellatio, in iudicatum transire tam de Iure ciuili quàm Canonico dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intra terminum decem dierum non interposita, res iudicata tam de iure ciuili quam Canonico de plano intrat.*

2 *In executione sententiarum supersedet Rota, quando de causis restitutionis in integrum docetur.*

3 *Restitutio in integrum sine læsione non datur etiamsi ab Ecclesia vel minore peteretur.*

4 *Læsionis suspicio quomodo tollitur.*

5 *Præpositorum prærogatiua & præeminentia ex constitutione Sixti V. referuntur.*

6 *Resolutio S. Congregationis Rituum per Barbos. relata de sedibus Dignitatum ab alijs Dignitatibus seu Canonicis non occupandis, in Ecclesia vbi adest constitutio Pontificia contrarium disponens, applicari non potest.*

7 *Sententia dum de re iudicata constat, iuxta formam commissionis iure merito sunt exequenda.*

DECISIO CCXCVIII.

VM à sententia Reuerendiss. P. D.
mei Meltij confirmatoria alterius
Reuerendiss. P. D. mei Ghisilerij
(in qua declaratum fuerat licere
Præpositis Ecclesiæ Valentinæ se-
dere super sedibus vacuis Dignitatum à Choro
absentium) non fuerit appellatum, Agentes pro
dignitatibus obtinuerunt mihi committi causam
restitutionis in integrum cum solita clausula (*con-*
stito de re indicata.) Quare dubitaui an constet
de re judicata, & affirmatiuè fuit responsum;
quia dum intra terminum decem dierum non 1
fuit

fuit interposita appellatio, intrat de plano res iudicata tam de Iure ciuili, vt *in auth. hodie de appellat.* quàm de Iure canonico, vt *in c. quoad consultationem extra de re iudic. c. Romana §. si verò de appellat. in 6.*

2 Non obstat, quod de stilo huius Tribonalis sit supersedere in executione suarum sententiarum, quando docetur de causis restitutionis in integrum, & hoc ipso pars habeatur pro restituta absque alia declaratione, vt notatur *in dec. vlt. n. 4. & 5. de integr. restit. in nou.* quam sequitur Contard. *de moment. possess. limit.* 8. ratione restitutionis in integrum *n.* 42. Rota *decis.* 13. *n.* 1. *p.* 2. *recent.*

3 Quia in præsenti nullibi constat de læsione, sine qua nõ datur restitutio in integrum, etiamsi ab Ecclesia, vel minore peteretur, vt decidit textus *in l. si ex causa indicati, ff. de minor. l. nam postea, § si minor, ff. de iure iuran.* Odd. *de restit. in integr. p.* 1. *q.* 36. *art.* 2. *&* 3. *à n.* 9. *vsque ad* 15. Rota *decis.* 323. *n.* 2. *&* 3. coram bon. mem. Buratto.

4 Quinimo omnis læsionis suspicio tollitur ex eo, quod prædictarum sententiarum validitas apparet ex reuolutione processus, in quo leguntur commissiones fundantes iurisdictionem Rotæ, mandata Procuratorum hinc inde, terminorum substantialium assignationes, ac citationes necessariæ, iuxta vulgat. decisionem Caputaq. 162. *p.* 1. passim à Rota canonizatam.

Iustitia verò illarum plenè probatur ex pluribus decisionibus, tam coram bon mem. Merlino, quàm coram RR.PP.DD. meis Ghisilerio, & Verospio emanatis, quarum aliquæ leguntur impressæ inter recentiores, nempè *dec.* 252. 286. *&* 319. *p.* 6. & *dec.* 224. *p.* 7. in quibus satisfit omnibus obiectionibus tunc adductis per informantes pro dignitatibus, & benè declaratur ius sedendi de quo agitur, spectare Præpositis vigore constitutionis
5 S.m. Sixti V. disponentis, quod Præpositi habeant omnes præeminentias, prærogatiuas, ac priuilegia Canonicorum, & quod possint vti, & frui omnibus priuilegiis, indultis, & facultatibus, quibus Præpositi mensuales antiqui frui, potiri, & gaudere poterant, & denique quod adinstar illorum stallum in choro, & locum in processionibus, ceterisque actibus publicis, & priuatis omnibus, & quibuscumque Ecclesiæ Valentinæ immediatè post Canonicos eiusdẽ Ecclesiæ habere possint, & debeant: quæ quidem verba manifestè conuincunt Præpositos in quibuscumque sedibus immediatè, & continuatiuè post eosdem Canonicos in choro sedere posse, vt benè cõcluditur in dictis decisionibus, ponderando tam ipsa verba, quàm etiã rationes æquiparationis, subrogationis, ac decoris Ecclesiastici ritus.

6 Nec aduersatur resolutio S. Congregationis Rituum *in vna Placentina* emissa sub die 25. Maij 1652. relata per Barbos. *in collectan. ad Bullar. verb. sedes*; cuius verba sunt infrascripta videlicet: *Sedes Dignitatum absentium non debent occupari ab aliis Dignitatibus, seu Canonicis, sed vnaquaque Dignitas, seu Canonicus in proprio stallo permanere debet.* Quia illa non potest applicari in hac Ecclesia Valentina, vbi adest constitutio Pontificia disponens contrarium, & vbi sedes Dignitatum, seu Canonicorum non sunt semper fixæ, vt ponderatum etiam fuit in dd. decisionibus, quæ rectè probant iustitiam sententiarum, vt ad effectum exequendi rem iudicatam dixit Rota *in dec.* 665. *n.* 1. *circa med. p.* 3. & *in dec.* 220. *n.* 2. *in princ. p.* 4. *rec.* & alibi sæpè.

Dum igitur ex prædictis constat de re iudicata, in-
7 merito debent sententiæ executioni demandari iuxta formam commissionis, *tot. tit. de execut. rei iudic.* Paris. *cons.* 105. *n.* 29. *lib.* 1. Hondcd. *cons.* 61. *n.* 10. *lib.* 1. Mart. *de claus. p.* 1. *claus.* 19. *n.* 12. Rota *d. dec.* 220. *n.* 1. *in fin. p.* 4. *rec.* & coram Buratto, *decis.* 885. *per tot.*

Et ita vna tantùm, &c.

Bonon. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis.

Lunæ 29. Februarij 1644.

ARGVMENTVM.

Testatore in defectum aliorum hæredum substituente proximiores masculos de parentela & agnatione, fideicommissum ad fauorem omnium in eodem gradu existentium pro æquali portione purificatum censetur.

SVMMARIVM.

1 *Testator deficientibus sine prole hæredibus, substituendo proximiores masculos de parentela & agnatione, ad fauorem omnium in eodem gradu existentium fideicommissum æqualiter purificatum censetur.*

2 *Probatio filiationis & legitimitatis vnde resultat.*

3 *Fides Baptismatis in qua filius aliquis describitur filiationem probat.*

4 *Institutio facta de aliquo in testamento tanquam de filio legitimo & naturali, ad probandam filiationem sufficit.*

5 *Inuestitura Ecclesiastica descendentibus concessa illegitimos nunquam comprehendit.*

6 *Admissio ad successionem solis legitimis competentem legitimitatem probat.*

7 *Probationes leuiores etiam ex præsumptionibus & coniecturis resultantes ad effectum successionis admittuntur.*

8 *Filiationis legitimæ & naturalis quasi possessio ad effectum obtinendi in iudicio immissionis sufficit.*

9 *Appellatione vltimorum hæredum non solum descendentes sed etiam collaterales Testatoris veniunt.*

10 *Testator in defectum descendentium institutorum & substitutorum dum proximiores de familia & agnatione sua vocauit, vocatio in transuersalibus linea contentiua duntaxat verificari potest.*

11 *Conditio concepta in casu quo primo loco institutus absque filiis legitimis & naturalibus decederet, ob existentiam à patre naturali descendentis, non deficit.*

12 *Legitimati per Principis secularis rescriptum, filij legitimi & naturales dici non possunt.*

13 *A communi opinione consulendo & iudicando non est recedendum.*

14 *Clausula* sine præiudicio venientium ab intestato, *in quantum operatur.*

15 *Papa potestatem habens confirmandi legitimationem, quin præiudicare substitutis valeat hæsitari nõ potest.*

16 *Legitimatio filij ex subsequente matrimonio desumpta, filio de tempore subsequuti matrimonij decedente corruit.*

17 *Testator dum vocat legitimos & naturales & de legitimo matrimonio natos, filius Patris ex legitimo matrimonio non nati tanquam ex radice infecta promanens excluditur.*

18 *Fideicommissum in vna persona expirare non potest, dum ex verbis Testatoris durante parentela & agnatione successiuum fideicommissum resultat.*

19 *Substitutio fideicõmissaria successiua quomodo procedit.*

20 *Substitutio deficientibus omnibus hæredibus ad fauorem proximiorum de parentela & agnatione facta, omnes descẽndentes propriè comprehendit.*

21 *Testator in eadem dispositione respectu vtriusque hæredis pariformiter disponens, idem pariter in sequenti substitutione continuatiuè facta, disposuisse censetur.*

Ccc 22 *Sub*

22 *Substitutio secunda ab alia antecedenti declaratur.*
23 *Dictio sic quid denotat.*
24 *Fideicommissum in personis proximiorum de parentela non expirat, Testatore post factam eorum substitutionem vlterius non procedente.*

DECISIO CCXCIX.

ROTA in hac causa sub die 22. Ionij superioris anni firmauit constare de fideicommisso Bartholomæi de Bologninis purificatn ad fauorem Horatij, & Valerij fratrum de Bologninis authorum illorum de Zambeccariis, in eorundemque fratrum personis expirato contra Palmerios Reos, & possessores, vt in decisione tunc extensa.

Cùm autē Bartholomæus Iunior, & Thadæus frater pariter de Bolngninis, qui in alia positione non informauerant, prætenderent esse in pari gradu Testatori cum dd Horatio, & Valerio, & sic pro medietate bona fideicōmissaria ad semetipsos spectare, repropositi denuo causam super eisdem etiam ipsis auditis, & resolutum fuit dd. Bartholomæum & Thadæum esse admittendos ad fideicommissum pru æquali portione cum dd. Horario, & Valerio, & in hac parte declarandam esse decisionē, in reliquis verò standum esse in decisis.

Ratio resolutionis fuit. Quia quantum attinet ad admissionem Bartholomæi Iunioris, & Thadæi factā pro medietate, probatur ipsos per grados distinctos descēdere à Io. Bolognino communi stipite in æquali gradu cū dd. Horatio, & Valerio, vt in arbore data, vbi apparet ex d. Ioanne communi stipite ortom haboisse ioret alios Ludouicum, Hieronymum, & Iulium, ex Ludouico natum fuisse Bartholomæum testatorem, ac ex Hieronymo originē traxisse Cæsarem, & ex Cæsare Maximilianum Patrem Bartholomæi, & Thadæi Auctorum.

A dicto verò Iulio prodiisse Io. Antonium, & ab isto Iul. Cæsarem patrem Horatij, & Valerij Auctorum illorum de Zambeccariis; vnde patet iuxta cōputationem iuris ciuilis tam dd. Horatium, & Valerium, quàm Bartholomæum Iuniorem, & Thadæum esse Bartholomæo testatori coniunctos in sexto consanguinitatis gradu,
1 & consequenter cùm testator omnibus vltimis eius hæredibus substitutis sine prole deficientibus, substituerit proximiores masculos de parētela, & agnatione ipsius Testatoris, seruando tamen inter eos graduum prærogatiuam, dicendum est ad fauorem omnium prædictorum in eodem gradu existentium fuisse equaliter purificatum fideicommissum, ioxta text. *in l. cum ita 33. §. in fideicom ff. de legat. 2. §. hac heredis ff. de suis, & legit.* Bart. *in l si cognatus n. 3. ff. de reb. dub.* Peregr. *de fideic. art. 22. n. 64. & 65.* Fusar. *de substit. q. 356. n. 5. & seqq.*

2 Et qood Maximilianus Pater dd. Bartholomæi, & Thadæi sit filius legitimus, & naturalis d. Cæsaris, & in quasi possessione d. filiationis legitimæ, & naturalis reperiatur, probatur tum ex instrumēto matrimonij facto de ann. 1572. inter ipsum Cæsarem, & Giliam de Bertis conioges, ac ex testibus deponentibus, quod talis communiter ab omnibus, & à Parentibus reputabatur, & nominabatur, & quod econtra d. Maximilianus Cæsarem in patrem, & Giliam in matrem recognoscebat, tractabat & nominabat, quod sufficere ad effectum probationis filiationis, & ligitimitatis, ex doctrina Baldi, & aliorum *in cap. per tuas de probat.* & ex Surd. *in conf. 1. n. 5 3 lib. 1.* tennit Rota *in dec. 641. n. 1. p.*
3 *3. recen.* iuncta præcipuè fide Baptismatis, in qua descriptus fuit filius Cæsaris, Surd *d. conf. 4. n. 45 lib. 1.* Bero. *conf. 162. n. 9 lib 2* Rot. *d. decis. 461. n. 2. p. 3. & decis. 409. n. 5. part. 4. recent.*

Tom ex institutione de eo facta in testamento dicti
4 Cæsaris tanquam de filio legirimo, & naturali, Paris. *conf. 29. n. 50. lib. 2.* Cephal. *conf. 48. n. 18. lib. 5.* Peregr. *de fideicom. art. 43. n. 77.* Rota coram Greg XV. *decis. 149. n. 5. & dec. 472. n. 8. p. 1. rec. & dec. 46. n. 3.* corā Caualer.

Tum, & denique, quia idem Maximilianus vti talis, nedum fuit admissus ad alia fideicōmissa antenatorum de Bologninis, ac in diuisionibus boorum fideicōmissariorū factis consentientibus aliis, ad quos fideicommissariæ agnatorū substitutiones deuenissēt, ex traditis per Pereg. *de fideic art. 44. n. 5.* Rota coram Caualerio *decis. 575. n. 4 & 5.* verùm etiam ad bona emphyteutica prouenientia ex Ecclesiastica inuestitura, quæ concessa 5
descendentibus nunquam comprehendit illegitimos, vt censuit Bald *in l generaliter, §. cum autem n. 2. C. de instit. & substit.* Ias. *in l. 2. n. 205. C. de iur. emphyt.* Corhol. *eod. tr. de caus. priuation. ob lin. finit. n. 54.* & vlterius fuit admissus ad præsentandum in Iurepatronatus familiæ de
Bologninis, Rota *dec. 335. n. 8. part. 6. rec* admissio autem 6
ad successionē solis legitimis cōpetentem, probat legitimitatem, Bero. *conf. 19. n. 7. lib. 2.* Menoch *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. n. 38. & conf 490. n. 53. & 24.* Caual. *decis. 123. n. 4.*

Quæ omnia superabundant, cùm ad effectū succes- 7
sionis admittantur leuiores probationes, ioxta *conf.* Gemin. 27. sæpius à Rota canonizatū etiam ex præsūptionibus, & coniecturis resultātes, Surd. *d. conf. 1. n. 38. & 40.* Ruin *conf 53. in princ. lib. 5.* Rota *d. dec. 199. n. 2 p. 3. rec.* &
quod ad effectū obtinēdi in iudicio immissionis, vigore 8
l fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. sufficiat quasi possessio filiationis legitimæ, & naturalis, tradit glos *in l lator. vers. probare qui fil. sint legitim.* & ex aliis pluribus comprobat Lup. *de illegitim. & natural. b. commert* [illegible] *n. 51.*

Quantum verò pertinet ad existentiam, & purificationem fideicōmissi ad fauorem omnium prædictorum in æquali grado existentium, placuerunt Dominis fundamenta præcedentis decisionis, vbi referuntur etiam verba testamēti, ex quibus apparet proximiores masculos de parētela, & agnatione ipsius testatoris fuisse sub-
stitutos omnibus vltimis eius hæredibus, quorū appel- 9
latione veniunt non solū descendentes, sed etiā Collaterales testatoris, *l 1 § proximus, ff vnde cognati*, Dec. *conf. 223. n. 3.* Pereg. *de fideicom. art. 21. n. 33.* Fusar. *de substit. q. 366. n. 1. & seqq. & conf. 111 n. 11. & seqq.* Imò quia testa-
tor non habebat proprios descendentes, & in defectū 10
descendentiū institutorum, & substitutorū, vocauit proximiores de familia, & agnatione sua, in transuersalibus lineæ contentiuæ dumtaxat potest verificari vocatio, vt latè probat Menoch. *conf. 924. n. 1. & seqq.* cum aliis relatis *in dec. sub §. penult.*

Non obstat quod tota series substitutionum à testatore ordinata dependeat ab illa cōditione, nempe casu quo Æmilius primo loco institutus decederet absq; filiis, & descendētibus, & propterea cū ille decesserit superstite Io. Ludouico ex Lælio filio præmortuo nepote, defecerit ipsa cōditio, & consequenter subinde vniuersus substitutionū ordo expirauerit, iuxta *conf.* Oldrad. 51.

Quia cùm illa conditio fuerit concepta in casu quo 11
dictus Æmilius decederet absque filiis legitimis, & naturalibus (*vt suprà*,) idest, (*de legitimo matrimonio natis*) quos supra immediatè idem testator vocauerat post eorum patrem, nō defecit ob existentiā d. Io. Ludouici, qui à Lælio patre naturali descendebat, licèt ipse ex legitimo matrimonio natus esset, vt docent Decian. *conf. 3. n. 98. lib. 1.* Menoch. *conf. 318. à n. 20. & seqq.* Manric. *de coniectur. lib 8. tit. 7. n. 8 & lib. 11 tit. 12, num. 31.* & post alios Fusar. *q. 408. num. 78. vers. ampliatur quarto, vbi sub num. 79.* reprobat contrarium tenentes.

Nec allegatę legitimationes suffragari possont, quia illa obtenta à Dominis de Cāpeggiis, vltra qnod continet clausolā (*citra præiudicium vocatorū ex fideicommisso*) iuxta Constitut. 45. Pij IV. impress. in nou. Bullar. vt ponderatum fuit in decisione præcedenti, nō potest suū effectū operari ob resistentiā volūtatis expressæ testatoris,

is, qui voluit vocare filios legitimos, & naturales,
12 e de legitimo matrimonio natos, quales profectò
eci nequeunt legitimati per Principis secularis rescriptum, Bald. *in l. Gallus §. si eius*, & ibi Angel. Aretin. & Imol *in fin ff. de liber. & posthum.* Barbat. *in* *lium acutissimi num.* 179. *C. de fideicomm.* Alexand. *cons.* 2 *num.* 13. *lib.* 1. Natt *cons.* 624. *num.* 10. Surd. *d. cons.* 1. *num.* 97. *vers. & quamvis regulariter*, Molin. *d Hispan. primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 31. vbi testatur de communi Odd. *de compend. substit. part.*
13 2 *artic.* 6. *dub.* 4. *num.* 6. vbi dicit esse communem opiniunem, nec ab ea consulendo, & indicando esse recedendum, Peregrin. *de fideicomm. art.* 3. *num.* 45.

Quidquid sit quandu non constat testatorem voluisse excludere legitimatos, in quibus terminis loquuntur Eugen. *cons.* 52. *num.* 66. *& seqq.* Laderch. *cons.* 29 *num.* 23. & Rota *in decis.* 488. *part.* 1. *recen.* vel quando in legitimatione non adest clausula
14 *sine praeiudicio venientium ab intestato*, vt declarando decisionem Seraphini 880 *num.* 5. dixit Rota *in decis.* 667 *num.* 5. *in fin. part.* 1. *recent.* vbi firmatur per clausulam (*sine praeiudicio venientium ab intestato*) praeseruari ius nedum quaesitum, sed etiam ius in spe competens vocatis ad fideicommissum, tam ab intestato, quàm ex testamentu, sequendo Ruin. *in cons.* 166 *num.* 10 *in fin. lib.* 3.

Atque hinc patet non applicari decisiones *Bononien. Aggregationis ad Collegium* 23. *Martij* 1640. coram bon. mem. Merlino, & *Bonon. fideicommissi de Rubeis* 9. *Iunij* 1597. coram bon. mem. Lancellotto, cum aliis in contrarium allegatis; quia illa coram Merlino, & aliae loquuntur de legitimatione facta absque dicta clausula restrictiua sine praeiudicio venientium ab intestato; illa verò coram Lancellotto licet loquatur in casu, quo testator vocauit legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, firmat tamen illum legitimatum succedere, quia in specie erat legitimatus ad effectum succedendi, & legitimatio confirmata fuerat à Iulio III. Pontifice, vnde nil mirum si excludebat substitutum, cùm de potestate Papae confir-
15 mantis haesitari non possit, quin potuisset praeindicare substitutis, vt aduertit Socin. *in d. l. Gallus, § si eius in tertio casu ff. de liber. & posthum.* quem refert, & sequitur Peregrin *de fideicomm. d. art.* 23. *num.* 45. *in fin* Fusar. *de substit. quaest.* 408 *num.* 81. in casu autem praesenti nec legitimatus fuit habilitatus ad succedendum, nec adest confirmatio Apostolica.

16 Altera verò legitimatio desumpta ex subsequuto matrimonio inter dictum Aemilium, & Valeriam matrem Laelij corruit ex eo, quod de tempore subsequuti matrimonij iam decesserat ipse Laelius iuxta opinionem Guglielmi de Cuneo *in l. benignus ff. de ll.* quam vti veriorem, & magis in praxi receptam amplexa fuit Rota in praecedenti decisione *sub §. prout non releuat*; & cum ea placuit etiam Dominis hodie transire, non obstante, quod per informantes pro Palmeriis plures fuerint cumulati Doctores contrarium tenentes, siquidem omisso quod ex dictis DD plures fatentur in praxi ab opinione Gulielmi de Cuneo non esse recedendum, ex deductis per informantes pro Zambecariis, & cumulatis in praecedenti decisione, liquidò constat dictam opinionem habere pro se Doctores, & numero plures, & graviores.

Nec etiam obstat, quod d. Io. Ludouicus debeat admitti ex persona propria stante vocatione descendentium Aemilij à testatore facta, quasi quod

cùm ille ab Aemilio naturaliter descendat, & habeat vtramque qualitatem legitimitatis scilicet, & naturalitatis, comprehensus dicatur sub illa vocatione descendentium Aemilij; Quia dum testator 17
vocauit descendentes legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, Ioannes Ludouicus, qui est filius Laelij non nati ex legitimo matrimonio exclusus dicitur ex intentione testatoris, tamquam proueniens ex radice infecta, vt per textum expressum *in l. vltima C. nat. liber.* ibi, *sed interuentu sobolis naturalis nullum ius legitimum subesse potest*, consuluit Alex. *cons.* 174. *num.* 2. *lib.* 5. latè Menoch. *cons.* 172 *num.* 20. *& seqq. vsque ad finem, & cons.* 318. *num.* 28 *& seqq.* cum aliis recensitis in praecedenti decisione sub §. *absque quod.* Allegati verò in contrarium procedunt quandu non vrget diuersa voluntas testatoris prout in proposito, ex toties repetita qualitate natorum ex legitimo matrimonio.

Praeterea animaduersum fuit, quod quatenus etiam Io. Ludouicus succedere potuisset, adhuc
fideicommissum in eius persona non expirasset, 18
quia cum Testator post plures substitutionum gradus omnibus vltimis eius haeredibus deficientibus substituerit proximiores de parentela, & agnatione ipsius, hinc resultat successiuum fideicommissum, alioquin, nec vltimum grauare, vel substituere potuisset, nisi praesupposito antecedenti substitutionum ordine, nec eius bona ad eius agnatos contemplatos post alios nominatim vocatos peruenire potuissent; quibus stantibus non procedit opinio Oldradi, cùm resistat testatoris voluntas desumpta, tum ex ipsis verbis, quae non sunt relata ad primos institutos, vt in casu Oldradi, sed ad vltimos haeredes, tum ex vi rationis, & ex coniecturis, Grat *cons.* 5. *num.* 58. *&* 85. Paris. *cons.* 7. *num.* 317. *lib.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 29. *num.* 41. & post alios Fusar. *de substit. quaest.* 480 *num.* 59. *vers. similiter, & sub num.* 68. *vers. declaratur*, & cum hac declaratione transiuit Rota coram Mantic. *in decis.* 375. *num.* 1 *&* 7. *& vsque ad fin & in decis.* 269. *n.* 24 *p.* 5. *& in decis.* 248. *n.* 9. *vsque ad finem part.* 7. *recent.*

Nec facit, quod haec postrema substitutio proximiorum facta fuerit in casu quo purificata fuisset vocatio Io. Mariae, & illius descendentium, quorum linea postea defecisset, qui casus non euenit, ex quo Ioan. Maria, ac eius linea defecerit ante purificatam eius vocationem, ac proinde caeterae substitutiones subsequentes euanuerint iuxta aliud *cons.* Oldrad. 141. Quoniam hoc non procedit in substitutionibus fideicommissariis successiuis, siquidem in
illis deficiente primo, vel antecedenti vocato, sequens 19
subintrat non dependenter ab antecedenti, sed tanquam ex propria persona succedens, perinde ac si expressè vocatus fuisset in locum antecedentis, vt per textum *in l. vnic. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. & in l. Celsus in principio, & si alienus, & in l. cum pater ff de legat & in l. si ab eo ff. de vsufruct. legat* & per alios plures DD. benè comprobat Peregr. *de fideic. art.* 15. *n.* 22. *& seq.* Fusar *de substit. q.* 496. *n.* 37 *& seq.* Rota *dec.* 374. *n.* 1 *p.* 1. *diuers & decis.* 432. *n.* 6 *& seqq. p.* 2. *recent.*

Et multò minus dici potest quod procedit in casu
isto, in quo testator dum substituit omnibus eius hae- 20
redibus deficientibus, idem est ac si dixisset cuicumque haeredi meo vltimo loco deficienti, quae propterea verba tam Aemilium, ac eius descendentes, quàm Io. Mariam, & eius descendentes propriè comprehendunt, vt per text. *in l. Iulianus*, *ff de legat.* 1. & ex aliis in specie explicat Grat. *in cons.* 5. *n.* 59 *vers. quod autem lib.* 2. & haec interpretatio confirmatur ex eo,

21 quod testator in eadem dispositione tam respectu Æmilij, quàm Io. Mariæ pariformiter disposuit, atque substituit, siue illi decessissent antequam eorum institutionis, ac substitutionis respectiuè casus purificatus esset, siue postea, vt legitur in testamento, & proinde idem pariter disposuisse censetur in sequenti substitutione continuatiuè facta, cùm circa hoc nulla dignoscatur efficax diuersitatis ratio, *l. Lucius, § pater puerum, ff. ad Sen. Cons. Trebell l. vtrum, ff de petit. haredit.* Odd. *cons* 65. *num.* 76. Honded. *cons* 78. *lib.* 1. vbi quod se-
22 cunda substitutio declaratur ab alia antecedenti, Peregrin. *cons.* 1. *num.* 10. *lib.* 5. Menoch *cons.* 93. *num.* 14.

23 Ponderando etiam dictionem (*sic*) quæ denotat similitudinem ad casos superius expressos, & per eundem testatorem comprehensos in alia dictione (*sic*) adiecta paulò supra personæ Æmilij vtrumque casum comprehendente, §. *si vero solum*, ibique glos. *verb.* (sic) *in authent, de nupt.* Menoch. *cons.* 232. *num.* 21. & probat Rota *decis.* 455. *num.* 10. *part.* 1. *recent.*

24 Quo autem ad expirationem fideicommissi in personis proximiorum de parentela, super qua tamen Bolognini in hac positione informare recusarunt, Domini perstiterunt pariter in resolutis, stante quod testator facta eorum substitutione non fuit progressus vlterius, ad *textum in l. cum ita legatur §. in fideicommisso, ff. de leg.* 2. vbi Cuman. *num.* 4. quem sequuntur ibi scribentes communiter cum aliis deductis in decisione præcedenti, cuius fundamenta in hac parte iterum Domini sunt amplexi.

Ex quibus omnibus patet, quod quatenus etiam admitteretur Ioannem Ludouicum potuisse succedere, adhuc per eius obitum non expirauerit fideicommissum, sed potius ad fauorem proximiorum de agnatione fuerit purificatum, & consequenter Palmerij ab eodem Ioanno Ludouico causam habentes, tanquam extranei vndequaque exclusi remanent.

Et ita, &c.

Bonon. fideicommissi, Io. Mariæ de Bologninis.

Vener 4: Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Expeditio mandati de manutenendo super bonis particulari fideicommisso subiectis, stantibus pro eadem motiuis solidis & inconcussis fieri non immeritò potest.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intra biennium non terminata, iuxta constitutionem Rota Bononia, executioni sententiarum locus relinquitur.*

2 *Motiuis pluribus solidis & inconcussis remanentibus, eorum vigore expeditio mandati de manutenendo fieri potest.*

DECISIO CCC.

DVM in relationibus causarum huius diei instabatur pro parte Bartholomæi, & Thaddæi de Bologninis pro expeditione mandati de manutenendo super bonis particulari fideicommisso Io. Mariæ subiectis, idest particulariter alienare prohibitis, iuxta formam duarum Decisionum vltimo loco emanatarum: Informantes pro Palmeriis dicebant non esse locum prætensæ expeditioni, eò quòd plura fundamenta dictarum Decisionum non subsisterent, & præcipuè illud deductum ex constitutione Rotæ Bononiæ disponente, quod si 1
appellationes intra biennium non fuerint terminatæ, sit locus executioni sententiarum.

Domini autem his non obstantibus mandarunt expediri mandatum de manutenendo; quia quidquid sit de nouo motiuo Constitutionis Rotæ Bononiensis in vltima decisione tantummodò adducto, alia motiua adhuc solida, & inconcussa rema- 2
nere visa fuere, quorum propterea vigore expeditio fieri potest.

Et ita vtraque, &c.

Aquilana Pensionis.

Ven. 4. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

Sententia A. C. annullatiua pensionis de qua agitur ob non commissam causam appellationis infra decem dies in iudicatum transitum facit.

Vide suprà *Decis.* 245.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à Iudice omisso possessorio in petitorio pronunciata, ratione ordinis peruersi nullitatis arguitur.*

2 *Pensionario agente in possessorio retinendæ, & titularis in petitorio non contendendo se possidere, petitorium per possessorium non suspenditur, cùm inter vnum & aliud Iudicium contrarietas cesset.*

3 *Pensionarius licet obtineat in possessorio, non igitur releuandus est ab onere probandi & gratiam in petitorio iustificandi.*

4 *Pensionarius obtinens in possessorio non releuatur ab onere iustificandi gratiam contra titularem, qui reseruationi pensionis non consensit.*

5 *Suspensio calumniosè deducta ad impediendam litis prosecutionem petitorij terminationem retardare non valet.*

6 *A suspensione ad impediendam litem producta Actorem recessisse quomodo probatur.*

7 *Pensionario nihil neque de regressu neque de spolio opponente, Iudex super nullitate pensionis, nulla habita ratione spolij siue regressus eidem competentis pronunciare potest.*

8 *Promotus ad Episcopatum, ius quod super Canonicatu eidem prius competebat, perdit.*

9 *Regressus reseruatus ex causa resignationis cum pensione*

sione factâ promotione ad Episcopatum cessat. Similiter & actio spolij ibid.

DECISIO CCCI.

Onie Domini vtraque parte audita confirmarunt decisionem coram me emanatam, altera tantùm parte informante sub die 5. Decembris 1642. in qua decisum fuerat sententiam A. C. annullatiuam pensionis, de qua agitur, fecisse transitum in iudicatum, ob non commissam causam appellationis infra decem dies, à qua fuerat responsum per Iudicem de Apostolis reuerentialibus; quia adhuc eiusdem decisionis fundamenta subsistere visa fuere, non obstante quod informantes redarguerent dictam sententiam de nullitate, & iniustitia.

Nullitas enim deducebatur ex eo, quod intentato per Episcopum Andriæ interdicto retinendæ in quasi possessione exigendi pensionem sibi reseruatam auctoritate Apostolica super Canonicatu, quem ipse resignauit ad fauorem Iosephi, cui successit Mausonius, iste deinde mouit iudicium in petitorio super nullitate pensionis; & quamuis Episcopus tradidisset in actis cedulam suspensionis petitorij, Iudex omisso possessorio pronunciauit in petitorio contra pensionarium; vnde dicebatur
1 sententiam esse nullam ratione ordinis peruersi, Rota coram Card. Seraphino *decis.* 1465. *num.* 1. & coram Cardinali Mantic. *decis.* 328. *num.* 4. & fuit decisum *in Anagnina pensionis* 18. *Martij* 1620. coram Eminentiss. D. Card. Hieronymo Verospio.

Sed placuerunt responsiones, quarum prima est, quod dicta conclusio, seu regula non procedat
2 quando Pensionarius agebat in possessorio retinendæ, & titularis in petitorio non contendendo se possidere, in hoc enim casu per possessorium nunquam petitorium suspenditur, cum cesset contrarietas inter vnum, & aliud Iudicium, vt in decisione in hac causa facta firmatum fuit, ex doctrina Bartoli *in l. naturaliter*. §. *nihil commune in* 4. *notab. num.* 26. *ff. de acq. poss.* quam in puncto secuta est Rota *decis.* 349. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* eamque tanquam veriorem, & magis communem sæpissimè amplexa est Rota, & signanter *decis.* 91. *num.* 3. *p.* 2. *diuers.* & *in recent. decis.* 743. *num.* 3 *in fin. p.* 2. Buratt. *decis.* 126. *num.* 4 & 5. vbi etiam de communi testatur, & plenius idem Buratt. *decis.* 137. *num.* 10. *cum seqq.* & *in Gerunden. Iurisdictionis, seu Plumborum* 29. *Maij* 1638. coram bon. mem. Merlino.

Et ratio est manifesta, nam ea de causa prius est terminandum possessorium, & admittitur suspensio petitorij, vt scilicet per terminationem possessorij cognoscatur quis sit possidens, vt releuetur ab onere probandi, & cognoscatur quis sit Actor, & quis
3 sit Reus, quæ quidem ratio penitus cessat in hoc casu; quoniam licet Pensionarius obtinuisset in possessorio, non inde resultaret, quod esset releuandus ab onere probandi, & iustificandi gratiam in petitorio, vt fuit ponderatum in prima decisione; & in puncto hanc rationem adducit Rota *dict. decis.*
4 349. *num.* 5. *p.* 1. *diuers.* & quod Pensionarius etiam si obtinuisset in possessorio, non releuaretur ab onere iustificandi gratiam contra titularem, qui reseruationi pensionis non consensit, tradunt Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 456. & *pluribus seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 48. *n.* 73. Mantic. *decis.* 196. *n.* 2. & 3. *per tot.* Rota post Modern. *de manutenendo decis.* 178. *n.* 6. & 7. & *decis.* 316. *n.* 10.

Secundò quia Pensionarius cedulam suspensionis petitorij in actis produxit, postquam Iudicium in petitorio fuerat instructum, & per octo menses, & vltra discussum, quo casu reputatur suspensio ca- 5
lumniosè deducta ad impediendam litis prosecutionem, & propterea non valuit petitorij terminationem retardare, Honded. *cons.* 14. *n.* 67. & *seqq. lib.* 2. Vestr. *in praxi lib.* 4. *cap. vlt. num.* 2. *vers. secundo responsum fuit.*

Tertiò quia post dictam suspensionem ad plures 6
actus iudiciales deuentum fuit, & factæ citationes ad sententiam, & super petitorio continuata discussio, & nunquam amplius apposita dicta suspensio à qua propterea recessisse censetur, Seraph. *decis.* 458. *num.* 1. Gregor. XV. *decis.* 131. *num.* 7. & 8 vbi quod vlterius fuisset necessaria appellatio ab vlteriori processu, Aym. *cons.* 148. *num.* 4. & *cons.* 302. *num.* 6. *vers. si decet aliquis lib.* 2. Milanes *decis.* 3. *num.* 148. & fuit dictum *in Elboren. Iuris conferendi* 5. *Decembris* 1640. coram Eminentiss. D Card Panzirolo.

Ex quibus apparet non aduersari dictam decisionem in Anagnina Pensionis coram Eminentiss. D. Card. Verospio; nam Dominis placuit contraria sententia optimis rationibus firmata *in d. decis.* 345. *per tot. p.* 1. *diuers.* fundata etiam in doctrina Bartoli *in d. l. naturaliter* communiter à Doctoribus recepta, quam etiam amplexa fuit Rota in decis. supra allegatis, eoque minus obstare censuerunt dictam decisionem in causa Anagnina, cùm ibi non concurrerent superius deducta.

Iniustitiam verò Pensionarius deducebat ex eo, quod pensio fuerat reseruata ex causa resignationis cum clausula *non aliàs, aliter, nec alio modo*, & quod fuisset reseruatus regressus ad eius fauorem, & propterea annullata pensione competeret eidem Pensionario tam actio regressus, quàm actio spolij.

Verùm Domini obiectum non obstare censuerunt, quia in hoc Iudicio agitur tantùm de pensione diuersum à Iudicio reintegrationis, seu regressus ad Canonicatum, & iustitia sententiæ fundata in defectu iustificationis valoris, & gratiæ, apparet ea deductis in alia decis. huius causæ, & bene
potuit Iudex pronunciare super nullitate pensionis 7
nulla habita ratione spolij, siue regressus Pensionario competentis, maximè cum per Pensionarium, neque de regressu, neque de spolio fuerit oppositum, Rota *in Salamantina Pensionis* 26. *Maij* 1593. coram Gipsio impress. penes Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 424. & *seq.*

Vlterius in hoc casu cessat, & regressus, & actio spolij, quæ Pensionario nullatenus competere pos-
sunt, quia cùm fuerit promotus ad Episcopatum 8
Andriæ, omne ius quod sibi prius competebat super hoc Canonicatu vacauit, *c. cum in cunctis*, §. *cum verò de elect.* Caputaq. *decis.* 400 *p.* 2. Achill. *decis.* 7. *de elect.* Buratt. *decis.* 473. *n.* 1. Dunan. *decis.* 456. *sub n.* 2.
& sic cessat regressus reseruatus ex causa resignatio- 9
nis cum pensione. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *q.* 5. *n.* 86. Put. *decis.* 299. *lib.* 2. Rota *decis.* 1193. *lib.* 3. *p.* 3. *diuers.* & prout etiam cessat actio spolij, latè firmant Hoied. *de incompatib. benefic. p.* 1. *c.* 13. *n.* 16. *vsque ad* 20. Garz *de benefic. p.* 1. *c.* 5. *n.* 439. Mantic *decis.* 356. *per tot.*

Et ita vtraque, &c.

Meleuitana Nauis.

Vener. 4. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

De módica nauis restituendæ, mercium & pecuniarum in Inuentario descriptarum taxatione & liquidatione reformanda.

SVMMARIVM.

1 *Valor nauis quomodo probatur.*

2 *Res vi armata ac violenter ablata & distracta, mediante eius cui ablata sunt iuramento, in odium distrahentis probari ac liquidari possunt, quando aliunde earum valor ac quantitas aut nisi cum difficultate probari nequit.*

3 *Res abstracta medio Iuramento probantur, quando ad oculum, vel quia sint perempta vel quia non extent, demonstrari non possunt.*

DECISIO CCCII.

MANVEL Moscus supponendo, quod pro restitutione nauis, mercium & pecuniarum descriptarum in Inuentario dato in hodierno *summ.n.*1. aliàs fuerit ad eius fauorem in vim rei iudicatæ relaxatum mandatum contra fratrem Raymundum Rebellum, & quod sub prætextu amplius illæ non extarent de tempore relaxationis d. mandati, fuerit deuentum ad liquidationem pretij, coram bon.mem. Motmanno in scutis 247. & quod ab ista liquidatione tanquam modica fuerit per eum interposita appellatio, disputare obtinuit, an constet de modica taxatione, seu liquidatione, & affirmatiuè fuit responsum.

1 Quandoquidem solus valor nauis, vt deponunt testes formiter examinati, & dati *in d. summ. num.*8. ascendit ad scuta 450. quibus quando non adderentur, nisi scuta viginti pro valore 168. tabularum in eadem naui repertarum, & per testes exaduerso æstimatarum ad rationem vnius Tari pro qualibet, vt *in d summ.n.*5. conficeretur summa scut. 470. vnde euidenter liquet modicam fuisse liquidationem factam in scutis 247. dumtaxat.

Sed præterea in d. Naui aderant etiam merces, & aliæ res in d. Inuentario pariter descriptæ, quarum valor iuxta calculum factum ab informante pro Emanuele ascendit ad scuta 734. quæ vnà cum supradictis scutis 470. conficiunt summam scutorum 1204. vltra pecunias in eadem Naui repertas, de quarum existentia in genere deponunt Testes *dicto summ.n.*9. & quantitatem declarauit Emanuel in pezzis *da otto* 1165.

Non obstat, quod valor dd. mercium non probetur concludenter, cùm super qualibet ipsarum specie, & valore deponat vnicus Testis, & de pecuniarum quantitate nulla afferatur probatio, sed solùm
2 de existentia in genere; quia cùm agatur de rebus vi armata, ac violenter ablatis d. Emanueli per d. Fratrem Raymundum etiam distractis, earum valor, sicut & damna eiusdem Emanuelis possunt mediante eius iuramento probari, ac liquidari, in odium d. Raymundi, quando earundem rerum quantitas, & valor, aut non potest aliunde, aut non nisi cum difficultate probari, vt decidit textus *in l. si quando*, vbi Bart.*n.*1. & alij, *C. vnde vi*, & *in cap final.* vbi Innoc. *sub n.*3. & Hostiens. *col.*3. *vers. Item si quis per violentiam extra de his, quæ vi metusve caus. fiunt*, facit Rota *decis.* 636. *n* 6. *p.* 2. *recent.*

Quæ quidem probationis difficultas semper ad hunc effectum adest, quando res non possunt ad oculum demonstrari, vel quia sint peremptæ, vel quia non extent, vt per textum *in l. actionibus in fin. ff. de in lit. iuran.* aduertit Mascard. *de probat. concl* 934. *n.* 2. cum aliis relatis per Farinac. *de testibus q.* 176. *n.* 25. *vers. amplia tertio*, & *num.* 322. *vers. & probationis difficultas.* 3

Et ita ipso tantùm Emanuele informante fuit resolutum, &c.

Romana Legati.

Lunæ 14. Martij 1644.

ARGVMENTVM.

An prælatio in emptione omnium librorum existentium in apotheca alicui legata, etiam prælationem in Iure Inquilinatus seu Auiamento eiusdem apothecæ comprehendat?

SVMMARIVM.

1 *Via exequutiua secundùm opinionem Tribunalis Rotæ pro legatis non competit.*

2 *Legatorum librorum nomine non veniunt Bibliotheca, neque armaria seu scrinia in quibus libri conduntur, nisi de contraria mente Testatoris constet.*

3 *Testatoris voluntate concurrente, sub legato contenti etiam venit continens licèt non expressum.*

4 *Coniectura vrgentissima in tacitis & occultis liquidissima probationes dicuntur.*

5 *Affectio testatoris erga legatarium bene probata facit, vt legatum latè interpretetur quamuis aliàs strictè esset interpretandum.*

6 *Inquilinatus & auiamentum apothecæ hominum concursum ad apothecam, vel ratione situs vel ingenij Bibliopolæ significat.*

7 *Qualitas Legatarij pro interpretandis legatis multum valet.*

8 *Verborum legati iuxta communem intellectum & vsum loquendi interpretatio est facienda.*

9 *Auiamentum esse pretio æstimabile dubitari non potest.*

10 *Testator quicquid ad rei legatæ vsum destinauerat sub legato comprehenditur.*

11 *Obseruantia optima cuiuslibet dispositionis est interpres.*

12 *Testes non repugnantibus verbis legati ad declarandam testatoris voluntatem & verba legati sufficiunt, licet non tot sint numero quot in condendo testamento requiruntur.*

13 *Testes de dictis ante testamentum deponere non sufficere, sed oportere vt deponant de dictis in actu testandi, in quibus casibus procedit.*

14 *Testator considerans Inquilinatum vti accessorium ipsius venditionis, legatarium etiam in Inquilinatu vti accessorio præferri voluisse censetur.*

15 *Ius*

15 *Ius Inquilinatus cùm sit personalissimum cedi nequit.*
16 *Æstimationi per Peritum electum facta non autem dationi in solutum standum est, cùm ex ea nec instum pretium nec verus valor in praeiudicium tertij probetur.*
17 *In concursu legatorum cùm simus inter maritum & vxorem, suspicio fraudis intrat.*

DECISIO CCCIII.

EGAVIT Ioannes Maria Ingbuilanius Bibliopola Iacobo Mellino eius iuueni prælationem in emptione omnium librorum existentium in eius apotheca per hæc verba; *Item voglio che seguita la mia morte si vendino tutti li libri che sono nella mia Bottega, & altrone di qualsivoglia sorte; e volendoli comprare Iacomo Mellino che di presente si troua in detta Bottega, voglio & ordino che sia preferito ad ogn'altro Compratore per egual prezzo, &c.* & cùm legatarius prætenderet sub dicto legato comprehendi quoque prælationem in Iure Inquilinatus seu Auiamento eiusdem Apothecæ, egit coram A.C. contra hæredem, & obtinuit mandatum exequutiuum pro venditione librorum, & cessione Iuris Inquilinatus apothecæ; hinc causa per appellationem ad Rotam deuoluta quoad ius Inquilinatus cum clausula *si quid exequendum*, dubitaui an mandatum A C. sit exequendum, & Domini, quia secun-
1 dùm opinionem nostri Tribunalis pro legatis non competit via exequutiua, vt in decisionibus relatis per Adden. ad Buratt. *in decis.* 208. *n.* 12. attenta dicti mandari Iustitia responderunt illud esse iustum.
2 Iustitia namque probatur ex eo, quod licet regulariter legatis libris non veniant Bibliothecæ, neque armaria seu Scrinia, neque cætera, in quibus libri conduntur, vt decidit text. *in l. librorum appellat.* 52. §. *libris autem, ff. de legat.* 3. attamen secus est dicendum quando constat de contraria mente Testatoris, vt ex sententia Neruæ disponitur in eodem textu *sub* §. *chartis legatis, vers. sed si Bibliothecam,* ibi: *Interesse id quod Testator senserit*, & explicat ibi Bart. sequitur Castren. *in l. cum Pater filius, §. mensa n.* 3. *cum seqq ff.*
3 *de legat* 2. concurrente etenim voluntate Testatoris sub legato contenti venit etiam continens licet non expressum, *l. si fundum sub conditione, §. qui fundum ff. de legat.* 1. Simon de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 4. *dubit.* 7. *n.* 12. *&* 13.

Quod autem in proposito concurrat testatoris
4 voluntas, colligitur ex pluribus vrgentissimis coniecturis, quæ in tacitis & occultis dicuntur liquidissimæ probationes, *l. si vero, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisdar. cog. l. licèt, ff. de leg.* 1. *l. si quis locuples in fine, ff. de manumiss. Testam.* cum concordantibus adductis per Mantic. *de coniect. lib.* 15. *tit.* 4. *n.* 9. *post med. vers. quia illa etiam.*

Prima equidem coniectura desumitur ex affe-
5 ctione testatoris erga legatarium in eadem apotheca tunc inseruientem, bene probata ex lectura Testamenti ac per testes, quæ efficit vt legatum latè interpretetur, quamvis aliàs strictè interpretandum esset. Aymon. *cons.* 297. *sub n.* 7. *vers. non obstat tertium,* Facchin. *cons.* 65. *n.* 22. *lib.* 1. Grat *discept. forens. c.* 700. *n.* 14. *& seqq. vers. & partium,* Rota *decis.* 239. *n.* 11. *&* 12. *p.* 7. *recent.*

Secunda resultat ex qualitate legatarij, qui cùm sit Bibliopola & apotheca careat, non potest legato librorum commode vti, nisi simul in legato conti-
6 neatur Inquilinatus & Auiamentũ apothecæ, quod significat hominum concursum ad apothecam, vel ratione situs, vel ingenij Bibliopolæ, vt ex notatis *in l.* 1. §. *Caupones,* & ibi Gloss. *verb. Atrarij, ff. Naut. Caup. & stabular.* & ex Cæphal. *cons.* 328. *num.* 19. *& seqq.* tradit Rota *in decis.* 540. *n.* 7. *p.* 2 *recent.* Qualitas, autem legatarij multum valet pro interpretãdis hu- 7
iusmodi legatis, vt notat Bart. *in d. l. librorum, § Chartis vers. sed si Bibliothecam sub n.* 1. ibi; *Sed puto ex diuersitate personarum hoc debere intelligi, ff. de legat.* 3. *ex textu in l. plenum, §. equitij, ff. de vsu & habit.* Surd. *decis.* 150. *n.* 1. *& per tot.*

Tertia oritur ex verbis legati, quæ secundùm intellectum Librariorum, vt in attestatione data, trahunt secum etiam Inquilinatum, & auiamentum, iuxta quem intellectum & vsum cõmunem loquen- 8
di facienda est interpretatio, Corn. *cons.* 233. *n.* 6. *in fine lib.* 4. Mantic. *de coniect. lib* 6. *tit.* 8. *sub n.* 7 *vers. & quod,* Rota *decis.* 126. *sub n.* 6. *&* 7. coram sanct. mem. Greg. XV. *& in decis.* 156. *n.* 20. *p.* 5. *& dec.* 239. *n.* 4. *p.* 7. *recent.*

Quarta elicitur ex qualitate personæ hæredis, quæ cùm sit mulier non habilis ad illud negocium exercendum, imò obligata ex præcepto testatoris vendere ipsos libros, hinc nullum sentit damnum, sed quidem commodum & beneficium, quia facilius & carius vendet alteri Bibliopolæ libros cum auiamento, quod penes se prorsus inutile foret, quàm 9
sine illo, & nulli dubium est quin dictum Auiamentum sit pretio æstimabile, vt notat Petr de Vbald *in tract. de duob. fratr. part.* 11. *n.* 73. *tom.* 6. *part.* 1. *fol.* 169. Gratian. *discept. foren. c* 547. *n.* 12. *& seqq* & dixit Rot. *in d. decis.* 580. *n.* 7. *in fin. p.* 2. *recent.* & quamvis hæres nupserit Bibliopolæ, non inde sequitur quod testator eam exemerit ab onere vendendi libros.

Quinta deponitur ex eo, quod testator dictam apothecam destinauerat ad solum effectum vendendi libros, cùm ipse habitationem alibi retineret; & propterea, vt aiunt testes, voluit inquilinatui renunciare, quando eamdem apothecam conduxit, vt inde melior fieret conditio emptoris librorum, quorum venditionem ex tunc animo meditabatur; vnde intrat conclusio, quod sub legato comprehenditur 10
quicquid ad rei legatæ vsum testator destinauerat, Mart. *de success. legal. part.* 4. *q.* 18. *art.* 1. *n.* 41. *& seqq.* Grat. *discept. forens. c.* 126 *n.* 6. *& c.* 782. *n.* 7. *&* 8.

Et quod Inquilinatus esset destinatus ad vsum & commodum emptoris librorum, declarauit obseruantia subsequuta ipsius partis aduersæ, quæ libros vendidit cum libraria, & sic cum Inquilinatu apothecæ; hæc etenim obseruantia bene deseruit pro 11
declaratione, cùm sit optima cuiuslibet dispositionis interpres, *cap. cum dilectus de consuetud.* Crauett. *cons.* 501. *n.* 4. Rota *decis.* 14. *n.* 4 *p.* 7. *recent.*

Sexta & vltima coniectura, imo valida probatio deducitur ex testibus firmiter deponentibus, quod testator voluit legare etiam auiamentum, & Inquilinatum, pro remuneratione fidelis seruitutis, quam ei præstitit legatarius pro modico salario, qui quidem testes cùm verba legati non repugnent, & re- 12
cipiant interpretationem ex præsumpta mente testatoris, bene sufficiunt ad declarandam testatoris mentem & verba legati, licet non tot sint numero, quot in condendo testamento requiruntur, Gabr. *de regul. iur. concl.* 3. *n.* 3. *& seqq.* Crass. *in § substitutio q.* 31. *n.* 2. Mantic *de coniect. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 9 Seraph. *decis* 1102. *n.* 4. *&* 6. & ex aliis pluribus distinxit Rota *in Tiburtina hæreditatis* 18. *Maij* 1639. *coram me.*

Nec obstat quod non sufficiat testes deponere de 13
dictis ante testamentum, sed oporteat vt deponant de dictis in actu testandi, ex allegatis per Donat. Anton.

Anton. de Marin. *quotid. resolut. lib. 1. c. 95. n. 23.* quia
hoc procedit quando testator ante testamentum non
fuisset seriò loqoutus, sed incidentet, vt in casu Ga-
brielis *conf. 112 n. 30. lib. 2.* seo quando verba testa-
menti repugnant, & ex testibus prætenditur induei
ex integro probatio perfectæ voluntatis testatoris:
secus verò quando verba sunt dubia & apta recipe-
re interpretationem & declarationem ex verbis te-
statoris ante testamentum prolatis, vt in specie ad-
uertit Rota *in decis. 229. n. 10. p. 3. recent.*

Præter quod in caso nostro testes deponunt etiam
de dictis à testatore post testamentum, & alter ex
illis qui erat eius confessarios, dicit se de eius ordi-
ne adnotasse in quadam schedula, quod testator
non renunciauerit inquilinatui, vt hoc prodesset
14 venditioni librorum, & sic considerauit inquilina-
tum vti accessorium ipsius venditionis, & proinde
voluerit legatarium præferri etiam in inquilinatu
vti accessorio, ad text. *in cap. accessorium de reg. iur. in
6.* & notat. Simon de Præt. *de interpret. vlt. volun. lib.
4. dub. 7.*

15 Minus relevat, quod ius inquilinatus sit persona-
lissimum & cedi nequeat, vt cauetur in decreto Ca-
merali, quia non agitur in concursu D. Apothecæ,
in cuius præiudicium ius inquilinatus cedi non po-
test, sed in concursu hæredis testatoris qui præten-
dit illud ad se spectare, quo casu bene cedi potest,
vt dicit Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. *in
decis. 115. n. 7.*

Demum nihil aduersatur excessus mandati A.C.
desumptus ex eo, quod libri potuerint vendi sicuti
venditi fuerunt pro scutis 3400. & Iacobo legatario
destinati fuerint pro solis 3277. b. 7. Tum quia stan- 16
dum est æstimationi factæ per Macolinum Peritum
electum ab A. C. non autem dationi in solutum
factæ ab eadem, ex qua non probatur iustum pre-
tium, nec verus valor in præiudicium tertij, Rota
decis. 850. n. 5. coram Boratto.

Tum quia alia quamplura bona dedit in solutum
marito, quæ Catherina potuit minus æstimare, vt de
illo minori valore se reintegraret in isto augmento
pretij librariæ ad eludendum legatarium: cùm enim 17
simus inter maritum & vxorem intrat suspicio frau-
dis, ex not. *in l. lata in princ. C. de donat.* Paris. *conf. 53.
n. 18. lib. 1.* Rota *decis. 156. n. 7. & decis. 928. n. 3.* co-
ram Boratto.

Tum & denique quia in dd. scutis 3400. fuit com-
prehensum etiam ius Inquilinatus & Auiamentum,
quod tamen non fuit comprehensum in æstimatio-
ne facta librorum in dd. scutis 3277. b. 7. vt legitur
in decreto relaxationis d. mandati, vbi vltra æstima-
tionem librorum iam factam mandatur ius Inquili-
natus per Peritos æstimari debere, & ideo cùm hoc
ius Inquilinatus per Peritos æstimandum possit au-
gere pretium librorum ad d. summam scutorum
3400. nullus potest considerari excessus in man-
dato.

Et ita decisum vtraque parte audita, &c.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM,
Quæ in hoc Volumine Decisionum SACRÆ ROTÆ ROMANÆ in duas partes diuiso continentur.

Prior numerus paginam, secundus numerum marginalem significat.

A

Abbas, Abbatia.

Ablatiuus.

Absens.

Absolutio.

Acceptatio.

Acquisitio.

Appellatio

Apoca.

Approbatio.

Arbiter.

Arbitrium.

Augmen

Calculatio.

Index Rerum,

Clausula

Index Rerum,

Condem

Condemnatio.

Conditio.

Confessio.

Creditor

Index Rerum,

Decimas

Decisio.

Declaratio.

Declaratoria.

Decretum.

Defectus

Delatio.

Dictio

Donatio

Executio

Extinctio

I

Ius

Index Rerum,

Orige.

Pensionario

Poſſeſſor

Procurator.

Proprietas

Regula,

Regula.

Regularis.

Regulator.

Reintegratio.

Relatio.

Relatum.

Religiosus.

Religio.

Releuantia.

Remedium.

Remissio.

Remissoria.

Remotus.

Renuncians.

Renunciatio.

Res.

Scrimarium.

Sententia

las

Sequestrum.

Seruitium.

Signatura.

Signum.

Simulatio.

Similitudo.

Simonia.

Societas.

Socra.

Teſtatrix.

Testes

Timor

Tutor.

Tutrix.

V

Vacatio.

Valor.

Venditio.

Venditor.

Veniens.

Verbum.

Vitium.

Vnio.

Vniuersitas.

Vocatus.

Voluntas.

Vsufructuarius.

Vsusfructus.

Vsurpatio.

Vsus.

Vtilitas.

Vxor.

Index Rerum,& Verborum.

F I N I S.